SCRIPTORES

ARTIS METRICAE

MARIVS VICTORINVS MAXIMVS VICTORINVS

CAESIVS BASSVS ATILIVS FORTVNATIANVS

TERENTIANVS MAVRVS

MARIVS PLOTIVS SACERDOS

RVFINVS

MALLIVS THEODORVS

FRAGMENTA ET EXCERPTA METRICA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXIV

LIPSIAE IN TYPIS B. G. TEVBNERI

GODOFREDO BERNHARDY

COLLEGAE SVO

D.

HENRICVS KEIL

PRAEFATIO

Artis grammaticae Marii Victorini tres supersunt codices nono saeculo, ut videtur, scripti, Palatinus 1753, Valentianus M. 6. 10, Parisinus 7539.

Palatinus codex in membranis formae oblongae scriptus olim monasterii S. Nazarii Laurissensis fuit. nam in vetere codicum Laurissensium indice saeculo decimo scripto, quem post Maium spicileg. Rom. v. V p. 161 sqq. accuratius Wilmannsius mus. Rhen. v. XXIII a. 1868 p. 385 sqq. edidit, descriptus est his verbis apud Wilmannsium p. 390, *ars marii uictorini grammat. et althelmi de regula metrorum et enigmata simphosii in uno cod.* accuratam codicis descriptionem exhibuit Wilmannsius p. 401, qui eum recte, ut videtur, nono saeculo scriptum esse dixit; ipse olim anal. gramm. (Halis a. 1848) p. 20 decimo saeculo librum tribueram; Studemundus initio decimi saeculi eum scriptum esse existimavit. Victorini autem libri f. 1—62 scripti sunt ita (nam quo facilius de condicione operis iudicari possit, inscriptiones et subscriptiones librorum in uno conspectu positas adscribam) ... *S GRAMMATICA MARII VICT.....* *rtium grammaticarū* sqq. superiore schedae margine corroso complures litterae ex primis versibus perierunt; deinde proxima scheda, quae olim fuit, amissa est. veteri inscriptioni manu recenti superscripta sunt haec, *Victorini de metricis dydascalicis liber I,* quae petita sunt ex subscriptione primi libri f. 23*, *MARII VICTORINI DE METRI* | *CIS DIDASCALICIS LIB. I. EXPLICIT FELICITER* | *INCIPIT LIB. II. LEGE FELICITER* | *DE PROTOTYPIS SPECIEBUS NOUEM.* — f. 34 *DIDASCALICUS PROTOTYPORUM NOUEM* | *EXPLICIT LIBER SECUNDUS* | *INCIPIT LIBER TERTIUS* | *DE CONIUNCTIS INTER SE ET MIXTIS METRIS* | *PRAGMATICIS FELICITER SCRIPTORI ET LECTORI.* — f. 47* *EPCL LIB. III TILX* | f. 48 *INCIPIT LIBER IIII LEGE FELICITER* | *DE CONEXIS INTER SE ATQUE INCONEXIS QUAE GREGI ACYNAPTHTA UOCANT PRAGRATICUS* (primum *RRAGRATCUS* scriptum erat). — f. 58* *proferre possemus AELII FESTI* | *APTHONII V. P. DE METRIS OMNIBUS EX* | *PLIC̄ LIB. IIII FELICIT̄ UTERE STEPHANE SCRIPTOR &* | *LECTOR* | f. 59 *INTER initia huius operis id est in prima ode* (p. 174, 1) — f. 61* *habentur itaque apud horatium habita dinumeratione metrorum genera*

XXI in libris carminum et epodis ODE EST DULCEDINE SONI UERBUM LEXISUE pronuntiata (p. 183, 22) — f. 62 *dicitur colon EXPLICIT* (p. 184, 14) | *incipiunt indicula centonis probae inlustris* | *romanae aniciorū mater* — f. 70* *superis concessit ab oris Omnipotens:* Probae cento Vergilianus ‖ f. 71—74* *Ad basilium amicum sergii. Ultimarum syllabarum — dipthongis. final. regul. explicit feliciter amen:* de finalibus metrorum p. 228—242 ‖ f. 75 *incip̄ p̄ quinti papirii ortografia feliciter lectori et scriptori. Iustitia — castius.* maiore parte paginae et duabus proximis vacuis relictis sequuntur haec, f. 76*—109* Aldhelmi ars metrica, f. 110—113 aenigmata Symphosii, f. 113* fragmentum Pompeii de barbarismo (*incipit de vitiis quae fiunt in barbarismo. Sunt aliqua vitia quae uitare debemus — sibilum habet*), f. 114—116 Bonifacii tractatus de caesuris versuum et de metris, f. 116*. 117 versus varii. codicem in Marii Victorini libris cum Putschii editione in meum usum contulit Henricus Brunnius, cuius operam postea Ludovicus Ieepius denuo inspecto et accuratius excusso codice supplevit. praeterea Studemundus quaedam ex primo et secundo libro partim a se partim a Wilmannsio cum Gaisfordii editione collata mecum communicavit. scriptura saepe deletis vel superscriptis litteris vel additis vocabulis, quae omissa erant, correcta est. e quibus cum quaedam ab ipso librario inter scribendum correcta, quaedam alia, sed eiusdem aetatis manu scripta essent, ab iis qui codicem excusserunt certo et consentiente iudicio cognosci non potuit, quid veteri librario, quid correctori, qui eum secutus est, tribuendum esset. diversa autem ab his veteribus correctionibus sunt pauca, quae recenti manu correcta vel in marginibus adscripta sunt. in non nullis locis etiam, in quibus scriptura archetypi, ut videtur, deleta erat vel certo cognosci non poterat, paucarum litterarum spatio vacuo relicto lacuna indicata est. ceterum scriptura valde inaequali usus est librarius, adeo ut modo plures modo pauciores versus in singulis paginis scriberet: nam in aliis duodequadraginta, in aliis quinquaginta tres, in plurimis quidem undequinquaginta versus scripti sunt.

Codex Valentianus in membranis formae quadratae scriptus, 'Liber monasterii sancti Amandi in Pabula ordinis diui benedicti', eadem continet, quae e Palatino codice supra indicavi, primum Marii Victorini libros *INCIP̄ GRAM* | *MATICA MARII VICTORINI* | *DOCTORIS EXIMII* | *Artium grammaticarum* sqq. (*DOCTORIS EXIMII* posteriore manu adscriptum esse visum est Alfredo Holdero, qui quaedam ex hoc codice descripserat) — *dicitur colon* | *DE METRIS EXPL. FELICIT̄* | *UTERE QUI LEGIS,* deinde Probae centonem, libellum de finalibus Sergii nomine inscriptum, Aldhelmi librum. nono saeculo scriptum esse librum iudicavit, Bethmannus, qui eum descripsit Archiv f. ältere deutsche Geschichtkunde v. VIII p. 94, et mihi codicem cum Putschii editione conferenti sic videbatur.

Codex **Parisinus** foliorum octoginta formae quadratae nono saeculo scriptus solum Victorinum continet, | *INCIPIT ARS GRAMMATICA UICTORINI MARI DE ORTOGRA|FIA ET DE METRICA RATIONE Artium grammaticarum — dicitur colon EXPLICIT ARS GRAMMATICA UICTORINI MARI DE ORTOGRAPHIA ET DE METRICA RATIONE.* scriptura codicis valde accurata est vicenis et senis versibus in singulis paginis scriptis. paucis locis singula verba, quae in textu omissa erant, in marginibus eadem manu adscripta, raro etiam posteriore manu superscriptis litteris quaedam correcta sunt. hunc codicem cum exemplari editionis Sanctandreanae a. 1584 collatum habuit Gaisfordius eiusque ab illa editione discrepantiam in margine suae editionis adnotavit. ipse parte primi libri denuo collata scripturam satis accurate ab illo indicatam, pauca eaque fere levioris momenti omissa inveni. non nullis locis obelos in marginibus adpositos esse Gaisfordius indicavit, ut p. 16, 2; 5, quibus ille corruptelam verborum, quae ita notata essent, significari putabat. nimirum quos ille obelos dixit, sunt lineae admodum tenues eodem colore, quo textus verborum scriptus est, exaratae. sed his eam vim tribuendam esse, quam Gaisfordius voluit, parum probabile est.

Praeter hos codices, qui soli integros Marii Victorini libros continent, excerpta orthographica ex primo libro p. 7, 35—26, 13 petita leguntur in quattuor codicibus Vaticanis s. XV, Vat. 1493 *incipiunt fragmenta ex Mario Victorino de orthographia. Nunc res admonuit — torculari . . . finis. Marii Victorini finiunt fragmenta;* Vat. 2725 *Marii Victorini grammatici nobilissimi de orthographia uel analogia lege feliciter Nunc res admonuit — torculari λενοι. quod repertum est ex Mario Victorino de orthographia uel analogia feliciter explicit;* Vat. 2930 *Victorini opusculum. Nunc res admonuit — ληνος*; Urbin. 452 *Marius Victorinus grammaticus de orthographia uel analogia. Nunc res admonuit* — (p. 19, 10) *ut coaequat coemit coequit. finis.* huius generis librum habuit Ioannes Pierius Valerianus, qui in castigationibus in Virgilium a. 1521 primum editis in bucol. 2, 59 fragmenta quaedam Victorini de orthographia sibi dono data esse a Iano Parrhasio scripsit eorumque saepius deinde mentionem fecit. nam ea omnia, quae a Valeriano citata sunt, in his excerptis inveniuntur, neque praeter haec quidquam ex Marii Victorini libris, antequam ederentur, Itali noverunt.

Edita autem est Marii Victorini ars primum e codice Palatino, quo tum, cum Laurissensis erat, Ioannes Sichardus usus est. eo enim auctore primum duo capita ex primo libro deprompta, *Placuit — recipiemus* (p. 32, 18—34, 23) et *Nunc quoniam — torculari* (p. 7, 35—26, 13), una cum tribus libellis, qui postea vulgo Maximo Victorino tributi sunt, et cum aliis grammaticis edita sunt Basileae a. 1527.*) de codicibus ab

*) Basileensis editionis titulus hic est: 'Rei grammaticae Rhemnius Palaemon de summa grammatices. Q. Terentius Scaurus de orthographia. Aelius Donatus de bar-

editore adhibitis scripta sunt haec in praefatione Adami Petri ad filium f. 2*, 'De metris uero comicis, quia altissimum uideremus apud grammaticos nostrates silentium, ex Mario Victorino, cuius sunt et alia non indoctiora, quaedam sumus mutuati, quae nobis hoc promptius Sichardus communicauit, ut et me sibi demereretur, et studiis tuis simul consuleret'. deinde Victorini libris haec praemissa est praefatio, 'Lectori. Torsit pro exiguitate sua hic nos Victorinus satis misere, dum nullam de eius aetate atque patria rationem inire possumus certiorem, eoque magis, quod exemplariorum tanta esset inter se dissensio, quorum duo e Laurissa, tertium ex Murbachio nobis Sichardus communicaverat: Sed nos alterum plane coëgit, ut nec eiusdem quidem autoris omnia crederemus, praesertim cum Laurissanum exemplar sua Maximo cuidam Victorino, aliud uero contra Mario asserat, quem constat eruditione celebri Lactantii temporibus Romae, cum alioqui Afer esset, Rhetorica docuisse. Praeterea nec uidebatur simile ueri, toties eundem autorem uersatum esse in eodem argumento, adeoque in speciem puerili. Quamobrem, quae sunt Marii illius reliqua, maiora quidem quam ut nunc edi possint, nec paulo etiam hiis doctiora, statuimus propediem seorsim emittere, ne habeant studiosi literarum ubi officium nostrum iure desiderare possint. Tantum erat optime lector, quod tua interesse duximus. Vale, et nos pro ea, quam bonis autoribus excudendis nauamus, sedulitate candide amplectere'.

Postea Ioachimus Camerarius eiusdem Sichardi opera usus universum opus una cum Eutychis et Servii libris edidit Tubingae a. 1537, cuius editionis titulum posui gramm. lat. v. V p. 442. Victorini codicem a

---

barismo, pedibus, tonis. Servius Honoratus in Aelium Donatum, et de syllabarum quantitate. Marius Victorinus de enuntiatione literarum, orthographia, et metris comicis. Papyrii Praetextati fragmentum de orthographia. Cornelius Fronto de differentiis uocabulorum. Quos iam nunc in lucem protulit Adamus Petrus Basileae, mense Augusto. An. M. D. XXVII. Cum priuilegio Caesareo'. continentur primum haec, f. 3—19 Q. Rhemnii Palaemonis Vicentini ars grammatica. f. 20—30 Q. Terentii Scauri de orthographia ad Theseum. f. 31—44 Aelii Donati barbarismus etc. f. 45—54 Servii Honorati in Aelium Donatum commentarium. f. 55—62 Servii Honorati de ratione ultimarum syllabarum ad Aquilinum Liber (in marg. alias Basilium). Vltimarum syllabarum naturam — exceptis scilicet positione longis aut diphthongis. Finis. deinde Victorini libri post praefationem supra positam exhibiti sunt ita, f. 63*—76 'Marii Victorini Afri viri eruditissimi de re grammatica liber. Ars uniuscuiusque rei est scientia — Ex hiis caeteros animorum motus intelligere possumus. Finis. f. 76—82 Marius Victorinus de carmine heroico. Metrum est rei cuiuscunque mensura — De caeteris uero suo loco exequemur. Marii Victorini Afri de metro hexametro dactylico finis. f. 82*—91 Maximi Victorini de ratione metrorum commentarius. Liquentes autem literae sunt quatuor — longa sunt, ut ultra, una. f. 91*—93* De enuntiatione literarum Victorini Afri. Placuit autem antequam de natura syllabarum — propter peregrina uocabula recipiemus. Finis. f. 94—105* Eiusdem Victorini Afri de Orthographia liber, ex codice Laurissensi. Nunc quoniam res admonuit, non absurdum uidetur — tam in foro, quam in naui et torculari. Victorini Afri Orthographiae finis'. sequuntur deinde Q. Papyrii de orthographia fragmentum et Cornelius Fronto de differentiis vocabulorum.

Sichardo se accepisse scribit in praefatione, 'Quod autem restat pauca de authoribus libellorum istorum uerba faciamus. Primo igitur inuenimus praescriptum nomen Marii Victorini, in codice cuius copiam nobis fecit eximius Iurisc. Ioann. Sichardus, cuius uno quidem in loco tituli mutationem depraehendimus*), eiusmodi tamen quae non deberet in dubium uocare constantem et certam huius nominis autoritatem. Hunc notum est uixisse illis temporibus quibus et Donatus Grammaticam Romae docuit, et a Grammatica ad Rhetoricae artis professionem progressum, in opinione omnium singulari fuisse, et in foro statuam meritum. Idem admodum senex Christianam est pietatem amplexus, quod August. luculente exposuit, ut separatim apponi curauimus'. in iis quae antea iam edita erant Camerarius Basileensi editione usus est, cuius lectionem paucis locis e codice correxit. secunda codicis scheda, quam Basileensis editor decem annis ante legerat, tum iam perierat. quo factum est ut Camerarius non solum ea quae ex hac parte edita nondum erant (p. 6, 10—7, 33) omitteret, sed etiam ea parte, quae est de enuntiatione litterarum p. 32, 18—34, 23, ante commentarium de orthographia p. 7, 34—26, 13, sicut in Basileensi editione factum erat, posita ordinem verborum perturbaret. finem autem Victorini eo loco, ubi in libris manu scriptis nomen Aphthonii subscriptum est p. 173, 31, fecit f. 92 editionis suae, *proferre possimus. finis.* nam indicem metrorum Horatii, qui post illam subscriptionem in codicibus legitur, cum ipsa subscriptione omisit. sed ea quae deinde in fine operis p. 183, 22 sqq. scripta sunt f. 96* editionis suae post Servii libellum de pedibus et accentibus, ut vacuum unius paginae spatium impleret, edidit hoc praemisso titulo, *Ex Aelio Festo Aphthonio de carminis appellationibus. ᾠδή, est dulcedine — comma dicitur colon.*

Camerarii editio expressa est in editione Sanctandreana, 'Mari Victorini, grammatici et rhetoris, de orthographia, et ratione carminum libri IIII. Servi Mari Honorati, de pedibus versuum, accentibus, et quantitate syllab. libri II. Apud Petrum Sanctandreanum, CIↃ. IↃ. LXXXIV.' in qua editione commentarius de ode, quem separatim posuerat Camerarius, non mutato titulo, quem ille fecerat, repetitus, sed magis etiam a Victorino remotus et post alterum libellum Servii de finalibus syllabis positus est. in fine editionis paucae adiectae sunt notae, quas nescio quo iure Gaisfordius Hieronymo Commelino tribuerit. hanc editionem Putschius secutus est, qui commentarium Aphthonii qui dicebatur prorsus omisit, reliqua sic, ut ante eum edita erant, repetivit; paucos tamen locos, ut p. 23, 27, e codice aliquo ab iis quibus nunc utimur non diverso correctos habuit. postremo Gaisfordius Parisino codice, ut supra dixi, usus Marium Victorinum in scriptoribus latinis rei metricae edidit. is multa e codice emendavit, iustum ordinem in initio primi libri restituit et lacunam

*) Ad nomen Aphthonii quarto libro subscriptum haec referenda sunt.

ibi relictam supplevit. ceterum in fine operis nihil mutavit, sed omissis iis quae de metris Horatii scripta sunt p. 174 sqq. commentarium Aphthonii qui dicebatur cum inscriptione, quam fecerat Camerarius, repetivit.

Redeo ad libros manu scriptos, ut qua ratione iis usus sim dicam. ex tribus libris igitur, quibus Victorini artem memoriae proditam esse dixi, Palatino codici, in quo plurima paulo rectius quam in reliquis duobus scripta sunt, primum locum tribui. cum hoc Valentianus eadem fere aetate scriptus ita consentit, ut non videatur dubitari posse quin ex eo ipso, postquam sic, ut nunc eum habemus, ab altero librario correctus erat, descriptus sit. nam non solum illius scriptura cum levissimis vitiis tam accurate expressa est in hoc, ut et in orthographia et in verbis coniungendis vel separandis eadem ratio constanter servata sit, sed nova etiam accesserunt vitia, in quibus librarium vel compendia scripturae, quorum multa saepe repetivit, non recte intellexisse vel iis quae in Palatino codice correcta erant in errorem inductum esse apparet. Parisinum quoque codicem e Palatino descriptum esse contendit Wilmannsius mus. Rhen. v. XXII p. 401. et sane in hoc quoque complura eiusdem generis exempla sunt, in quibus non nulla etiam prorsus eodem modo atque Valentianus scripta praebet. verum tamen neque tam accurate hic Palatini codicis scripturam sequitur quam ille, et quaedam, quae in eo corrupta sunt, recte scripta servavit, quamvis ea et numero pauca et genere exigua sint. accedit quod ipsa scriptura Parisini codicis, nisi fallit memoria, paulo antiquior mihi olim esse videbatur, quam Palatini. quare hunc quidem non ex Palatino codice descriptum, sed utrumque e communi archetypo expressum esse existimavi*).

---

*) Quamquam ea quae de libris manu scriptis dixi paucis exemplis non posse confirmari scio, tamen non nulla, quae maxime huc pertinent, adscribam, in quibus A Palatinum, B Parisinum, V Valentianum codicem significat. in Valentiano igitur codice quo modo iis locis, in quibus Palatini scriptura correcta erat, erratum sit, his probatur exemplis: p. 50, 15 *hoc metro homerus heroum uirtutes est prosecutus* B, *hoc metro*
homerus
horoum uirtutes est prosecutus A, *hoc metro homerus uirtutes est prosecutus* V ‖ 58, 8
c
τϱιάς] TPIα A, TRICA B, *trica* V ‖ 86, 34 *aphrodisiacum* B, *aphrotidiacum* A, *aproa-*
u
siacum V ‖ 99, 14 *abit auipedis* B, *abit abipedis* A, *abita ubipedis* V ‖ 123, 12 *anapae-*
ea
stico par ac simile mea] *anapaesti co:par:ac similem* A, *anapaestico simile mea* B, *ana-*
ut est
paesti simile mea V ‖ 130, 28 *ionica ut est tota caduca* B, *ionica aū tota caduca* A,
λ
ionica ut est caduca V ‖ 162, 13 *hemistichiorum* B, *hemisticiorum* A, *hemistichorum* V ‖
c
181, 31 αΠΟΕΛαSCONOC A, αΠΟΕΛαCSCONOS V. errorum ex compendiis ortorum haec sunt exempla: p. 20, 12 ξ *et* ψ AB, ξ *et inter* V ‖ 40, 23 *contra* B, ɔ̄ A, *q̄* V ‖ 40, 29 *uel contra* B, *l'* ɔ A, *l quoque* V ‖ 45, 25 *uel quia* B, *ū quia* A, *u quia* V. ex iis quae in Parisino codice rectius quam in Palatino et Valentiano scripta sunt paulo

Itaque ex Palatino codice (A) et ex Parisino (B) omnem scripturae discrepantiam in adnotatione exhibui; Valentiano in iis locis, ubi Palatini codicis scriptura correcta erat, usus sum, quo certius constaret, quid antiquo tempore vel ab ipso librario vel a vetere correctore mutatum, quid postea additum esset. in quo siquid non addito signo correctoris (a) simpliciter correctum esse in codice dixi, quandoquidem id ab ipso librario factum esse constabat, neque indicavi quid in Valentiano scriptum esset, emendata lectio in hunc recepta est. nam ut veteres correctiones accurate plerumque expressae, ita recentiores et fide antiquitatis destitutae, quas adposito asterisco (a*) notavi, ab eo alienae sunt. praeterea in iis quae in initio primi libri defectu membranarum ex Palatino codice perierunt pro hoc Valentianum usurpavi, eoque adhibito versus paucis litteris in illo mutilatos, si modo de scriptura certo constabat, accurate describere opus non fuit. sed in Palatino quoque et Valentiano codice ea omnia, quae non tam ad diversitatem lectionis quam ad scribendi vel pronuntiandi rationem pertinent, operosa diligentia adscribere inutile esse putavi, praesertim cum librarios neque constantem neque ex antiqua memoria traditam rationem in hoc genere secutos, sed suo arbitrio usos esse viderem. quamquam fuerunt, in primis in ea parte libri, quae in ipsa orthographia versatur, quae subtiliorem curam requirerent. deinde quid in Palatino codice super versus scriptum esset vel quae liturae in continua scriptura apparerent, non pari cura omnibus locis adnotavi: nam maxima eorum

---

graviora sunt haec: nam maior pars ita comparata est, ut coniecturae tribui possit: p. 3, 9 *quicquid* B, *quia* AV ‖ 10, 13 *antiqui pro sed scribebant sedum nostra aetas* B, *antiqui pro sed set scribebant sed cum nostra aetas* AV ‖ 12, 3 *coniunctum* B, *ciocum* AV ‖ 67, 1 *peleus* B, *pcus* A, *pcus* V ‖ 84, 3 *propagari* B, *progari* A, et ut videtur V ‖ 116, 5 *continuum persyllabarum* et in margine *pentasyllabum* B, *continuum per syllabarum* AV ‖ 139, 8 *creterras* B, *ereterras* AV ‖ 169, 21 *Horatiano*] *orationo* B, *placiano* AV. ea quae ad supplendas lacunas in Palatino et Valentiano codice relictas addita vel plenius scripta sunt in Parisino p. 33, 10. 98, 5. 103, 11 coniectura inveniri potuerunt. sed in primis memorabile est, quod in uno loco, qui compluribus verbis omissis in Palatino codice corruptus est, non solum Parisinus, sed etiam Valentianus pleniorem scripturam praebet, p. 116, 28 *cui exametro hunc epodum (epodū* V) *subdidit bimarisue corinthi ut diximus e tetrametro compositam* BV, *cui exametro compositam* A. sunt etiam alia exempla, sed leviora, in quibus cum Parisini codicis scriptura Valentianus consentit, p. 82, 14 *a dimetris* A, *a dimetros* BV ‖ 92, 27 *viridis*] *uiri dis* lacuna paucarum litterarum post *uiri* relicta A, *uiriperdis* BV ‖ 160, 90 *hactenus* A, *huc usque hactenus* B, *hususq: actenus* V. ceterum propter summam trium librorum similitudinem et manifestam originis cognationem, cum Parisinus codex paucis locis meliora praebeat quam Palatinus, Valentianus vero ad utriusque fidem supplendam nihil omnino adferat, non multum interest, utrum quis solum Palatinum tamquam fontem reliquorum sequendum, an alteri ex his quoque aliquam auctoritatem tribuendam esse dicat. certius autem tum demum ea de re iudicari poterit, cum Parisinus codex denuo inspectus et accuratius excussus fuerit. cuius rei cum mihi olim spes facta esset, mox, dum editio paratur, publica tempora obstabant.

pars in rebus levissimis neque ulla cura dignis versatur. denique cum in Parisino codice praeter ea quae in prima parte libri ipse contuli Gaisfordii fide utendum esset et quibusdam locis dubitari posset, num recte scriptura codicis ab eo indicata esset, in his eadem ratione, quam in Caesii Bassi et Atilii Fortunatiani libris tenui, usus sum, ut principis editionis lectione indicata discrepantiam codicis non adnotatam esse significarem. Vaticanorum codicum, in quibus excerpta de orthographia scripta esse dixi, copia mihi tum, cum editionem parabam, facta non erat. postea accepi apographum codicis Vaticani 2725, quocum reliqui tres fere consentiunt. ex hoc discrepantiam scripturae in fine voluminis adnotavi. ipsa excerpta ex eodem codice descripta edidi ind. lect. univ. Hal. aest. a. 1874 quamquam autem illa excerpta ex codice aliquo ab iis qui supersunt diverso, cuius apographum habebat Ianus Parrhasius, ducta sunt, tamen, cum et pauca sine certo ordine ex eo deprompta et omnia neglegenter scripta et perturbata sint, raro melioris scripturae vestigia apparebant. ex editionibus Camerarii (ϛ) et Basileensi (ω), quas nullam auctoritatem ad lectionem constituendam habere apparet, ea quae vel recte in illis emendata erant vel propterea, quod ex his vulgaris scriptura propagata erat, memorabilia esse videbantur adscripta sunt.

Marii Victorini nomen in praescriptione et subscriptione primi libri in tribus codicibus, in fine universi operis p. 184 in uno Parisino legitur. solo Victorini nomine praescripto Rufinus comm. in metr. Terent. p. 556, 22 et 557, 19 duos locos ex secundo libro p. 78, 19 et p. 80, 27 depromptos exhibuit, eodemque modo usus p. 565, 3 Victorinum inter eos qui numeros esse in Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum fabulas voluerunt appellavit. idem nomen restituere non dubitavi in excerptis codicis Sangallensis p. 639, 15, in quibus excerptis complura ex Victorini libris deprompta leguntur. et haec sola exempla sunt, quibus inferioris aetatis grammaticos his libris usi esse reperiuntur. sed diversum ab his codicum et grammaticorum testimoniis est illud, quod in tribus codicibus quarto libro subscriptum est p. 173, 32, *Aelii Festi Aphthonii viri perfectissimi de metris omnibus explicit liber IIII.* hac enim subscriptione, quae olim a Camerario omissa, postea a Gaisfordio primum e Parisino codice prolata est, hoc significari intellexit Bergkius Philol. v. XVI p. 639 sqq., ut quattuor libri qui praecederent non Victorino, sed Aphthonio tribuerentur*).

Itaque cum duorum grammaticorum nomina in uno opere coniuncta sint, primum illud apparet, ea quae post illam subscriptionem in codicibus de metris Horatianis et de ode et colo et commate scripta sunt ab Aphthonio

*) Quae praeterea Bergkius ad hanc sententiam confirmandam attulit, cur improbarem, exposui in commentatione academica Halis a. 1870 edita, quaest. gramm. p. I de Marii Victorini arte grammatica.

aliena esse. deinde non minus certum est ne ea quidem quae ab initio operis usque ad eum locum, in quo post commentarium de syllabis p. 31, 16 lacunam indicavi, leguntur huic auctori tribui posse. nam ut illo loco, quem dixi, ordo disputationis et nexus sententiarum manifesto perturbatus est, ita in reliquis, quae propter illam subscriptionem quarti libri Aphthonio tribuenda sunt, certum scriptoris consilium, quod ipsis librorum inscriptionibus indicatum est, conspicitur. nam duobus prioribus libris, qui didascalici dicuntur, praecepta metricae artis ita exposuit, ut primo libro, qui est de metrica ratione, elementa artis explicaret a litteris, sicut mos grammaticorum fuit, initio facto, secundo novem prototypa metra describeret. his duobus libris deinde item duos, quos pragmaticos esse voluit, addidit, quibus omnia metrorum genera, quae vel iuventa a poetis essent vel fingi e prototypis possent, describenda sibi sumpsit. et in tertio quidem libro de coniunctis inter se et mixtis metris primum qua ratione inter se miscerentur metra exposuit, deinde quem ad modum ex duobus metris principalibus, hexametro dactylico et trimetro iambico, reliqua derivarentur explicavit. in quarto libro de conexis inter se atque inconexis, quae Graeci *ἀσυνάρτητα* vocant, ea metra, quae ex permixtione hexametri dactylici et trimetri iambici orta essent, persecuturus varia versuum genera tractavit et interposita disputatione de origine musicae artis metra Horatii descripsit. ab hoc igitur quattuor librorum argumento longe diversa est prior operis pars, quae ante eum locum, quem dixi, scripta est. nam primum eorum omnium quae ibi tractata sunt nihil proprie ad metricam disciplinam, in qua reliqua versantur, pertinet, sed de definitione artis et de arte grammatica, de voce, de litteris, de orthographia, de syllabis sic, quasi universam artem grammaticam scriptor expositurus esset, disputatum est. deinde in ipso genere disputandi multa apparent scholasticae institutionis vestigia. nam et in initio libri plurima per interrogandi et respondendi formam scripta sunt, et in praeceptis orthographicis crebrae inveniuntur adlocutiones quasi coram discipulis docentis p. 12, 20. 13, 11; 18; 25. 14, 10; 14; 24. 15, 19. 16, 5. 20, 6. 21, 16; 18; 20 sqq. 22, 25. 23, 22. 24, 15. 25, 9; 16. quarum rerum nihil, praeter pauca quidem secundae personae exempla, invenitur in iis quae Aphthonio tribuenda esse dixi. denique commentarii de litteris et syllabis ab Aphthonii quidem disputatione p. 31, 17 sqq., quae tota ad metricas rationes instituta est, prorsus diversi sunt, sed cum Charisio et Diomede, non numquam etiam cum Donato et Dositheo, et haec et ea quae praeterea de arte et de voce in hac parte scripta sunt ita consentiunt, ut grammaticum iisdem auctoribus, quos illi secuti erant, usum esse appareat. commentarius autem de orthographia, quamquam praeter consuetudinem grammaticorum additus et ab antiquo et docto auctore haud dubie petitus est, tamen cum disputatione de litteris, in quibus orthographia versatur, ita coniunctus est, ut dubitari nequeat quin is quoque ab eodem grammatico, qui reliqua quae

hoc loco legimus composuit, collectus et in compendium redactus sit. quare haec omnia Mario Victorino, cuius nomen in codicibus praescriptum est, recte tribuuntur.

Sequuntur Aphthonii libri quattuor continuo argumento, quod supra indicavi, apte inter se conexi, sed a superiore parte diversi. in his tres adhibiti sunt metricae artis auctores, Caesius Bassus, Terentianus Maurus, Iuba. e quibus Caesium quidem Aphthonius non nominavit; sed quid ab eo receperit ex iis maxime intellegitur, quae ex fragmento Caesii Bassi repetita et partim iisdem verbis comprehensa apud eum leguntur, quamvis ea a Terentiano recepta non sint, de versu sotadeo p. 92, 13 Caes. p. 255, 3; de versu archebuleo p. 126, 6 Caes. p. 256, 8; de trimetro iambico claudo p. 136, 19 Caes. p. 257, 7; exempla versus saturnii p. 139, 6 Caes. p. 265, 17. Terentianum semel nominavit p. 83, 27 eaque ei tribuit, quae apud eum non inveniuntur neque sic, ut illo loco relata sunt, ab eo scribi potuerunt. sed multos Terentiani versus tamquam exempla metrorum posuit et praecepta eius de litteris et metris, quorum magnam partem recepit, saepe ita expressit, ut dictionem versibus accommodatam in prosa oratione retineret. quin etiam verbis illius non intellectis quibusdam locis in errorem inductus est, ut p. 33, 20 de enuntiatione litterarum, p. 121, 23 de versibus Pomponii, p. 154, 17 de metro anacreonteo. plurima vero, maxime in primo et in secundo libro, Iubae debuit, quem bis appellavit, p. 88, 4 de antispasto et p. 94, 6 de ionico. nam praeter ea quae nomine Iubae adscripto ab aliis grammaticis citata sunt, de pedibus iambici metri p. 80, 5 a Rufino comm. in metr. Terent. p. 562, 11, de octametro iambico p. 82, 25 ab eodem p. 564, 1, exemplum tetrametri trochaici p. 85, 11 a Mallio Theodoro p. 595, 13, multa apud eum inveniuntur, quae propter consensum eorum grammaticorum, quos illo auctore usos esse constat, ad eundem revocanda sunt. atque etiam ad graecos artis metricae scriptores, Hephaestionem, scholia Hephaestionis, grammaticum Ambrosianum *περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας*, iste consensus pertinet; cumque illi ab Heliodoro, quem vel maxime e Graecis Iuba secutus erat, multa receperint, sequitur ut quae apud illos ab Heliodoro ducta sunt, apud Aphthonium Iubae vindicentur. praeterea siquis acrius attenderit, non solum doctrinam utriusque metrici plurimis locis expressam, verum etiam ex elocutione, quae in fragmentis Iubae apparet, multa relicta esse inveniet. denique ut recte existimetur, quam multa ab eo Aphthonius receperit, sciendum est Iubam, qui post Terentianum de metris scripsit, libro illius usum esse, quamvis diversam ab eo rationem artis secutus sit. certum eius rei exemplum praebent ea quae hoc auctore apud Marium Victorinum p. 80 de iambico metro scripta sunt, quae cum haud dubie ad Iubam referenda sint, aperte Terentiani praecepta respiciunt. nec minus certum esse puto versus carminis Falisci p. 123, 20 ex Terentiani libro a Iuba receptos esse. idem de duobus versibus

Septimio Sereno adscriptis p. 122, 15 suspicatus sum p. 623, 31. num Caesii quoque librum Iuba adhibuerit, dubitari potest; in iis tamen quae ex hoc deprompta apud Marium Victorinum leguntur sunt quaedam, quae Iuba auctore videntur recepta esse. sed longiore disputatione, quam quae hoc loco institui possit, opus est, ut demonstretur quid uni cuique ex tribus auctoribus, quos dixi, in Aphthonii libris tribuendum sit. interim loci in margine editionis indicati, in quibus eaedem res vel apud Marium Victorinum vel apud alios grammaticos tractatae sunt, ad hanc quaestionem aliquam utilitatem praebebunt, quamquam illi non hoc consilio compositi, sed ad emendationem verborum adiuvandam adscripti sunt, et non nullos locos, quos res exigebat, a me omissos esse video. nunc autem hoc probavisse satis fuit, alios auctores in Aphthonii libris, alios in superiore parte operis adhibitos esse.

Iam si quaerimus, qui factum sit ut cum paucis Marii Victorini commentariis amplissimi libri Aphthonii coniungerentur, hos quidem initio deminutos esse apparet; et fieri potuit ut eadem lacuna, qua pars commentarii de litteris hausta est, plura etiam ex priore parte libri perirent. neque tamen casui et veteri errori tribuendum est, quod duorum grammaticorum commentarii et nomina uno opere coniuncta sunt. nam in iis quae Aphthonii esse dixi unus certe invenitur locus, in quo eorum quae antea scripta erant mentio fiat, p. 35, 21 *positione vero octo modis, ut supra relatum est, fiunt, ex quibus sex videntur aperti, de septimo etiam nunc tractemus.* haec enim ad disputationem de syllabis positione longis p. 27, 1 pertinent, propter quam disputationem hoc loco ex uberiore eiusdem rei expositione pauca excerpta sunt. quod contra ea quae deinde leguntur p. 36, 9, *nunc de communibus plenissime tractemus, unde sumus digressi,* non ad hanc partem, sed ad p. 32, 15 *qua condicione etiam in metris communes syllabas faciunt* referenda sunt. itaque cum ipse Victorinus suis commentariis libros Aphthonii subiecerit, simul hoc intellegitur, eum non integros libros, sicut a grammatico scripti erant, recepisse, sed ita in suum usum convertisse, ut quaedam suo arbitrio mutaret. atque haud scio an eius mutationis indicia in hac condicione librorum, quae nunc est, deprehendantur. nam iustus sententiarum ordo rebus de quibus modo dictum erat repetitis vel verbis non satis apto loco interpositis saepe ita perturbatus est, ut neque ab uno grammatico haec ita, ut nunc leguntur, scribi potuerint, neque omnis illa perturbatio ad vulgares librariorum errores vel ad interpolationem eam, quam omnes grammaticorum libri, dum frequenti usu in scholis inferioris aetatis tractantur, passi sunt, referri queat. in his igitur locis cum Victorinus iis quae ab Aphthonio scripta acceperat alia neglegentius adderet, alia omitteret, minus recte interdum duorum grammaticorum verba videntur coniuncta esse.

Restat extrema pars operis, in qua primum metra omnium carminum Horatii breviter describuntur, deinde, id quod cum hac materia coniunctum

est, de ode et melo et de colo et commate pauca adduntur. quae pars quamquam unius Parisini codicis subscriptione, quae quidem ex primo libri repeti poterat, Victorino tribuitur, in Palatino autem codice sine nomine auctoris scripta est, tamen non dubitavi eam Victorino continuare. nam cum nihil in his insit, quod iure ab illo alienum iudicari debeat, tum ipse quid secutus sit verbis in initio commentarii de metris Horatianis p. 174, 1 positis indicavit. nam quoniam enumeratio omnium carminum vel ab Aphthonio non exhibita vel a Victorino omissa erat, sicut dictum est p. 161, 15, postea hunc defectum ita supplevit, ut singulis metrorum generibus omnia carmina, in quibus ea invenirentur, adponeret. in commentario de ode paucis quae supra p. 54, 2 iam scripta erant repetitis quaedam ex aliis fontibus petita addidit.

Post Marium Victorinum posui quattuor libros minores olim Maximi Victorini nomine inscriptos. de quibus ut rectius, quam adhuc factum est, iudicari possit, memoria manu scriptorum codicum, a quibus edita exemplaria recesserunt, explicanda est accuratius. sed primum de duobus libris de arte grammatica et de metris, deinde de reliquis duobus, quorum ratio ab illis diversa est, dicam. illos igitur in tribus codicibus ita scriptos inveni, ut priore loco liber de arte grammatica praescripto Victorini nomine poneretur eique subiceretur alter qui est de metris. ex quibus ea quae huc pertinent adscribam. codex Reginensis 1587 saec. X *incipit ars Victurini. Ars quid est* — (p. 197, 21) *aut cum correpta uocalis seu sola seu consonanti. adiuncta syllabam facit quae partem orationis finiat ut o uirgo noua mi facies — quae omnia in metris obseruanda sunt. De exametro uersu siue heroico. Metrum quid est — exequemur.* commentario de syllabis addita sunt quaedam de syllabis positione longis. eadem, quae in hoc codice inveniuntur, ex vetere codice Iacobi Revii cum editione Putschii collato et maximam partem descripto adferuntur in codice Leidensi Perizoniano 56 Q. codex Neapolitanus IV A 34 saec. XI vel XII a Ianellio catalog. bibl. lat. mus. Borbon. p. 27 ita describitur, 'Victorini libellus de partibus orationis paginas 8 implens: alius vero ab arte grammatica. quam edidit Putschius p. 2450. Titulus in codice nostro *Incipit liber Victorini.* Initium opusculi *Ars quidem uniuscuiusque rei scientia: Artium genera quod sunt quaeres animi tantum poeticae musicae astrologiae grammaticae rhetoricae iuris scientiae.* Eiusdem Victorini libellus de hexametro versu. Initium *Metrum quid est? Rei cuiuscumque mensura. Metrum poeticum quid est? versificandi disciplina cum sillabarum ac temporum ratione in pedibus observata.* Haec praefixa in codice *Explicit liber Victorini de hexametro sive heroico versu*; quae tamen sic emendantur ad oram libri manu etiam vetere: *Explicit liber Victorini de partibus; incipit idem de hexametro sive heroico versu*'. codex Gothanus 117 chart. saec. XV *Incipit liber Victorini. Ars quid*

est — (p. 205. 4) *colligi possunt Coniunctio simplex ut si et composita ita etsi sed simplex producitur composita cum particula quidem corripitur ut siquidem. Explicit liber Victorini. De exametro siue heroico uersu — exsequeremur.* sequitur deinde libellus de finalibus metrorum cum commentario de caesuris in fine codicis mutilato, *Incipit de finalibus metrorii. Quanquam — ut arma.*

Libellus de arte grammatica legitur in codice Sangallensi 877 nono vel decimo saeculo scripto, f. 1 *In nomine dei summi incipit ars uictorini grammatici. Ars quid est — collegi possunt. finit ars victorini grammatici de analogia ac de cuscionibus* (l. *ac divisionibus*) *aliis deo gratias;* et non addito nomine grammatici in codice Reginensi 251 saec. XI, f. 27 *Artis grammaticae initium. Ars quid est — collegi possunt.* libellus autem de metris et hexametro versu in codice Parisino 7559 saec. X post Phocae artem grammaticam scriptus est ita, *Incipit ars Palamonis de metrica institutione de exametro uersu seu heroico. Metrum quid est — de ceteris uero suo loco. Incipit de cesuris. Cesure uersuum sunt IIII — greci uero quia geminos feriunt trimetros dicunt. finit. explicit liber Palamonis de metrica institutione.* commentario de caesuris addita sunt quaedam de metris (script. lat. rei metr. ed. Gaisf. p. 580—584) ex Isidoro collecta: sequitur deinde Alcuini ars. praeterea maxima pars utriusque libri recepta est in excerpta Audacis grammatici, cum quibus excerptis fere consentiunt pauca, quae e codice Vindobonensi 16, olim Bobiensi, f. 55*—56 in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 199 sqq. edita sunt, *Littera quid est — allec caput* (p. 194, 10—196, 17). *incipit liber Palemonis de arte. Ars quid est — funambuli* (p. 187, 2—15).

Vterque liber in editione Basileensi a. 1527 e codice Murbacensi, quem Ioannes Sichardus praebuerat, primum editus et Marii Victorini nomine inscriptus est, forma tamen ab ea quae in libris manu scriptis habetur valde diversa. nam non solum interrogationibus et responsionibus, quibus grammaticus usus erat, remotis omnia in continuam orationem translata, sed praeterea etiam plurima mutata sunt. neque dubitari potest quin studio editoris, non auctoritati codicis, quo usus erat, haec nova libellorum forma tribuenda sit. Basileensem editionem accurate expressit Putschius, qui primus Maximi Victorini nomen, quo deinde libri vulgo usurpati sunt, praescripsit, inductus fortasse iis quae de duobus nominibus in principe editione scripta sunt, vel ut a Marii Victorini libris hos diversos esse significaret. ceterum in commentario de arte grammatica quaedam e codice aliquo emendata habebat, sed ea paucis locis recepit. Putschii editionem Lindemannus, qui Gothano codice usus hos libros in primo volumine grammaticorum latinorum edidit, ita secutus est, ut non mutata vulgari librorum forma pauca e codice suo corrigeret. mihi ex iis codicibus, quos supra indicavi, in libro de arte grammatica codex **Sangallensis** ab Hermanno Hageno in meum usum descriptus, in libro

de metris Parisinus codex, quem ipse descripseram, parati fuerunt. ad horum igitur fidem utriusque libri recensionem ita exegi, ut omnem scripturae discrepantiam in adnotatione exhiberem: quamquam in Parisino codice infinita foedissimorum vitiorum multitudo per totum librum indicanda erat. sed ex ipsis vitiis memorabili exemplo cognoscitur ex vetere et bono codice eum descriptum esse, siquidem maxima eorum pars ita comparata est, ut librarium non intellecta vetere scriptura et ratione compendiorum ad haec vitia delapsum esse, interdum etiam propter eandem imprudentiam verba transposuisse appareat. in excerptis Audacis Bernensem et Monacensem codicem adhibui. Bobiensis codicis scripturam Vindobonenses editores praebuerunt. Gothanum a Duebnero cum Putschii editione collatum in schedis Lindemanni habui; integram tamen scripturam codicis recentissimi et non solum erroribus scribentis, sed etiam mutationibus recentium grammaticorum corrupti cum veteribus codicibus adscribere nolui, sed pauca, quae maxime memorabilia videbantur, adnotavi. principis editionis lectionem in iis indicavi, in quibus vel recte aliquid ab editore emendatum erat vel utile esse videbatur scire, quid ex illa olim vulgatum fuisset.

Commentarii de ratione metrorum et de finalibus metrorum inde ab octavo saeculo in multis codicibus scripti sunt, e quibus primum eos quorum fidem in illis recensendis secutus sum ponam, deinde alios, quorum mentio interdum in adnotatione facta est, indicabo additis titulis, qui libris praescripti et subscripti sunt. codex Vindobonensis 16, olim Bobiensis, saec. VIII vel IX f. 44*—47* *Incipit commentum maximini uictorini de ratione metrorum. Liquentes — exerceat. finit. Incipit de finalibus metrorii. Quamquam — patent. explicit feliciter. De caesuris. Caesurae sunt — addita* (p. 240, 9). codex Monacensis 6281, olim Frisingensis 81, saec. X f. 81*—91* *Incipit commentarium maximiani uictorini de ratione metrorum primo de litteris et syllabis. Liquentes — exerceat fin. lib. maximiani gramatici. Quae sint preterea tres primae maximī fugurae dicendi. Magno temperato subtili. Magno id graui accentu. Temperato id circumflexo accentu. Subtili id acuto. Aliter isidorus dicit Dicenda sunt — uehementia* (Isid. orig. II 17). *Metrorsus* (corr. *Metrorius*) *de latinis et in roma fuit et nobilissimo genere* (corr. *nobilissimi generis*) *patre solonio et matre prissionatia. Incipit de finalibus litteris uel syllabis metrorii. Quamquam — an meleboei fin. lib. metrorii grammatici:* cf. gramm. lat. v. IV p. XLIV. codex Monacensis 19484, olim Tegernseensis 1484, saec. X f. 14—22* *Commentarium maximi uictorini de ratione metrorum primo de litteris syllabis incipit. Liquentes — genetiuus* (p. 224, 15). *De uerbis* (p. 225, 1) — *exerceat* (p. 228, 5). *De participiis — ultra una* (p. 224, 16—29). *Quamquam de litteris — ut aio* (p. 230, 6). codex Parisinus 7530 saec. VIII f. 29—31* *De obseruatione ultimae syllabae casu singulari omnium partium orationis ac*

prius de nomine ordine litterarum uocalium obseruato deinde addita consonante. A terminatus (p. 231, 4) — *obseruanda sunt. explicit* (p. 239, 17): cf. gramm. lat. v. IV p. XLI. codex Palatinus 1753, quem supra descripsi, librum de finalibus metrorum praescripto Sergii nomine exhibet.

Ex reliquis codicibus, quos paucis locis commemoravi, utrumque librum continent duo, Parisinus 7491 saec. X *Incipit commentarium maximi uictorini de ratione metrorum. Primo de litteris et de syllabis. Liquentes — exerceat. Incipit metrorius de met ratione. Quamquam — meliboei,* et Parisinus suppl. 69 saec. XI *Commentarium maximi uictorini de ratione metrorum. prima de litteris et syllabis. Liquentes — ultra una. explicit uictorin incipit metrorius maximinum. Quamquam — patent ut euax heu. explicit.* maximam partem libri de finalibus omisso nomine auctoris cum arte Donati confusam habent codex Sangallensis 876 saec. IX et Bernensis 207 saec. IX vel X, e quibus Bernensem Hagenus anecd. Helvet. p. XV accurate descripsit et in hoc libro cum Putschii editione contulit. similiter in Lavantino codice, de quo dixi gramm. lat. v. IV p. XLIX, prior pars huius commentarii in explanationes in Donatum p. 522 recepta est, posterior ib. p. 562. commentarius de caesuris p. 240 nomine Victorini inscriptus legitur in codice Bernensi 338 saec. IX f. 16 post Capri tractatum de verbis dubiis, *De cesuris ratio uictorini. Caesurae sunt — meliboei.*

Sed praeter hos codices quos dixi et alios eiusdem fere aetatis complures, quos praetermisi, magnus numerus est codicum quinto decimo saeculo scriptorum, in quibus plerumque hi duo libri ita scripti sunt, ut priore loco liber de ratione metrorum, posteriore alter de finalibus ponatur, ut in Ambrosiano M 69 *Comentarium maximini uictorini de ratione metrorum prima de litteris et syllabis. Liquentes — uictorinus finit. incipit metrorius maximinus. Quanquam* sqq., et in Vrbinate 1157 *Commentarium Maximi Victurini de ratione metrorum. Liquentes* sqq. *incipit Metrorius Maximinus. Quanquam* sqq.; rarius ita, ut liber de finalibus antecedat eum qui est de ratione metrorum, ut in Vrbinate 452 *Metrorius Maximinus de syllabis. Sed ex uocalibus* sqq. (p. 229, 8) *Maximinus Victorinus de ratione metrorum. Coniunctas* sqq. (p. 218, 4), et in Vaticano 1491 *Metrorius. Quamquam* sqq. *Maximus Victurinus. Liquentes* sqq. quod genus librorum propterea commemoravi, quod his primi editores usi sunt.

Primum autem hi duo libri editi sunt Mediolani a. 1473 hoc titulo, *Commentarium Maximi Victorini de ratione metrorum* et *Metrocius Maximus de litteris et de syllabis*: cf. gramm. lat. v. IV p. XLIV. postea Ianus Parrhasius utrumque Maximi Victorini nomine inscriptum mutato ordine librorum repetivit Mediolani a. 1504 (ib. p. IX). *Maximi Victorini commentarium secundum de finalibus metrorum. Quumquam* sqq., deinde

Maximi Victorini commentarium. Liquentes sqq. nova ratio editione Basileensi a. 1527, quam supra p. IX descripsi, inducta est. in ea enim commentarius de finalibus e codice Palatino, de quo dixi p. VIII, editus et Servii nomine inscriptus est f. 55, deinde post duos Marii Victorini libellos de re grammatica et de carmine heroico Maximi Victorini de ratione metrorum commentarius f. 82. eam in hac quoque parte secutus est Putschius, qui commentarium de finalibus inter Servii libros posuit p. 1799—1800, alterum de ratione metrorum inter Maximi Victorini libros, quos dixerat. post Putschium Lindemannus in primo volumine grammaticorum latinorum librum Maximi Victorini de ratione metrorum cum duobus libris, de quibus antea dictum est, Bobiensi et Gothano codice adhibito edidit. librum autem de finalibus Maius class. auct. v. III p. 504 ea forma, quae in recentibus Italorum codicibus est, edidit hoc titulo, 'Metrorii Maximini de longis et brevibus'. eundem Vindobonenses analectorum grammaticorum editores p. 455 addita discrepantia scripturae codicis Bobiensis et Vindobonensis 3250 quinto decimo saeculo scripti ediderunt. inscriptionem autem libri in Parrhasii editione repertam, 'Maximi Victorini commentarium secundum de finalibus metrorum', receperunt.

In libris diu in scholis grammaticorum tractatis et diverso modo in codicibus scriptis cum certo dici nequeat, quid ex antiquissima memoria traditum, quid postea omissum vel additum vel mutatum sit, id maxime sequendum putavi, ut unius codicis forma, quoad eius fieri posset, exhiberetur. eum volui esse Bobiensem, cuius lectionem in Victorini libro de ratione metrorum schedae Lindemanni paulo accuratius descriptam, quam ab ipso in editione proposita erat, praebuerunt; in libro de finalibus eiusdem libri scriptura in editione Vindobonensi indicata erat. eum igitur in utroque libro ita secutus sum, ut, ubi ab eo discedendum esset, scripturae discrepantiam adscriberem, omissis tamen levissimis quibusdam rebus, quae diligentissime a Vindobonensibus editoribus adnotatae erant. ad hunc in libro de ratione metrorum adsumpsi duos codices Monacenses, quorum alter, qui olim Frisingensis fuit, una cum Bobiensi, quocum plerumque consentit, antiquiorem, verumtamen singulis locis saepe corruptam recensionem praebet, alter olim Tegernseensis, cum aliis locis ab illis recedit, tum commentarios de participiis et de adverbiis transpositos habet et omnino recentiorem recensionem exhibet, quam ipsam et alii libri manu scripti complures et Basileensis editio ex simili codice expressa sequuntur. Monacensium quoque codicum lectionem integram exhibui, quamquam leviores discrepantias, velut mutatum saepissime leviter ordinem verborum, praetermisi. in libro de finalibus praeter Bobiensem scriptura duorum codicum, Palatini et Parisini, indicata est; paucis locis etiam ex reliquis, quos supra indicavi, quaedam addidi. sed in Bobiensi et Palatino codice cum multa posteriore manu adscripta sint, quorum maxima pars non ad corrigendam priorem scripturam pertinet, sed instar scholiorum

adscripta est, ut ea quae a grammatico scripta erant exemplis adpositis illustrarentur vel augerentur, ea quae huc pertinebant a reliqua adnotatione separata per se posui. eius generis additamenta autem cum in aliis codicibus in ordinem verborum reciperentur, magna orta est scripturae diversitas. sed hanc pluribus etiam codicibus adhibitis ante oculos ponere inutile erat, in hoc praesertim libro, qui totus in vilissimo argumento versatur et pauca continet, quae maiore cura digna sint.

Apud grammaticos horum librorum memoria non extat ante Audacem, qui sexto fere saeculo, ut videtur, duos commentarios de arte grammatica et de metris in suum librum, cui titulum fecit *de Scauri et Palladii libris excerpta per interrogationem et responsionem*, recepit. Audacis libro deinde et Beda et Iulianus Toletanus usi sunt, quorum uterque etiam commentarium de finalibus syllabis non nominato auctore usurpavit. Beda autem de metr. p. 2371 libellum de ratione metrorum p. 218, 23 significans nomen Victorini posuit, *quis enim audiat Victorinum docentem ut scandamus 'ente carina', facientes synalipham in media parte orationis? quod numquam fecere priores.**)

Iam nomen Maximi vel Maximini Victorini (neque enim constat utra forma genuina sit) uni libro de ratione metrorum inscriptum invenitur in codicibus, neque quidquam praeterea de illo memoriae proditum est. nam in reliquis libris nomen grammatici, cui olim tributi sunt, a libris manu scriptis auctoritatem non habet. sed ex his primum libellus de finalibus syllabis hoc nomine editus est a Iano Parrhasio. qui cum in codicibus librum de ratione metrorum ita inscriptum invenisset, *commentarium Maximi Victorini de ratione metrorum primo de litteris et de syllabis*, et ei subiectum hunc *de finalibus Metrorii*, prioris libri inscriptionem ita interpretatus est, ut posteriorem quoque librum eidem auctori, qui priorem scripsisset, tribueret eique titulum faceret *Maximi Victorini Commentarium secundum de finalibus Metrorum.* et recte quidem pro nomine Metrorii, quod per se non minus suspectum est, quam vana commenta de genere grammatici, quae in Frisingensi codice adscripta sunt, restituit *de finalibus metrorum.* sed ut Maximi Victorini nomen ad solum priorem librum pertinet, ita illis quae addita sunt, *primo de litteris et de syllabis,* prima eius libri pars, quae est de litteris liquentibus et

*) Saepius ii qui nono et decimo saeculo de arte grammatica scripserunt his libris usi sunt, quorum testimonia in quaest. gramm. part. II de Maximi Victorini libris de arte grammatica qui feruntur (Halis a. 1871) p. VI exhibui. sed illi plurima non nominatis auctoribus in suos libros transtulerunt. siquid autem adscriptis veterum grammaticorum nominibus ponunt, in libello de arte grammatica nomine utuntur Victorini; commentarium de metris Palaemoni tribuunt, quod ipsum nomen et huic libro in Parisino codice et excerptis de arte grammatica in Bobiensi praescriptum est; eum qui commentarium de ratione metrorum frequentissime ab illis usurpatum scripsit mutato paulum vetere nomine constanter Maximianum appellant.

de syllabis, significatur. non maiorem auctoritatem in libro de finalibus habet nomen Maximini, quod in recentioribus codicibus ex subscriptione praecedentis libri, ut videtur, repetitum et cum corrupto Metrorii nomine coniunctum est. accedit quod multa quae hic leguntur similiter in Servii libro de finalibus ad Aquilinum scripta sunt; neque constat quis primus hoc genus regularum, quod postea diuturno scholarum usu a multis tractatum est, composuerit. omnino autem in huius modi libris, in quibus aut pauca aut nulla antiquioris doctrinae vestigia relicta sunt, de veteribus auctoribus quaerere parum utile et natura sua incertum est. ceterum ne de ratione metrorum quidem integrum veteris grammatici librum relictum esse manifestum est. nam non solum a liquentibus litteris parum apte initium fit, sed in reliquis etiam partibus de mensura syllabarum et de scansione versuum ita disputatur, ut et iusta ratio desideretur, et multa omissa esse appareat. cuius neglegentiae exemplum relictum est p. 219, 23, *quidquid enim in tur syllaba finitur, breve est, ut postea dicemus:* ea enim syllaba in finalibus syllabis verborum omissa est. itaque et haec, quae fidem manu scriptorum librorum secuti Maximo Victorino tribuimus, ex maiore opere excerpta, et regulae finalium syllabarum, quae ab alio auctore compositae erant, propter similitudinem argumenti excerptis Maximi Victorini subiectae sunt.

Minus certum iudicium est de duobus libris de arte grammatica et de metris, qui non solum ita coniuncti in quibusdam codicibus leguntur, ut nomen Victorini, quod priori praescriptum est, ad utrumque pertinere videatur, sed etiam propter similem rationem disserendi et genus dicendi uni auctori haud dubie tribuendi sunt. sed eosdem ex antiquiore libro neglegenter collectos et perturbato ordine verborum depravatos esse apparet. neque ex vetere defectu archetypi vel transpositione membranarum, de qua re olim Spengelius allgem. Schulzeit. a. 1832 p. 285 cogitabat, omnis illa depravatio derivari potest, sed praeter ea quae casu perierunt vel perturbata sunt, uterque liber curam grammatici expertus est, qui ea quae nunc legimus collegit et in hanc formam redegit. de metris quidem veterem auctorem plura scripsisse vel scripturum fuisse, quam nunc supersunt, in fine commentarii de hexametro indicatum est p. 215, 24, *hactenus de hexametro dactylico, de ceteris vero suo loco.* aliam autem recensionem eamque ex parte meliorem habebat Audax. quamquam enim non omnia, quae in eius excerptis addita sunt, ex his commentariis petivit, sed quaedam etiam ex alio fonte duxit, tamen certum est eum et rectius dispositos et non nullis locis pleniores habuisse libros. quare ne haec inter se confunderentur, aptum esse visum est nunc eam formam, quae codicibus tradita est, exhibere; postea ex Audacis excerptis ea quae memoria digna sunt edam. quam fidem autem nomina Scauri et Palladii in praescriptione excerptorum ab Audace posita habeant, non constat. nam Scauri nomen, ut videtur, ad priorem excerptorum partem,

quae ex his commentariis, de quibus nunc dicimus, petita est, pertinere voluit, Palladii ad posteriorem, in qua de tribus partibus orationis, de coniunctione, de praepositione, de interiectione, plurima ex Probi institutis artium collecta sunt. neque maiorem auctoritatem habet nomen Palaemonis a grammaticis saepe usurpatum, quod et commentario de metris inscriptum est in Parisino codice et excerptis de arte grammatica in Bobiensi. restat nomen Victorini, quod in principe editione utrique libro inscriptum et ad Marium Victorinum rhetorem, qui circa annum trecentesimum quinquagesimum vixit, relatum est, eidemque auctori artem maiorem quattuor libris divisam editor tribuerat. ab hac ratione deinde Putschius et Lindemannus et qui hos secuti sunt substituto in minoribus libris Maximi Victorini nomine parum prudenter discesserunt.*) nam a libro quidem de ratione metrorum, in quo solo illud nomen fidem habere supra dixi, horum uterque plane diversus est; sed cum iis quae Marius Victorinus ante Aphthonii libros scripsit multa in minore libro de arte grammatica consentiunt. nam primum de definitione artis et de arte grammatica eadem, a quibus ille exorsus est, in hoc libro praecipiuntur. deinde quae de voce, de litteris, de syllabis scripta sunt, pluribus locis dispersa apud illum inveniuntur p. 4, 13. 5, 14. 23, 14. 26, 15. 29, 27, quamquam in maiore opere doctior de his omnibus disputatio est, et quaedam aliter atque in hoc libello tradita sunt. in reliquis autem partibus grammaticae artis, de quibus in maiore opere Marii Victorini nihil scriptum est, iidem auctores adhibiti sunt, quibus illum in prima parte operis usum esse dixi. nam plurima similiter apud Charisium, Diomedem, Donatum, Dositheum scripta sunt. in commentario de metris pauca inveniri, quae cum Mario Victorino consentiant, mirum non est, quandoquidem ille de metris non sua, sed Aphthonii praecepta posuit. sunt autem fere haec, eaque et vulgaria neque ab omni parte inter se consentientia, de trochaeo in fine hexametri posito p. 208, 26 Mar. Vict. p. 71, 13. 72, 19; de senarii versus appellatione p. 209, 17 Mar. Vict. p. 79, 8. 132, 9; de hexametro dactylico tantum et de modo syllabarum in versu hexametro p. 210, 1

*) Post Lindemanni editionem de Maximo Victorino copiose disputavit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturg. v. II p. 352. qua disputatione hoc probare studuit, praeter quattuor Marii Victorini libros duos ex minoribus, qui sunt de metris et de ratione metrorum, Victorini rhetori, quem iam C. Marium Maximinum Victorinum dici volebat, tribuendos, tertium vero de arte grammatica a reliquis diversum esse. Osanni sententiam de duobus libris, quos ille Victorino rhetori tribuerat, probavit Lerschius Zeitschr. f. Alterthumswiss. a. 1840 p. 115, et cum a commentario de metris alterum de grammatica arte separari non posse intellexisset, hunc quoque ab eodem auctore scriptum esse existimavit. rectius Wentzelius symbol. crit. ad hist. script. rei metr. lat. p. 55 refutata Osanni sententia librum de ratione metrorum a reliquis duobus omnino seiungendum, hos vero ab uno grammatico, quem ille diversum a Mario Victorino esse voluit, scriptos esse demonstravit.

Mar. Vict. p. 70, 20. 72, 12; de priapeo et de pythio metro p. 215, 5 Mar. Vict. p. 151, 1. 50, 19. sed in primis memorabile est quod de sua aetate grammaticus profitetur, cum Lactantium sua memoria de metris scripsisse dicit p. 209, 11, *nostra quoque memoria Lactantius de metris 'pentameter' inquit et 'tetrameter'*. haec enim ad Firmianum Lactantium, quem, antequam christianam fidem profiteretur, non solum rhetoricae et grammaticae operam dedisse, sed etiam de metris scripsisse scimus (Damas. epist. ad Hieronymum, Hieron. op. ed. Vallars. v. I p. 159; Rufin. de metr. Ter. p. 564, 7), satis probabiliter referuntur. aliquot annis autem post Firmianum Lactantium C. Marium Victorinum Romae rhetoricam artem docuisse auctore constat Hieronymo comm. in epist. ad Gal. praef. v. VII p. 367, *non quod ignorem C. Marium Victorinum, qui Romae me puero rhetoricam docuit, edidisse commentarios in apostolum;* id. de vir. illustr. c. 101 vol. II p. 935 *Victorinus natione Afer Romae sub Constantio principe rhetoricam docuit et in extrema senectute Christi se tradens fidei scripsit adversus Arium libros dialectico more valde obscuros*, chron. ad a. 2370 (a. 356 p. Chr.) *Victorinus rhetor et Donatus grammaticus, praeceptor meus, Romae insignes habentur, e quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit.* eundem omnium liberalium doctrinarum peritissimum fuisse scribit Augustinus confess. VIII 2. in grammatica arte eum operam collocavisse memoriae proditum non est; sed ea tum fuit horum studiorum cum rhetoricis societas, ut ne ab his quidem alienus esse posset qui rhetorica arte docenda famam adeptus erat.

C. Mario Victorino rhetori igitur cum propter aetatis significationem in libro de metris inventam Basileensis editor, cuius praefationem supra exhibui, et hunc et coniunctum cum eo de arte grammatica librum vindicavisset, ut eidem auctori quattuor Marii Victorini libri tribuerentur ipsum nomen effecit. de grammaticis autem Victorini studiis, de quibus nimia olim existimatio fuit, rectius iudicabitur, postquam maximam partem eorum, quae in maiore opere de metris scripta sunt, Aphthonio deberi exploratum est. fuit enim ad utilitatem scholarum potius quam ad doctas grammaticorum quaestiones intentus et in componendis vel excerpendis iis quae ab antiquis auctoribus inventa erant nec diligentem nec peritum artis se praebuit. quae ratio non magis in primam partem maioris operis quam in minores de arte grammatica et de metris commentarios cadit, quamvis plura in his quam in maiore opere postea frequenti scholarum usu mutata sint. ac ne illud quidem a more illius aetatis alienum fuit, ut de iisdem rebus bis scriberent grammatici, cum primum ea quae ad institutionem puerorum maxime necessaria esse viderentur componerent, deinde eruditorum utilitati amplioribus libris consulerent. hunc igitur morem ita secutus esse videtur Victorinus, ut primum et de universa arte grammatica breviter scriberet et de metris pauca delibaret, deinde de elementis artis et de orthographia copiosius disputaret et praetermissis

reliquis grammaticae artis partibus omnem metrorum doctrinam Aphthonii libris in suum usum conversis exponeret.

De reliquis libris qui hoc volumine continentur suo loco dictum est. de Terentiano illud unum addendum est, principem editionem, cuius scripturam ex Lachmanni exemplo repetiveram, postea ex bibliotheca gymnasii Ioachimici Berolinensis liberaliter ad me missam et cum nova editione, dum typis describitur, denuo collatam esse. in quo negotio omnia accuratissime a Lachmanno indicata esse inveni. duos autem libros, quos praeter eos quos nunc edidi huic volumini destinaveram, excerpta Audacis et Bedae librum de metris, reposui, ne modum excederet volumen. ii igitur una cum libris grammaticorum de orthographia mox edentur.

Scripsi Halis Saxonum mense Octobri anni MDCCCLXXIII.

A codex Palatinus 1753

a eiusdem codicis corrector antiquus

*a** eiusdem codicis corrector recentior

B codex Parisinus 7539

Val. codex Valentinianus M. 6. 10 ex Palatino codice descriptus, cuius scriptura in iis quae in Palatini codicis scriptura correcta vel incerta sunt indicata est

ς editio princeps Ioachimi Camerarii Tubingae a. 1537

ω editio Basileensis Ioannis Sichardi a. 1527 de enuntiatione litterarum p. 38—42 ed. Gaisf. et de orthographia p. 7—29 ed. Gaisf.

ed. Sanctandr. editio (Commelini) apud Petrum Sanctandreanum a. 1584

MARII VICTORINI
ARS GRAMMATICA
LIBER PRIMVS
DE
ORTHOGRAPHIA ET DE METRICA RATIONE

p. 2449. 50 P. — p. 1 G.

Artium grammaticarum scriptores quidam ab arte coeperunt, quidam a grammatica, quidam a definitione, quidam a voce, quidam a littera. ars, ut Aristoni placet, collectio est ex perceptionibus et exercitationibus ad aliquem finem vitae pertinens, id est generaliter omne quidquid certis praeceptis ad utilitatem nostram format animos. Aristote|les quo modo? **τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ συνουσῶν.* nos qualiter? ars est summa rerum ratio comprehensarum atque exercitatarum ad aliquem vitae finem tendentium. huic arti quot contraria opponuntur? tria. quae? *κακοτεχνία, ψευδοτεχνία, ματαιοτεχνία.* grammatica autem ars quae est? spectativa orationis et poe-

---

6 Artium — a littera *schol. Dion. Thr. 730, 5* 12 Ars est summa *Diom. 421, 4* 15 grammatica — poematos *schol. Dion. Thr. 667, 31.* grammatica — 4, 7 probare *Diom. 426, 13—31 Max. Victor. 1937*

---

1 ...S GRĀMATICA MARII UICT.... *A* INCIP̄ ARS GRAMMATICA MARII VICTORINI DOCTORIS EXIMII *Val.* INCIPIT ARS GRAMATICA ÜICTORINI MARI DE ORTOGRAFIA ET DE METRICA RATIONE *B* Ars grammatica Marii Victorini de metricis didascalicis ς 7 a grammatica *B*ς a grammatice *A* 9 quicquid *B* quia *A* quod ς 10 *Aristotelis definitio vel grammatici vel librariorum culpa omissa est. sequitur deinde artis definitio postea vulgo recepta et a multis tradita: cf. schol. Dionys. Thrac. p. 649 ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ουτως, τέχνη ἐστὶν ἕξις ὁδοῦ τοῦ συμφέροντος ποιητική· ἕξις δ' ἐστὶ πρᾶγμα μόνιμον καὶ δυσκατάληπτον. οἱ δὲ στωικοὶ λέγουσι, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐμπειρίᾳ συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. ib. p. 721 ὁ δὲ Ἀριστοτέλης, ἕξις ὁδοῦ τοῦ συμφέροντος ποιητική· ἕξις δέ ἐστι πρᾶγμα μόνιμον καὶ δυσκατάληπτον. ὁ δὲ τεχνικὸς οὕτως, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ* ΤΕΧΝΗ ЄΤΙ CΥCΤΗΜΑ ЄΚΚΑΤΑΛΗΨЄUC CΥΓΓЄΓΥΜΝΑCΜΕΝΩΝ ΓΡΟC ΤЄΤΟC (*corr.* ΤЄΛΟC) ЄΥΧΡΗCΤΟΝ ΤΩΙ ΒΙΩΙ CΥΝΟΥCΙΟΝ *A* ΤΕΧΝΗ ЄCΤΙ CΥCΤΗΜΑ ЄΚ ΚΑΤΑΛΗΨЄUC CΥΓΓЄΤΥΜΝΑCΜЄΝΩΝ ΠΡΟC ΤЄΛΟC ЄΥΧΡΗCΤΟΝ ΤΩΙ ΒΙΩΙ CΥΝΟΥCΙΟΝ *B τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρὸς τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ συντεινουσῶν* ς
12 *συνουσῶν*] *fortasse τεινουσῶν* ratio] dictio *AB*ς 13 *fortasse* ad aliquem utilem vitae finem 14 opponuntur *B a* ς ponuntur *A*

matos. haec quot modis discernitur? tribus. quibus? intellectu poe|tarum et recte loquendi scribendique ratione. huius plerique quot partes tradiderunt? duas. quas? ἐξηγητικήν ‖ atque ὁριστικήν. quae est ἐξηγητική? quae enarrat. quae ὁριστική? quae definit. ut Varroni placet, 'ars grammatica, quae a nobis litteratura dicitur, scientia est *eorum* quae a poetis historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore'. eius praecipua officia sunt quattuor, ut ipsi placet, scribere legere intellegere probare. ut Aristoni placet, 'grammatice est scientia poetas et historicos intellegere, formam praecipue loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens'. 'definitio est', ut ait Cicero, '*oratio* quae quid sit de quo agitur ostendit quam brevissime'.

DE VOCE

Vox est aer ictus auditu percipibilis, quantum in ipso est. Graeci qualiter? ἀὴρ πεπληγμένος αἰσθητὸς ἀκοῇ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἐστιν. vocis formae sunt duae, articulata et confusa. articulata est quae audita intellegitur et scribitur et ideo a plerisque explanata, a non nullis intellegibilis dicitur. hanc Graeci quid appellant? ἔναρθρον φωνήν. huius autem species quot sunt? duae. quae? nam aut musica est, quae tibiis vel tuba redditur aut quolibet organo, aut communis, quà promiscue omnes utuntur. confusa autem est quae nihil aliud quam simplicem vocis sonum emittit, ut est equi hinnitus, anguis sibilus, plausus, stridor et cetera his similia. alii eam quae dicitur in usu articularis litteralem dixerunt, ut nomina verba adverbia et ceteras partes orationis. omne autem explanativarum ‖ vocum initium et individua vox est littera, ex qua articulata vox existit *et* in quam ultimam resolvitur, unde consequens est ut de littera dicamus. sed prius est ut elementum et dictionem et orationem definiamus. elementum

---

9 definitio *Diom. 420, 25* 26 elementum — 5, 2 resolvitur *Diom. 421, 17 Dosith. 12, 3 Prob. instit. 48, 33 Serg. explan. in Don. 487, 11. 15 schol. Dion. Thr. 773, 11*

---

3 quae est ЄΞΗΓΗΤΙΚΗΝ *B* 4 quae ΟΡΙCΤΙΚΗΝ *A* quae ΟΡΙCΤΙΚΗΝ *B* definitur *B* *Varronis definitionem non satis accurate a Victorino indicatam esse animadvertit Lehrsius Herod. script. tria p. 437. ad primum librum disciplinarum de grammatica eam rettulerunt Ritschelius quaest. Varron. p. 7 et Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 101. 208* 5 eorum *om. A B ς, add. Scaliger in Varron. fragm. p. 19: cf. Dion. Thr. p. 629, 2* 9 loquendi *bis scriptum, sed priore loco deletum est in A* 10 Cicero] *orat. 33, 116* oratio *om. A B ς* 20 simplicem] simplex *B* 24 et in quam] in quę *B* inque *A ς* 25 sed prius est ut elementum et dictionem et orationem (rationem *Val.*) definiamus (definiamus *om. Val.*) elementum est uniuscuiusque rei initium dictio figura significantium uocum aut a quo initium sumit incrementum et in quę (in quod *Val.*) resoluitur oratio est dictio significans uel conpositio dictionum significantium consũmans (consumans *Val.*) unam sententiam̃ *B Val.* sed prius est ut elimentum | *nẽ definiamus. elementum est cu (u superscr.)... | * figura significantium uocum aut a... | *rementum et in quae (quod superscr.) resoluitur oratio es... | *uel compositio dictionum significantium cons.... | unam sententiam *paucis litteris in fine versuum, pluribus in initio lacuna membranarum deletis A* sed prius est, ut elementum atque orationem definiamus. elementum est cuius est littera minima figura significantium uo-

est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur: dictio *est* figura significantium vocum: oratio est dictio significans vel compositio dictionum significantium consummans unam sententiam. |

DE LITTERIS

Littera est vox simplex una figura notabilis. litteram quidam quid putant dictam? quasi legiteram. quare? quia legenti iter praebeat. quidam quid dixerunt? leviteram. quare? quia levat ut iteretur, id est delectat, iterum ut scribatur. vox simplex quare? ideo quia eius vocis quae ἔναρθρος a Graecis dicta est sub significationem aliquam venit, [vel ut minima pars] ideoque a non nullis nota vocis articulatae dicta est. una figura notabilis *quare*? ideo quia una quaeque littera suam figuram habet. nam syllabae pluribus figuris, id est litteris, notantur, nisi cum vocales vice syllabarum funguntur.

[Nam] accidunt uni cuique litterae nomen figura potestas. nomen est quo appellatur, figura qua notatur, potestas qua valet. litterarum aliae sunt vocales, aliae consonantes. vocales sunt quae per se proferuntur et per se syllabam ‖ faciunt. sunt autem *numero* quinque, a e i o u. harum duae, i et u, transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut Iuno vates. consonantium vero est species duplex: sunt enim aliae semivocales, aliae mutae. semivocales sunt quae per se quidem proferuntur, sed per se syllabam non faciunt. sunt autem numero septem, f l m n r s x. ex his una duplex littera, x: constat enim aut ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s, ut pix picis; ideoque haec littera a quibusdam negatur. mutae sunt autem quae neque per se proferri possunt nec per se syllabam faciunt. sunt autem numero novem, b c d g h k p q t. ex his supervacuae quibusdam videntur k et q, quia c littera harum locum possit implere. h quoque adspirationis notam, non litteram existimamus. y et z propter graeca nomina admittimus.

Littera est humanae vocis pars. litterae romanae ad imitationem graecarum factae. novas etiam habent, ut h q v. item superfluas quas-

---

2 oratio — sententiam *Diom. 300, 18 Dion. Thr. 634, 3 schol. Dion. Thr. 840, 8* 14 accidunt uni cuique litterae — 29 admittimus *Charis. 7—8, 20 Dosith. 12, 5—13, 3 Max. Victor. 1944 Diom. 421 Don. 367*

---

cum, aut a quo unumquodque sumit incrementum, et in quod resoluitur. oratio est ordinatio uel compositio dictionum significantium continuam sententiam ς 5 quid *deletum est in B, om.* ς 6 quare quia quod legenti *deleto* quia *B. fortasse* quare? quia legitur vel quod legenti iter praebet: *cf. Diom. p. 421, 26* quidam quid dixerunt *A* quidam quid' (*h. e.* quidem) dixerunt *B* quidam dixerunt ς 9 vel ut minima pars *ex vulgari apud grammaticos definitione litterae* (*Diom. p. 421, 15 Don. p. 367, 9*) *addita esse videntur* 11 quare *om. A B* ς 17 numero *om. A B* ς 27 littera *om. A, add. a* 28 non litteram admittimus sed aestimamus *A B* 31 *fortasse* ut f h q v, *si modo quae de f littera leguntur* 6, 4 *ab ipso Victorino scripta, non ab interpolatore addita sunt*

dam videntur retinere, x et k et q: nam y et z propter graeca nomina additae sunt. nec dubitatur his litteris omnibus | absque sola v remotis latinae linguae reliquas XVII posse satisfacere. nam pro h adspirationis nota, ut Graeci faciunt, poni posset: f etiam p et eadem adspiratione compleretur nihilo minus. pro k et q c littera facillime haberetur. x autem per c et s possemus scribere. * sic et z, si modo latino sermoni necessaria esset, per d et s litteras faceremus. sed ut omnes quae usui traditae sunt recipiamus, sunt XXIII. ex his aliae sunt vocales, ut supra diximus, aliae consonantes, aliae mutae. vocales sunt quae plenam vocem proferunt, || per quas etiam separatas syllabas fieri volunt. sunt autem numero sex, a e i o u y. harum nulla natura littera longa aut brevis est, sed omnes uno modo, si corripiuntur, breves, si producuntur, longae sunt, ac praecipue e et o, quae biformes dicuntur, quia pro binis graecis apud nos ponuntur. residuae autem litterae omnes consonantes sunt XVII, b c d f g h k l m n p q r s t x z. hae dividuntur in partes duas: aliae enim sunt semivocales, aliae mutae. semivocales sunt quae partem quandam vocis incipiunt, sed implere non possunt, et sunt VIII, f l m n r s x z. ex his immutabiles IIII, l m n r, dictae sunt, quia in masculinis et femininis nominibus per nominativum casum positae in omnibus declinationibus manent nec mutantur. eaedem autem liquidae dicuntur, quando hae solae inter consonantem et vocalem immissae non asperum sonum faciunt, ut clamor Tmolus † consul Africa. item ex isdem semivocalibus duplices sunt duae, x et z: singulae enim in metrica ratione pro duabus consonantibus valent. residuae semivocalium sunt f et s. ex quibus f quidam errantes duplicem dicunt, quia ex p et h composita videatur. sed quando

3 nam pro h, adspirationis nota, ut Graeci faciunt, poni posset f, et eadem adspiratione compleretur. nihilominus pro k *G. I. Vossius de art. gramm. I. 26 p. 102.* f *litteram* p *et* h *litteris exprimi posse indicatum est infra 25 Priscian. l. I. p. 11, 9. 19, 8 Diom. p. 423, 8 Pomp. p. 239. 11* 4 etiam] et *A B ς* 6 *lacunam qua adnotatio de* y *littera excidit indicavi* 7 omnis *A* 10 volunt — 9, 7 natus nosco *in A unius schedae defectu perierunt. ante quem defectum duo capita* de orthographia *(p. 7—29 ed. Gaisf.) et* de enuntiatione litterarum *(p. 38—42 ed. Gaisf.) in editione Basileensi a. 1527* (ω) *edita erant ita,* DE ENVNTIATIONE LITERARVM VICTORINI AFRI Placuit autem — uocabula recipiemus. FINIS. EIVSDEM VICTORINI AFRI de Orthographia liber, ex codice Laurissensi. Nunc quoniam — forus autem status tam in foro, quam in naui et torculari. Victorini Afri Orthographiae FINIS. *hanc editionem secutus Camerarius transposita ea parte quae est* de enuntiatione litterarum *et omissis verbis* volunt sunt autem numero sex — 7, 33 labor honor *reliqua ita supplevit et edidit in ς,* separatas syllabas fieri contingit. consonantes quae nunc praepositae nunc subiunctae uocalibus consonant. mutae, quae neque proferri per se possunt, neque syllabam facere. DE ENVNCIATIONE LITterarum. Placuit autem *p. 38 ed. Gaisf. — p. 42* recipiemus. DE ORTHOGRAPHIA. Nunc quoniam res admonuit *p. 7 ed. Gaisf. — p. 38* DE SYLLABARVM NATVRA et connexione. Sed ut ad propositum nobis redeam *p. 42 ed. Gaisf. sqq. ex Parisino codice Gaisfordius ea quae in editis exemplaribus omissa erant addidit et genuinum verborum ordinem restituit. in iis quae in A perierunt integram discrepantiam codicis Valentiniani adscripsi* 11 y] s *Val.* 12 corripiantur *B Val.* 22 consul] Gnaeus *L. Müllerus, quod habet Terentianus 1234.* item subiungitur mutis, ut Cnidius Potnias *Diomedes p. 425, 11,* item subiungitur et consonantibus, ut Cnidius Cythnius *Dositheus p. 14, 16.* tertia uda sic videtur posse g mutam sequi, Graia verba quando in usum sermo noster suscipit, Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis *Terentianus 890* 25 quia ex p *Val.* quod ex p *B*

in pedibus duarum consonantium virtutem non habet, duplex non est. s autem vocatur facilis, quando plurimis consonantium iuncta in syllabarum sono miscetur. mutae sunt quae nullius vocis sonum separatim faciunt, et sunt VIIII, b c d g h k p q t. ex his h vocatur infirma, quia in metris plerumque despicitur nec consonantis tenet locum, ut 'saevus Achilles', quod idcirco sic est, quia ç et h unius consonantis graecae loco habetur. k autem dicitur monophonos, ‖ quia nulli vocali iungitur nisi soli a brevi, et hoc ita ut ab ea pars orationis incipiat; aliter autem non recte scribitur. item vocantur spiritales tres, c p t, quia his h littera subiecta inserit spiritum, ut Chiron Philon Thoas; et ideo residuae b d g q nominantur rigidae, quia nullam earum eadem h ad recipiendam adspirationem flectat. quod contingit omnibus semivocalibus absque sola r; sed ea plurimum in peregrinis nominibus adspiratur. addita autem fuerat a veteribus non frustra velut F, quam musici digamma vocant. sed pro hac iam v litteram scribimus; atque ita fit ut eadem nunc [u] vocalis sit, ut unus, nunc consonans, ut vivus. sic et i nunc vocalis est, ut Iris, nunc consonans, ut ieiunus. finitivae litterae masculinorum nominum sunt septem, a l n o r s x, ut Sylla sal pecten Cato Hector deus felix; femininorum vero latinorum sunt sex, a n o r s x, ut Roma aspargen virgo mulier salus nix, et in atticis nominibus m, ut Glycerium. in neutris autem sunt septem, e l m n r s x, ut pingue tribunal scamnum lumen marmor nemus audax. * b consonans muta rigida, c consonans muta spiritalis, d consonans [hasta] muta rigida, e vocalis biformis, f consonans semivocalis apud quosdam duplex, g consonans muta rigida, h consonans muta infirma, i vocalis interdum consonans, k consonans muta monophonos, l consonans semivocalis immutabilis, m consonans semivocalis immutabilis, n consonans semivocalis immutabilis, o vocalis biformis, p consonans muta spiritalis, ‖ q consonans muta rigida, r consonans semivocalis immutabilis, s consonans semivocalis facilis, t consonans muta spiritalis, v vocalis interdum consonans, x consonans semivocalis duplex, y vocalis graeca, z consonans semivocalis graeca duplex. r et s litterae apud antiquos communem potestatem habebant, arbos labos honos, nunc arbor labor honor. |

DE ORTHOGRAPHIA

Nunc quoniam res admonuit, non absurdum videtur de orthographia paucis scribere vel analogia. erit itaque in principio dicendum, quem ad modum antiqui scripserint, dehinc quid nunc debeamus observare.

---

4 b c d h k q p t *Val.* b c d h k q p t y *expuncto, ut videtur,* y *B* 5 in metricis *B Val.* 6 quod idcirco *Val.* quae idcirco *B* 12 quod contigit *B* quia contigit *Val.* 13 adspirat *B Val.* 14 sed pro hac i aut u litteram *B Val.* 19 septem a n o r s x m ut roma — nominibus ut glicerium *B Val.* aspargen *Val.* aspergen *B* 22 *lacunam qua* a *litterae definitio excidit indicavi* 32 habebant *corr. al. man., ut videtur,* habebunt *Val.* 37 quod *corr.* quid *Val.*

Consonantes litteras non geminabant, ut in his, Annius Lucullus Marcellus Memmius, et ceteris his similibus, sed supra litteram quam geminari oportebat [scilicet] sicilicum [im]ponebant, cuius figura haec est ʌ, idque erat signum geminandi, sicut apparet in multis adhuc veteribus ita scriptis libris. iidem voces quae pressiore sono eduntur, ausus causa fusus || odiosus, per duo s scribebant, aussus. iuxta autem non ponebant cm: inde nec Alcmenam dicebant nec Tecmessam, sed Alcumenam *et Tecumesam;* inde Alcumeo et Alcumena *et Tecumesa* tragoediae, donec Iulius Caesar, qui Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus Tecmessam inscripsit tragoediam suam, et *ita* in scena pronuntiari iussit. Accius vero cum scriberet † anguis anguies angules imponebat. idem nec z litteram nec y in libros suos rettulit, quod ante fecerant Naevius et Livius; *et* cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i litteram incideret: hanc enim per e et i scribebat. Gn. Pompeius Magnus et scribebat et dicebat kadamitatem pro calamitate. Nigidius Figulus in commentariis suis nec k posuit nec q nec x. idem

---

1 Consonantes litteras *p. 9, 22. Fest. 355, 1 Quintil. I 7, 14* 6 iuxta autem non ponebant cm *p. 9, 20* 11 Accius vero *p. 16, 4. 19, 11*

---

2 Marcellus *B* marcus *Val., om.* ω ς. *an* Arrius? *Fest. 355, 4* antiqui nec mutas nec semivocales litteras geminabant, ut fit in Ennio Arrio Annio 2 cetera his similia *B Val.* ω ς 3 *notam sicilici om. Val.* ω ς, *add. B* 4 idque *B* ideoq: *et in marg.* id. q. *Val.* quod ω ς 5 idem *B Val.*. eduntur ω ς educuntur *B Val.* 7 inde nec *Ritschelius mus. rhen. VIII (a. 1853) p. 476* deinde nec *B Val.* ω ς nec tecmusam (tescmusam *B*) sed alcumenam inde alcumeneo et alcumena tragoediae *B Val.* ω nec Tecmesam, sed Alcumenam: inde Alcumaeon et Alcumena tragoediae ς nec Tecmessam, sed Alcumenam et Tecumessam: inde Alcumaeo (*vel* inde de Alcumaeone) et Tecumessa tragoediae *Ritschelius* 8 Alcumeo *defendit Ribbeckius Iahrb. f. Philol. a. 1858 p. 192* 9 qui et Vopiscus *Ritschelius* strabo et sesqueculus *B Val.* Strabo qui et Sesquiculus ω ς Strabo qui et sesquioculus *I. A. Fabricius bibl. graec. IV p. 577 ed. Harl.* primus de tecmusam scripsit *B Val.* primus de Tecmusa scripsit ω primus de Tecmesa scripsit ς 10 tragoidiam *Val.* ita *om. B. Val.* ω ς 11 actius *B* cum scriberet anguis, anguies imponebat ω cum scriberet anguis, angueis imponebat ς cum scriberet angulus, aggulus ponebat *Ritschelius de miliario Popiliano (Bonnae a. 1852) p. 23* cum scriberet anguis aggueis, agma interponebat *Gulielmus Schady de Marii Victorini libri I capite IV (Bonnae a. 1868) p. 16 auctore Usenero coll. Priscian. l. 1 p. 30, 12. retinui codicum scripturam ab excerptore corruptam. sententia autem grammatici ita restitui poterat,* Accius vero, cum scriberet agguis, non anguis, et aggulus, non angulus, ng non ponebat idem] item *ed. Sanctandr.* idem nec z litteram nec y in libro suo retulit quia quae ante fecerant naeuius et liuius cum longa syllaba scribenda esset duas uocales ponebant praeterquam quae in i litteram inciderant hanc enim per e et i scribebant *B Val.* ω ς idem nec z litteram nec y in libros suos rettulit, quamquam id (*vel* illud) ante fecerant Naevius et Livius; et cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i literam inciderent: hanc enim per e et i scribebat *Ritschelius l. c.* idem nec z litteram nec y in libros suos retulit. quod ante fecerant Naevius et Livius, cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i litteram inciderant: hanc enim per e et i scribebant *Schady l. c. quod in ea scriptura, quam ipse cum Ritschelio secutus sum,* y *littera Livio et Naevio tribuitur, neglegentiae grammatici dari potest. rectius tamen* nec z litteram nec x *scribi puto, ut Nigidius,* qui in libris suis x littera non est usus antiquitatem sequens *p. 21, 3 Accii exemplum secutus sit* 15 et scribebant et dicebant ω ς pro ᵏcalamitatē *B* pro kalamitatem *Val.* ω ς

h non esse litteram, sed notam adspirationis tradidit. Licinius Calvus q littera non est usus. consultum senati ipse scripsit, et ad C. Caesarem senatus consultum. idem optimus maximus scripsit, non ut nos per u litteram. divus Augustus genetivo casu huius domos meae per o, non ut nos per u litteram scripsit. Messala, Brutus, Agrippa pro sumus simus *scripserunt*. *quaedam* nos paucioribus litteris scribimus, quam antiqui scribebant, ut narus navus natus nosco. nam illi has voces et similes istis g anteposita scribebant; cuius consuetudinis nos | vestigia retinemus, cum scribimus ignarus cognatus ignavus ‖ cognosco. nec solum litteras eximimus, sed voces quoque ipsas commutamus, ut cum dicitur nemo et nullus, ex quibus prior vox ad homines solos pertinet [nemo]. quorum genetivum casum aliter quam nos veteres extulerunt: nemini enim et nulli dixerunt. item †ad bonae fruges quoque, nos bonae frugi, quamvis nullum nomen singulare latinum per omnia genera numerosque omnes et per *omnes* casus i littera terminetur, tamen omissa parte eius solum frugi scribimus. sed nos nunc et adventum et apud per d potius quam per r scribamus, arventum et apur, et linguam per l potius quam per d, *et* praesidium per d potius quam per l. hactenus autem et hodie, non, ut antiqui, hacetenus *et* hocedie: et illic potius quam illice: et pro lavabro potius labrum: simul, non semol: et Alcmenam quam Alcumenam, Alcmeonem quam Alcumeonem, Tecmessam potius quam interposita u Tecumessam. et ubi duarum consonantium sonus percutiet aures, ut in sabbatis saccis effert effugit * fallit gallus vallus macellum nullus pallium Pallas, per duo l, sicut per duo n annum Cinnam et simila; sic et per

11 nemo *Fest. 162, 1 Charis 96, 15* 13 bonae frugi *Charis. 105, 1* 17 arventum *Prisc. I 35, 2* apur *Paul. exc. Fest. 26, 5* linguam *p. 26, 1* 20 Alcmenam *p. 8, 7* 22 et ubi duarum consonantium *p. 7, 1*

2 consultum senati *Val.* ω ς consultum senatus *B* consultum senatuis *coniecit Gaisfordius coll. Charis. p. 143, 12. malim* consultum senati idem saepe scripsit et ad C. Caesarem senatuis consultum 4 divus Augustus] *Sueton. Aug. 87* item simus pro sumus et domos (domuos *Ritschelius de Aletrinatium titulo Bonnae a. 1852 p. 7)* huius domuos meae per uo, non ut nos per u *Ritschelius l. c.* 5 messala brutus *B* ω ς mensalibratur (a, u superscr.) *Val.* 6 scripserunt quaedam *om. B Val.* ω ς 7 nam illi *B Val.* ... illi *paucis litteris in initio paginae abscisis A* et illi ω ς 10 cum dicatur *AB* ω ς 11 pertinet ne homo *Schady p. 41 coll. Fest. p. 162* 13 item bonae frugis quoque, nos bonae frugi, quamuis ω ς. *fortasse* item a bona fruge bonae frugi, quod nos, quamvis *vel* item bonae frugi dixerunt pro bonae frugis: nos quoque, quamvis. *nam hoc voluisse videtur Victorinus, veteres genetivo casu* bonae frugi *dixisse, sicut* nemini *pro* neminis *dictum esse voluit, inde mansisse ut vulgo diceretur* frugi 15 omnes *posteriore loco om. AB* ω ς tamen] tantum *AB* ω ς 16 per d potius quam per t scribamus atuentum et aput ς 18 et *ante* praesidium *om. AB* ω ς 19 ut antiqui hacettenus hocetdie *AB* ω ut antiqui hacceteuus hoccedie ς ut antiqui hacetenus hocedie *Bergkius Zeitschr. f. AW 1850 p. 328* et ill potius quam illo *AB* ω et illum potius quam illo *Val.* et illuc potius quam illo ς. *an* et illi potius quam olli? 20 potius *ante* labrum *in marg. A, om.* ω ς simul non semol *Bergkius l. c.* simul non semel *AB* ω ς 21 Tecumessam] tecumesam *corr.* tecumessam *A* 22 auris *A* 23 *lacuna quam indicavi haec fere exciderunt,* bis scribendae sunt consonantes, item 24 cynnam *B*

duo p apparatum lappam, per duo r Arruntium barrum currit ferrum, item per duo s assiduum Cassium fessum, et per duo t Attius Vettius et similia. nam ut color oculorum iudicio, sapor palati, odor narium dinoscitur, ita sonus aurium arbitrio subiectus est. clarorum autem virorum, quos supra nominavi, consuetudinem in libris reperire possumus eorum.

Sacratum debet scribi, non secratum: sacratum autem in compositione consecratum facit, per s et e, non per s et a. sic et castus facit ‖ incestum, non incastum. promiscuus etiam promiscue facit, non promisce (u enim perduci *non* debet), sicut assiduus assidue facit.

Quot, quotiens numerum significamus, per t, non per d scribendum erit, ut tot quot. sic et quotiens praepositio erit ad, per d, ut 'ad mortem si te fors' et 'ad quem sic roseo'; | si erit autem coniunctio, per t, ut 'at regina gravi'. antiqui pro sed scribebant sedum; nostra aetas partem litterarum in eo reservavit, partem brevitatis gratia ex eo detraxit, nullam immutavit; et *ideo* nos per *d* sed quam per *t* set scribamus.

Nomina quae singulari nominativo casu in us litteris terminantur, ut Atticus Brutus et similia, genetivo casu una recepta i littera declinabuntur et scribentur, non per duo i, ut Attici Bruti. quae autem nominativo i litteram habuerint, ut Gellius Furnius, genetivo geminare debent i, ut Gellii Furnii.

Voster vortit et similia per e, non per o, scribere debemus. has igitur voces et similes istis * itemque agendum caedendum capiendum faciendum per e potius quam per u, sicut acerrimus existimat ‖ extimus intimus maximus minimus manipretium sonipes per i quam per u.

Quae voces z litterae sonum exigunt, eas per z sine ulla haesitatione

---

10 Quot *Vel. Long. 2230 Cassiod. 2291* 11 ad *Quint. I 7, 5 Vel. Long. 2230 Cap. 2241* 13 sed *Charis. 112, 5 Ter. Scaur. 2251 Cassiod. 2283 Vel. Long. 2231* 22 voster *Quint. I 7 25 Charis. 193, 5 Cassiod. 2283* 25 per i quam per u *p. 19, 22 Quint. I 7, 21 Vel. Long. 2216. 2228. 2235 Ter. Scaur. 2259 Cassiod. 2284*

---

1 barrum] narrum *A B* ω ς 2 Vettius] uattius *AB* ω ς 6 non secratum *B* non secr^e^atum *deleta postea littera superscripta A* non secretum *Val.* 8 promiscuus] promiscua ω ς 9 perduci non debet *coniecit Gaisfordius* produci debet *A B* ω ς perduci debet *Camerarius* 10 Quot *om. A B* ω ς 11 praepositio erit ad ut *A* ω ς praepositio si erit ad per d ut *B* ad mortem] *Verg. Aen. XII 41* 12 ad quem] *Verg. Aen. VIIII 5* autem] āt *(h. e.* autem) *A* at *B* 13 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* antiqui pro sed scribebant sedum nostra aetas *B* antiqui pro sed set scribebant sed cum nostra aetas *A* ω ς antiqui pro sed sedum scribebant: sed cum nostra aetas *Camerarius* 14 reseruarit ς 15 detraxit, nonnullam immutauit ω detraxerit, nonnullam immutauerit ς et nos per sed quam per set scribamus *AB* ω ς et nos per d sed quam per t set scribamus *Schady p. 23* 19 scribentur *B* scribuntur *A* ω ς 20 geminare ς geminari *A B* ω 23 igitur *om.* ω ς *lacuna quam indicavi exempla similium vocum, h. e. in quibus post* u *litteram olim* o, *postea* e *scribebatur, exciderunt* caedendum] cedendum ω ς 24 extimus] exstimus *A* 25 manipretium *Val.* ma...praetium *superscripto recenti manu* nibus *A* manius prȩcium *B* manibus pretium ω ς 26 aestimatione *A superscr.* haesitatione *a*

debemus scribere, et quae [per] y, potius, sicut exigit ratio, per y quam per u, ut Eutychios Hylas.

Degressus per e quam per i: degredi enim *est* ex superiore loco descendere, digredi ex aliquo loco discedere.

Nostri Latini cum litteris uterentur, quas a Graecis acceperant, a b c d e i k l m n o p [q] r s t *u*, et Graeci vocales haberent totidem quot et nos, a e i o u (nam η et ω postea sunt ab his repertae), e et o ternas habebant apud eos potestates, ut e esset breve et productum et item longum quodam modo sonaret, cum e et i iunctum est; et o similiter quoque, cum et brevem et item faceret longam syllabam, praeterea exprimeret vocem, quae apud eos per o et *υ* scribitur *ου*; sic apud nos quoque e et o totidem potestates habebant, et easdem quas apud Graecos. *ut* Graeci in casu dativo tam *ε* litterae quam o adiciebant *ι* iuxta, ita *et* nostri, ut apparet ex libris antiquis foederum et [ex] legum, qui etiamsi frequenti transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. nam o non solum pro brevi et pro longa, sed et pro u poni * ut pro

5 Nostri Latini — 13, 2 supervacuum coepit esse *p. 23, 14 Vel. Long. 2214* 9 et o similiter *p. 13, 7. 28, 28* 13 ut Graeci in casu dativo *p. 18, 58*

2 eutychius *A B* ω ς 3 est *om. A B* ω ς 5 *Victorini verba additamentis olim in margine adscriptis ita corrupta esse coniecit Schady p. 10, ut quae a grammatico accuratius de vocalibus disputata essent pluribus locis perirent,* nostri [Latini] cum litteris uterentur — repertae, E et O ternas habebant apud eos potestates, ut E esset et breue et productum * [I autem longum quodammodo sonat cum et E et I iunctum est] et O similiter quoque esset breuè et idem faceret longam syllabam, praeterea exprimeret uocem quae apud eos per *o* et *υ* scribitur *ου*, sic apud nos quoque E et O totidem potestates habebant et easdem quas apud Graecos; nam * [Graeci in casu dativo tam *ε* litterae quam *o* adiciebant *ι* iuxta; ita nostri ut apparet ex libris antiquis foederum et legum *(fortasse* et XII legum) qui etiamsi frequenti transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem] O non solum pro breui et pro longa sed etiam pro V poni, ut pro 'populus Romanus' ibi 'popolos Romanos', ubi 'piaculum' ibi 'piacolom'; sic et pro huic hoic pro funus foinos: item alia multa * [apud Graecos autem fuisse E et O cum I, E et O non dubito. E autem duarum obtinet uicem, breuis et productae, O uero et pro breui et pro longa et pro V posita est; eidemque litterae in datiuo casu adiecta est iota. Y quoque et suo sono posita est et subiuncta litterae H, ut apud nos quoque, item adiecta litteris A et E facit syllabam: posíta est pro breui et pro longa, cum Graece per Y scribimus. V similiter et pro breui et pro longa quotiens consonanti subiecta est pro o et *υ* posita est] Graeci sequebantur sonum. *plurima quae perturbata vel omissa sunt neglegentiae grammatici relinquenda esse putavi. pauca quae a librariis corrupta esse videbantur correxi. cf. p. 23, 14* 6 p r s t v et *G. I. Vossius de art. gramm. I 18 p. 81* p q r s t et *A B* ω ς. *litterae* r s t *bis scriptae, sed priore loco deletae sunt in A* 7 a i o u *corr.* a e i o u *A* nam η ς nam *T A B* ω E et O ternas ς e et i o ternas *A B* a i et o ternas ω 8 ut e esset breue et (et *A)* productum i autem longum quodammodo sonat *A B* ω ς 9 cum e et i *B* cum et e et i *A* ω ς. *fortasse* cum pro e et i iuncto esset, et o simile quoque cum esset, id est et brevem et item faceret longam syllabam 10 quoque cum esset . i . breuem et idem *A* quoque cum esset i breue et idem *B* ω quoque cum esset unum breuem et idem ς 12 habebunt *A B* ω ς 13 ut *om. A B* ω ς tam e litterae quam o adiciebant *A B* tam η litterae quam ω adiiciebant ω ς ita nostri *A B* ω ς 14 foederum *a* B Val.* foederunt *A* etsi frequenti *A* etsi frequenti *B* etiam ex frequenti ω etiamsi ex frequenti ς 16 sed et pro u poni ut pro populus *(corr.* popolos *a*)* r ibi populus et (r *pro* et *Val.)* ubi piaculum ibi piacolon *A Val.* sed et pro u poni ut pro populus rubi populos robi piaculum ibi piacolom *B* sed etiam pro u poni, ut pro popolos, ibi populus: et ubi piaculum, ibi piacolon ω sed etiam pro u

'populo Romano' ibi populoi Romanoi et pro piaculum ibi piacolom, sic | et pro huic hoic, pro funus fonus; item alia multa. apud Graecos autem fuisse coniunctum i et o non dubito. e autem duarum obtinet vicem, brevis || et productae [o vero et pro brevi et pro longa et pro u posita est], eidemque litterae in dativo casu adiecta est iota. Υ quoque et suo sono posita est et subiuncta litterae Η, ut apud nos quoque: item adiecta litteris Α et Ε facit syllabam: posita est et pro brevi et pro longa, cum graece per *υ* scribimus. u similiter et pro brevi et pro longa, quotiens consonanti subiecta est, pro ο et *υ*: Graeci sequebantur sonum tantum modo litterarum. ϑ φ χ priusquam a Simonide invenirentur, exprimebant iuxta τ et iuxta π et iuxta κ adspirationis notam Η ponendo; ξ autem varie nunc per κ et σ, nunc per γ et σ; item ψ nunc per βσ, nunc per πσ. *ex* quibus nostri ξ acceptam in fine suarum posuerunt; reliquas autem ita scribunt, ut a Graecis sunt traditae. Υ vero eodem ordine scriptum habemus quo illi, recisa tamen virgula iuxta. sic quod apud illos iunctum *υ* litterae ο facit syllabam, nostri etiam, quotiens eiusdem soni longa syllaba scribenda esset, et ipsi *u* adiungebant o litterae. inde scriptum legitis Loucetios nountios [et] loumen et cetera. sed nec G quidem nec Q latinus sermo introduxit. ex quibus Q et fuisse apud Graecos et quare desiderat fungi vice litterae, cognoscere potestis, si pontificum libros legeritis. nunc enim apud Graecos iuxta π est posita *G autem apud || Graecos obtinet notam numeri sex, pro quo apud antiquos C poni solitum, ut pro agro Gabino Cabino, pro lege lece, acna pro agna: auctio certe ab augendo dicta est: et numeri cum habeant c, ut ducenti trecenti sescenti, reliqui habent g, ut quadringenti nongenti. c autem

---

9 pro *o* et *v* *p. 2454 (p. 40 ed. Gaisf.)* 12 ξ autem *p. 21, 74*

---

poni, ut pro populus, ibi popolus: et ubi piaculum ibi piacolum ς. *lacunam indicavi, qua adnotatio de* o *et* i *iuncto excidit: cf. p. 17, 18* dativis autem casibus apud nos iuxta apponebatur, ut antea vobis dixisse memini, cum 'populoi Romanoi' pro 'populo Romano' solitos priores scribere ostenderem. *praeterea quae de ea scriptura 'ex peritorum quorundam scriptionibus' se attulisse dicit Victorinus p. 24, 6 fortasse hic scripta erant* 2 pro funus fonos *B. fortasse* pro unus oinos 3 coniunctum *B* ciocum *A* ω ς uicem *B a Val.* uocem *A* 5 indicatiuo casu *B* adiecta (adiuncta *corr. al. m.* adiecta *B)* est iωta *AB* adiecta est i ω ς 6 litterae (littera *corr. al. m.* litterae *B)* h ut apud *AB* litterae h ut est apud ω ς 8 cum graeci *corr.* cum graece *A* 9 consonanti *B Val.* consonantibus *corr.* consonanti *A* consonantibus ω ς 12 ξ autem] Z autem *B* 13 ex quibus nostri ξ] quibus nostri Z *AB* ω ς. *cf. p. 23, 26* ex adiectis autem nostros solam x recepisse 15 recisa tamen (tm̄ *A* tantum ω ς) uirgula iuxta *AB* ω ς recisa tantum virgula infera *Schady p. 27. fortasse* recisa tantum virgula adiuncta sic u quod *Putschius* 16 *v* litterae] u litterae *AB* 17 et ipsi adiungebant o litteram *Ritschelius de miliario Popiliano p. 33* u *om. AB* ω ς

20 desiderat] desierit *Schady p. 33* 21 legeritis *Val.* ω ς legeretis *A* legeretis *B* iuxta u est posita *B. lacuna quam indicavi exciderunt non nulla quae de Q littera scripta erant hoc fere modo,* nunc enim apud Graecos iuxta *Π* est posita *P,* at olim fuit Ϙ, quae pro numero posita nonaginta significat. G autem *sqq. cf. p. 23, 26* sed G notam numeri sex, Q nonaginta significare G autem *AB* ω ς autem ς 25 tricenti *B* sescenti reliqui habent g ut *B* sescenti reliqui habent ut *A* sexcenti g reliqui habent ut ω ς quadrigenti *A* c autem] cuma *AB* ω ς cum g *Putschius* cum a centum ducantur *Schady p. 41*

tertio [quoque] ordine, ut apud Graecos quoque, positum est [c pro g], et suo loco k post receptam g supervacuum coepit esse.

Cum adverbium temporis antiqui quattuor litteris scribebant [in] his, quum; apud Catonem [quam] rursus per o, quom. sed antiqui cum ita scriberent, pronuntiabant tamen perinde, ac si per c | scriptum esset, illa quidem scriptura confusa, quod u pro consonanti et o pro vocali correpta accipiebant, *quae*, sicut apud Graecos, trium valebat vice, ut esset o breve, item longum et, ut ante dixi, *ου*. in quibus peccabant et aliis litteris scribebant, quam quibus enuntiabant, et aliter legebant, quam scribebant. item cuius per quoius litteras scribebant. de quibus ne plura scribam, hoc custodite, ut, cum fuerit adverbium temporis, per q *et* u sive unum sive duo scribatis, ut 'qum primum' et 'quum hoc facerem'; at si erit coniunctio, ut 'cum Gaio', 'cum Lucio', per c scribi debeat, ne quid deperdat ex significatu: non enim aliud per quum scripta, aliud per cum sonat. sed ubi [aliquid] non fit [aut] soni iactura et totidem paene ‖ litterae scribuntur, dandum est aliquid antiquitati. reliquas voces, quae ante vocalem habuerint u pro consonanti positum, ut quando quaeritur quispiam quoddam, per q potius quam per c scribetis. attamen locutus secutus per c, quamvis quidam praecipiant ad originem debere referri, quia est locutus a loquendo, secutus a sequendo, *et ideo* per q potius quam per c haec scribenda. nam concussus quamvis a quatio habeat originem et cocus a coquendo et cotidie a quoto die et incola ab inquilino, attamen per c quam per q scribuntur.

Quicquam et quicquid et quocquod, prima syllaba quotiens habuerit d, idem vos perducite et superponite c. nam cum sint haec composita et confusa, si utramque vocem suis litteris scriptam relinquatis, duas partes orationis separatas relinquetis: quicquam enim ductum est a quidquam.

---

3 Cum *Quint. I 7 5 Vel. Long. 2231 Ter. Scaur. 2261 Cassiod. 2288. 2318* 7 sicut apud Graecos *p. 12, 2. 24, 2. 28, 28* 16 reliquas voces *Vel. Long. 2237 Cassiod. 2283. 2295* 24 Quicquam *Quint. I 7, 6 Cap. 2241 Cassiod. 2291. 2319*

---

1 *fortasse* tertio apud nos ordine 2 post receptam g *AB* post receptum g ω ς post receptum c *Putschius* 3 in his cum apud catonem quam *(corr.* quum *a)* rursus ea quo am *AB Val.* in his, quum apud Catonem quam (quam *om.* ς) rursus quom ω ς tam his quum apud Catonem, quam rursus quom *Putschius* 5 per c scriptum *B* per cum scriptum *A* ω ς illa quoque scriptura confusa quae u *B* 6 pro consonantiṣ *A* pro consonante *B Val.* ω ς 7 accipiebant .i. sicut *B* accipiebant sicut *A* ω ς 8 item] idem *A B* ω ς peccabant quod aliis̥ ω ς 11 per q et u] per qu *AB* ω ς 12 sine duo *B* 13 ne quid] ne quicquam *A B* ς nec quicquam *Val.* ω 14 per quum scripta *B* per quom scripta *A* ω ς 15 sed ubi aliquando fit aut soni iactura ω ς sed ubi aliquid non fit aliut soni iactura *Schady p. 31. fortasse* sed ubi per aliquid *(vel* sed ubi in aliqua voce) non fit soni iactura 17 pro consonante *B* 18 attamen] at cum *A B* ω ς 19 quamuis] qū *A* cum *B* quum ω ς quia est] quāe *B* 20 et ideo *om. A B* ω ς 21 quamuis a quatio ς qū a quatio *A* cum a quatio *B* quoniam a quatio ω 22 a quoquendo *B* per c potius quam per q ω ς 25 idem uos perducite ς id̄. uos perducite *A* ·id uos perducite *B* idem uos producite ω id uos praecidite *Putschius* 27 separatis *A*

Ae syllabam quidam more Graecorum per ai scribunt, ne illud quidem custodientes, quod omnes fere qui de orthographia aliquid scriptum reliquerunt praecipiunt, nomina feminina casu nominativo a finita numero plurali in ae exire, ut Aeliae, eadem per a et i scripta numerum singularem ostendere, ut huius Aeliai, inducti a poetis, qui 'pictai vestis' scripserunt, et quod Graeci per i potissimum hanc syllabam scribunt propter exilitatem litterae, η autem propter naturalem produ|ctionem iungere ‖ vocali alteri non possunt; iota vero, quae est brevis *et* eadem longa, aptior ad hanc structuram visa est: quam potestatem apud nos habet et e, quae est longa et brevis. vos igitur sine controversia ambiguitatis et pluralem nominativum et singularem genetivum per ae scribite. nam qui non potest dinoscere supra scriptarum vocum numeros et casum, valde est hebes.

Quatenus saepe cum sit recte scriptum, vos e perducitis et facitis quatinus, et saepe i litteram commutatis in e. de qua *re* ne plura loquendo videar vobis exprobrare imperitiam, contentus sum, quid inter utramque vocem intersit, significare. igitur quatinus est ut quianam; quatenus autem significat finem loci cuiusdam, velut qua fine. nihil est, quod non vultis consulere de his quae ignoratis. nam ut aliquid nescire turpe non est, sic in deterius scribere vel emendare turpissimum est.

Pertermine dicitur auspicium, quod fit, cum de fine Romano in agrum peregrinum transgrediuntur.

Sed scribam voces, quas alii numero singulari et plurali indifferenter per u et o scripserunt, ut avos corvos novos et cetera. vos nominativo singulari *scribite* per duo u, quorum vice consonantis fungitur alterum, alterum accipitur pro vocali: nam per u et o scriptae significant pluralem numerum et casum accusativum, *ut* avos flavos corvos et horum similia. nec enim mihi superest otium, qui possim singula exsequi, nec sufficit memoria, cum vix haec quae scribo implere ‖ possim. attamen has etiam

---

1 Ae syllabam *Quint. I 7, 18 Vel. Long. 2222 Terent. Scaur. 2253. 2259 Paul. exc. Fest. 25* 14 Quatenus *Fest. 258 Cap. 2243. 2249* 24 per u et o scripserunt *Quint. I 7, 26 Vel. Long. 2222. 2228 Ter. Scaur. 2251*

---

1 ne illud quidem custodientes ω ς nec illud quidem custodient *A B* 2 quod omnes *G. I. Vossius de analog. II 4 p. 672* quia omnes *A B* ω ς 5 pictai vestis] *Verg. Aen. VIIII 26* 6 et quia graeci *B* 7 propter exilitatem litterae E. H autem *G. I. Vossius l. c.* η autem ω ς h autem *A B* 8 alteri ω ς alterae *A* alterę *B* breuis et eadem longa *Schady p. 42* breuis eadem longa *A B* breuis eademque longa ω ς 9 habet et i quae *A B* ω ς habere i quae *Schady* 10 igitur] autem *et in marg.* igitur *B* 11 nam *om. A, add. a Val.* 12 supra] super *B* scriptas *corr.* scriptarum *A* 14 quatinus saepe cum sit recte scriptum, uos e producitis et facitis quatenus ς 15 de qua re ne *Schady p. 43* de qua ne *A B* ω ς 17 quianam] quoniam *Putschius.* at quatinus quoniam *Festus p. 258, 34* 18 quod non] quia non *B* 21 quod fit] quia fit *A B* ω ς 24 auos coruos nouos *B* auus coruus nouus *A* ω ς 25 scribite *om. A B* ω ς 26 per u et o scriptae *B* per uos scriptae *A* ω ς 27 ut *om. A B* ω ς 28 sufficit *a* Val.* ω ς suffigit *A* effigit *corr. in marg.* suffigit *B*

voces, quae u potius quàm o sonant, per duo u scribite, ut vulva vultus et similia, sicuti sine ulla dubitatione per u et o, quae sonant ita, uti volvit volvo volutus convolutus. nam littera u vocalis est, sicut a e i o, sed eadem vicem obtinet consonantis, cuius potestatis notam Graeci habent F nostram, quam vocant *βαῦ* et alii digamma. ea per se scripta non facit syllabam, anteposita autem vocali facit, ut *Ϝάμαξα*, *Ϝεκηβόλος* et *Ϝελένη*. nos vero, qui non habemus huius vocis nomen aut notam, in eius locum, quotiens una vocalis | pluresve iunctae unam syllabam faciunt, substituimus u litteram. nam vocalis nulla bis eadem posita facit unam syllabam, *ut* assiduus exiguus Laocoon tribuunt statuunt et similia. at cum praeponitur vocali, tunc accipitur pro consonanti, ut est angvis extingvit lingva pelvis: *in* uvido enim prior u vocalis est, sequens, cui subiectum est i, consonans. est praeterea eiusdem potestatis i: vocalibus anteposita consonantis habet vicem et subiecta alii consonanti vocalis est.

Hesternum producte dici debet: nemo enim est, qui latine modo sciat loqui, qui aliter quam producta syllaba hesternum dixerit.

Deus est, inquam, ut reus et facit genetivo casu dei, ut rei. nominativo igitur plurali hi dei potius quam dii.

In fascia sine causa adiecistis apicem, quia fascia dicitur ‖ quod volvendo fit [fascia].

Haud adverbium est negandi et significat idem quod apud Graecos *οὐ*. sed ab antiquis cum adspiratione, ut alia quoque verba, dictum *est* et adiecta d littera, quam plerisque verbis adiciebant. d tamen litteram conservat, si sequens verbum incipiat a vocali, ut 'haud aliter muros' et 'haud equidem'. at cum *sequens* verbum a consonanti incipit, d perdit, ut hau dudum et hau multum et 'hau placitura refer' [et inducit t].

---

4 cuius potestatis notam *p. 23, 28 Ter. Scaur. 2254 Cassiod. 2282* 21 Haud *Charis 112, 8 Cap. 2241*

---

2 per u et o *B* per uo *A* ω ς quae sonant ita ω ς quae ita sonant ita *A B* 5 f nostri quam uocant et alii digamma *A B* ω Ϝ nostri uau uocant, et alii digamma ς Ϝ nostri quam uau uocant, illi digamma *Schady p. 38* 6 ut fama. hic P̄ZꝺFKHBOΛOC *B* 8 faciunt — syllabam *om. A, add. a in marg. et Val.*
9 ut *om. AB* ω ς 12 in *om. AB, add.* ω ς subiͤctum *Ba**.subictum *A* subiunctum *Val.* subiecta ς 17 est *om. A, add. a Val.* 19 quod] quia *B* 20 fascia *ex margine illatum, praeterea autem quaedam de etymologia v.* fascia *omissa esse videntur. quamquam non apparet quam originem vocabuli esse voluerit grammaticus* 21 haud aduerbium *B* ω ς haut aduerbium *A* hau aduerbium *Ritschelius proleg. in Plaut Trin. p. C et neue plautin. Excurse p. 5* 22 οὐ sed ω ς ꝺy seđ *AB* dictum est et adiecta *Ritschelius* dictum et adiecta *AB* ω ς dictum est adiecta *Putschius* 24 haud aliter] *Verg. Aen. VIIII 65* haud aliter Rutulo muros et castra tuenti 25 haud equidem] *Verg. georg. I 515 et saepius* sequens *om. AB* ω ς 26 ut haut dudum et haut multum et haut (aut *corr.* haut *B)* placitura refer (refert ς) *AB* ω ς ut hau dubiam *(Verg. Aen. II 359 vel potius* hau talia dudum *Verg. Aen. X 559)* et hau multa *(Verg. Aen. III 610. XII 506)* et hau placitura refer *Ritschelius proleg. in Plaut. Trin. p. C et p. CCCXXV* hau placitura] *Verg. Aen. XII 76* 26 refert ς 27 et inducit t *delevit Ritschelius. scribi poterat* et ideo vos

Et huiusce et cuiusque recte scribuntur, sed suo loco utraque: nam ab hocce et ab hacce fit huiusce; cuiusque autem aliud significat, id est uniuscuiusque.

Has voces, nonnunquam nunquam nunquid quanquam unquam, saepe recte scriptas relinquitis; aliquando n in m commutatis, numquam, pro n facitis m. quid igitur in posterum debeatis observare, attendite. clari in studiis viri, qui aliquid de orthographia scripserunt, omnes fere aiunt inter m et n litteras mediam vocem, quae non abhorreat ab utraque littera, sed neutram proprie exprimat, tam nobis deesse quam Graecis: *nam* cum illi Sambyx scribant, nec m exprimere nec n. sed haec ambiguitas in his fortasse vocabulis sit, ut in Ampelo Lycambe. nam in nostris supra dictis non est, quia non inter m et n medium sonant unquam et nonnunquam et similia, sed inter n et g. nam et Graeci, cum | scribunt ἄγγελος ἄγγος ὄγκος et similia, si syllabam an sequatur syllaba quae initium habet a g aut a c, convertunt n litteram in g et pro n g scribunt, ut ἄγγελος ἄγκυρα ἄγκιστρα, cum ‖ inter n et g medium sonet vocis † productae, non, ut aliis videtur, inter m et n. quoniam in copulatione syllabarum familiarium et nobis habenda ratio est, *per* n quam g potius scribetis nonnunquam quanquam et similia. nam si inter m et n esset

1 Et huiusce et cuiusque *Cassiod. 2288. 2318* 4 Has voces nonnunquam *p. 8, 11. 19, 11 Priscian. I 29, 15*

perducite d, *sed addita esse videntur verba, postquam ea quae praecedunt in codicibus corrupta erant* 1 cuiusque] huiusque *A B* ω ς 2 ab hocce et ab hacce, *pro quibus scribi debebat* ab hoce et ab hace *(p. 9, 10), grammatico tribuenda esse docuit Bergkius Zeitschr. f. AW 1850 p. 328 coll. p. 2467 et Priscian. l. XII p. 592, 16* cuiusque] huiusque *A B* ω ς aliud *B* ω ς alid *A* id est *B* idem *A* ω ς 5 aliquando n in m commutatis nunquam (nūnquam *B)* pro n facitis m *A B* ω aliquando enim in m commutatis numquam pro n facitis m ς aliquando n in m commutatis, nonnumquam pro n facitis m *Putschius. fortasse* aliquando n in m commutatis et scribitis nonnumquam numquid quamquam umquam, pro n facitis m 8 quae non abhorreat *C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I 1 p. 308* quae non abhorret *Val.* ω ς queq. non abhorret *B* quae ū abhorret *et in marg.* q̄ *(h. e.* quae) *A* 9 nam *om. A B* ω ς, *add. Schneiderus* 11 sit ut] sicut *A B* ς ω 12 sonat unquam *A B* ω ς sonat ut nuquam *G. I. Vossius de arte gramm. I 20 p. 85* 13 nonnunquam] nonnuquam *B Val.* 16 ut ΑΓΓΕΛΟϹ ΑΓΚΥΡΑ ΑΓΓΙϹΙΡΑ cum *A B* ut ἄγγελος ἄγκυρα ἄγκυρα cum ω ut ἄγγελος ἄγχιστα ἄγκυρα cum ς. ἄγκιστρον *in eadem re pro exemplo posuit Priscianus l. I p. 48, 14. apud Victorinum autem haec postea addita esse videntur. nam parum probabile est post superiora,* ἄγγελος ἄγγος ὄγκος, *alia exempla ab ipso grammatico per excerpendi neglegentiam scripta esse. in reliquis iusta sententia sic demum restituitur,* nam et Graeci cum scribunt ἄγγελος — convertunt n litteram in g [et pro n g scribunt, ut ἄγγελος ἄγκυρα ἄγκιστρα]. sed quoniam in copulatione syllabarum familiarium et nobis habenda ratio est, per n quam g potius scribetis nonnunquam quanquam et similia, cum inter n et g medium sonent voces supra dictae, non, ut aliis videtur, inter m et n. nam si inter m et n esset *sqq.* media sonet vocis pronuntiatio, non *Schmitzius mus. rhen. XIV (a. 1859) p. 640.* vocis productae *ita defendi poterat, ut expressus litterarum sonus significetur: cf. Serg. de litt. p. 476, 3* interdum expressum suum sonum non habent, i, ut vir, u, ut optumus. non enim possumus dicere vir producta i nec optumus producta u, unde etiam mediae dicuntur 18 per *om. A B* ω ς n quam m potius *Putschius* 19 nonunquam *A B*

disputatio nobis, quae in aliis quidem verbis est, in supra dictis autem non est, commodius credo acturos fuisse receptae auctoritatis viros, si hanc potius redderent rationem, ne duae partes orationis, quae iunctae voces confundunt, integrae scribantur † tam d inde quam n unde inde et similia, etiam quod in iis vocibus, quae ultimam habent m, si sequatur n, mutatur m in n, ut cum * Hannibal Hiempsal.

Iam aliud est sciit, aliud scivit: scire enim facit sciscere, id est iubere praebere.

Non omnia rotunda rata sunt, cum * l et r geminari solent, quotiens ratio non repugnat aurium sono, ut in nullo, in verre. camelus vero et loquela et querela et suadela et tutela uno l scribenda sunt, ut uno r narat narus.

Orthographia Graecorum ex parte maxima in iota littera consistit. nam et pro brevi et pro longa, * velut *Ἰάσων* et *Ἀονία*, et in quibusdam mediis interponitur verbis, ut *Ἅιδης*, et in extremis, ut *εὔχηι* et *χορεύηι*, et dativis casibus adiungitur, quamvis non enuntietur; et eadem subiecta *ε* litterae facit longam syllabam *ει*, quod antea servabatur apud nos quoque. nam et pro brevi et pro || longa nunc etiam valet; dativis autem casibus apud nos iuxta apponebatur, ut antea vobis dixisse memini, cum 'populoi Romanoi' pro 'populo Romano' solitos priores scribere ostenderem. cum vero eadem i e litterae iuncta esset, non solum pro longa syllaba accipiebatur, sed nominativum pluralem ita scripta significabat, ut amicei bonei doctei Romanei et similia. at si per solum i scripta esset, eadem genetivum singularem faciebat, ut huius amici et cetera. denique omnes qui de orthographia | scripserunt de nulla scriptura tam diu quam diu de hac quaerunt, quae per i litteram singularem

---

9 l et r geminari solent *Vel. Long. 2238 Cap. 2241 Ter. Scaur. 2249 Cassiod. 2290* 13 Orthographia Graecorum *p. 11, 13. 24, 3* 25 denique omnes *Quint. I 7, 15 Vel. Long. 2220 Ter. Scaur. 2255. 2264 Charis. 95, 7 Cassiod. 2284*

---

1 nerbis et in supradictis *AB* uerbis, in supradictis ω ς 4 tam.d.inde quam.n.unde *A* ω ς tam deinde quam non unde *B*. *fortasse* unde tam d in c quam m in n mutatur, ut tantundem et similia *vel brevius* ut tanquam tantundem et similia. *eadem ratione usus, ne duae partes orationis separatae fierent*, quicquam *et* quicquid *per* c, *non per* d *scribenda esse praecepit Victorinus p. 13, 24.* tantundem *mutatae* m *litterae in* n *exemplum posuit Priscianus l. I p. 29, 17: cf. Prisc. l. XII p. 589. Cassiod. p. 2285. 2314* 5 quod in iis] quae in his *B* 6 ut cum *ad pronuntiationem* cum *praepositionis sequente* n *in* cun *mutatae spectare*, Hannibal Hiempsal *autem e nova quaestione de adspiratione relicta esse videntur* 7 Iam aliud — iubere praebere (*scrib.* praescribere) *in lacunae spatium a margine illata esse coniecit Schady p. 10* 9 rutunda *A*. *deinde post* rata sunt cum *quaedam excidisse vidit Schady p. 10* 11 loquela *B a** ω ς loqui ela *A* 12 narat] norat ς 14 pro longa uelut iason et aonia *AB*. *fortasse* pro longa et pro consonanti ponitur, velut *Ἰάσων* et *Ἰωνία* 15 ut ἀΙΔΕΕΤ (aiΔHet *B*) in extremis ut ΕΤΕΥΧΗΙ ΠΟΡΕΥΗΙ (ΠΟΡΥΗΙ *B*) et *AB* ut *αἶδε*, et in extremis, ut *εὐχῆι πορεύηι*, et ω ς 16 qū (cum *B*) ū enuntietur *AB* quia *η* enuntietur ω quum *η* enuntietur ς 17 quod] quę *B* 20 populoi romanoi pro populo romano *B a Val.* populoi romano *A* populoi Romanoi pro populo ω ς

genetivum et [quae] per ei litteras nominativum pluralem faciat, locuti partim acute, *partim*, ut mihi quidem videtur, inepte, illud etiam ridicule (nam mihi quaedam succurrunt): pilum aiunt militare et vineam, si sit subter quam milites aggerem instituunt, et sicam [et silicem] quae secet per e et i scribenda; at si pilum sit quo pinsitores utuntur, et vinea quae ruri colitur et fistula per i. a quibus libenter quaererem, quo modo scripturi essent aedificii pila, et quo modo singularem discernerent a plurali in his, res dies species, et his similibus. Samnitem, licet per omnes casus i longam custodiat, tamen nominativo correpta i *scribite*, ut sanguis pulvis.

Hoc femur quamvis nominativo per litteram r dicamus, tamen genetivo feminis, dativo femini, ablativo femine scribite.

Cognatae quidem vocantur inter se vocales, ut scitis, et in declinationibus invicem *sibi* succedunt. item ‖ consonantes inter se, sed proprie sunt cognatae, quae simili figuratione oris dicuntur, ut est b f [s] m p, quibus Cicero adicit v, non eam quae accipitur pro vocali, sed eam quae consonantis obtinet vicem et anteposita vocali fit ut aliae quoque consonantes. quotiens igitur *con* praepositionem sequetur vox cuius prima syllaba incipit a supra dictis litteris, id est b f [s] m p v, quae vox coniuncta praepositioni significationem eius confundat, vos quoque praepositionis litteram mutate, ut est combibit comburit comfert comfundit commemorat comminuit comparat compellit comvalescit comvocat, non conbibit conburit et similia. sic etiam *in* praepositio iuncta vocibus quae incipiunt a supra dictis litteris n commutat in m, ut imbibit imbuit imfert imficit immemor immitis impius impotens. at sub ob, quae finiuntur in b litteram,

---

11 Hoc femur *Charis. 87, 2. 130, 36* 13 Cognatae quidem *Vel. Long. 2224 Cassiod. 2285. 2293. 2314. 2318 Ter. Scaur. 2251. 2260* 23 sic etiam in praepositio *p. 20, 6*

---

1 faciat] faciunt *AB* ω ς 2 partim *priore loco B* partēm *A* partem *Val.* partim *posteriore loco om. AB* ω ς, *add. Wachsmuthius apud Wilmannsium de Varron. libr. gramm. p. 175* inepte illud atque etiam ridicule ω ς ridiculae *A* 3 militare et uinea si sit supra quam *AB* ω ς militare telum et uinea subter quam *Lipsius de recta pronuntiatione lat. ling. c. 8 p. 37 ed. Lugd. Bat. a. 1586* 4 agerem *A* et silicem *delevit Wilmannsius l. c. an* siculam? 6 et fistula *si verum est*, sicam *vel* siculam *pro* fistula *dici voluit grammaticus* 7 aedificii pilam *Schady p. 28* singularem dicerent (dicebant *corr.* dicerent *B)* aut pluralem *AB* ω ς singularem discernerent aut pluralem *Schady* 8 similia *AB* ω ς 9 correpta i ut sanguis puluis *AB* correpta i, ut sanguis puluis est ω ς 11 quamuis ω ς qū *A* cum *B* 13 quidem] q̄d *(h. e.* quidem) *A* quod *B* quaedam ω ς 14 sibi *om. AB* ω ς 15 b f r m p ω ς 16 Cicero] *orat. 47, 158* eam quae accipitur pro vocali sed *in marg. add. A* 18 quoties igitur praepositionem con sequetur *C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I p. 655* quotiens igitur praepositiones sequeretur (sequetur ς) *AB* ω ς quoties igitur praepositiones in con sequetur *Putschius* prima syllaba *Schneiderus* prima littera *AB* ω ς 19 b f s p m u *AB* b f r p m u ω b f r m p u ς b f m p u *Putschius* 20 confundat] comfundat *A* 22 comparat comuellit comualescit compellit comuocat *AB* ω ς comparat compellit comualescit comuellit comuocat *Putschius* 23 in *om. AB* ω ς, *add. Putschius* 24 commutat *B a Val.* commutā *A* commutaut ω ς 25 immemor impius immitis impotens *AB* ω ς

id est unam ex quinque supra dictis cognatis, quotiens verbum sequetur, quod initium habeat a supra dictis, in eam b mutabunt, a qua vox incipit, ut suffert sufficit suffundit, non subfert subficit *subfundit*; sic et supparat | suppressus, sic suvvolvit suwertit. ob autem mutatur in cognatas easdem, ut offert officit et ommovet ommutescit et oppandit opperitur et ovvertit ovvius. item quotiens verbum sequens incipit ab l aut r, n suam commutat in eam a qua sequens vox incipit, *in l*, ut collatum collectum collinit, *ut* illinit illectus illudit; in r autem, ut corradit corripit corrodit corrumpit, ut irrepit irrogat irruit. perdit vero n litteram, cum sequens verbum a vocali incipit, coaequat coemit coit || cooritur.

Anceps ancilla Angitia angustum anquirit *ancora* * non iudicat per an, sed more Graecorum per ag solitum scribere. nunc adicio, sicut inter m et n litteras vox media tam Graecis desit quam nobis, ita inter n quoque et g deesse. neque enim [ut] illi, *ἄγγελον* et *ἀγκάλην* et similia sive per *ν* sive per *γ* scripserint, alterutram in pronuntiando litteram exprimunt, nec nos, supra dictas voces sive per n sive per g scribamus, proprie aut n exprimimus in dicendo aut g. quae vox quoniam ordini litterarum nostrarum deest et familiarior est auribus nostris n potius quam g, [et] anceps et ancilla et Angitia et angustum et anquirit et ancora et similia per n potius quam per g scribite; sicut per duo g, quotiens duorum g sonum aures exigent, ut aggerem suggillat suggerendum suggestum et similia. sunt qui inter u quoque et i litteras supputant deesse

---

11 Anceps *p. 8, 11. 16, 4*

---

1 sequetur ς sequeretur *AB* ω 2 quod] quae *B* mutabant *B* 3 subfundit *om. AB* ω ς 4 suppraessus *AB* sic suuoluit suuertit *AB* ω ς 6 item] et tamen *AB* ω ς 7 n suam commutat ς non (N. *superscr.*) suam commutant *A* n suam commutant *Val.* ω n non suam commutant *B* in l *om. AB* ω ς ut collatum collectum illinit illectus collinit illudit *AB* ω ς 11 anceps ancilla angitia (anceps ancilla ancitia *A)* angustum anquirit non iudicat per an sed more graecorum per ag solitum scribere *AB* Anceps ancilla Ancicia (Ancilia ς) angustum anquirit non iudico per an, sed more Graecorum per ag solitum scribi ω ς Anceps ancilla angina angustum anquirit ancora iam dixi Attium non per an, sed more Graecorum per ag solitum scribere *Ritschelius de miliario Popiliano Bonnae a. 1852 p. 25. lacunis ita corrupta esse verba coniecit Schady p. 15, ut et ante* anceps *quaedam intercidissent, quibus de scriptura vocabulorum quae secuntur praescriptum esset, et post* anquirit *plura deessent, in quorum locum verba ab interprete aliquo in margine adscripta illata essent,* * anceps ancilla Angitia angustum anquirit * [non iudicat per an sed more Graecorum per ag solitum scribere]· *lacuna, qua v.* ancora *haustum erat, plura etiam, in quibus Accii nomen positum erat, exciderunt*
11 Angitia] *Verg. Aen. VII 759* te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda
13 litteram *AB* ω ς 14 neque enim ut (aut ω ς) illi ΑΓΓΕΛΟΝ et ΑΓΚΑΛΗΝ et (et *ἀγκύλην* et ω ς) similia siue per c siue per g scripserint alterutram in pronuntiando litteram exprimunt nec nos supradictas uoces siue per c siue per g scribamus proprie aut c exprimimus *AB* ω ς neque enim illi, ut *ἄγγελον* et *ἀγκύλην* et similia siue per n siue per g scripserint, alterutram in pronuntiando litteram exprimunt, nec nos supradictas uoces siue per n siue per g scribamus, proprie aut n exprimimus *C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I p. 317* 17 aut g, sed mediam, quae uox *Ritschelius* 18 litteram *B* familiarior est auribus nostris n potius quam g, ut anceps et ancilla et angina et angustum ω ς familiarior auribus nostris n potius quam g est, anceps et ancilla et angina et augustum *Ritschelius* 21 suggerendum ω ς suggerendam *A B*
22 deesse...... uobis *paucis litteris post* deesse *deletis A*

nobis vocem * sed pinguius quam i, exilius quam u. sed et pace eorum dixerim, non vident y litteram desiderari: sic enim, gylam † myserum Syllam proxymum, dicebant antiqui. sed nunc consuetudo paucorum hominum ita loquentium evanuit, ideoque voces istas per u *vel per i* scribite.

Si memores essetis dixisse me vobis *in* praepositionis litteram n, quotiens verbum sequeretur a litteris *b f m p incipiens*, in his dumtaxat quae ex hac praepositione verba composita sunt, mutari solere in m, non scripsissetis inprolem *per* n, quod per m debuistis improlem scribere: improles enim est, qui nondum vir est.

[Igitur quae graece scribitis per ψ litteram, scribetis latine per ps]. Graeci priusquam reciperent ‖ in ordinem litterarum suarum ξ et ψ, eas quidem voces, in quibus | apparebat g, ut *αἴξ αἰγός, φλὸξ φλογός* et similia, scribebant per *γ et σ*; in quibus vero incidebat *κ*, ut *ἄναξ ἄνακτος, δόναξ δόνακος* et similia, per *κ* et *σ*: in quorum declinatione inerat *β*, ut *Ἄραψ Ἄραβος*, per *β* et *σ*; et in quibus *π*, *ut Κύκλωψ Κύκλωπος*, per *π* et *σ*. similiter nostri voces quae in x litteram incidunt, si in declinatione earum apparebat g, ut coniunx lex et similia, scribebant per g et s. * at quae voces habent ψ litteram, eae per b et s scribebantur,

---

2 gylam *Charis 103, 27* 10 improles *Paul. exc. Fest. 108* 12 Graeci priusquam reciperent *p. 12, 10 Ter. Scaur. 2256. 2261 Cassiod. 2289. 2291*

---

1 uoces sed pinguius quam i exilius (exillius *A)* quam u *AB* ω ς vocem, sed pinguius quam i, exilius quam u pronuntiatam *C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I p. 24* vocem, sed pinguius quam i. exilius quam u sonantem *Schady p. 37:* voces, sed pace eorum dixerim, non vident y litteram desiderare pinguius quam i, exilius quam u *Ribbeckius Iahrb. f. Philol. 1857 p. 319. post* vocem *quaedam excidisse videntur, in quibus de sono inter* i *et* u *medio appositis exemplis, qualia scripta sunt supra p. 10, 24 dictum erat* sed pace ς 2 desiderari ω ς desiderare *AB* myserum *A* ω ς miserum *B* myrem *vel* myscam *vel* vyrum *coniecit Ribbeckius l. c. coll. Vel. Long. p. 2235, delevit Schady l. c.* 3 Syllam *E. I. A. Seyfertus gramm. lat. § 93 p. 63* syllabam *AB* ω ς 4 per u vel per i] per u *B Val.* per u *corr.* per i *A* per i ω ς per i vel u *coniecit C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I p. 24* 6 dixisse me vobis] *p. 18, 23* me *om. A, add. a Val.* in *om. AB* ω ς 7 sequeretur aliter in his dumtaxat *AB* ω ς 8 quae ex hac praepositione ς quae ex hac (in hac *et in marg.* ex hac *B)* parte positione *AB* ω 9 inprolem n quod ω ς inprolem in (*corr.* u) quod *A* inprolem inquod *Val.* inprolem inquam *B* 11 Igitur quae graece — per ps *ad argumentum eorum quae secuntur indicandum in margine adscripta esse coniecit Schady p. 36* 12 eas quidem uoces *Val.* ω ς eas quidem uoces quidem *deleto posteriore loco* quidem *A* ea quidem uoces *B* 14 per .Γ.C. *AB* ω ς ut anaξ (n *supra*) *A* ut annax *B* 16 ut *post π om. AB* ω ς 17 si in declinatione earum apparebat g scribebant g et s ut coniunx (coniux *Val.)* lex et similia per g et s *B Val.* si in declinatione earum apparebat (scribebant g et s *in marg. add. a, ubi* g et s *delevit a*)* g et s ut coniunx lex et similia per g et s *A* si in declinatione earum apparebat, scribebant g et s, ut coniunx lex et similia per g et s ω si in declinatione earum apparebat gs, scribebant g et s, ut coniugs legs et similia per g et s ς. *lacunam indicavi, qua adnotatio de vocibus, quae, cum in declinatione appareret* c, *ab antiquis per* c *et* s *scribebantur, excidit. praeterea post* plebis *exempla vocabulorum per* p *et* s *scriptarum vel librariorum vel grammatici neglegentia omissa sunt* 19 at quae uoces (habent *in marg. add. a)* ψ litteram eae *(corr.* hae *a*) A* atq. uoces habent ψ litteram eae *Val.* at quae uoces habent litteram e hae *B* at quae uoces ψ litteram habent hae ω ς

si in declinatione acciperent b, ut caelebs caelibis, plebs plebis. posteaquam a Graecis ξ et a nobis x recepta est, abiit et illorum et nostra perplexa ratio et in primis observatio Nigidii, qui in libris suis x littera non est usus antiquitatem sequens. sed libenter quaererem, quibus litteris scripturi essent eas voces, quae in declinatione nec g et s nec c et s exeunt, ut nix nivis, senex senis, sexus sexus, et oppidum in Hispania † austruxi, quod est ab traho, et vexi. voces igitur, quae *in* x litteram incidunt, relicta antiqua observatione per x scribite, quae vero per ψ, ea per ps potius quam bs: σ enim nec in nostris nec in Graecorum libris invenitur subiuncta b litterae. ea vero quae ψ sonant et non declinantur, ut supra dicta, per bs scribite, ut abscedit abscidit abscondit abstinet [et] abstrahit obstat obstipuit absinthium gybsum. nam hiems et sumsit et insumsit *et* demsit sine ‖ dubio per ms scribetis. et quoniam incidimus in harum vocum mentionem, nec consumtum nec emtum nec redemtum nec temtat *nec* attemtat et similia istis per pt scribetis vitiose, sed, ut ego scripsi, iuxta mt ponetis et lucrifacietis litteram, qua detracta nihil de significatu vocis deminuitur et scribitur expeditius.

Credo quod vos ignoratis nomen privilegium quod dicitur: lex enim privilegii in unum hominem est dicta.

Video vos saepe et orco et Vulcano h litteram relinquere, et credo vos antiquitatem sequi. sed cum asperitas vetus illa paulatim ad elegantioris vitae sermonisque limam perpolita sit, vos quoque has voces sine h secundum consuetudinem nostri saeculi scribite. item corona ancora | sepulcrum, sic et quae h in adspiratione desiderant, ut brachium cohors

3 observatio Nigidii *p. 8, 16* 18 privilegium *Cap. 2249* 20 Video vos *Vel. Long. 2219. 2229. 2234. Ter. Scaur. 2256*

2 *fortasse* et illorum et nostrorum 3 ratio ς oratio *AB* ω qui] quae *B* suis et x littera ς 6 sexus sexus ω ς sexus secus *A* sexus *semel scriptum B* oppidum in Hispania Uxama et attraxi, quod est ab attraho, et uexi *Camerarius. fortasse* Uxama aut struxi, quod est a verbo struo, et traho traxi, veho vexi 7 ab atraho *A Val.* ab attraho *a** ω ς ab adtraho *B* uoces *B a Val.* ω ς uox *A* quae in x litteram *Gaisfordius* quae x litteram *AB* ω ς 8 *fortasse* quae vero per ψ apud Graecos scribuntur, ea 9 σ enim *Putschius* Ψ enim *AB* ω ς 10 inueniuntur subiuncta *AB* ω inueniuntur subiecta ς inuenitur subiecta *Putschius* 11 ut abscedit *A* ut abscedit *Val.* ω ς ut abscedite *B* 12 absinthium gybsum *ab interpolatore addita esse censet C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I p. 224* 13 et *ante* demsit *om. AB* ω ς et $\overline{\text{qn}}$ ($\overline{\text{qnm}}$ *B* quando ω) in harum uocum mentionem *AB* ω et quando in harum uocum mentionem incidimus ς 14 nec consumtum nec emtum nec redemtum nec temtat attemtat *B* nec consumtum (cousumptum *a**) nec emtum (emptum *a**) nec redemptum nec temptat attemtat (attemptat *a**) *A* nec consumtum nec emtum nec redemptum nec temptat attemtat *Val.* 16 iuxta *om. A, add. a Val.* quae detracta — deminuit et *AB* ω ς 18 quod uos ignoratis *A Val.* quod uos ignoretis *a** quia uos ignoratis *B* quod ignoretis ω ς 20 uulcano *B Val.* ulcano (u superscr.) *A* (u *superscriptum delevit a**) ulcano ω ς et credo] sed credo *AB* ω ς 22 sermonisque limam perpolita sic uos *B* sermonisque ē (est ω ς) limam perpolita sic uos *A* ω ς 23 sepulcrum ω ς sepulchrum *A B* 24 sic et (sicut *A* ω sicet *a Val.*) quae h in adspiratione desiderant *AB* ω sicut quae h in disputatione desiderant ς sicut quae h in pronuntiatione desiderant *C. L. Schneiderus gramm. ling. lat. I p. 180. an* sic et per h quae adspirationem desiderant? 24 brachium (c superscr.) *A*

harena pulcher. sed ea quatenus debeatis observare, ignoratis, inducti fortasse eo, quod legistis praeceptum antiquorum, qui aiunt scribi quidem omnibus litteris oportere, in enuntiando autem quasdam litteras elidi. in quo, ut idem saepius dicam, bis peccatis, quod aliud scribitis, *quam legitis*, et aliud legitis quam scriptum est. quid enim facietis in his quae, velitis nolitis, et scribenda sunt et legenda ut scripta sunt, ut exempli gratia existimo, non exaestimo, et conquinat, non coinquinat, et similia? eliduntur autem vocales singulae, cum duae concurrerunt, ut 'men incepto desistere victam?', non mene; et ‖ 'ten inquit miserande puer', non tene. t quoque ex consonantibus eliditur, ut 'posquam res Asiae', non postquam. m autem, ut 'mult ille et terris', [vocalis et consonans pariter] 'non equidem invideo',

et breviter Troiae supremum audire laborem.

cum fuerit autem scriptum 'audiendus est' et 'scribendus est' et 'mutandus est' et similia generis masculini, primam vocem integram relinquetis, ex novissima autem e et s detrahetis. idem facietis in femininis, ut prima vox cuius generis sit appareat, idemque in neutris. at hicce et hocce pronominibus, si vox sequens a vocali incipiat, e novissimam detrahetis, ut

hicc alienus ovis custos bis mulget in hora.

et 'manibusque meis Mezentius hicc est'. et 'hocc erat alma parens'. et 'hocc Ithacus velit'.

Non idem sunt tria, quod trina: tria enim sunt singularia, trina autem multiplicia. sic 'trinos calceos' et 'trina vestimenta', non tria *dicimus. et trini* et terni dicuntur, ut bini quini septeni deni.

Quando distinguitis, cum erit perfecta oratio et sensus concludetur, inter novissimam verbi litteram et primam ‖ insequentis in superiore parte

---

17 at hicce et hocce *p. 27, 6. 30, 27. 36, 6. 37, 15*

---

1 debeatis ω ς debetis *AB* 2 quod] quia *B* 3 elidere *AB* ω ς 4 quod] quia *B* quam legitis *om. AB* ω ς 5 quae] qui *B* 8 concurrer̊ (*h. e.* concurrerunt) *A* concurrerint ω ς *B* 9 men incepto] *Verg. Aen. I 37* ten inquit] *Verg. Aen. XI 42* 10 t quoque ω ς et quaeq. *A* et quęq. *B* 11 posquam] *Verg. Aen. III 1* ut *post* autem *om. A, add.* ω ς *B* mult ille] *Verg. Aen. I 3* 12 vocalis et consonans pariter, *quae non minus ad praecedentem versum quam ad sequentes pertinent, postea adscripta et alieno loco interposita esse videntur* non equidem] *Verg. bucol. 1, 11* 13 et breuiter troiae supremum audire laborem *B* et breuiter troiae s. a. l. *A* 15 relinquatis *corr.* relinquetis *A* 16 e et es *B* in feminis *B* 18 ut hicc alienus oues ω ς ut (hic *in marg. add. a)* ͨalienus ouis *A* ut hic alienus ouis *B Val.* hicc *et* hocc *ab* hicce *et* hocce *pronominibus hoc loco probavit Victorinus, sicut supra p. 16, 2* ab hocce et ab hacce *pro* ab hoce et ab hace *scripsit: cf. Vel. Long. p. 2219* ergo scribendum est per duo c 'hocc erat alma parens' aut confitendum quaedam aliter scribi, aliter enuntiari. *alios auctores secutus in iis quae de syllabis scripta sunt locis supra citatis recte scripsit* hic *et* hoc 19 hicc alienus] *Verg. bucol. 3, 5* 20 manibusque] *Verg. Aen. XI 16* hicc est *B* ω ς hic est *A* hocc erat ω ς hoc erat *AB: Verg. Aen. II 664* 21 hocc ithacus *AB Val.* ω ς hoc ithacus *a: Verg. Aen. II 104* 22 quod] quae *B* 23 dicimus et trini *om. AB* ω ς 25 erit perfecta ω ς *B* erat perfeçtat *A* 26 insequentis *A* ω ς sequentis *B*

versus punctum ponite aliud, quam quod librarius inter duo verba posuit. quotiens autem ante distinctum mora fuerit necessaria, similiter inter duas | litteras *διπλῆν* aversam, id est sicilicum, ponite. si vero fuerit hyperbaton et longior sensus, at vos in ima parte versus inter duas similiter, ut supra, litteras clarum punctum ponite, et si prius quam distinctum concluditur, mora iterum fuerit necessaria, *διπλῆν* aversam, id est sicilicum, similiter in ima parte versus ponite. PR quotiens praetorem significare vultis, nolite interpungere, ne fiat populus Romanus: nec composita, qualia sunt levianima biduancula tardigrada; haec enim fiunt specie et significatione unum. sed ne ea quidem, quae cum praepositione dicuntur, circumpungetis, ut circumduci et circumveniri et circumplecti, et nonnulli et paulopost, nec haec, ut ingalliam, initaliam, nechoc, necillud, quae infinite dicuntur.

Repertores litterarum Cadmus ex Phoenice in Graeciam et Euander ad nos transtulerunt a b c d e [h] i k *l* m n o p [q] r s t *u* litteras numero XVI. postea quasdam a Palamede et alias a Simonide adiectas implesse numerum XXIIII [in comoedia scriptum erat ellum: non recte vos fecistis illum: est enim 'en illum'] grammatici, praeterea Demetrius Phalereus, Hermocrates, ex nostris autem Cincius, Fabius, Gellius tradiderunt. ex quibus Cincius 'paucis' inquit 'commutatis, ut ad linguam nostram pervenirent'. eas namque Cadmus ex Phoenice in Graeciam, inde ad nos Euander transtulerunt. scripseram autem vobis, quantum repeto, || et alia plura, inter quae nostros antea, sicuti Graecos quoque, XVI litteris usos, ex quibus fuisse *quinque* vocales apud utrosque, his postea quasdam a Palamede et alias a Simonide adiectas implesse numerum XXIIII; ex adiectis autem nostros solam X recepisse; F vero G et Q in graecis etiam litteris fuisse et nunc esse, sed G notam numeri VI, Q nonaginta significare, F autem *apud* Aeolis dumtaxat idem valere, quod apud nos V, cum pro consonanti scribitur, vocarique *βαῦ* et digamma. et signi-

14 Repertores litterarum *p. 11, 5* 28 F autem — digamma *p. 15, 4*

1 librarios *corr.* -us *A* 3. 6 *διπλῆν*] ΔΠΛΗΝ *AB* *ἁπλῆν* ω ς *utroque loco* 10 unum *B Val.* in unum *deleto* in *A* quae cum praepositione *B* q̄ cum q. cum praepositione *A* quaecumque cum praepositione ω ς 11 circumpungetis *B a Val.* ω ς circumpungitis *A* 13 quae] quia ω ς 14 repertores litterarum *in margine adscripta fuisse ad argumentum indicandum coniecit Schady p. 9* 15 i k l m ς h i k m *AB* ω p r s t u litteras *G. I. Vossius de art. gramm. I 18 p. 81* p q r s t litteras *AB* ω ς 17 in comoedia ω ς in comedia *B* in commodia *A* (e *superscr. a*) in commedia *Val.* in comoedia — en illum *seclusit Hertzius de Cinciis p. 59. in lacunam, qua nomina grammaticorum excidissent, verba illata esse coniecit Schady p. 9. videntur verba ab hoc loco aliena ex observationibus infra p. 24, 15 sqq. scriptis huc relata esse. ea autem quae de graecis grammaticis Victorinus scripta invenerat ipse perturbavit. nam Hermocratem inter grammaticos appellavit Varro apud Sergium p. 530, 13* 18 illum] ellum *B* 19 Phalereus ω ς phalereos *AB* 20 cintius *posteriore loco B* 22 inde *Schady p. 8 et 46* unde *AB* ω ς transtulerat ς 24 quinque *om. AB* ω ς 27 sed G numero VI q (q̄ *A*) nonaginta significare *AB Putschius* sed g numero seruire atque nonaginta significare ω ς 28 f autem aeolis *B* ς f autem aeolus *A* f autem Aeoliis ω 29 uocari .q. Bay *A* uocarique Bay (uau *superscr.*) *B*

ficaveram, prius quam Graecis inter vocales repertae sunt η et ω, [eas] vicem earum tam apud illos quam apud nos explesse E et O; et O etiam scribi solitam pro syllaba ov, E autem pro E et iota, | easdemque, et O et E, quotiens accepissent in fine iota, dativum casum apud utrosque significare; et harum scriptionum exempla non solum ex libris veteribus, sed etiam ex peritorum quorundam scriptionibus * ut cameloi caproi. nam nostri eruditi uno ore h quidem et k supervacuas esse dixerunt, nec indicarunt H apud Graecos, priusquam reciperetur in ordinem vocalium, tunc cum E et pro brevi et pro longa scriberetur, acuta || quae nunc a nobis scribitur, adspirandi vicem obtinuisse et a nostris retentam propter peregrina nomina nunc poni et ante vocales et iuxta c et t et p; c autem et nomen habuisse g et usum praestitisse, quod nunc Gaius per C et Gneius per Cn, quamvis utriusque syllabae sonus g exprimat, scribuntur. ergo et alia praetereo ad has litteras pertinentia.

In defruto apicem secundae syllabae imponere debetis nam a defervendo et decoquendo fit tale, *vel* quod defrudetur, id est fraudetur coctura et minuatur.

Vocalem litteram i pro consonanti accedere manifestum est in his nominibus, Iano iecore Iove iucundo. pro vocali autem valet subiecta consonantibus et facit nunc brevem syllabam, nunc longam, ut bibit biga, [et] citat civis, dies dicit. sibi autem ipsa subiungitur in his, ut aiio Troiia Gaiius Aiiax.

Adverbia cum n scribenda, quotiens deciens totiens et similia per

---

2 e et o *p. 13, 7. 28, 28* 21 sibi autem ipsa subiungitur *p. 27, 9. 35, 25*

1 *fortasse* priusquam a Graecis inter vocales receptae sunt η] h *A* 2 explesse .... e et o et o etiam *paucis litteris post* explesse *deletis A* explesse e et o etiam *B* 3 pro syllaba ov. E autem pro ε et iota ς pro syllaba ῶ.ē. autem pro *H* et iωta *AB* ω ς 4 in finem iωta *AB* ω ς 6 peritorum] praeteritorum *B* *lacuna quam indicavi praeter verbum ad explendam sententiam necessarium, ut* ostendi *vel simile, adnotatio de* k *littera in graecis verbis retinenda excidisse videtur, ut deinde scribendum sit* ut in kamelo et kapro. *nam parum probabile est* cameloi *et* caproi, *quae inter exempla* o *et* i *coniuncti scripta non sunt supra p. 12, 1 et 17, 20, ad hanc scripturam probandam a grammatico ficta esse* 7 nec indicar̄ h apud *B* nec indigar̄ h apud *a Val.* nec indagar̄ h apud *A* nec indagarunt *(in marg.* alias indiguerunt) h apud ω nec indagarunt *H* apud ς 9 acuta quae *AB* ω ac ita quae ς. *fortasse* vel acuta, qua ratione. *nam* acutam *vocalem pro* producta *dixit Victorinus p. 31, 18* dum corripiuntur aut acuuntur, longas et breves syllabas metris praestant *et p. 38, 33* ut verba seu nomina metro repugnantia vel corripiat vel acuat 10 vicem] uocem *AB* ω ς 12 quod nunc Gaius (Caius ς) per C et Gneus (Cneius ς) per Cn quamuis ω ς quod nunc gaius per c et .CN. gneius quamuis *A* qua nunc gaius per c et cn cneius quamuis *B* 14 ergo et alia praeterea *A B* ita et alia praeterea ω ς 15 in defruto *Schady p. 47* inde frudo *A B* ω ς debetis, [nam a deferuendo et decoquendo fit tale] quod *Schady.* defrutum *a defervefaciendo dictum voluit Varro apud Nonium p. 551, a defraudando Servius in Verg. georg. II 93* 16 vel *om. A B* ω ς 19 iane iecore ioui *A B* ω ς iocundo *B* 21 ut aiio troiia giius (a *superscr. a)* aiiax *A* ut aiio troiia gaius aiiax *Val.* ut aio troia gaius aiax *B* ut aiio Troiias Gaiius Aiiax ω ς 22 Gaiius] Graiius *Schmitzius stud. orthoep. et orthogr. lat. (Marcoduri a. 1860) p. 7 coll. infra p. 27, 9*

numerum; Athenienses Mediolanenses Carthaginiunses et similia: at aquosum harenosum et similia sine n. * coma incisa non cesaries, sed caesaries est a coma caesa. * et in eo quod est amans adicienda est i littera in genetivo plurali, si quando sunt participia aut ex participiis figurata; ex nominibus autem nusquam, ut aetas et similia.

Internundinium scribendum, ut interlunium [et trinoctium] ita internundinium, quod novem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit.

Non est cloaca, ut putatis, sed cluaca, quasi conluaca.

Contagio apud omnes fere veteres scriptum est ‖ nominativo casu, ut obsidio quoque et oblivio: sed poetarum licentia primo fecit contagia *et obsidia* et | oblivia, postea dici coepit et oblivium et obsidium et contagium. cum antiquitatem igitur posterior consuetudo vincat, vos utro modo scriptam vocem hanc inveneritis, ita relinquite, dum non ignoretis ab antiquis nominativo haec contagio dictum.

Non est, ut emendastis, porca praecidanea, sed praecidaria, quae frugum causa immolatur. qui iusta defuncto non fecerunt aut in faciendo peccarunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat, antequam novam *frugem*, quae dapem mereat, de suo capiant; praecidaria dicta, quod ante caeditur, quam frugem capiant. at illa, quae † et in re et in praesente mortuo, quem conditurі sunt, immolatur, quia † ex ea capere non possint ad quod iusta faciant, praesentanea vocatur.

Parilia dicuntur non Palilia, non a Pale dea, sed quod eo tempore omnia sata arboresque et herbae parturiant pariantque.

---

9 cloaca *Paul. exc. Fest. 55* 10 Contagio *Paul. exc. Fest. 59 Fest. 193. 198* 16 porca praecidanea *Paul. exc. Fest. 219 Fest. 250* 23 Parilia *Paul. exc. Fest. 222*

---

1 at aquosum ς ut aquosum *A B* ω 2 coma incisa non caesaries sed cęsaries (cesaries *B?*) est a coma caesa *A B* coma incisa non caesaries sed cesaries est a coma cesa ω ς coma incisa non censaries sed caesaries est a coma caesa *Camerarius. apud auctorem, quem Victorinus secutus est, scriptum fuisse videtur* Caesarienses *ab urbe Caesaria cum* n, caesaries *a caedendo, quod esset coma caesa, sine* n *scribenda esse. deinde participia et quae ex participiis figurata essent, ut* amans, *cum* n, *nomina, ut* aetas, *sine* n *scribi, in participiis autem et iis quae ex participiis figurata essent in genetivo plurali* i *adici, in nominibus omitti voluit. sed haec vel a Victorino vel a librariis ita mutilata sunt, ut ea quae ad quaestionem de* n *littera pertinebant omitterentur.* 6 internundium scribendum ς 7 quod novem] qui nouem *B* 8 sit ω ς *B* fit *A* 10 scripta est *A B* 11 et obsidia *om. A B* ω ς 14 inveniritis *A* 16 porca praecidanea ς porca praedicanea *A B* ω 17 causa immolatur *B Val.* ω ς causa immolatur (i *supra*) *A* iusta defuncto *a** ω ς iusta defuncte *A* inxta (s *supra*) defuncte *B* iusta defunctae *Val.* 19 nouam frugem quae dapem mereat de suo capiant *Schady p. 44* nouam quae (quam *B*) dapem mereat de suo capiant *A B* nouam quasi dapem mereat de se capere ω ς novam quasi dapem mereant de segete capere *nescio quo auctore citant Luebbertus quaest. pontific. p. 78 et Marquardtus Handb. der roem. Alterth. IV p. 253* 20 frugem capiat ω ς *fortasse* at illa quae Cereri praesente mortuo *vel* at illa quae et in funere et praesente mortuo 21 quia ex ea capere non possint ad quod iusta faciant *tamquam corrupta aut alieno loco inserta inclusit Luebbertus l. c. p. 74. fortasse* quia exta caedere non possint, antequam iusta faciant. 22 non possint *B a Val.* ω ς non possit *A* 23 non parilia *corr.* non palilia *A*

Novensiles sive per l sive per d scribendum. communionem enim habuit *l* littera *cum d* apud antiquos, ut dinguam et linguam et dacrimis *et* lacrimis et Kapitodium et Kapitolium et sella a sede *et* olere ab odore: *est* et communio cum Graecis, nos lacrimae, illi *δάκρυα*, olere *ὀδωδέναι*, meditari *μελετᾶν*. novensiles autem, quos Graeci *συνέννεα*, post novendii a considendo, id est eadem sede praediti.

Sorix vel saurix avis tributa Saturno ab auguribus, quia tarditati et vetustati et senectuti convenit: nam et in ‖ veteranis maxime versatur locis [et noctium est] et noctis *est* maxime primae, et quia tempestatis nuntius atque index est parvi laris.

Forcipes, quod formum capiant, id est calidum, ut fornaces, aut de foro capiant, ut foricipes. forus autem status tam in foro quam in navi et torculari, id est *ληνῷ*.

DE SYLLABIS

Syllaba est coniunctio litterarum cum vocali vel vocalibus sub uno accentu et spiritu continuata: nam per solam vocalem abusive syllaba dicitur. minima ergo | est syllaba unius litterae, ut ea maxima est quae ex pluribus constat, ut stirps. syllabarum in pedibus differentiae sunt tres: sunt enim longae breves et mediae, quae et communes dicuntur. ex his breves uno modo sunt, id est cum vocalis corripitur, quam non sequuntur duae consonantes. longarum autem syllabarum duae species sunt: nam aut naturaliter longae sunt aut positione fiunt. ex his natura longae duobus modis constant: uno, si vocalis producta sit non sequente alia vocali, ut 'primus ab oris': nam et pri et o et ris productis vocalibus sunt natura longae. item alio modo sunt longae naturaliter syllabae, cum duae vocales iunguntur, quas syllabas Graeci diphthongos vocant, ut ae oe au eu yi: nam illae ‖ diphthongi non sunt quae fiunt per vocales

---

1 communionem enim habuit l *p. 9, 17 Paul. exc. Fest. 68 Fest. 340 Ter. Scaur. 2252* 11 Forcipes *Paul. exc. Fest. 84. 91 Charis. 94, 21 Vel. Long. 2232 Cassiod. 2292*

---

2 habuit littera apud antiquos *A B* habuerunt litterae hae apud antiquos ω ς habuit littera D cum L apud antiquos *Schady p. 41* ut diguam (n *supra* g) *A* et dacrymis et lacrymis ω ς et dacrimis lacrimis *A B* 3 sede olere *A B* ω ς 4 est *om. A B*, *add.* ω ς ΔἀΚΡΥἀ olere *B a** ω ς ΔἀΚΡΥἀ clere *A Val.* 7 sorix autem saurix *A B* ς sorix aut saurix ω 9 est *post* noctis *om. A B* ω ς 10 index est parui *B* index ex parui *A* ω index parui ς 11 forcipes quod foruum capiant *editor Sanctandr. coll. Non. p. 531* fornum et fornaces dicuntur a forno, quod est calidum. inde forcipes, quod candens teneant ferrum. *fortasse* forcipes, quod formum capiant, id est calidum, ut formicipes, aut quod de foro capiant, ut foricipes calidom *corr.* calidum *A* 12 capiant ω ς *B* capiant *corr.* capiunt *A* capiunt *Val.* forys autem *B. fortasse* forus autem est tabulatum tam in foro quam in navi quam *(corr. al. m.* tam *Val.)* in naui ω ς *B Val.* tam in naui *A* 13 ΛΕΝΩΙ *A* ΛΕΝΩ *B* 17 ergo] etiam ς 19 et mediae *B* ς *Val.* et ! mediae *A* 20 ex his breuis *B* corripitur ς *B* corripitur (u *supra* i) *A* corrumpitur *Val.* 23 constat *B* 24 primus] *Verg. Aen. I 1* 25 natura longae ς *B* natura longa *A* 27 yi] ei ς dypthongâe *A* dipthongoe *Val.* dyptongoe *B* per] pro *B*

loco consonantium positas, ut ia ie *ii* io iu, va ve vi vo vu. aliae vero fiunt positione longae modis octo: primo, si correpta vocalis desinit in duas consonantes, ut ars; secundo, si excipitur a duabus consonantibus, ut 'Acrisioneis Danae'; tertio, si desinit in consonantem et excipitur ab alia vel ab eadem consonanti, ut arma Anna; quarto, si desinit in duplicem litteram, ut nox; quinto, si excipitur a duplici, ut axis; sexto, si desinit in consonantem, quae duarum sonum praebeat, ut 'hoc erat'; septimo, si desinit in consonantem et excipitur a vocali loco consonantis posita, ut arvum; octavo, si excipitur ab i littera duplicata, ut Troiia aiio Graiius Aiiax.

Mediae autem sive communes syllabae fiunt modis quattuor: primo, si correpta vocalis desinat in consonantem quae orationis finiat partem et excipiatur a principali littera vocali; est enim brevis sic * vocalem seu productam seu brevem aut diphthongon, et est brevis, ut 'te Corydon o Alexi' et item 'insulae Ionio in magno'; longa est autem sic, ‖

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae

et item 'neque Aoniae Aganippae': tertio modo, si correpta vocalis excipiatur a duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequens liquida; etenim brevis est sic, | 'vastosque ab rupe Cyclopas', et alibi sic, 'sese effudere quadrigae'; item longa est sic, 'infandi Cyclopes', item 'centum quadriiugos': quarto modo, si correpta vocalis desinit in consonantem et excipitur a principali littera h; est enim brevis sic, 'hic amor, haec patria', item alibi

---

6 sexto — hoc erat *p. 22, 17. 30, 27. 36, 6. 37, 15* 9 i littera duplicata *p. 24, 21. 35, 25*

---

1 positas *Gaisfordius* posita *A B* positae ϛ ii *om. A B, add.* ϛ uo uu ϛ uo uus *A B* 2 correpta uocalis *a* ϛ *Val.* correptae uocalis *A B* desinat *A B* ϛ 3 si excipitur *B a* ϛ *Val.* si accipitur *A* 4 Acrisioneis] *Verg. Aen. VII 410* 5 consonante *A B* 7 hoc erat *Val.* hocc erat *A B* ϛ*: Verg. Aen. II 664* 9 ut troia aiio graius aiiax *B* 13 est enim breuis sic te coridon o alexi et item cum uocalem seu productam seu breuem aut dipthongon et est breuis ut insulae *A B* ϛ est enim longa sic: hic ait et nostris. breuis autem sic: hic uir hic est. secundo cum longa uocalis continuam in alia dictione habet sequentem uocalem breuem. est enim breuis sic, te Corydon o Alexi, longa autem, Maeonia generose domo ubi, etc. et idem cum uocalem seu productam seu breuem aut diphtongon, et est breuis, ut insulae *Camerarius. perturbatum verborum ordinem correxi et lacunam, qua exempla primi modi communium syllabarum cum definitione secundi modi perierunt, indicavi. ea autem quae omissa sunt ita fere restitui poterant*, est enim brevis sic, 'hic amor hoc studium', longa sic, 'omnia vincit amor et nos cedamus amori' *(cf. Serg. de syll. p. 479, 8) vel* brevis sic, 'itur in antiquam', longa sic 'hic ait et nostris', *(cf. Charis. p. 13, 34):* secundo modo, cum vocalis producta aut diphthongus praecedit vocalem seu productam seu brevem aut diphthongon et est brevis *(vel* est enim brevis sic) 'te Coridon, o Alexi', et item insulae 14 te Corydon] *Verg. bucol. 2, 65* 15 insulae] *Verg. Aen. III 211*

16 Glauco] *Verg. georg. I 437* Panopeae *Putschius* panope *A B* ϛ melicerte *A* melichertae *B* 17 neque Aoniae] *Verg. bucol. 10, 12* 19 vastosque] *Verg. Aen. III 647* 20 sese effudere ϛ *B a* sese effundere *A* sese effundere *Val.: Verg. georg. I 512* infandi] *Verg. Aen. III 644* 21 centum quadriiugos ϛ centum quadrigiiugos *A* centum quadrgiiugos *B: Verg. georg. III 18* 22 hic amor] *Verg. Aen. IIII 347*

hic vir hic est, tibi quem promitti saepius audis;

item longa est sic, 'terga fatigamus hasta.'

Videtur plurimis esse quintus communium syllabarum modus, qui apud Lucilium et veteres multos est frequentatus, ut correpta vocalis desinat in s et excipiatur ab alia consonanti vel vocali loco consonantis posita, ut est illud,

quare etiam *atque etiam*, ut dico, est communis voluptas,

et item 'efflantque elatis naribus lucem.' ‖ hae syllabae pro brevibus apud veteres, pro longis vero apud omnes ponuntur. potest et hic modus sextus communium syllabarum videri, qui apud omnes veteres semper et apud Vergilium plerumque pro longa syllaba est (nam pro brevi apud novos poetas frequenter), qui est sic, cum verbum sive nomen o habet ultimam correptam non sequentibus duabus consonantibus, ut 'canto quae solitus' et 'moenia prima loco fatis', item 'cui Iuno summissa' et alibi 'heu nimium virgo nimium'. in his enim omnibus o littera correpta pro longa accipitur. nam pro brevi novi tantum posuerunt, ut Martialis 'non amo te Sabidi'. et apud Vergilium invenitur, ut est 'nunc scio, quid sit amor'. sed qui hanc syllabam longam esse semper voluerunt elidunt inde i litteram, ut sit 'nunc sco'. quamquam causa est super hoc verbo, quare necesse est o litteram corripi. in his enim verbis quae nominum speciem gerunt eandem corripi oportet propter discretionem. nam scio, si corripias o litteram, verbum est; si producas, nomen est singularis dativi vel ablativi, ut huic et ab hoc scio. item tale est monstro et ostento et frequentativa verba ‖ multa, ut lecto facto scripto dicto. nam pronomen ego pro brevi habere ultimam o deprehenditur, ut est 'non ego Myrmidonum', item 'ast ego quae divum'. item ergo coniunctio pro longa habet ultimam o, ut est illud, 'ergo iussa parat'. propter quod talis syllaba, finalis tamen tantum, communis esse multis generibus probatur. o autem littera pro duabus

---

28 o autem littera *p. 11, 9. 13, 7. 24, 2*

---

1 hic vir] *Verg. Aen. VI 792* 2 terga] *Verg. Aen. VIIII 610* 6 quare etiam ut dico *A B* quare etiam ut atque etiam dico ς quare etiam atque etiam dico *ed. Sanctandr. Lucret. IIII 1207* 7 efflant *corr.* efflantque *A. cf. Serv. in Verg. Aen. XII 115* (lucemque elatis naribus efflant) Ennianus versus est ordine commutato: ille enim ait 'funduntque elatis naribus lucem'. *Victorini versum inter Lucilii fragmenta inc. 111 posuit F. Dousa* 8 *fortasse* potest et hic modus sextus communium syllabarum videri, qui est sic, cum verbum — duabus consonantibus, quae apud omnes veteres — pro longa syllaba est (nam pro brevi apud novos poetas frequenter ponitur), ut canto 11 quod est *A B* ς 12 duabus consonantibus ς duobus consonantibus *A B* canto] *Verg. bucol. 2, 23* 13 moenia] *Verg. Aen. III 17* cui Iuno] *Verg. Aen. X 611* 14 heu nimium] *Verg. Aen. XI 841* 15 noui tantum *B* non (ui) tantum *A* non noui tantum ς 16 non amo] *Mart. epigr. I 32, 1* 17 nunc scio] *Verg. bucol. 8, 43* 18 semper uoluerunt *B* uoluerunt semper *corr.* semper uoluerunt *A* uoluerunt semper ς ut sit *A et G. I. Vossius de art. gramm. II 27 p. 276* ut sic ς *B* 20 eadem *A B* ς 24 brevi] uerbi *B* 25 non ego] *Verg. Aen. II 785* ast ego] *Verg. Aen. I 46* 26 pro longam habet ultimam o *a* Val.* pro longam habet ultimam go *A B* pro longa habet ultimam litteram o ς 27 ergo] *Verg. Aen. IIII 503*

graecis habetur, id est pro o et ω, sicut etiam e pro η et ε, et istae apud graecos poetas invicem pro contrariis sibi litteris ponuntur et vocantur antistoecha. unde et nostri hanc consuetudinem Graecorum propter metri necessitatem sequuntur. nam illo versu Vergilius o productae longitudinem servat,

armatumque auro circumspicit Oriona;

item in eodem nomine eandem litteram corripit sic,

cum subito adsurgens fluctu nimbosus *Orion*.

itaque et in hoc et in huic similibus *non* putandum est esse communes syllabas, sed per antistoechian graecam *e et o et pro longa et pro brevi* recipi posse. nam etiam e naturaliter productam per eandem antistoechian Vergilius corripit, ut 'gener adversis instructus eois' et alibi 'primo surgebat eoo.' ‖ [atque] e contrario autem in eodem producta est sic, 'eoasque acies' et alibi

ante tibi eoae Atlantides abscondantur.

In brevi syllaba tempus est unum, quia nihil morarum illic vox facit. in longa autem duo sunt, quia bis tantum quantum in brevi *in* eadem vox detinetur. breves autem correpta vocalis efficit, longas producta. syllabae aut natura longae sunt aut positione fiunt: natura, cum vocalis producitur: positione, cum correpta vocalis sequentes habet duas consonantes. hae aut in eadem syllaba solent esse, ut ars, aut in proxima, ut amnis, aut in duas syllabas divisae, ut arma. sed et duplex littera x duarum consonantium loco fungitur. haec quoque aut in eadem syllaba solet esse, ut nox, aut in proxima, ut axis. praestant idem et vocales litterae loco consonantium positae i et u, ut servus iniustus * sed haec in metris facilius deprehenduntur.

Syllabae positione longae fiunt his modis: si correpta vocalis desinat in unam consonantem et excipiatur ab altera consonanti, ut 'arma virumque cano': item si desinat in duas consonantes, ut 'est in secessu longo locus'; si excipiatur a duabus consonantibus, | ut 'Acrisioneis Danae': si desinat in duplicem litteram x, ut 'nox erat': si excipiatur

16 In brevi syllaba — 26 deprehenduntur *Charis. 11, 15 — 12, 3* 27 Syllabae positione longae — 30, 11 caecis iter *Charis. 12, 12 — 13, 15*

---

4 illo uersu ς illo uersus *A B* 6 armatumque] *Verg. Aen. III 517* 8 cum subito] *Verg. Aen. I 535* nimbosos *corr.* -sus *A* Orion *om. A B, add.* ς 9 similibus e et o putandum (putandus *B*) est esse communes syllabas sed per antistoechian graecam recipi posse *A B* ς 12 gener] *Verg. Aen. VI 831* 13 primo] *Verg. Aen. III 588* 14 eoasque] *Verg. Aen. I 489* 15 ante] *Verg. georg. I 221* Atlantides ς antlantides *A B* 17 quia bis] quibus *A B* ς in breui eadem uox *A B* in breui ea uox ς 18 detinetur *corr.* retinetur *A* breues ς *B* breuis *A* producta ς productae *A B* 21 hae aut *Charisius* haec aut *A B* ς solet esse — diuisa ς 25 ut servus iniustus: item cum desinit in consonantem c, qua pars orationis finitur, et excipitur a vocali, ut 'hoc erat alma parens'. haec in metris facilius deprehenduntur *Charisius* 28 arma] *Verg. Aen. I 1* 29 est in secessu] *Verg. Aen. I 159* 30 Acrisioneis] *Verg. Aen. VII 410* 31 nox] *Verg. Aen. III 147. VIII 26*

a duplici littera, ut 'axe sub aetherio'; ‖ idem hoc et in z, ut 'Mezenti ducis exuvias', quae apud Graecos duplex est: item si desinat in consonantem et excipiatur a vocali vice posita consonantis, ut 'inveni germana viam': si desinat in consonantem qua pars orationis finitur, ut

omnia vincit amor, et nos cedamus amori:

si correpta vocalis per se partem orationis impleverit, ut 'horresco referens', 'liminaque laurusque dei'; haec syllaba et inter communes haberi potest: si vocalem brevem sequatur i littera vice posita consonantis, ut 'Harpyiaeque colunt': si post brevem vocalem subiuncta sit consonanti *i vel u* vocalis et vocalem correptam habeat consequentem, ut 'parietibus textum caecis iter'. item communes syllabae sunt et ex his quae natura longae fuerint et ex his quae positione. natura, si producta vocalis excipiatur a vocali: est enim longa in hoc,

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae;

fit autem in hoc brevis,

te Corydon, o Alexi, trahit s. q. v.

item natura, cum geminae vocales, quas Graeci diphthongos vocant, a vocali excipiuntur: est enim longa syllaba in hoc, ‖

ulla moram fecere neque Aoniae Aganippae;

fit autem in hoc brevis,

insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno.

ex his vero quae positione longae fiunt communis est quae excipitur a duabus consonantibus, *ita* ut prior sit muta quam liquida: est enim longa in hoc,

immemores socii vasto Cyclopis in antro;

at in hoc brevis est,

lustra domosque traho vastosque ab rupe Cyclopas.

potest praeterea communis videri ea syllaba quae apud Vergilium et pro longa et pro brevi posita est, hic vel hoc, si a vocali excipiatur: est enim pro longa

---

11 item communes syllabae — 31, 16 imitatur *Charis. 14, 10 — 15, 26*
28 hic vel hoc *p. 22, 17. 27, 6. 36, 6. 37, 15*

---

1 aetherio *a Val.* aethereo *A* ς *B* mezenti *B a Val.* ς mezendi *A: Verg. Aen. VIII 7* 3 inveni] *Verg. Aen. IIII 478* 4 finitur *Charisius a* ς finiatur *B* finit.. *A* 5 omnia] *Verg. bucol. 10, 69* cedamus amori *a** ς *B* cedamus a. *A Val.* 6 horresco] *Verg. Aen. II 204* 7 liminaque] *Verg. Aen. III 91* 8 i littera *Charisius* ς y littera *A B* 9 Harpyiaeque] *Verg. Aen. III 212* 10 consonanti uocalis et uocalem correptam habeant (habeat *Charis.*) consequentem *A B* ς *et codex Charisii* consonanti i vocalis et vocalem correptam habeant consequentem *Christius München. gel. Anz. 1859 p. 221.* i vel u vocalis *scripsi coll. [Prob.] de ult. syll. p. 257, 18* decimus modus est, si post vocalem subiecta sit consonanti i vocalis vel u et correptam vocalem habeat consequentem, ut parietibus textum caecis. *et fortasse post* 11 item *exemplum* u *vocalis*, genua labant *(Verg. Aen. V 432)*, *omissum est.* 11 parietibus] *Verg. Aen. V 589* et ex his quae natura longae sunt (sunt *in litura) in marg. add. A* 12 longae fuerint *Charisius* longae fiunt *B Val.* longae sunt ς 14 Glauco] *Verg. georg. I 437* melichertae *B* 16 te Corydon] *Verg. bucol. 2, 65* 19 ulla mora fecere *A* ulla mora facere *B: Verg. bucol. 10, 12* 21 insulae] *Verg. Aen. III 211* 22 ex his *Charisius* his *A B* ς 23 ita ut *Charisius* ut *A B* ς 24 immemores] *Verg. Aen. III 617* 26 lustra] *Verg. Aen. III 647*

omnibus hic erit unus honos, tres praemia primi,

pro brevi autem 'hic vir hic est'. sed pro brevi bis fere tantum: nam ut longa sit et ipsi et omnibus usitatum est. consideranda ergo est in his dumtaxat pronominibus natura c litterae, quod crassum | quodam modo et quasi geminum sonum reddat hic et hoc. si autem nec coniunctionem aspiciamus, licet eadem littera finita sit, diversum tamen sonabit, quod facilius diiudicabitur, si, quoniam alterum habemus, etiam alterum temptemus in versu. est ergo 'hoc erat alma parens' et pro 'Iuppiter ibit

hic, ait, et nostris illuserit.

sin autem feceris || 'nec erat alma parens', 'nec ait', speciem suam versus amittit, cum aeque et hanc et illam syllabam constet esse correptas. ergo illae non ideo longae fiunt, quod pars orationis finitur, ut putant plurimi (nam idem et in hac effici posset), sed, ut dixi, in pronominibus c littera sonum efficit crassiorem et naturam i litterae inter vocales positae ac per hoc sonum geminantis imitatur.

* quibus primae potestatis quinque vocales existunt a e i o u, quae gemina virtute temporum praeditae, dum corripiuntur aut acuuntur, longas et breves syllabas metris praestant. unde eas haud immerito nostri auctores dichronos pronuntiarunt, eoque fit ut graecis vocalibus, quamvis numero inferiores, potestate tamen ex aequo respondeant. omnis autem syllaba, cum correpta in se vocalis est, unius temporis; cum producta, duorum accipit potestatem. tempus autem est spatium morae, per quod syllaba longa extenditur, brevis vero contrahitur. ipsa praeterea vocalis per se, id est sine societate atque adminiculo consonantis, vocis orationisve qualibet parte completa abusive syllaba nuncupata: in a littera 'a virgo infelix', in e

e terra magnum alterius spectare laborem,

in i

i nunc, ingratis offer te irrise periclis,

in o

o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos.

---

17 quibus primae potestatis — 32, 6 ae oe au *Terent. Maur. 1300—1334. 342—389*

---

1 omnibus] *Verg. Aen. V 308* praemia primi ς *Val.* praemia prim. *A* praemia primus *B* 2 hic vir] *Verg. Aen. VI 792* pro breui bis fere *Charisius* pro breuibus fere *A B* ς 4 quod] quae *B* 6 finita sit *Charisius* finitum *A B* finitam ς quod facilius diiudicabitur sed qñ (quando ς) alterum *A* ς quae facilius diiudicabitur sed·qnm̄ alterum *B* quod ita facilius diiudicabitur, si quoniam alterum *Charisius* 8 hoc erat] *Verg. Aen. II 664* 9 pro Iuppiter] *Verg. Aen. IIII 590*
17 *lacuna quam indicavi exciderunt quaedam, a quibus initium novi tractatus de litteris et syllabis factum erat. ad ea autem quae hoc loco omissa sunt respiciunt quae de partitione litterarum scripta sunt p. 32, 24* diximus igitur *sqq.* 20 vocalibus] uocabulis *B* 26 nuncupatur ς a virgo] *Verg. bucol. 6, 47* 28 e terra] *Lucret. II 2* 30 i nunc] *Verg. Aen. VII 425* 32 o mihi] *Verg. Aen. VIII 560*

in u affectus ingemiscentis seu eiulantis personae ‖ plerumque apud tragicos seu comicos reperitur, vel si ex composito accipias,

uvidus hiberna venit de glande Menalcas.

rursus duae inter se vocales iugatae ac sub unius vocis enuntiatione prolatae syllabam faciunt natura longam, quam Graeci diphthongon vocant, veluti geminae | vocis unum sonum, ut ae oe au. his seu simplicibus seu coniunctis conexae reliquae litterae, quod sonum vocis augeant crassioremque efficiant, consonantes vocantur. quae in duas partes diremptae semivocales quidem septem dabunt, id est f l m n r r s x, ex quibus liquidae, quas ἀμεταβόλας sive ὑγράς Graeci vocant, sunt quattuor, l m n r, ideoque subiectae mutis litteris, quae in tertio habentur tam ordine quam potestate, quae sunt b c d g h k p q t, in declinatione verborum seu nominum numquam a proprio tenore ac legitimo positionis suae ordine divulsae atque in alteram litterarum commigratione translatae speciem, ut alia deflectantur atque mutentur. qua condicione etiam in metris communes syllabas faciunt. |

DE ENVNTIATIONE LITTERARVM

Placuit autem, antequam de natura syllabarum, quae nunc longae nunc breves in metris adseruntur, dicere incipiam, prius de enuntiatione singularum litterarum et sono, qui in ore nostro vario quodam vocis ictu nisuque formatur, exordium sumere. non solum autem vox sonusve icto aëre, ut audimus, exprimitur, ‖ sed et omne corpus verberatum et impulsum sonum confusae vocis dabit, et quidem varium ac multiplicem pro qualitate plagarum. diximus igitur litteras in duas species, id est vocales consonantesque, discerni, quarum alias, sine quis syllaba coire vix potest, vocales, alias, quae coniunctae superioribus vocis sonum adiuvent et sensum auribus ex utriusque coniunctione velut geminum adferant, consonantes appellari; eas quoque in duas partes, id est semivocales mutasque, digeri. e quis semivocales in enuntiatione propria ore semicluso strepunt, mutae autem nec rictu oris nec linguae nisu sonum edere *nisi* coniunctae vocalibus queunt. igitur singulae qua oris nostri sede conceptae, quo spiritu nisuve formatae, vocis suae vim potestatemque exprimant, ut potero, explicabo. a littera rictu patulo suspensa neque | impressa dentibus lingua

---

7 Placuit — 33, 13 pronuntiare non possunt *Terent. Maur. 85 — 145*

---

1 seu eiulantis ς seu heululantis *A* seu heu iulantis *B*   2 reperiuntur ς   3 uvidus] *Verg. bucol. 10, 20*   6 unum *in marg. add. A*   sonum a ut ae *A*   7 quae sonum uoci *B*   crassioresque *A B* ς   10 *fortasse* liquidae sunt quattuor, l m n r, quas ἀμεταβόλας sive ὑγράς Graeci vocant, ideo quod subiectae sint mutis litteris — et in declinatione — speciem in alias *(vel* ut aliae) deflectantur atque mutentur   21 formatur ω ς formantur *A B*   23 et quidem] et quod *B*   25 discerni ς decerni *A B* ω   26 quae coniunctae *B a* ω ς *Val.* quod coniunctae *A*   28 digeri ς dicere *A B* discernere ω   30 rictu] ictu *A B* ω ς   nisi *om. A B* ω ς, *add. editor Sanctandr. coll. Terent. Maur. 98* vocalia rictum nisi iuncta disserarint

enuntiatur. e, quae sequitur, depresso modice rictu oris reductisque introrsum labiis effertur. i semicluso ore impressaque sensim lingua dentibus vocem dabit. o, ut e, geminum vocis sonum pro condicione temporis promit. unde inter nostras vocales η et ω Graecorum ut supervacuae praetermissae sunt. igitur qui ‖ correptum enuntiat, nec magno hiatu labra reserabit et retrorsum actam linguam tenebit. longum autem productis labiis, rictu tereti, lingua antro oris pendula sonum tragicum dabit, cuius observationis et in e littera similis paene ratio. u litteram quotiens enuntiamus, productis et coeuntibus labris efferemus. et ne y conexam graecis vocabulis praetermiserim, cuius frequentem usum quaedam verba seu nomina desiderare noscuntur, ipsam quidem graecis vocabulis, cum inciderint, reservabimus; loco autem huius u litteram aptam nostris vocibus finximus, quam nisi per *ου* coniunctam Graeci scribere ac pronuntiare non possunt.

Nunc de consonantibus, quae sibi vocis sonore atque ipsa oris expressione sunt proximae, ut sese obtulerint, enarrabimus. e quibus b et p litterae coniunctione vocalium quasi syllabae (nam muta portio penitus latet: neque enim labiis hiscere ullumve meatum vocis exprimere nisus valet, nisi vocales exitum dederint atque ora reserarint) dispari inter se oris officio exprimuntur. nam prima exploso e mediis labiis sono, sequens compresso ore velut introrsum attracto vocis ictu explicatur. c etiam et g, ut supra *scriptae*, sono proximae oris molimine nisuque dissentiunt. nam c reducta introrsum lingua hinc atque hinc molares urgens haerentem intra os sonum vocis excludit: g vim prioris pari linguae habitu palato suggerens lenius reddit. d autem et t, quibus, ut ita dixerim, vocis ‖ vicinitas quaedam est, linguae sublatione ac positione distinguuntur. nam cum summos atque imos coniunctim dentes suprema sui parte pulsaverit, | d litteram exprimit. quotiens autem sublimata partem, qua superis dentibus est origo, contigerit, t sonore vocis explicabit. k et q supervacue numero litterarum inseri doctorum plerique contendunt, scilicet quod c littera harum officium possit implere. nam muta et otiosa parte, qua c incipit, pro qualitate coniunctae sibi vocis supremum exprimit sonum.

14 Nunc de consonantibus — 34, 22 recipiemus *Terent. Maur. 182 — 248*

1 nuntiatur *B* depresso *editor Sanctandr.* represso *B* ω reprenso *a** reprehenso *A Val.* ς 2 impressaque *Putschius* impressisque *A B* ω ς 5 igitur qui *A B Val.* igitur o qui *a** ω ς 7 antro] arto *A* ar^s^tati *B* arcti ω arcu ς: *cf. Ter. Maur. 133* 8 ratio *A B Val.* ratio est *a** ω ς 10 usum quaedam (usum quia *B)* uerba seu nomina desiderare noscuntur *a** ω ς *B* usumq̄ (usumq; *Val.*) .... uerba seu nomina desi..... noscuntur *lacunis paucarum litterarum post* q *et* desi *relictis A Val.* 11 quidem] quoque *B* 13 per *ου* coniunctam *Putschius* per ȳ coniunctam *A B* ω ς: quam scribere Graius, nisi iungat y nequibit *editio Mediolanensis Terentiani 141, ubi* nisi iungat *ου correxit Santenius* 14 sonore ς *B* sonorę *A* sonorae ω 20 explicantur *A B* ω ς. *Terentiani praecepta de* b *et* p *litteris ipse Victorinus perturbavisse videtur* 21 scriptae *om. A B* ω ς 22 hinc atque hinc inter molares surgens ω ς 23 habitu] labitur *B* labit' *(i. e.* labitur) *A* lapsu ω ς 25 distinguntur *A B* 27 superis] superius *A B* ω ς 28 contingent *A B* ω continget ς superuacuę *B* superuacuae *Val.* superuacuo ω ς *A* 31 supremum *B a* Val.* ω ς supremitum *A*

[non] nihil tamen interest, utra earum prior sit, c seu q sive k. quarum utramque exprimi faucibus, alteram distento, alteram producto rictu manifestum est. h quoque inter litteras otiosam grammatici tradiderunt, eamque adspirationis notam cunctis vocalibus praefici, ipsi autem consonantes tantum quattuor praeponi, quotiens graecis nominibus latina forma est, persuaserunt, id est c p r t, ut chori Phyllis rhombos thymos: quae profundo spiritu, anhelis faucibus, exploso ore fundetur. superest ut septem reliquas semisonas spiritu quodam strepentes ordine [quodam] persequamur. e quis f litteram imum labium superis imprimentes dentibus reflexa ad palati fastigium lingua leni spiramine proferemus. sequetur l, quae validum nescio quid partem palati, qua primordium || dentibus superis est, lingua trudente, diducto ore personabit. at m impressis invicem labiis mugitum quendam intra oris specum attractis naribus dabit. n vero sub convexo palati lingua inhaerente gemino naris et oris spiritu explicabitur. sequetur r, quae vibrato † vocis palatum linguae fastigio fragorem tremulis ictibus reddit. dehinc duae supremae, s et x, iure iungentur. nam vicino inter se sonore attracto sibilant rictu, ita tamen, si prioris ictus pone dentes excitatus ad medium lenis agitetur, sequentis autem crasso spiritu hispidum sonet, quia per coniunctionem c et s, quarum et locum implet et vim exprimit, ut sensu aurium ducemur, efficitur. z apud nos ultimam, in qua non sonus litterae, sed vocabulum et duplex syllaba est, graecis tantum, cum in usum venerint, aptam vocibus, ut y superius, propter peregrina vocabula recipiemus. |

DE SYLLABARVM NATVRA ET CONEXIONE

Sed ut ad propositum nobis redeam, discussa litterarum tam enuntiatione quam potestate, quod cumulo plenissimae eruditionis aptum ac necessarium praeterire absurdum foret, consequens erit de syllabarum natura et conexione tractare (nam ideo dicta est syllaba, quod a vocalibus,

---

1 non *delevit Santenius in Terent. Maur. p. 398 coll. Terent. 209* 2 exprimi ς exprimit *A B* ω 4 cunctis *Terentianus 217* coniunctis *A B* ω ς 6 id est c t r p ut chori thymos phyllis rhombos (rhombus *a** ω ς rhombos *Val.*) quae *A B* ω ς. si quando choros Phyllida rhamnos thyma dico *Terentianus 221. cf. Ter. Maur. 788* 8 spiritu quodam instrepentes *A B* spiritu quoque instrepentes ω ς 9 superis *A B Val.* supremis *a** ω ς 10 qua ualidum nescio quid per partem ω ς 12 trudente ω ς trudentes *A B* 15 uibrato (bibrato *A Val.* uibrato *a)* uocis palatum linguae fastigio (fastigiom *A* fastigio *a Val.* fastigia *B)* fragorem tremulis ictibus reddit *A B* uibratione uocis in palato linguae fastigio fragorem tremulis ictibus reddit ω ς. uibrat tremulis ictibus aridum sonorem Has quae sequitur littera *Terentianus 238. fortasse* quae vibrato intra palatum linguae fastigio fragorem tremulis ictibus reddit *vel* quae vibratum vocis fragorem tremulis in palati fastigio linguae ictibus reddit 17 sonore *A B Val.* sono *a** ω ς attracto ω ς attractu *A B* si] *fortasse* ut 18 excitati ω ς leuis] leuis *Terentianus 243* 19 quia] qui *A* ω ς quae *B: cf. Terent. 245* 20 ut sensum aurium ducemur *A B* ut sensu aurium ducamur ω ς 21 ultima *A B* ω ς vocabulum et duplex et syllaba *Ribbeckius Iahrb. f. Philol. 1859 p. 315, ut* di *pro* z *positum significaretur. immo nomen litterae* zeta *disyllabum vocabulum esse dicitur* 22 apta *A B* ω ς 26 quod] que *B*

sine quis eadem coire non potest, reliquae litterae, ut fides graeci sermonis indicat, comprehendantur, id est παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα): quarum tripertita species est. namque ‖ aliae earum breves, aliae longae, aliae communes appellantur, scilicet quod nunc pro brevibus, nunc pro longis, ut necessitas metri aut producentis aut corripientis easdem postulaverit, accipiantur. positio autem consonantium litterarum breves syllabas secundum disciplinam legemque metricae artis efficit longas. nam parente natura omnis vox sub duorum accentuum sono ore mortalium promitur, producto scilicet aut correpto, ex quis alter extenditur, alter contrahitur. igitur cum in metris longa syllaba opus esset, ut ea quae brevis lege naturae prolata videbatur longa efficeretur, a principibus musicae artis auctoribus positio, id | est duarum consonantium copulatio, reperta atque inducta est. haec deinceps observatio consensione poetarum legem dedit, quae auctoritatem de vetustate temporis trahens disciplinam veluti sacrosanctae in metris observationis ceteris sanxit. igitur syllaba brevis tempus unum, longa duo neque amplius recipit, ex quo evenit plerumque metri necessitate cogente ut pro syllaba longa duae breves aut pro duabus brevibus una longa ponatur, id quod in [trimetris] anapaesticis iambicis et ceteris huius modi versibus datur cognoscere. neque enim haec commutatio numero metrorum officit congruentibus sub utraque lege temporum spatiis atque momentis. positione vero octo modis, ut supra relatum est, fiunt. ex quibus sex videntur aperti; de septimo etiam nunc tractemus: si correpta per se vocalis littera sequentem i habeat inter duas vocales constitutam, ut 'Troiaque nunc stares'. hic enim o litterae vocali correptae infertur i littera ‖ pro duabus consonantibus accipienda, quamquam et geminata i scribere iubeamur, ut

proiiecit fluvio penitusque in nubila fugit.

alii oi diphthongon volunt esse, ut sit pes dactylus prima syllaba natura longa, troi, sequentibus duabus brevibus, a et que. hoc u littera facere nequibit, eodem [quot] si fuerit loco. nam ita ponuntur hae duae litterae in syllabis, ut exigente ratione interdum sint vocales pro suapte

22 si correpta — 36, 6 et his similia *Terent. Maur. 146—181* 25 geminata i *p. 24, 21. 27, 9*

1 ut fides *superscriptum est in A* 5 eadem *corr.* easdem *A* 6 positione *corr.* positio *A* breuis *A* 11 prolata *B Val.* ς prolatae *A* 14 q̄ auctoritasitem *A* quae auctoritatem *Val.* qui auctoritatem *B* quae authoritas item ς 16 ex quo *a** ex qua *A B* ς *Val.* 18 id quod (id q. *B)* in trimetris anapaestico iambo et ceteris *A B* ς. trimetris *ad* iambicis *adscriptum esse videtur: aut scribendum* in tetrametro anapaestico, iambo et ceteris. *cf. p. 2489* quod frequenter in iambicis et trochaicis et ceteris metrorum generibus excepto heroico reperies 20 sub utraque *B a* Val.* ς subtraque *A* 21 supra] *p. 27, 1 sqq.* 24 Troiaque] *Verg. Aen. II 56* imfertur *A B* 25 geminata i *a* Val.* ς geminita i *A B* 26 iubeamus ς 27 proiiecit ς *B* proiecit *A: Verg. Aen. XII 256* 29 troi *A B Val.* tro *a** ς a et que *A B Val.* ia et que *a** ia aeque ς 30 nequiuit *A B* ς: hoc u, simili si fuerit loco, nequibit *Terentianus 178* eodem quotiens fuerit loco ς. *an* eodem posita si fuerit loco?

natura, interdum consonantes, quia et praelatae et subiectae aliis vocalibus coeunt et syllabam reddunt, quod reliquae facere non possunt ut [eaedem et consonantes sint et vocales]. nam cum et inter se geminantur et cum aliis iunguntur, prima earum quae in syllaba fuerit evidenti ratione consonans erit, quippe cum vocis sonus in subiecta tantum vocali audiatur, ut iaculum Iuno vota vultus et his similia. octavo, si correpta vocalis desinit in consonantem, qua pars orationis finiatur, et sequens syllaba a vocali incipiat, ut '**hoc erat**' et '**hic ait**'.

Nunc de communibus plenissime tractemus, unde sumus digressi. quarum | in metris triplex ratio et causa reperitur, siquidem una eademque syllaba nunc longa nunc brevis utriusque temporis lege fungatur. sciscitantibus autem, cur tres modi communium syllabarum sint, dicemus longam syllabam aut natura fieri aut positione. haec sub utraque specie communem in metris syllabam dabit, id est aut natura, cum ultima pedis dactyli longa reperitur, ut '**insulae Ionio in magno**', ‖ aut positione, cum inferuntur brevi syllabae duae consonantes, quarum prior semper muta, sequens liquida est. superest natura brevis, cuius unus modus, id est cum correpta vocalis desinit in consonantem, ea dumtaxat lege ut sequens syllaba incipiat a vocali, tamquam '**hic ait et nostris**'. ita efficiuntur modi, ut supra dictum est, tres. igitur prima species erit quae dactyli pedis tertiam brevem seu producta vocali seu duarum coniunctione, id est diphthongo, longam efficiens contra legem hexametri heroi amphimacrum inducit, qui pro dactylo lege communium syllabarum accipietur, ita tamen ut sequens a vocali pes inchoet. cuius exemplum apud Homerum '*ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα*', apud nostrum '**insulae Ionio in magno**'. nam sub illa coniunctione longae quae sunt huius modi, utriusque vocalis nomen incurrunt, et in collisione spatium temporis ipsa pronuntiandi celeritate consumitur: quamquam non nulli quasi finalem syllabam propter indifferentiam, quae in metris omnibus competit, tradant, super quo plerique ambigunt in isto dumtaxat syllabarum communium privilegio. harum altera est, cum eiusdem pedis secunda syllaba natura semper brevis, utpote sequenti loco in dactylo pede, coniunctis duabus consonantibus, quarum prior muta, sequens liquida sit, longam efficit positione, ut est '**vidit turicremis**', in r, et ‖

6 octavo — 8 hic ait *p. 22, 17. 27, 6. 30, 27. 37, 15*

1 praelatae *coniecit Gaisfordius* prolatae *A B ς* 2 quod] quae *B* 8 hoc erat] *Verg. Aen. II 664* hoc erat alma parens hic ait] *Verg. Aen. IIII 591* hic ait et nostris inluserit advena regnis 11 nunc longa nunc breuis nunc utriusque temporis lege fungitur *ς* 14 ultima *a* ς* ultimo *A B Val.* 15 insulae] *Verg. Aen. III 211* 19 hic ait] *Verg. Aen. III 591* 21 productam uocalem *A B ς* 22 diphthongo *ς* diphthongon *A* dyptongon *B* 25 ἄνδρα] *Hom. Od. A 1* insulae] *Verg. Aen. III 211* 26 sub illa] subtili *A B ς cf. p. 38, 19* sub uno enuntiatu coniunctae 27 nomen] *fortasse* rationem 28 quasi] quibusi *corr.* quasi *B* 34 vidit] *Verg. Aen. IIII 453*

ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus,

in l, item

Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon,

in m, item

nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos,

in n. habes exempla quattuor liquidarum, quas ametabolas diximus. nam *aut* brevis syllaba est loco *longae* posita, *aut* positione longa vim | suae proceritatis loci condicione non obtinet. ergo hic pro brevi accipietur lege communium, qua prior muta c, sequens liquida sit r, ita tamen ut utraeque consonantes in una syllaba coniunctae habeantur. nam si altera earum in secunda syllaba, sequens in tertia reperiatur, non iam communem, sed longam syllabam iure efficient. sed et duae liquidae m et n, quae solae ex his sibi subiunguntur, non praecedente muta in una syllaba longam syllabam facere possunt, ut 'omnibus errantem terris' et 'aut Agamemnonius scaenis'. tertia vero, cum *in* eodem dactylo prima syllaba, quae semper natura est longa, brevis invenitur hoc modo, si correpta in ea vocalis desinat in unam consonantem, ut 'hoc erat alma parens'. erit ergo communis syllaba ea condicione, qua pars orationis finiatur et sequens a vocali incipiat, ne loco et sede dactyli tribrachus positus esse videatur. neque enim hic finalem syllabam causatus sis: nam nulla ibi proceritas sonat, ubi vere finalis non est, velut 'arma virumque cano'. quamvis enim ma syllaba partem orationis compleat, tamen, ‖ quia loco longae posita non est, vim proceritatis capere non potest. cum autem locum obtinet longae syllabae et finit partem orationis, tunc est communis et efficitur longa, quod etiam naturali ratione dinoscas. nam cum sermo terminatur et postrema clauditur syllaba, ad initium alterius transitum fieri manifestum est, quod intervallum aliquanti temporis intercapedinem sumit: sic syllabae naturalis brevitas additamento temporis crescit.

Haec ratio communium syllabarum cum in dactylicis tum in ceteris metrorum generibus sub eadem observatione tractanda est, qua tamen frequentius auctores graeci quam nostri usi sunt. non enim vitium est, quippe cum maximi auctores hoc genus compositionis ultro adfectaverint. nam apud Homerum notabilis ille versus habetur, in quo quattuor longae

15 tertia vero — 18 parens *p. 22, 17. 27, 6. 30, 27. 36, 6*

1 ni palmas] *Verg. Aen. V 233* 3 Brontesque] *Verg. Aen. VIII 425* 5 nescio] *Verg. bucol. 3, 103* oculus *B* oculos *A* oculis ς 6 nam breuis syllaba est loco posita positione longa *A B* ς 8 obtinens ς 9 qua prior ς quam (quā *A*) prior *A B* quum prior *Gaisfordius* 12 duae....... liquidae *paucis litteris post* duae *deletis A* 14 omnibus] *Verg. Aen. I 756* 15 aut agamemnonius *A B Val.* aut agamemnoniis *a** ς: *Verg. Aen. IIII 471* 16 in *om. A B* ς natura est breuis longa inuenitur *A B* ς 18 hoc erat] *Verg. Aen. II 664* 22 arma] *Verg. Aen. I 1* qū enim *A* cum enim ς *B* 23 proceritas *B* 25 quae etiam *B* 27 quod] quae *B* 31 tractanda *B a** ς tractada *A* tractata *Val.* 33 maxime (i *supra* e) *A*

syllabae lege communium pro brevibus inductae accipiuntur, cuius exemplum |

οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν.

alia rursus apud eundem species superiori contraria, in qua breves pro longis lege communium recipiuntur, ut est

ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ' ὅν οἱ Ἀθήνη.

nam tres continui dactyli e ternis syllabis brevibus subsistunt, cuius generis apud eundem complures versus reperiuntur.

Dignum forsitan inquisitione sit, cur muta liquidae sociata communem syllabam reddat, duae autem semivocales aut mutae copulatae similiter inter se nequaquam id faciant. non immerito. nam quamvis maior in liquida quam in muta virtus sit, utpote ametabola, quae || a tenore suo non immutetur, attamen infirmiora paria sociata praestant his quae ex impari veniunt, quod sub exemplo magis aperiam. sicut enim minime par ad nitendum virtus est asini mulo coniuncti, cum alter alterum propter inaequalitatem naturae non respondentis viribus, dum iungitur, debilitat potius quam iuvat, ita hoc et *in* his litteris quae ex impari copulatione veniunt intellegendum est, ut iugatae instabiles semper et lubricae sint, quia non pari aut aequali virtute nituntur. hae tamen, ut supra diximus, sub uno enuntiatu coniunctae communem syllabam, divisae autem longam efficient. mutae vero et semivocales, ut libet, appositae correptae vocali semper longam syllabam reddunt.

Illud etiam admonente occasione intimandum est, litteras quasdam contra rationem naturae metri necessitate nunc produci, ut 'Italiam fato profugus', nunc corripi, ut 'fervere Leucaten', quamvis quidam in hoc primam verbi positionem non a ferveo, sed a fervo tractam contendant meritoque corripiant. eadem metri lege etiam consonantes geminantur, ut 'relliquias Danaum' et

rettulit Argolico fulgentia poma tyranno

et

redduxere retro longe capita ardua ab ictu; ||

siquidem artis poeticae in eo vim rationemque subsistere manifestum sit, ut verba seu nomina metro repugnantia vel corripiat vel acuat, interdum

9 Dignum — 22 reddunt *schol. Hephaest. 108, 10. 109, 7 — 23 ed. Westph.*

1 exemplum est *B* 3 οὔ τι] *Hom. Il. Γ 164* εἰσιν] ЄCIǺN *A* ЄCIǺN *B* ЄCIN *Val.* 4 speoie *A B* ς speciei *Putschius* 6 ἀμφί] *Hom. Il. Ξ 178* 11 nam qū *A* namq; ū *B* nam cum ς 12 ametabola *G. I. Vossius de art. gramm. I 19 p. 83* metabola *A B* ς 13 praestantur *A B* ς. '*legendum* praestat (praestant *voluisse videtur)* his quae' *Camerarius* 14 quod] quae *B* 17 in *om. A B* ς 19 haec tamen *A* 24 nunc produci *B a** ς nun produci *A Val.* Italiam] *Verg. Aen. I 2*

25 fervere] *Verg. Aen. VIII 677* qū quidēm *A* qū quidam *Val.* cum quidam ς *B* 27 contendant ς contendunt *A B Val.* contendent *a* 28 relliquias] *Verg. Aen. I 30* 29 rettulit] *Lucan. Pharsal. VIIII 367* 31 redduxere] *Verg. Aen. V 428* kapita *A B* 32 manifestum sit *Val.* manifestum fit *A B* ς

minuat, ut 'apparent rari nantes', aut forte dividat, ut 'septem subiecta trioni'. unde species innumerabilium | figurarum repertae sunt. et Graeci maxime schematibus his utuntur, quibus maior ac speciosior licentia est corrumpendi sermonis.

DE MENSVRA LONGARVM ET BREVIVM SYLLABARVM

Inter metricos et musicos propter spatia temporum, quae syllabis comprehenduntur, non parva dissensio est. nam musici non omnes inter se longas aut breves pari mensura consistere, siquidem et brevi breviorem et longa longiorem dicant posse syllabam fieri; metrici autem, prout cuiusque syllabae longitudo ac brevitas fuerit, ita temporum spatia definiri neque [brevi] breviorem aut [longa] longiorem, quam natura in syllabarum enuntiatione protulit, posse aliquam reperiri. ad haec musici, qui temporum arbitrio syllabas committunt, in rhythmicis modulationibus aut lyricis cantionibus per circuitum longius extentae pronuntiationis tam longis longiores quam rursus per correptionem breviores brevibus proferunt. adferunt etiam exempla, quae in metricis pedibus secum faciant, adserentes accessione consonantium momenta temporum crescere, tamquam Thersandrus: constat duabus | positione longis et brevi ultima, qui fit pes palimbacchius. huius primam positione longam correpta e littera esse manifestum est, quam si produxeris, ut interdum etiam metrici faciunt, ut pro e η graeca littera audiatur, quae semper natura longa est, fit ut etiam accedentibus duabus consonantibus longior prolixiorque videatur; quippe cum trium temporum spatio aucta sit, quae duum fuerat, cum esset per e correptam nomen elatum. item ἀμφιεσμένος ἠμφιεσμένος, quod in metro apud Graecos frequenter invenimus. habet enim et de natura et de positione longioris syllabae incrementum. brevi autem breviorem sic intellegi volunt, ut in eodem nomine Thersandrus: drus enim syllaba quamvis unam vocalem natura brevem habeat, tres tamen aliae consonantes cum ea|dem elatae non parum temporis in mora pronuntiationis occupabunt. erit ergo haec brevis ab ea longior, in qua sola u, quam cum aliis enuntiata litteris drus: auctiorem enim uberioremque auribus sonum reddit. sed haec scrupulositas musicis et rhythmicis relinquatur. nam quod ad nos attinet, notemus plerasque syllabas ratione pares esse, spatio autem seu sono impares, ut dicimus omnes Germanos longos esse, quamvis non sint omnes eiusdem staturae: sic dicemus etiam has syllabas in genere

---

1 apparent] *Verg. Aen. I 118* septem] *Verg. georg. III 381* 7 *fortasse* nam musici volunt non omnes omnis *A B* 8 breves] breuis *A B* 11 neque breviorem aut longiorem *Hensius Heliodor. Unters. p. 107* 17 Thersandrus ς thessandrus *A B* 24 item ἀμφιεσμένος — invenimus *iis quae de nomine* Thersandrus *disputata erant postea interposita esse videntur* quod] quae *B* 26 breuem autem breuiorem *A B* breuem autem breui longiorem ς 27 Thersandrus ς thessandrus *A B* qū unam *A* cum unam *B* quum unam ς 31 sonum] sensum *A B* ς 32 scrupulositas] scrupulosi *B* quod] quia *A B* ς 34 omnis germanos *A B*

esse, non in spatio longarum seu brevium syllabarum. igitur cum metris nihil maius minusve adferat huius modi ratio, nec praefiniti sibi temporis modum adiectio consonantis excedat, musicis potius quam metricis id auscultandum esse dicemus.

DE ARSI ET THESI

Decursis syllabarum modis, quae per vocales et || consonantes litteras velut quibusdam elementis coalitae conexaeque formantur certisque secundum aut naturam aut positionem legibus positae pedes, cum inter se geminantur, per arsin et thesin gradientes procreant, quibus metrorum omnis ratio inter se praefinita subsistit, consequens reor prius de arsi ac thesi, id est de alterna syllabarum sublatione ac positione, quibus pedes in metris nituntur atque formantur, dicere ac deinceps pedum rationem paucis exponere.

Arsis igitur ac thesis quas Graeci dicunt, id est sublatio et positio, significant pedis motum. est enim arsis sublatio pedis sine sono, thesis positio pedis cum sono: item arsis elatio temporis, soni, vocis, thesis depositio et quaedam contractio syllabarum. nam in pyrrichio tollitur altera brevis, altera ponitur. in spondeo quoque vicissim longa tollitur ac ponitur syllaba. trochaeo autem et iambo contraria inter se ratio est: alterius enim prius longa tollitur, dehinc brevis ponitur; alterius secundum suam legem *brevis ponitur, longa tollitur* situ supra dicti ordinis immutato. in dactylo vero tollitur una | longa, ponuntur duae breves; in anapaesto contra, sicut in trochaeo et iambo ostendimus. etenim in simplicibus pedibus arsis ac thesis aut simpli aut dupli aut sescupli ratione taxatur. et in simplo quidem erunt pyrrichius, spondeus, dactylus, anapaestus: horum enim par est sublationi positio, cum tantundem morae in duarum brevium positione quantum in unius longae sublatione habeatur. in duplo autem iambus, trochaeus, tribrachys, molossus: horum enim duplex sublatio, simplex positio est, vel contra. || at in sescuplo pedes tres, bacchius, palim-

---

23 Etenim in simplicibus — 41, 21 pensatur *fragment. Ambrosian. περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας 260, 10 — 261, 12 post lexic. Vindob. ed. Nauck.*

---

3 adiectionē *corr.* adiectio *A* 6 consonantis *A B* 9 procreant ς procreantur *A B* 10 subsistat *A B* ς dearsis *A* 18 breuis .... altera *duodecim fere litteris post* breuis *deletis A* 20 enim *in fine versus om. A* alterius secundum suam legem sicut supra dicti ordinis immutatur *A B* ς alterius secundum suam legem, sic ut supra dicti ordinis ratio immutetur *Ritschelius mus. Rhen. v. VI a. 1848 p. 158. cf. p. 47, 27* mutato temporum situ *p. 2520* siquidem dactylus e longa et duabus brevibus, anapaestus e duabus brevibus et longa digesti situ ordinis tantum discrepare videantur 24 aut simplici aut duplici aut sescupli (sesquipli *A)* ratione *A B* ς taxatur ς *B* texatur *A* 25 pyrricheus *A B* 26 tandem *corr.* tantundem *A* 29 vel contra. at in sescuplo pedes tres, bacchius, palimbacchius, amphimacrus seu creticus: nam modo sublatio dimidio plus habet, modo positio. et in cretico *Caesar Grundzüge der griech. Rhythmik. p. 275* uel contra nam modo sublatio dimidio plus habet modo positio at in sescuplo pedes quattuor (pedes tres *adscripto in marg.* IIII *A* pedes ·IIII· *Val.)* bacchius palimbacchius amphybrachys creticus et in cretico *A B* ς. *τοῦ δὲ ἡμιολίου τρεῖς, βακχεῖος, παλιμβάκχειος, κρητικός.*

bacchius, [amphibrachys,] creticus: nam *horum* modo sublatio dimidio plus habet, modo positio. et in cretico nunc sublatio longam et brevem occupat, positio longam; vel contra positio longam et brevem, sublatio unam longam: prout syllaba se obtulerit, id fiet. in bacchiis etiam haec divisio est. nam bacchius a brevi incipiens in sublatione semper brevem et longam retinet, in positione longam; palimbacchius autem in sublatione longam, in positione longam et brevem, ne in quadruplum ratio temporum protendatur, si duae longae adversus unam brevem copulentur. qua ratione sescupli et paeones continebuntur. molossi ratio aeque duplex: nam idem valent duo contra quattuor, sicut quattuor adversum duo, ut modo sublatio unam longam habeat, positio duas, nunc positio unam, sublatio duas longas. amphibrachys, in quo duae breves, media longa est, in arsi tria, in thesi unum tempus accipiet, rursusque arsis unum, thesis tria sibimet vindicabit, non *simpli nec* dupli seu sescupli, ut in reliquis, ratione diducta, quippe cum tribus temporibus unum vel contra unum tribus insequentibus repugnare videatur, unde minus aptus pes in metris, musicis autem consentaneus aestimatur. nam licet minor temporum spatio sit, respondet tamen imagini hippiorum, quos epitritos vocamus, qui sunt heptachroni, id est ex una brevi et tribus longis. neque enim syllabarum numero, sed ratione temporum arsis thesisque pensatur. ‖ |

DE RHYTHMO

Exigit locus et temporum inter se vicina cognatio ut, priusquam pedum disputationem adgrediar, de rhythmi condicione pauca dicam: cuius origo de arsi et thesi manare dinoscitur. nam rhythmus est pedum temporumque iunctura velox divisa in arsin et thesin vel tempus quo syllabas metimur. latine numerus dicitur, ut Vergilius 'numeros memini si v. t.'. differt autem rhythmus a metro, quod metrum in verbis, rhythmus in modulatione ac motu corporis sit; et quod metrum

28 differt autem rhythmus — 42, 5 contrahat *fragm. Ambros. 266, 9—15 Longin. prol. Hephaest. 84, 9—24 ed. Westph. Diom. 474, 4—8*

ἐν μὲν οὖν τῷ κρητικῷ κατὰ σχέσιν τῶν μέτρων ὁτὲ μὲν ἡ ἄρσις τὴν μακρὰν καὶ τὴν βραχεῖαν, ἡ δὲ θέσις τὴν μακράν, ὁτὲ δὲ ἔμπαλιν ἡ μὲν ἄρσις τὴν μακράν, ἡ δὲ θέσις τὴν βραχεῖαν καὶ τὴν μακράν fragm. Ambros. 3 positio longam et brevem, sublatio unam longam *glossematis loco habenda, reliqua ita scribenda esse coniecit Caesar l. c. p. 276*, vel contra, prout syllaba *(h. e. media brevis)* se obtulerit, id fiet. 4 prout — fiet] *fortasse* prout syllabae se obtulerint, ita fiet divisio in bacchis *A B* 5 nam bacchus *A* nam bachus *B* 7 in positione longam *posteriore loco om. A ς, add. B in marg.* 9 continebuntur *ς B* continentur (bu) *A* continebantur *Val.* molosi *A B* 14 non simpli non dupli seu sescupli *Santenius in Terent. Maur. p. 92* non dupli seu sescupli *A B ς: cf. Terent. 1424* 16 vel contra] et contra *A B ς* uideantur *A B ς* 19 ex una] e prima *A B ς* 20 enim *om. A, add. a Val.* 23 Exigit *B ς* Exit *A* 24 de rythmi *ς B* de rythi *A* 26 in arsi et thesi *A B ς* 27 numeros] *Verg. bucol. 9, 45* memini si u. t. *B* meminis .ut. *A* 29 corporis sit *ς B* corporis fit *A*

pedum sit quaedam compositio, rhythmus autem temporum inter se ordo quidam; et quod metrum certo numero syllabarum vel pedum finitum sit, rhythmus autem numquam numero circumscribatur. nam ut volet, protrahit tempora, ita ut breve tempus plerumque longum efficiat, longum contrahat. unde et rhythmus, id est a rhysi et fluore quodam, nuncupatur.

Rhythmorum autem tres esse differentias volunt in dactylo iambo et paeone, quae fiunt per arsin et thesin. nam dactylus aequa temporum divisione taxatur, ut et anapaestus: uterque enim pes quattuor temporum est. nam ut longa prima dactyli duabus brevibus insequentibus par [sibi] et aequalis est, ita et in anapaesto fit, ut initium fini simile inveniatur, et dicunt in arsi et thesi aequalem rationem *esse, id est ἴσον λόγον*. idem fiet in dipodia facta coniugatione binum pedum per choriambum et antispastum, quia quantum in sublatione habet, tantundem in positione, et idem apud Graecos *ἴσος ῥυθμός*, id est aequalis, dicitur. ‖ secundus autem rhythmus in iambo dupli ratione subsistit, *in* qua *et* trochaica et utraque ionica. monosemos [unius] enim [temporis] arsis ad disemon thesin comparatur. etenim iambus a brevi syllaba incipit, quae est unius temporis, et in longam desinit, quae est temporum duum; trochaeus autem contra. eadem et in ionicis metris dupli ratio versatur: nam ioni|cus *ἀπὸ μείζονος* incipit a duabus longis et in duas desinit breves; ionicus autem *ἀπὸ ἐλάσσονος* a brevibus incipiens in longas desinit. erit itaque in his disemos arsis ad tetrasemon thesin, quia unam partem in sublatione habent, duas in positione, seu contra. ergo iambica et trochaica metra, quae in dupli ratione sunt posita, facta coniugatione binum pedum ad legem quadrupli vocabuntur. tertius autem rhythmus, qui paeonicus a musicis dicitur, hemiolia *ratione* subsistit, quae est sescupli ratio. hemiolium enim dicunt numerum, qui tantundem habeat quantum alius et dimidium amplius, ut si compares tres et duo: nam in tribus et duo et eorum dimidium continetur. quod cum evenit, trisemos arsis ad disemon thesin accipitur, id est tres partes in sublatione habens, duas in positione, seu contra. quam

5 id est achysi *A B* id est a *χύσει* ς a *ῥύσει Camerarius* 10 par et aequalis *Caesar mus. rhenan. v. VI a. 1848 p. 158* parilis et aequalis *Ritschelius ib.* 11 ita] idem *A B* ς et an anapaesto *corr.* et in anapaesto *A* 12 rationem *ἴσον λόγον* ς rationem CONΛOΓON *B* rationem CONΛOTON *A* idem etiam in *A B* ς idem etiam in dipodia fit facta coniugatione — in positione [idem apud Graecos *ἰσόρρυθμος* id est aequalis dicitur] *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 4* 13 autispatum *A B* 15 apud graecos aequalis ï COPYΘMOC (aequalis COPYΘMOC *B*) dicitur *A B* apud Graecos aequalis id est *ἰσόρυθμος* dicitur ς 16 substitit qua trochaica et utraque ionica monosemos unius enim temporis arsis *A B* ς subsistit, qua et trochaica et utraque ionica metra: monosemos enim arsis *Bergkius*. unius temporis *pro glossemate habendum esse viderat Ritschelius mus. rhenan. v. VI a. 1848 p. 158* 19 contra] qui *B* 20 ratio *Bergkius* ratione *A B* ς 21 et in duas desinit breues *B Val.* ς et in duas longas desinit breues *A* 22 erit itaque inter hos disemos ad tetrasemon arsis ad thesin quia unam partem in sublatione habet *A B* ς erit itaque inter hos dupli ratio, quia unam partem in sublatione habent *Bergkius* 24 in duplici ratione *A B* ς 27 hemiolia subsistit ς hemiolia substitit *A B* sesquipli *A* 30 quod] qui *B*

rationem maxime incurrunt paeonici versus et bacchii, ita pedibus *per* metra gradientibus, ut paeonicus servetur rhythmus. hae sunt tres partitiones, quae continuam rhythmopoeiam faciunt. Aristoxenus autem ait non omni modo inter se composita tempora rhythmum facere. nam coitus temporum communis est rhythmo et arhythmiae. unde si apte congruant spatia, rhythmum faciunt, si contra, ‖ arhythmiam, ut intellegamus et in ipsa concursione temporum non fortuitam, sed certam esse disciplinam.

DE PEDIBVS

Pes est certus modus syllabarum, quo cognoscimus totius metri speciem, compositus ex sublatione et positione. fiunt enim ex syllabis pedes ordine incrementorum, quem Graeci syllabicen parauxesin vocant; item temporum, quem Graeci chronicen parauxesin nominant. syllabarum autem incrementa fiunt quinque, incipientia a disyllabo usque ad hexasyllabum. temporum vero incrementa a duobus ad duodecim procedunt, id est a disemo ad duodecasemum. etenim cognationis et cuiusdam ad augmentum propaga|tionis, qua pedes multiplicati noscuntur orti a disyllabis quattuor, ratio talis est. syllaba quae ad incrementum pedum adicitur aut longa est aut brevis: huius adiectione ita numerus propagabitur. sit pyrrichius e duabus brevibus: hunc brevis tribrachyn, longa dactylum aut anapaestum facit. sit spondeus e duabus longis: hunc brevis palimbacchium seu bacchium in prima sede posita, longa molossum reddit. quo genere trisyllabi et tetrasyllabi usque ad hexasyllabos *adcrescunt.* additamento temporum processerunt, ut dictum est, a disemo ad duodecasemum seu a dichrono ad duodecachronum.

Σημεῖον autem veteres *χρόνον*, id est tempus, non absurde dixerunt ex eo, quod signa quaedam accentuum, quae Graeci *προσῳδίας* vocant, syllabis ad declaranda temporum spatia superponuntur, unde tempora signa Graeci dixerunt. sed et hoc ‖ loco suggerente non praetermiserim, eosdem figuras pedum secundum spatia temporum per litteras ita designasse, ut brevis syllabae

---

9 Pes est — 10 positione *schol. Hephaest. 124, 2. 127, 1 ed. Westph. fragm. Ambros. 266, 21 ed. Nauck* 10 fiunt enim ex syllabis — 23 duodecachronum *schol. Hephaest. 127, 5 sqq. ed. Westph.*

---

1 bacchii ς bracchii *A* baracchii *B* ita nobis metra *A B* ς 2 hae sunt ς haec sunt *A B* 3 Aristoxenus] *elem. harm. I p. 18 ed. Meib. Censorini quod fertur fragm. 11, 2 p. 89 ed. Iahn* 4 coitus ς coetus *A B* 6 et in *in marg. add. B*
10 compositus in sublatione *A B* ς 11 temporum quem *B* temporum quam *A* ς
13 a disyllabo *A* a disyllabos *B* a dissyllabis ς *Val.(?)* 18 sic pyrricheus *A B* sic pyrrichius ς. *ἐκκειμένων γὰρ τῶν τεσσάρων δισυλλάβων τοῦ τε πυρριχίου καὶ τοῦ ἰάμβου καὶ τοῦ τροχαίου καὶ τοῦ σπονδείου ἑκατέρα τῶν δύο συλλαβῶν, τῆς μακρᾶς τε καὶ τῆς βραχείας, ἑκάστῳ προσιοῦσα δύο πόδας ποιεῖ schol. Hephaest. p. 127, 22 ed. Westph.* 20 sic spondeus *A B* ς in prima sede posita, *quae ad solum bacchium, non ad palimbacchium pertinent, postea adscripta esse videntur*
21 molussum *A* 22 adcrescunt *om. A B* ς. *et fortasse plura etiam exciderunt*
additamento *B a Val.* ς addimento *A* 25 CHMION *A B* 25 EXPONON *corr.* XPONON *A*

loco, quae sit unius temporis, ponatur *B*, longae autem loco, quae sit temporum duum, *M*: hoc ideo, ut per litteras regula pedum facile intellegatur. pes autem dictus est, sive quia pars mensurae et modus quidam similiter pes vocatur, sive quia in percussione metrica pedis pulsus ponitur tolliturque, seu quia, ut nos pedibus nostris ingredimur atque progredimur, ita et versus per hos pedes metricos procedit et scandit. inter pedem autem et rhythmum hoc interest, quod pes sine rhythmo esse non potest, rhythmus autem sine pede decurrit. non enim gradiuntur mele pedum mensionibus, sed rhythmis fiunt.

Pedes igitur simplices sunt duodecim, qui procedunt adcrescuntque a duabus syllabis ad tres, item *a* duobus temporibus ad sex. ex quibus disyllabi quidem quattuor *duum vel trium vel quattuor* temporum existunt. quorum princeps et auctor pyrrichius, qui et pariambus et dibrachys appellatur: sed pariambus ideo, quod minus habeat unum tempus ab iambo (*παρά* enim Graeci minus dicunt), subsistens e duabus | brevibus, ut dea, temporum duum. ita enim ratio exposcit, ut a brevi origo temporum coeperit, quippe cum eiusdem geminatio longum fecerit tempus, haud aliter quam in numeris: etenim ex uno multiplicato, veluti primordio ac semine, reliqui gignuntur. nec immerito a ‖ Graecis hic pes, ut auctor et parens reliquorum, *ἡγεμών* dicitur. pyrrichius autem a celeri motu ac recursu, qui in pyrricha habetur, nuncupatus est. huic contrarius est spondeus e duabus longis, ut reges, temporum quattuor, dictus a tractu cantus eius qui per longas tibias in templis supplicantibus editur. unde et spondaulae appellantur qui huius modi tibias inflare adsuerunt. quorum uterque quantum in arsi tantum retinet in thesi. at qui e brevi prima sequente syllaba longa digeritur, erit iambus temporum trium, ut parens *ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν*, id est maledicere, quod in iambicis plerumque versibus reperimus, vel *ἀπὸ τοῦ ἰέναι βάδην*: a brevi enim profectus per longam porrigitur. huic contrarius trochaeus, dictus a cursu et celeritate (nam *τρόχος ἀπὸ*

---

10 Pedes igitur — 48, 23 Irenaeus *Terent. Maur. 1359—1565*

---

1 longae autem ς longa autem *A B* 4 pulsas *corr.* pulsus *A*. 10 igitur] ergo *B* sunt duodecim sunt *A* 11 item a duobus *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 6* item duobus *A B* ς 12 disyllabi quidem (q̄d, *h. e.* quidem *A* quod ς *B)* quattuor temporum *A B* ς disyllabi quattuor duum, trium et quattuor temporum *Caesar mus. rhenan. v. VI a. 1848 p. 159* disyllabi pedes quattuor, qui duum vel trium vel quattuor temporum *Bergkius* 13 pyrricheus *A*
16 temporum temporum coeperit *A* 21 qui in pyrricha *a* qui in pyrracha *A Val.* quae in pyrricha *B* qui in pyrrichia ς 23 in templis a supplicantibus editur *Salmasius in hist. Aug. script. p. 493 ed. Paris. a. 1620: cf. Terent. 1377. Diom. p. 476, 8* spondaulae *Salmasius l. c.* spondulae *A B* ς: *cf. corp. inscr. gr. v. II p. 612 n. 2983.* spondiaulae *vel σπονδαῦλαι coniecerat G. I. Vossius etymol. ling. lat. p. 487* spondiauloi *vel* spondauloi *Turnebus advers. XVII 20 p. 525* 25 at qui e breui ς *Val.* atque breui *A* atque breui *B* 26 digeritur *A* ς dirigitur *B* 27 reperimus *B a Val.* ς reperitur *A* 28 per (pro *corr.* per *A)* longum *A B* ς

τοῦ τρέχειν vocabulum sumpsit), idem et chorius *ἀπὸ τῆς χορείας* [sumpsit], e longa et brevi temporum totidem, ut Roma. horum arsis et thesis alterna mutatione variatur, siquidem in iambo arsis primam brevem, in trochaeo autem longam habeat *incipientem*, thesis vero contraria superioribus sumat.

Trisyllabi autem pedes octo, in quibus mensura temporum a trisemo sive trichrono ad hexasemon sive hexachronon usque porrigitur, primum habebunt pedem tribrachyn. sicut disyllabi dibrachyn, dictum a temporum substantia. idem et pygnomus a quibusdam, ne vos praetereat; vocatur. subsistit autem e tribus brevibus, ut anima, temporum trium. contrarius huic molossus, dictus a Molossis, qui in Thessalia ‖ degunt, e tribus longis, ut Eumedes. hi temporum inter se brevitate et extentione discrepant; nam prior trium, sequens sex temporum spatio prolatatur, quod in disyllabis in pyrrichio et spondeo docuimus. at qui | prima longa duabus brevibus subiectis ordinatur, dactylus dicitur temporum quattuor, ut Virbius: qui [et] a situ et similitudine digitorum, qui in manibus habentur, vocabulum traxit. nam ex utraque parte breviores longiori iunguntur. huic contrarius mutata temporum vice, pari autem magnitudine, erit anapaestus, qui et antidactylus vocatur, ut scopulos. horum in arsi et thesi tempus congruit, etiamsi in percussione discrepent syllabae. anapaestus autem a situ contrario et repercussione dactyli, quod est *ἀντιπαίεσθαι*, dictus; ideoque antidactylus nuncupatur. cum vero longis duabus praeponitur brevis, fit bacchius temporum quinque, ut Catones, qui a Bacchi carminibus seu cantilenis, quae aptissime hoc metro componuntur, nomen accepit, vel quia familiariter hic rhythmus bacchantibus aptus sit. cui mutato temporum ordine, mensura autem permanente, palimbacchius contrarius dabitur sive pompicus temporum totidem, ut Romanus. horum arsis ac thesis eadem est, quae anapaesto et dactylo. superest amphibrachys *cum* contrario sibi amphimacro sive cretico. prior pes e brevi longa et brevi temporum quattuor erit, ‖ ut Homerus; sequens duabus utrimque longis media brevi temporum quinque scribitur, quae Graeci *κρητικά*

---

1 ΤΡΕΧΕΙΝ *in litura A* idem et ς *B* idest et *A* ΧΟΡΕΙΑΝ (C *suprascr.*) *A* sumpsit *posteriore loco inclusi. quamquam rectius fortasse scribitur* nam *τροχαῖος ἀπὸ τοῦ τρέχειν*, idem et chorius *ἀπὸ τῆς χορείας* vocabulum sumpsit. 4 habeat in thesi uero *A B* ς 9 pygnomus] *χορεῖος* ς. non nulli pygmona, plerique chorium nuncupant *Diom. p. 479, 1* sed hunc alii trochicum appellarunt, alii pignoma, alii brachysyllabon *Caesius Bassus p. 2666: cf. Diom. p. 481, 15. schol. Hephaest. p. 131, 18 ed. Westph. fragm. Ambros. p. 254, 3 ed. Nauck. verum esse videtur πύκνωμα, quo nomine de multitudine similium sonorum usus est Plato rei publ. VII p. 531. sed latini grammatici graecum nomen corruperunt.* 10 contrarium huic molossum dictum *A B* ς 13 quod] quae *B* 14 pyrricheo *corr.* -chio *A* 17 longiori iunguntur ς longior iunguntur *A B* 21 quod] qui *B* *ἀναπαίεσθαι Santenius in Terent. Maur. p. 77. ὁ ἀνάπαιστος δὲ κέκληται παρὰ τὸ ἀντιπαίεσθαι καὶ ἀντιπαθεῖν τῷ δακτύλῳ fragm. Ambros. p. 258, 7* 26 tempore *corr.* -rum *B* 27 pompicus *B* ς *Val.* pompecus *A* propompicos *Diom. p. 479, 21 προσοδιακὸς καὶ πομπευτικός schol. Hephaest. p. 134, 12 ed. Westph. προσοδιακὸς ἢ πόμπιμος fragm. Ambros. p. 259, 8* 29 cum *om. A B* ς utrinque ς utrique *A B* 31 ΚΡΗΕΤΙΚΑ *A*

vocant, ut Eumenes. uterque autem a compositione temporum vocabulum traxit. horum arsis ac thesis longe inter se discrepant. nam amphibrachys in triplo, creticus, cui de gente inventoris nomen est, in sescuplo pensatur: de qua re in superioribus plenissime dictum est. hoc pede *ὑποϱχήματα* componuntur.

Inter haec ne quispiam nos aut ignoratione aut incuria praeterisse forsitan putet, quod per divisionem et coniunctionem inter se temporum et *syllabarum* disyllabi pedes in metris extendantur, trisyllabi vel tetrasyllabi contrahantur, quod supra cursim attigi, repetendum hoc vobis existimavi. nam trochaei seu iambi longa in duas breves divisa tribrachyn pedem efficiet. adaeque in spondeo soluta in breves | prior longa anapaestum, sequens dactylum procreabit. utraque autem divisa tetrasyllabum e quattuor brevibus, id est proceleumaticum pedem, dabit, qui rursus [contra] consociatis inter se brevibus ad originem revertetur, id est spondeum reformabit: quod aeque dactylus et anapaestus brevibus suis in longam copulatis efficient. molossum [eum] quoque trium tetrasyllaborum parentem pedum in promptu est cernere. || nam divisa prima eius longa ionicum *ἀπὸ ἐλάσσονος*, tertia ionicum *ἀπὸ μείζονος*, media choriambum gignit. hoc idem et pedes ceteri, quos supervacuum est persequi, facere poterunt. unde orta progenies pedum, ausim dicere, merito credatur. nec te syllabarum adcrescentium in metris terreat numerus, cum uni cuique pedum praestituta legitime tempora custodiantur, quod frequenter in iambicis et trochaicis et ceteris metrorum generibus excepto heroico reperies. memineris sane trisyllabos pedes temporum dumtaxat quinque vel sex, ut est bacchius et molossus, cum in quibusdam metris, sicut in galliambico, longae eorum solvuntur in breves, vim tetrasyllaborum obtinere; † idem hoc et tetrasyllabis per disyllabos aut trisyllabos coniunctione temporum fieri. nam paeones primus et quartus coeuntibus in unam longam duabus suis brevibus amphimacrum *vel bacchium* vel palimbacchium gignunt. id Graeci *κατὰ διαίϱεσιν* et *συναίϱεσιν* sive *ἕνωσιν*, cum metri necessitas postularit, fieri memorant, quod necessario insinuandum esse credidi, ne syllabarum numero inducti aut simplices aut compositos pedes proprii status vim semper cum vocabulo obtinere catholice pronuntiaretis.

21 nec te syllabarum — 22 custodiantur *p. 2583*

3 in sesquiplo *B a Val.* ς sesquiplo *A* 4 in superioribus] *p. 40, 29 sqq.* 5 *ὑποϱχήματα* componuntur] ЄΠΟΡΧΗΜΑΤΑϹΟΝ *A B* *ἐποϱχήματα* constabant ς. *φιλεῖ δὲ τὰ ὑποϱχήματα τούτῳ τῷ ποδὶ καταμετϱεῖσθαι fragm. Ambros. p. 258, 14* 8 syllabarum *om. A B* ς 9 quod] quae *B* supra] *p. 35, 16* attigi repetendum ς *B* attingere petendum *A* nobis existimaui *Camerarius* nobis aestimaui *A B* ς 10 longa *a* ς longas *A B Val.* 11 efficient *A B* ς adaeque *Camerarius* at aeque *A B* ς 13 dabunt *A B* ς 14 contra consociatis *a Val.* ς contra ...sociatis *A* contra nam sociatis *B* reuertetur ς reuertatur *A B* 16 efficient *B a Val.* ς efficiant *A* molossum quoque *Caesar mus. rhenan. VI a. 1848 p. 159* tetrasyllabarum *B* 17 in promptu *Gaisfordius* inpromptum *A B* promptum ς 19 gignit ς gignitur *A B* 23 trochaeis *A B* ς 24 memineris sane ς meminisse sane *A B* 26 *fortasse* item ex tetrasyllabis pedibus disyllabos 27 aut *A* ς ac *B* 29 vel bacchium *om. A B* ς

Nunc de disyllabis coniunctis, qui et duplices et tetrasyllabi pedes appellantur, quos etiam quidam sotadios vocant, referemus, quorum coniunctio basis appellatur. nam graeco sermone duorum pedum ‖ copulatio basis dicitur, veluti quidam gressus pedum. qui si eiusdem generis, id est pares, iugati fuerint, dipodian, aut, ut quidam, tauto|podian, sin dispares, ut trochaeus cum iambo, syzygian efficiunt: in qua arsis unum, alterum thesis pedem obtinebit. quamquam in his non numquam syllaba pro integro pede in ultima dumtaxat versus parte accepta propriam impleat thesin. igitur tetrasyllabi pedes erunt omnes sedecim, ut geminato numero ea*dem* taxatione trisyllabos, quam illi disyllabos, antecedant. in quibus spatia temporum a tetrachrono ad octachronum, id est a quattuor temporibus ad octo, producuntur. quorum origo proceleumaticus e quattuor brevibus subsistens, ut Minucius, habebit contrarium dispondeum, e quattuor longis scilicet, ut compositum a spondeo nomen ostendit, qui solus in tetrasyllabis octrachronos sive octasemus invenitur, cuius exemplum Calliclides, haud alias quam spondeus inter disyllabos tetrachronos est. sequitur antispastus, cuius prima et ultima brevis, mediae duae longae, id est ex iambo et trochaeo compositus, ut Aristippus. huic contrarius est choriambus ex longa et duabus mediis brevibus et longa, scilicet ex trochaeo et iambo copulatus, ut Penelope. quorum mensura mutato tantum inter se temporum ordine [apud eos] congruit. at cum prior brevis subiecta longa, rursus brevis longa terminante componitur, erit diiambus pes, id est e duobus iambis adnexus, ut Simonides. rursus cum praecedentem longam sequitur brevis, geminatum ‖ hoc facit ditrochaeum, ut Zenodorus. consimilis ferme his et illa ionicorum ordinatio est. nam praeeuntibus duabus longis subiectae duae breves, veluti spondeo pyrrichius adnexus, ionicum ἀπὸ μείζονος procreabunt, ut Demetrius. rursus mutato temporum situ, cum breves in prima sede, *in* secunda autem longae constituuntur, id est pyrrichio spondeus iugatus, ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος gignit, ut Diomedes. sequuntur paeonici pedes numero quattuor, qui sunt pentasemi: sescupli enim ratione subsistunt, ideoque metris minime utiles aestimantur. sed *et* epitriti dicti ob adiectionem tertiae partis | * quam sunt paeones, me-

5 dipodiam *A B* tautopodians in dispares *A B* 9 eadem] ea *A B* ς 10 qua illi ς 15 Calliclides ς callicudes *A B* 20 copulatus *A* 21 *an* temporum ordine ac situ congruit? 22 diambus *A B* 23 duobus ς duabus *A B* longam ς longum *A B* 24 Zenodorus ς *A* Zenodotus *B Val*, consimilis ferme his ς cum similis ferme his *A* cum similis forme his *Val*. cum similis formae his *B* 28 in *posteriore loco om. A B* ς 29 iugatur *Santenius in Terent. Maur. p. 121* 30 pentasemi sesquipli ς *Val*. pentasimi sesquipli *B* pentasemi ....quipli *corr*. pentasemi ⁖ sesquipli *A* sescupli enim ratione consistunt: sed et epitriti, dicti ob adiectionem tertiae partis, meritoque a Graecis ita dicti ἐπίτριτοι, nam sunt heptasemi, ideoque metris minus etiam utiles aestimantur quam sunt paeones. unde e tetrasyllabis *Caesar Grundzüge d. griech. Rhythmik p. 169*. 31 consistunt ς minime utiles *Santenius in Terent. Maur. p. 123* minime inutiles *A B* ς 32 et *om. A B* ς *lacunam quam indicavi apte explevit Hensius*, tertiae partis non minus inutiles quam sunt paeones. *malim tamen* sed et epitriti, qui sunt item numero quattuor, non minus inutiles sunt quam paeones, meritoque a Graecis ita dicti, ἐπίτριτοι, ob adiectionem

ritoque a Graecis ita dicti ἐπίτριτοι: nam sunt heptasemi. unde ex tetrasyllabis, qui sunt numero XVI quattuor tantum utiles adseruntur, id est choriambus et antispastus aequalitatis ratione constantes, sed et ionici duo, ceteris decem non adeo necessariis: nam ditrochaeum et diiambum inter disyllabos magis aptos haberi volunt. igitur paeon primus erit prima longa cui tres continuae breves adhaerent, ex trochaeo et pyrrichio copulatus, ut Caecilius. secundus paeon praecedente brevi, sequente longa, cui subiciuntur duae breves, ex iambo et pyrrichio formabitur, ut canephorus. tertius e duabus brevibus, longa tertia, quarta brevi syllaba, compositus ex pyrrichio et trochaeo, ut Epicurus. quartum autem quarta longa, tribus brevibus syllabis in prima regione positis, ex pyrrichio ‖ et iambo conexum accipiemus, ut Diogenes. supersunt epitriti, qui et hippii, adaeque numero quattuor, quod[que] est veluti genus paeonicorum, praesertim cum sint spatio temporum dispares, forma consimiles: sunt enim heptasemi, id est temporum septem. quorum primus priore syllaba brevi, sequentibus longis tribus, ex iambo et spondeo constabit, ut Aristocles. secundus e longa et brevi, subiunctis ei duabus longis, erit ex trochaeo et spondeo copulatus, ut Archimedes. tertius, in quo primae duae longae, tertia brevis, longa ultima, ex spondeo et iambo concretus videbitur, ut Demosthenes. restat complendo tetrasyllaborum pedum numero epitritus quartus, quem primae tres longae, quarta in ultimo brevis ex spondeo et trochaeo conexum esse demonstrant, ut Irenaeus.

Hac inspectione conicere poteris, quem ad modum ex disyllabis et trisyllabis pentasyllabi, sed et geminatis trisyllabis hexasyllabi pedes formati videantur, quorum syllabatim per tempora species comprehendi poterunt. nam etiamsi propriis nominibus, ut alii pedes, minime exprimuntur, tamen situ syllabarum et substantia temporum ma|nifesti sunt. * qui rursus soluti exigente usu ad proprium statum condicionemque revocabuntur. igitur cognatio et quaedam ad incrementum propagatio, qua pedes a primordio multiplicati noscuntur, talis est. nam ex primigeniis duobus pyrrichio et spondeo adquisitis facta temporum permixtione iambo et

24 Hac inspectione — 50, 2 copulatur *schol. Hephaest. 128, 25—129, 26 ed. Westph.*

tertiae partis: nam sunt heptasemi. 1 ЄΠΙΤΡΙΤΟ *A* unde ex tetrasyllabis *A* unde tetrasyllabis ς *B* 5 erit cui prima longa tres *A B* ς 11 ex pyrrichio et iambo *B Val.* ς ex pyrrichio et trochaeo (iambo) *A* 13 adaeque ς at aeque *A B* 14 cum sint *Santenius in Terent. Maur. p. 128* cum sine (t) *B* cum sine *A* ς sunt enim eptasemi *B Val.* sunt etenim eptasemi *a* sunt et heptasemi, *ut videtur*, *A* sunt, etenim heptasemi ς 17 Aristocles ς aristoteles *A B* 21 pedum *om. B* 23 iraeneus *A* 24 hac inspectione ς *B* hac spectione *A* 25 pentasyllabi sed ς *B* pentasyllabis sed *A* pentasyllabis sed *Val.* 28 tamen situ ς tamen si situs *B Val.* tm̄ sisitus *A*. *deinde vel grammatici vel librariorum vitio quaedam omissa sunt de contractione syllabarum et temporum, qua ex pentasyllabis et hexasyllabis pedibus fiunt trisyllabi. nam ad hos pertinent ea quae secuntur,* qui rursus soluti *sqq.*

trochaeo quattuor disyllabi pedes effecti sunt. quorum status adiectione ‖ syllabarum simul ac temporum propagatus in trisyllabos pedes octo processit, qui pari ratione adcrescentes tetrasyllabos ex se geminato trisyllaborum numero XVI ediderunt. rursus XVI tetrasyllabi simili ut superiores geminatione triginta et duo ex se schemata, id est figurationes, pedum pentasyllaborum reddiderunt. hi quoque dum per syllabas, ut priores, augentur ac tempora, hexasyllabos pedes pari ratione in schematibus sexaginta et quattuor simili duplicatione protulerunt. ita [ut] summa omnium ad centum viginti et quattuor pedes redacta est, ita ut simplices numero duodecim, compositi centum et duodecim habeantur. hi aut eiusdem inter se mensurae sunt aut sescuplo anteeunt aut duplo. ex quibus magis mele et rhythmi lyricorum modulorum quam metra formari poterunt. incipiunt autem et porriguntur tempora in pentasyllabis a quinque usque ad decem, id est a pentasemo ad decasemum χρονικῇ παραυξήσει, ut sit pentasemus Philopolemus e quinque brevibus, a a a a a; decasemus autem e quinque longis, ut Atroxiclides, cuius canon per quinque b b b b b signabitur. item hexasyllabi ab hexasemo ad duodecasemum χρονικῇ παραυξήσει, ut Menelaophorus e sex brevibus: huius canon a a a a a a, qui est duplex tribrachys. alter e sex longis, quibus tempora duodecim subsistunt, ut Callistochermedes, qui est duplex molossus, hoc canone signabitur, b b b b b b, ut sit duodecasemus.

Non parva autem in pentasyllabis copulandis quaestio est, qua colliguntur differentiae figurarum. namque interest mediam syllabam cui parti | velis adnectere. aliud est enim, si duabus praecedentibus sociata faciat coniunctionem ex trisyllabo et disyllabo; ‖ contrarium autem, si a duabus praecedentibus divulsa postremis duabus subsequentibus copuletur, ut sit coniugatio e disyllabo et trisyllabo. qui fit ut multiplex harum figurarum numerus per differentias oriatur. erit igitur in exemplo hic versus,

armiger in Ida pede vago litora petens.

nam si ut trochaicum scandas, erunt omnes coniugationes e trochaeo et anapaesto; si contra, ut a trisyllabo incipias, erunt omnes coniugationes ex dactylo et iambo et efficietur iambicus versus. iuxta quae intellegi datur varia divisione coniugationum naturam versuum vel a trochaico in iambicum vel ab iambico in trochaicum posse transduci. hoc igitur de cunctis triginta duobus pentasyllabis pedibus accipiendum est: quae quidem variatio non in aliis quam in pentasyllabis coniugationibus evenire con-

---

3 trisyllaborum numero *B Val.* ς trisyllabarum numero *A* 4 rursus XVI *B Val.* rursus XIII *A* ς 9 redacta sit ς 10 hi autem eiusdem *A B* ς 11 sesquiplo *A B* ς anteeunt] anteum *B* ex quibus *sqq. ad pedes pentasyllabos et hexasyllabos pertinere apparet. verum tamen grammatici neglegentiae hoc tribuendum est, quod interposita observatione de cognatione et mensura pedum ab illarum definitione longius remota sunt verba* 18 huius canona *A* 20 molossus et hoc ς 27 qui | quae *B* multiplex *Caesar mus. rhenan. VI a. 1848 p. 160* multiplices *A B* ς 30 e trochaeo — 31 coniugationes *in marg. add. A*

suevit causa mediae syllabae, quae movetur, cum aut praecedentibus aut subsequentibus syllabis copulatur.

DE METRIS

Metrum est compositio pedum ad certum finem deducta seu dictionum quantitas et qualitas pedibus terminata vel rhythmus modis finitus. prima autem metra sunt syllaba brevis *et* syllaba longa: ex his enim metimur ipsos pedes ac rursus ex pedibus metra et deinceps de metris carmina. initium autem metri coniugatio syllabarum, ex quibus colligitur totius qualitas metri. iudicium vero in auribus et auditu est.

Species igitur metrorum sunt quattuor, epica, melica, comica, tragica. epos est proprie heroicum metrum, quod divinarum humanarumque rerum et vel maxime heroum || facta versu hexametro comprehenduntur, quod graeca significatione dictum putant *ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις*, id *est* quod primas partes eius ceterae insequantur. hoc metro Homerus heroum virtutes est perse|cutus, sicut Horatius refert dicens

res gestae regumque ducumque et tristia bella
quo scribi possent numero, monstravit Homerus.

idem et pythium, quod interfecto pythio dracone compositum esse dicatur, cum Delphorum incolae laudem Apollinis ita persequerentur,

ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν,

quod constat ex spondeis sex. idem erit et iambicum trimetrum, si *ι* litteram, quae dichrona est, corripias. in his enim [dactylo et iambico] metrorum omnium fundamenta subsistunt. hoc quidam a Lino Apollinis antistite, alii ab Orpheo, non nulli ab Homero inventum putant. melicum autem sive lyricum, quod ad modulationem lyrae citharaeve componitur, sicut fecit Alcaeus et Sappho, quos plurimum est secutus Horatius. carmen autem lyricum, quamvis metro subsistat, potest tamen videri extra legem metri esse, quia libero scribentis arbitrio per rhythmos exigitur. tragicum autem, quod trimetro magis versu componitur, quo usi sunt Sophocles et Euripides. comicum vero varia versuum et modulorum lege compositum reperitur, sicut plerumque apud Menandrum, sed et alios, cognoscimus. metrorum genera alia a dis appellata, ut dithyrambicon, priapicon; alia

---

11 epos est — 14 *τοῖς πρώτοις* *Diom. 483, 27. 484, 7* 19 idem et pythium — 24 subsistunt *Terent. Maur. 1580—1595 Diom. 495, 1—9*

---

1 quae mouetur *A* ς quidēmouetur *B* 6 et *om. A B* ς 12 quae graeca *B* 14 est *om. A B* ς, *add. Gaisfordius* 15 hoc metro homerus heroum uirtutes *B* hoc metro horoum (homerus *supra*) uirtutes *A* hoc metro homerus uirtutes *Val.* hoc metro Homerus uirtutes Heroum ς prosecutus *A B* ς Horatius] *art. poet. 73* 17 res gestae ς *B* regestae *A* 19 interfecto pythio dracone *a** ς inter pythio draconē *A* interfecto pythio draconem *B Val.* interfecto Pythone dracone *Santenius in Terent. Maur. p. 139* 20 accolae *Terentianus 1587 et Diomedes p. 495, 3* 26 sive] sicut *A B* ς 28 qū metro *A* cum metro *B* quum metro ς 33 dithyrambicon *B a Val.* ς dithyrambicum *A* priapicon *B* ς priapicō *A* priapion *ed. Sanctandr.* priapium *Camerarius*

ab inventoribus, ut archilochium, sotadium; || alia ab his qui crebrius usurparunt, ut sapphicum, ascelepiadicum; alia a qualitate pedum, ut iambicum, dactylicum, anapaesticum; alia a numero pedum, ut trimetrum, tetrametrum, hexametrum; alia a numero syllabarum, ut heptasyllabon, hendecasyllabon.

Metrum autem bifariam accipiemus: nam aut poeticum metrum est aut bioticum. bioticum metrum est quod in usu vitae et humana conversatione taxatur, quod ipsum accipietur modis quattuor: primo per spatium longitudinis, ut metrum cubitale, pedale, palmale; secundo per ponderum examen, ut in libra, uncia, scripulo; tertio per qualitatem acervalem, ut in modio, sextario, hemina; quarto per qualitatem umidam et fluxam, ut in cyatho, congio. poeticum vero metrum, quod a poetis per syllabas pedum et versus figuratur, | et ipsum intellegetur modis quattuor: per tempora, ut syllaba longa *aut* brevis cum dicitur; per numeros, quia certa syllabarum dinumeratione metrum finitur; per qualitatem pedum, quia certis pedibus versus quique procedunt, unde iambica trochaica et dactylica metra dicuntur; per numerum pedum, quia versus pro mensura sua quisque trimeter et tetrameter et hexameter intellegitur.

Hexametrum poetae appellarunt, quod sex pedibus ingrediatur, quos metra eodem modo Graeci nominant, sicut et illa quibus metimur, cum et trimodium sit certa mensura et modius et hemina nihilo minus || et cyathus, exigua mensurae portio, parique ratione decempeda et pes et digitus. sic et totus versus metrum et singuli pedes, quibus eum metimur, metra nominantur. itaque quia sunt verba rebus pauciora *. nam propter infinitam rerum multitudinem cum nequaquam omnibus vocabula propria invenirentur, quae ratio loquendi flagitabat, translaticie a quacumque re simili ac proxima pleraque appellari coeperunt, ut in montibus vertices, in vitibus flagella, in exercitu acies alae et cornua, in surculis gemmae et cetera per metaphoran translata. quidam autem non pedem metrum esse volunt, sed syllabam, quod hac ipsum quoque pedem metiamur et quod finita esse mensura debeat; pedes autem in versu variantur. alii rursum nec pedem nec syllabam metrum putant esse dicendum, sed tempus, quia omne metrum in eo quo metimur numero finitum est, ut decempeda

6 metrum autem — 18 intellegitur *Diom. 474, 9—19*

1 crebrius ς *B* creuius *A* 4 tetrametrum *om. B* 7 bioticon *priore loco A* 11 in modio *B a Val.* ς in medio *A* 14 aut *om. A B* ς: primo per temporis spatium, ut in syllaba longa aut breui *Diomedes* 19 exametrum poetae quod sex pedibus ingrediatur quos (quae *B*) metra eodem modo graeci nominata (nominant ς) appellarunt (apellarunt *A*) sicut *A B* ς 21 trimodia *A B* ς emina *A B* 22 decempeda *B a* ς decempede *A* decempedes *Val.* 25 cum] cui *A B* ς. *praeterea vel post* pauciora, *ubi lacunam indicavi, vel post* flagitabat *quaedam ad explendam sententiam desunt* 29 metron *A B* 30 quod hac] quae hac *B* et quod] et quae *B* 31 uarientur *ed. Sanctandr.* alii] *ὁ δέ γε Ἀριστόξενος, οὐκ ἔστι, φησί, μέτρον ἡ συλλαβή Psellus proleg. rhyth. ed. Caes. mus. rhenan. I a. 1842 p. 621 § 1*

(non enim modo decem habet, modo undecim, modo duodecim pedes, sed semper decem): unde pedem metrum esse non posse, quia in versu modo unus est dactylus, modo duo, seu spondei, interdum incurrunt trochaei aut amphimacri, quorum diversitate iuxta spatia temporum metrum, quod certam mensuram habere debeat, nequaquam finitum inveniri. nobis supervacua videtur esse pugna vocis, cum de re conveniat, siquidem metrum et in syllaba et in tempore et in pede constitu|tum ad unam summam decurrat. horum etenim omnium cognita potestate supervacua est lis omnis. nam cum temporibus syllabam metiamur, || syllabis pedes, pedibus versum, conexum inter se ius omnium reperimus; quem ad modum cum pedale vel libra metitur aliquid, est in illis uncia, est semuncia, est digitus vel ab eo minus quippiam, per quas portiunculas ipsum pedem computamus et libram. simili modo metrum erit et in tempore et in syllaba et in pede; sed minimum metrum tempus, id est brevis syllaba, erit, maius quod ex duobus temporibus, e quis et pes stabit. nec minus pro metro frequenter colis utimur, cum aliquam oden compositam ex strophe et antistrophe et epodo metimur per cola. carmen vero ipsum versibus aestimamus.

Metra autem omnia quattuor modis variantur, adiectione, detractione, transmutatione, concinnatione. ita fiunt innumerabiles species ortae ex prototypis novem, id est dactylico, iambico, trochaico, anapaestico, paeonico, proceleumatico, ionico *ἀπὸ μείζονος*, ionico *ἀπὸ ἐλάσσονος*, choriambico. his adiciunt antispastum loco proceleumatici: namque is anapaestico plerumque subditus caret auctoritate; non nulli eum in specie decima recipiunt. quorum omnium exempla plura in versu sui cuiusque metri breviter ut ostendam, haec erunt. et primo dactylici sive heroici metri, ut

arma virumque cano T. q. p. a. o.

anapaestici tetrametri catalectici, ut

alius cithara sonituque potens volucres pecudesque movere: ||

iambici trimetri acatalecti, ut

beatus ille qui procul negotiis:

trochaici tetrametri catalectici, ut

Roma, Roma, cerne quanta sit deum benignitas:

ionici *ἀπὸ μείζονος* tetrametri brachycatalecti, ut

---

2 metron *A B* 5 superuaqua *A* 6 metron *A B* 7 ad unam summa. *una littera post* a *deleta B* 10 reperimum *corr.* -mus *A* *fortasse* cum pede vel libra metimur 11 semuncia *A* semiuncia ϛ *B* 16 aliquamodē *a* aliquamodo *A* aliquamodi *Val.* aliquēm (a supra) odem *B* aliquam odam ϛ compositam aut ex strophe aut antistrophe epodo *A B* ϛ compositam aut ex strophe aut antistrophe aut epodo *ed. Sanctandr.* 25 in uersu ϛ *Val.* in uersus *B* in uersus *corr.* in uersu *A* 26 et primum ϛ 28 arma] *Verg. Aen. I 1* 31 acatalecti] acatalectici *A B* 32 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 33 trochaici trimetri *A B* ϛ 35 brachycatalecti] catalectici ϛ

Galli timidi semianimes tergora vertunt:

ionici *ἀπ' ἐλάσσονος* tetrametri acatalecti, ut

miserarum est neque amori dare ludum neque dulci:

choriambici tetrametri acatalecti, ut

Lydia dic perdere *cur* hunc cupias, quid retices:

antispastici tetrametri brachycatalecti, ut

libens hoc tibi persolvo, nihil me sic iuvat:

paeonici tetrametri catalectici,

sic Tiberis inplacidus in maria labitur:

proceleumatici tetrametri catalectici, ut

nemus ave reticuit, ager homine silet.

igitur ex his generalibus novem metris, quae prototypa et primiformia diximus, composita fiunt metra, cum invicem sibi per hemistichia copulantur, quae Graeci *σύνθετα*, id est coniuncta atque composita, appellant. cum hemistichio iambico iungitur hemistichion trochaicum aut anapaesticum colon cum dactylico seu quolibet alio, de quibus et ceteris in processu dicemus.

Metra autem quaedam singulis pedibus, quam monopodiam, quaedam binis, quam dipodiam vocaverunt, scandi moris est (hanc nos coniugationem appellamus): et per monopodiam quidem sola dactylica, ‖ per dipodiam vero cetera. igitur cum hexameter versus metrorum omnium finis ac summa sit, hi qui epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant necesse est modum hexametri versus. unde per dipodias feriuntur, ut, etiamsi decem pedum fuerint, non decametri appellentur, sed pentametri, quinque scilicet dipodiis computatis.

DE COLIS METRORVM

Consideranda praeterea in metris cola, quae latine membra, item comma, quod caesum a nobis proprie dicitur, id est extrema et exigua pars in metris (mensura enim seu modus metrorum huius modi accipietur: nam extremum in his atque ultimum, quod monometron dicitur, constat

---

1 Galli *p. 91. 19. 2554 Atil. Fort. 2678* 9 sic Tiberis *p. 2545. 2580. 2585 Atil. Fort. 2679* 11 nemus *p. 78, 7. 2546*

---

2 acatalectici *A B* 3 miserorum *A B* ς: *Hor. carm. III 12, 1* 4 acatalecti ς catalectici *A B* 5 Lydia] *cf. Hor. carm. I 8, 1* cur *om. A B, add.* ς 6 antispatici *A* brachycatalectici *A B* 8 catalecti *A B* 9 labitur ς *B* libitur *A* 11 nemus] *Septimii Sereni versum esse suspicatur Wernsdorfius poet. lat. min. v. II p. 290* homine silet ς hominem silet *A B* 15 iungitur emistichion *A* iungitur emistichium *B* aut anapaesticum colon cum dactylico *a Val.* aut (ant *A)* anapaesticum colon cum dactylicum *A B* ant anapaesticum ionicum dactylicum ς 18 quedam singulis *B* quidam binis *B* 20 per dipodian *A* 23 per dipodeas *B* 27 Consideranda — 56, 21 Ilias Homeri *ad Varronis de sermone latino librum quartum rettulit Wilmannsius de Varron. libr. gramm. p. 65. Varronis verba remotis iis quae grammatici addiderint restituere studuit idem p. 198 sqq.* 28 quod] quae *B* 30 extremum in his atque ultimum ς *B* extremum (extrema *A* extremum *a Val.)* in his atque ultimam *A Val.*

ex uno pede, maximum vero usque ad periodum decametrum porrigetur). quorum differentia talis est: colon est membrum quod finitis constat pedibus, | comma autem in quo vel pars pedis est. erunt itaque cola particulae solutorum metrorum, ut * 'arma virumque cano'. omnis autem versus κατὰ τὸ πλεῖστον in duo cola dividitur. abusive autem etiam comma dicitur colon. his quidam adiungunt stichum, id est versum, sub huius modi differentia, ut sit versus qui excedit dimetrum [unde et hemistichium dicitur], colon autem et comma intra dimetrum. erit itaque colon, cum integrae fuerint syzygiae; comma vero, cum imperfectae. proprie autem Graeci cola dicunt quaecumque circa iuncturas aut artus porrecta sunt in longitudinem [membra]: unde Euripides

καὶ κῶλα κώλοις τετράπουν μιμήσομαι ||

[unde dictum melos, brachia scilicet et femina]. nec immerito apud quosdam haec communiter mele appellantur, quae nos carmina interpretamur et membra, quia mele Graeci divisas membrorum vocant partes. ergo versus, cum [ex] ea qua coniunctus erat parte dissolvitur, cola efficit; cum vero ea qua coniunctus erat parte absciditur, particula, quae divulsa ex eo est, comma dicetur, ut in illis versus sol-

---

2 colon est — 6 dicitur colon *p. 241 ed. Gaisf.* 4 omnis — dividitur *p. 64, 32. 70, 16* 14 mele *p. 241 ed. Gaisf.*

---

1 usque ad periodum decametrum *propter decametrum ionicum Horatii posuisse grammaticum censet Westphalus Metr. v. I p. 664 ed. sec.* periodum *autem ad explicandum v.* decametrum *postea adscriptum esse videtur* 3 erunt itaque — 8 intra dimetrum *vel ab ipso Victorino vel ab eo quem auctorem secutus est reliquae disputationi, quae ex alio fonte petita erat, interposita sunt* 4 arma virumque cano *tamquam commatis exemplum positum est Atil. Fortun. p. 2689 et in commentariis Donati Serg. p. 485, 8, Pompei. p. 282, 3. quare lacunam, qua exemplum coli cum definitione commatis excidit, indicavi: cf. p. 241 ed. Gaisf.* erunt itaque cola particulae solutorum metrorum, dumtaxat cum integrae fuerint syzygiae, comma vero, cum imperfectae. omnis autem versus sqq. omnis ς omniū *A B* 5 ΠΛΕΙCΤΟΝ *a ς B* ΠΛ̀ΕΙCΤΟΝ *A Val.* 6 etiam et comma *B* 7 unde et hemistichium dicitur, *quae ad v.* stichum *adscripta, deinde alieno loco inserta erant, seclusi* 9 proprie *ς B* propriąe *A* propriae *Val.* 11 sunt *om. A, add. a ς B Val.* membra *ad explicandum v.* cola *adscriptum esse videtur* Euripides] *Rhes. 211* 12 ΚΩΛΟΙCΤΕΤΡὰΠΟΥΝ *B a Val. ς* ΚΩΛΙCΤΟΤΡὰΠΟΥΝ *A* *μιμήσομαι*, brachia scilicet et femina. * unde dictum *μέλος* * nec in metro *. apud quosdam haec communiter *μέλη* appellantur, quae nos carmina interpretamur et membra, quia *μέλη* Graeci divisa membrorum vocant. partes ergo *sqq. Wilmannsius* *μιμήσομαι*. unde dictum *μέλος*, nec in metro apud quosdam haec communiter *μέλη* appellantur, quae nos carmina interpretamur, set membra, quia *μέλη* Graeci divisa membrorum, brachia scilicet et femina, vocant. partes ergo *sqq. Christius, die Verskunst des Horaz (Sitzungsber. d. baier. Akad. 1868 I 1) p. 30, qui Varronis haec esse coniecit coll. Charis. p. 289, 19. perturbatum verborum ordinem, qui satis certo corrigi nequit, reliqui inclusis v.* unde—femina, *quae alieno loco posita esse vidit Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 3. sed ex his* brachia scilicet et femina *non dubito quin ad definitionem colorum pertineant; reliqua*, unde dictum melos, *ex margine illata esse videntur, ut scribendum sit* 10 porrecta sunt in longitudinem, brachia scilicet et femina. unde Euripides — *μιμήσομαι*. nec immerito *sqq.* 13 nec immerito *Camerarius* nec in metro *A B ς* 15 et membra quae mele (melle *B)* graeci diuisa membrorum uocant partes *A B ς. an potius* et membra, quia mele Graeci et membra divisa et membrorum vocant partes? partes ergo uersus — cola efficient *ς* 16 ex *delevit Wilmannsius* 18 diuolsa *A B*

vatur, in his caedatur. nam periodus, quae latina interpretatione circuitus vel ambitus vocatur, id est compositio pedum trium vel quattuor vel complurium similium atque absimilium, ad id rediens, unde exordium sumpsit, sicut temporis lustrum vel sacrorum trieteris, dicitur in poematis, quando non versus omnes *eodem* metri genere panguntur, sed ex variis versibus carmen omne compositum per circuitum quendam ad ordinem suum decurrit. *περίοδος* dicitur omne hexametri versus modum excedens, unde ea quae modum et mensuram habent metra dicta sunt. subsistit autem ex commatis colis et versibus.

DE VERSV

Versus est, ut Varroni placet, verborum iunctura, quae per articulos et commata ac rhythmos modulatur in pedes. incipit autem a dimetro et procedit usque ad hexametrum, in his dumtaxat ver|sibus qui per singulos pedes dirimuntur; in illis autem, qui per dipodiam, usque ad tetrametrum vel pentametrum, ¦¦ non numquam hexametrum procedit. quibus de divisione ac scansione suum cuique nomen est. quos latine taxatione simplicium *pedum appellaverunt, cum* senarios trimetros, octonarios vero tetrametros vocaverunt. abusive vel haec appellatio habebitur, cum sincera et propria significatione Graecorum versus herous hexameter epos dicatur. apud nos autem versus dictus est a versuris, id est a repetita scriptura ex ea parte in quam desinit. primis enim temporibus, sicut quidam adserunt, sic soliti erant scribere, ut, cum a sinistra parte initium facere coepissent et duxissent ad dextram, sequentem versum a dextra parte inchoantes ad sinistram perducerent: quem morem ferunt custodire adhuc in suis liris rusticos. hoc autem genus scripturae dicebant bustrophedon

---

1 nam periodus, quae — vocatur, est compositio — trieteris vel in poematibus, quando non versus uno metri genere panguntur *Caesar Grundzüge d. griech. Rhythm. p. 174* quae] qui *B* 3 complurium ς *B* complurum *A* atque absimilium ς atque abdissimilium *A B* atque dissimilium *Wilmannsius* 4 suumpsit *corr.* sumpsit *A* trieterici uel in poematis (poematibus ς) *A B* ς trieteris. ita et in poematis *Wilmannsius auctore Usenero* 5 non uersus omnes (om̄ *A* omni ς) metri genere *A B* ς non uno uersus omnes metri genere *Wilmannsius* 6 '*an* omne *delendum?*' *Wilmannsius* ad ordinem (*vel* ad exordium) suum recurrit, *περίοδος* dicitur omnis circuitus hexametri versus *Wilmannsius. novam periodi definitionem ex alio fonte petitam priori subiunxisse videtur grammaticus.* 7 omnis exametri *A B* ς 8 unde — dicta sunt *seclusit Usenerus apud Wilmannsium* 9 ex commatis *Wilmannsius* ex commate *A B* ς 12 ac rythmos *A* ς arythmos *B* *εὐρύθμως coniecit Studemundus* 14 per dipodian *A B* 15 procedunt *A B* ς 16 suum cuique *Wilmannsius* sua cuique *A B* ς quodsi latine taxatione simplicium senarios trimetros, octonarios vero tetrametros vocaverunt abusive, vel haec appellatio tenebitur cum sincera et propria significatione Graecorum [versus herous hexameter epos dicatur]. apud nos *Wilmannsius auctore Usenero* 17 simplicum (simplicium ς) senarios *A B* ς 18 *fortasse* abusiva autem haec appellatio habebitur, cum sincera et propria significatione Graecorum versus herous hexametrum epos dicatur. *cf. Diom. p. 501, 21* a pedum quantitate quaedam nominantur, ut est epos hexametrum appellatio *A* ς appellatione *B* 23 coepissent ς *B* cepissent *A* duxissent *B a Val.* ς duxisset *A* 25 liris *H. Valesius in Harpocrat. p. 56 ed. Lugd. a. 1683* litteris *A B* ς *βουστροφηδόν Valesius* bustrophen *A* ς bostrophen *B*

a boum versatione, unde adhuc in arando ubi desinit sulcus et unde alter inchoatur versura proprio vocabulo nuncupatur. omnis autem versus ab integra parte orationis incipit et in integram desinit exceptis his, quae in comoediis iculariter dicta corrupta aut semiplena efferuntur, aut quae raro apud epicos metri necessitate dividuntur, ut apud Vergilium 'septem subiecta trione'. pari ratione in versu et apocope praecepta est, id est subtractio syllabae syllabarumve cuiuslibet *partis* orationis metro cogente facta, quae sive in verbo sive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, ut ‖ 'endo sua do', id est in sua domo. item 'ac famul infimus esset' pro famulo. similiter

proras detondete et *de*spoliate guberna,

id est gubernacula, sicut diximus, metri necessitate. versus autem distat a metro, quod in versu statim auditur et metrum, in metro autem non statim versus.

DE POETICE

Qui versus facit *παρὰ τὸ ποιεῖν* dictus est *ποιητής*, latina lingua vates, quod verba modulatione conectat. viere enim co¦nectere est; unde vimen dictum virgulti species et vitis et vietores. poetice est ars ipsa: nam poesis et poema distant eo, quod poema *uno* tantum modo clauditur carmine, ut tragoedia vel rhapsodia, poesis autem ex pluribus, id est corpus operis confecti, ut Ilias Homeri et Aeneis Vergilii.

Poematum autem seu carminum species sunt tres: alia enim a Graecis *κατὰ στίχον*, alia *συστηματικά*, alia *μικτά* dicuntur, quae etiam *ἀμετάβολα* et *μεταβολικά*. igitur *κατὰ στίχον* sunt quae eodem metro constant, ut metrum epicum Homeri et Maronis nostri, vel quod ex trimetris

---

18 poetice — 21 Aeneis Vergilii *Diom. 473, 16—20* 22 Poematum autem *Hephaest. 59, 16 sqq. ed. Westph.*

---

2 proprio *B a Val.* ς propria *A* 3 his qui in *B* 4 aut qui raro *B* 5 septem] *Verg. georg. III 381* 6 *fortasse* apocope recepta est. *schol. Hephaest. p. 143, 4 ed. Westph. πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν*] *ἢ ὡς τελείαν, καθάπερ καὶ Ἡλιόδωρος ἔλεγεν ὁ γραμματικός, διὰ τὸ ὑψερεφὲς δῶ καὶ τὰ τοιαῦτα.* 7 partis *om. A B* ς, *add. Wilmannsius seclusis verbis* cuiuslibet partis orationis 9 ut endo sua do ς utendo suado *A* ut indo suado *B: Enn. annal. 563 ed. Vahl.* item ac famul ς item afamul *A B: Lucret. III 1035* ossa dedit terrae proinde ac famul infimus esset. *cf. Enn. annal. 317 ed. Vahl.* e summo regno ut famul infimus esset 11 proras] *Non. p. 490* guberna pro gubernacula Lucilius libro XX, proras despoliate et detundite guberna detondete et despoliate ς detundite et spoliate *A B* 12 diximus *om. A, add. a in marg. et Val.* 16 *τὸ om. A B, add.* ς 17 uates quod uerba *A* ς uates dicitur qui uerba *B* 18 et vitis et vietores] et uiti in rotis *A B* ς et uieti in rotis *Wilmannsius: cf. Donat. in Terent. Eunuch IIII 4, 21* vietus] mollis flaccidusque et flexibilis corpore, unde et vimina et vimenta et vites et vietores dicuntur 19 uno *om. A B* ς, *add. Iahnius apud Wilmannsium* 20 vel rhapsodia *seclusit Wilmannsius* poesis contextus et corpus totius operis effecti *(l. confecti) Diomedes* poesis autem ex pluribus est corpus operis confecti *Wilmannsius. rectius scriberetur* poesis autem ex pluribus constat carminibus et est corpus operis confecti. 25 vel quod] uel que *B* trimetris ac tetrametris ς: *fortasse* trimetris aut tetrametris

et tetrametris continuis subsistit aut colis aut commatibus eiusdem metri; systematica autem, quae ex plurimis metris neque ex uno versu aut eodem colo vel commate continentur, ‖ ut sunt epodoe et quae apud lyricos invenimus, quae syzygiis gradiuntur; mixta autem, quae partim sunt *κατὰ στίχον* partim ex trimetro et tetrametro mixta, quamquam non [in] uno versu semper sensus expleatur, ut in elegia vel epodis: nam neque per se versus hexameter sine sequente pentametro elegiacum metrum implebit, neque in epodis singuli versus sine clausulis suis et adsequellis audiri poterunt epodoe, quae similiter *κατὰ δίστιχον* fiunt. eadem ferme *ἀμετάβολα* et *μεταβολικά* erunt. nam *ἀμετάβολα* dicta sunt quae sui generis qualitatem mensuramque semper obtinent, ut sunt Homeri carmina et ea quae *κατὰ στίχον* appellari diximus; *μεταβολικά* autem, quae ab aliis metris ad alia genera transitum faciunt, qualia esse tragica et comica paulo ante memoravi. nam et Menander in comoediis frequenter a continuatis iambicis versibus ad trochaicos transit et rursum ad iambicos redit. haec etiam in carminibus, quae mutuo adnexa ita ex se pendent, ut alterum sine altero audiri non possit, *προῳδικά* et *ἐπῳδικά* vocaverunt, id est antecantativa et postcantativa, ut sit [in hexametro] *προῳδικόν* ipsum epos, *ἐπῳδικόν* versus pentameter, qui ei subiungitur in elegiis. item *ante*cantativum erit trimeter iambicus, ut

ibis liburnis inter alta navium;

erit dimeter postcantativum, ‖

17 *προῳδικά* et *ἐπῳδικά* *p. 2611*

2 plurimis] pluribus *Bergkius in commentatione academica beneficii Thielemanniani lege edita Hal. a. 1863 p. 4 coll. Hephaest. p. 60, 3* 3 *fortasse* continuantur 4 mixta autem] *Hephaest. p. 60, 6 μικτὰ δέ, ὅσα μέρος μέν τι ἔχει ὑπὸ στίχον καταμετρούμενον, μέρος δὲ συστηματικόν. quae in Victorini libris leguntur,* partim ex trimetro et tetrametro mixta, *in divisione eorum quae κατὰ στίχον composita sunt habet Hephaestio p. 65, 24, τῶν δὲ κατὰ στίχον τὰ μέν ἐστι μικτά, τὰ δὲ οὔ. καὶ μικτὰ μέν, ὡς αἱ Μενάνδρου κωμῳδίαι· πῇ μὲν γὰρ τετράμετρα ἐν τῷ αὐτῷ ποιήματι, πῇ δὲ τρίμετρα εὑρίσκεται· τὰ δὲ ἄμικτα, ὡς αἱ Ὁμήρου ῥαψῳδίαι. ea autem quae secuntur,* quamquam non uno versu semper sensus expleatur, ut in elegia vel epodis, *ad systematica pertinent: Hephaest. p. 64, 10 σύστημα δέ ἐστι μέτρων συναγωγὴ ἤτοι δύο ἢ πλειόνων ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων· ἀνομοίων μέν, ὡς τὰ ἐλεγεῖα (ἑξαμέτρου γάρ ἐστι πρὸς πεντάμετρον κοινωνία) καὶ οἱ ἐπῳδοί. τὸ δὲ ἐξ ὁμοίων, ὡς τὸ δεύτερον Σαπφοῦς. itaque is quem Victorinus auctorem secutus est uberiorem mixtorum definitionem posuerat, qua et ea quae κατὰ στίχον et ea quae κατὰ σύστημα composita essent speciem mixtorum referre posse doceret. quae definitio partim grammatici neglegentia, ut videtur, partim librariorum errore corrupta est.* 6 sensus] uersus *A B* ς elegia] eleia *B* 8 epodoe que *B* epodoe qui *A* *ἐπῳδοί* quia ς 9 *κατὰ δίστιχον* fiunt ς ΚἈΤἈΔΙϹΤΟΙΧΟΝ fiunt *A B* 10 quę sui *B* quod sui *A* ς 11 obtineant *A B* ς 13 paulo ante] *p. 50, 29* 14 a *superscriptum est in A* 17 ΠΡΟϢΔΙΚἈ ЄΤϢΔΙΚἈ *A B* ς *προῳδικὰ ᾠδικὰ* et *ἐπῳδικὰ* uocauerunt, id est antecantatiua cantatiua et postcantatiua *editor Sanctandr.* 18 postcantatiua *B* p̣cantatiua *A* praecantatiua ς ut sit in elegiis *προῳδικὸν* ipsum epos, et *ἐπῳδικὸν* versus pentameter, qui ei subiungitur. item *Bergkius in commentatione academica beneficii Wolframsdorfiani lege edita Hal. a. 1861 p. 3* ut sit in hexametro: *προῳδικὸν* ipsum epos, *ἐπῳδικὸν* versus pentameter, qui ei subiungitur in elegiis. item *coniecit Studemundus* 19 epos et ϢΔΙΚΟΝ *A B* ς item antecantativum *Gaisfordius* item cantatiuum *A B* ς 21 ibis] *Hor. epod. 1, 1* 22 erit dimeter *Camerarius* erit trimeter *A B* ς

amice ¦ propugnacula.

et quaecumque alio quolibet metro scripta sequentes clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellabuntur, quia proodicis versibus *ἐπᾴδονται*, id est accinuntur.

DE STROPHE ET ANTISTROPHE ET EPODO

Pleraque lyricorum carminum, quae versibus colisve et commatibus componuntur, ex strophe et antistrophe et epodo, ut Graeci appellant, ordinata subsistunt, quorum ratio talis est. antiqui deorum laudes carminibus comprehensas circum aras eorum euntes canebant, cuius primum ambitum, quem ingrediebantur a parte dextra, *στροφήν* vocabant; reversionem autem sinistrorsum factam completo priore orbe antistrophon appellabant. dein in conspectu deorum soliti consistere cantici reliqua persequebantur, appellantes id epodon: nam epodos est tertia pars aut periodos lyricae odes. igitur quod post *στροφήν* et *ἀντιστροφὴν ἐπῇδον* dicebant epodon [quod est supercanere]. hinc sumptum vocabulum in has epodos, quae binos versus impares habent: nam ut illae canticum finiebant, sic hae sensum versu insequenti. hoc quia e tribus subsistit, appellatur *τριάς*, † ita ut omnis et *στροφή* et *ἀντίστροφος ἐπῳδός* totidem habeant syllabas in proxima periodo, quae subicitur priori, ut sit aut *ἰσόμετρος* aut *ἰσόχρονος* quolibet metro seu rhythmo subsistens; quoniam sicut dextra manus impares habet digitos, sed horum pares sunt sinistrae manus, si conferas, ‖ digiti, sic et strophes cola, cum sint dissimilia * in proxima epodo subiectae triados. observabis autem ut tem-

---

2 et quaecumque — 3 accinuntur *Diom. 485, 18 — 29* 6 Pleraque — 59, 7 concludantur *Atil. Fortun. 2699*

---

2 et quaeque alia qualia et metro *A B* ς 6 uersu colisue *A B* uersu colisque ς 7 epodo ς epode *A B* 9 circum aras ς *B* circum eras *A* 11 sinistrorsum ς *B* sinistrosum *A* 12 cantici reliqua consequebantur *A B* ς canticis reliqua peragebant *Atilii Fortunatiani libri* 14 igitur quae post *στροφήν* et *ἀντιστροφήν*, *ἐπωδόν* dicebant. *ἐπάδειν* quidem est supercanere ς *ἐπῇδον*] ΕΠΗΔΟΝ (O supra H) *A* ΕΠΟΔΟΝ *B Val.* 15 quod est supercanere *ad interpretandum v. ἐπῇδον adscripta erant* 18 *τριάς* ς ΤΡΙΑ (C supra) *A* TRICA *B* trica *Val.* ita ut omnis *στροφή* totidem habeat syllabas *coniecit Hensius. sed ne ita quidem omnia persanata sunt. desideratur enim definitio epodi, ad quam spectant v.* quolibet metro seu rhythmo subsistens. *deinde praeter triadis compositionem etiam carmen ex triadibus compositum a grammatico definitum esse docent ea quae secuntur* 23 in proxima epodo subiectae triados. *quare ita fere scribi potuit*, ita ut omnis et *στροφή* et *ἀντιστροφή* totidem habeat syllabas, et *ἐπῳδός* in proxima periodo, quae subicitur priori, ut sit aut *ἰσόμετρος sqq. et deinde* 22 sic et strophes cola, cum (*vel* quamvis) sint dissimilia, tamen antistrophae similia sunt, et epodo redduntur similia in proxima epodo subiectae triados. *nam* 19 in proxima periodo *pro triade vel pericope, quae infra dicitur, dixit grammaticus, sicut Atil. Fortun. p. 2699* haec igitur cantio lyrica, quae tres has partes habet, periodos appellatur, eadem trias, si ex tribus his constet et *ἀντίστροφος* et *ἐπωδός* ς 19 quae] qui *B* 20 aut ΙΣΟΜΕΤΡΟΣ aut ΙΣΟΧΡΟΝΟΣ quolibet metro *Val.* ς aut .ΣΟΜΕΤΡΟΣ aut .ΣΟΧΡΟΝΟΣ quolibet.... metro *A* aut ΣΟΜΕΤΡΟΣ aut ΣΟΧΡΟΝΟΣ quolibet metro *B* 21 quoniam] quō *B* quā *A* nam ς horum] numero ς 22 digitis sic *A B* ς et *om* ς

poribus, non syllabis pedes dividas, ut solvantur duae longae in quattuor *breves* et tetrasyllabo pede pro disyllabo utaris parique vice quattuor syllabarum brevium tempora in duo contrahantur, quod per necessitatem fieri licet, ut aut divisae numero respondeant aut coniunctae. temporum spatiis occurrant, quod et in ceteris metris generali praecepto servabimus. inter | haec sunt quaedam carmina quae monostropha appellantur, quod duas periodos et eas pares habeant neque epodo, ut alia, concludantur.

Praeterea reperitur non numquam huius modi compositio versuum in carminibus, non ut prima compositio secundae compositioni, sicut in *στροφῇ* et antistropho, respondeat, sed ut prima tertiae, secunda quartae similis habeatur, quae compositio *κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ* dicitur. est enim *περικοπή* carmen subsistens ex strophe et antistropho et epodo. *quibus si* vel bis vel ter vel saepius carmen concludatur, *μονοπερίκοπον* nominatur. si vero dissimilia inter se in pericopis cola iungantur, *πολυπερίκοπον* nuncupatur, quando non sollemni continuatione, sed per distantiam et varietatem in pericopis periodi compleantur, id est tres partes [ea] e quibus pericope subsistit. quae *ἀνομοιομερῆ* ‖ merito diximus, id est dissimilium partium copulatione periodi conclusio, siquidem inducta prima strophe et antistrophe rursus aliam strophen et antistrophon praecedentibus dissimilem adferant et rursus tertiam nihil duabus praeeuntibus similem et quartam aeque a ceteris discrepantem. cui varietati solent illud adiungere, ut postrema epodos cunctis dissimilis aliquando iungatur, quod non tantum tragici sed et lyrici auctores in epodis saepe fecerunt.

Hoc loco non supersederim dicere esse brevia cola, quae post strophen et antistrophon supercini moris est, quae iam non epodoe, sed *ἐφύμνια* dicentur, ut est *ἰὴ παιάν*. haec enim vel hymnis vel dithyrambis supercini moris est, quae [de epodicis carminibus] si quando praeponuntur, *προύμνια*, si autem post antistrophon collocentur, *μεθύμνια* nuncupabuntur.

---

6 monostropha *p. 2610. 2616*

---

1 in quattuor et disyllabo pede pro tetrasyllabo utaris *A B ς* 5 quod et] quae et *B* 6 monostropha *B Val. ς* monostrăpha *A* quae duas *B. rectius Atilius Fortunatianus*, quod prima strophe duabus vel tribus colis explicata ceteras sequentes similes habeant nec in aliqua parte interveniente epodo cola mutentur 8 uersuum — compositioni *om. A, add. a in marg. et Val.* 13 quibus si *om. A B ς* si uel bis *coniecit editor Sanctandr.* 14 in pericopis] in epodis *A B ς*: *cf. Hephaest. p. 62, 12 ed. Westph.* *τὰ δὲ κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ τὰς περικοπὰς ὁμοίας ἀλλήλαις ἔχει, τὰς δὲ ἐν ταῖς περικοπαῖς περιόδους ἀνομοίους.* ΠΟΛΙΠΕΡΙΚΟΠΟΝ *A B* 16 in pericopis] in epodis *A B ς* 17 ea e quibus *A B* eas e quibus *ς* quae ꭤΝΟΜΟΙΟΜЄΡΗ *ς B* quod ꭤΝΟΜΟΙΟΜЄΡΗ *a Val.* quod ꭤΝΟΜΟΙЄΜЄΡΗ *A* id est] et est *ς* 20 tertiam *a* ς* tertia *A B Val.* 22 quod] qui *B* 24 quae post strophen *a ς* quae strophen *A* quae post trophen *Val.* qui post strophen *B* 25 et antistrophon *B a Val. ς* et antistrophen *A* 27 quae si quando praeponuntur, *προύμνια*, si autem post collocantur, *μεθύμνια* nuncupabuntur *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 5* de epodicis *B* deopodicis *A* epodicis *ς* 28 metymnia *A*

Hoc genus in sacris cantilenis ferunt quidam instituisse Theseum, qui occiso Minotauro cum apud Delum solveret vota, imitatus intortum et flexuosum iter labyrinthi cum pueris virginibusque, cum quis evaserat, cantus edebat, primo in circuitu, dehinc in recursu, id est στροφῇ et ἀντιστρόφῳ. alii tradunt hoc sacrorum cantu concentum mundi cursum que ab hominibus | imitari. namque in hoc quinque stellae quas erraticas vocant, sed et sol et luna, ut doctiores tradunt philosophorum, iucundissimos edunt sonos per orbes suos nitentes. igitur concentum mundi cursumque imitans chorus canebat ‖ dextrorsumque primo tripudiando ibat, quia caelum dextrorsum ab ortu ad occasum volvitur; dehinc sinistrorsum redibat, quia sol lunaque et cetera erratica sidera, quae Graeci πλανήτας vocant, sinistrorsum ab occasu ad ortum feruntur. tertio consistebant canentes, quia terra, circa quam caelum rotatur, immobilis medio stat mundo. de qua re Varius sic tradidit,

primum huic
nervis septem est intenta fides
variique apti vocum moduli,
ad quos mundi resonat canor in
sua se vestigia volventis.

item et Varro,

vidit et aetherio mundum torquerier axe,
et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes
nitentes aliis alios, quae maxima divis
laetitia est. at tunc longe gratissima Phoebi
dextera consimiles meditatur reddere voces.

DE METRORVM FINE SEV CLAVSVLA

Nunc de metrorum, prout versus processerit, praescripto et legitimo fine clausulaque dicemus. nam metrica lege in fine versuum quadripertita conclusio est, per quam exitus metri statusque dinoscitur, utrum pede

---

1 cantilenae *A B* ς 5 ἀΝΤΙCΤΡΟΦΟ *A* antistropho ς *B* hoc (hunc ς) sacrorum concentum mundi cantum cursumque *A B* ς 10 dextrorsum ab *A* ς dextrorsumq. ab *B* 11 redibant *A B* ς q̄ua sol *A* quam sol *B* q̄a (*h. e.* quia) sol *Val.* quandoquidem sol ς 13 canendo ς 14 tradidit *B* tradidit *corr.* tradit *A* tradit *Val.* ς 15 *Varii versus in incertarum fabularum fragmentis posuit Ribbeckius trag. lat. fragm. p. 195. Thyestae fabulae tribuerat et anapaesticos monometros constituerat Rutgersius lect. Venus. c. 3 p. 246 ed. Traiect. a. 1699. dimetros anapaesticos descripsit Bothius poet. scen. lat. V 1 p. 272* 17 apti *Schneidewinus Goetting. gel. Anz. 1839 p. 685 et mus. rhenan. I a. 1842 p. 112* additi ς addita *A B* dati *Bothius* moduli *Bothius* modi *A B* ς 18 resonat canor in Sua se vestigia volventis *Schneidewinus* resonat canor (tenor ς) sua se uoluentis in uestigia *A B* ς resonat tenor in Sua uoluentis se vestigia *Bothius* resonare tenor volventis sua se in vestigia *Rutgersius* 20 *Varronis versus in fragmentis chorographiae P. Terentii Varronis Atacini posuit Scaliger Virg. append. p. 244* 24 laetitia'st at tunc longe *editor Sanctandr.* laetitia stat tunc longe *A* ς laetitia stat longe *B* 29 per quam exitus *bis scripta, sed priore loco deleta sunt in A* metri statusque ς *B* metris statusque *A*

seu semipede vel dipodia sit terminatum. hanc Graeci *κατάληξιν* vocant, id est cum legitimum metrum in syzygia simplicem pedem, in monopodia vero, id est in simplici pede, syllabam perdit. huius ‖ species sunt quattuor. nam aut acatalectum est aut catalecticum aut brachycatalectum aut hypercatalectum, id est cum in fine versuum nunc desunt, nunc exuberant syllabae aut manent integrae. est igitur catalecticum, quotiens in fine versus syllaba una pro toto pede accipitur atque ita posita velut refrenat et cohibet metri cursum; acatalectum autem, quod | novissimum pedem integrum pro condicione sui metri obtinet, cui nihil abundat aut deest; brachycatalectum vero, cum uno pede, id est duabus syllabis, metrum imminuitur et pro dipodia pes unus ponitur, scilicet cum dipodiae feriuntur (hoc metrum quidam colobon vocant: miuron enim una fit syllaba detracta); hypercatalectum contra, cum metrum in postrema parte versus una syllaba abundat ultra quam exigit dipodiae numerus pro lege versus oppositi terminatus. id ut planius sub exemplo heroici versus faciam, erit acatalectum quod integris suis pedibus et modis finitur, ut

arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris;

catalecticum, si una syllaba ei detrahatur, ut

arma virumque cano, Troiae qui primis ab o;

brachycatalectum, si duae, ut

arma virumque cano, Troiae qui primus ab;

hypercatalectum, si una amplius quam versus integer exigit syllaba exuberet, ut

arma virumque cano, Troiae qui primus ab orisque. ‖

quod in omni genere metrorum observabitur. rursus, ut exempla etiam ex his metris, quae coniugationibus gradiuntur, proferamus, cum ad perfectam coniugationem pes integer deest, erit brachycatalectum, ut est hoc tetrametrum,

quis non adultas detrahat ramo voluptates

(habet enim tres integras coniugationes et quartam uno pede breviorem); catalecticum autem, cum perfectae coniugationi non pes, sed syllaba amputatur, ut est hoc tetrametrum (habet enim quartam coniugationem una syllaba breviorem),

caeruli Neptune rector, Conse litorum potens;

acatalectum autem, cui, ut supra diximus, neque deest ad integram coniugationem neque abundat quicquam, ut est hoc trimetrum,

---

1 KἀTἀΛEΞIN *A B* uocant id est cum legitimum metrum *B a Val.* ς uocant cum legitimum idē metrum *A* 2 synzygia *A B* 3 sunt *om. A* ς, *add. B* 4 catalecticum] akatalecticum *A* akatalecticum *Val.* 8 quod] qui *B* 12 colofon *B* 16 quod] qui *B* 17 arma] *Verg. Aen. I 1* 25 quod] qui *B* 26 coniugationibus *B a Val.* ς coniunctionibus *A* 29 adulteras *corr.* adultas *A* 34 caerule *A B* caerulae ς conselitorum *A B* undae littorum ς 36 ut est hoc *B a Val.* ς ut haec est hoc *A*

amare nolo nec dolere, Clinia;

hypercatalectum vero, cum ad integram coniugationem una abundat syllaba, ut est hoc trimetrum,

caduca popli coma glauca iam per agros.

sed metra magis gaudent catalecticis con|clusionibus. proprie autem iambica metra gaudent acatalectis et catalecticis et hypercatalectis conclusionibus, adversantur autem brachycatalectis. trochaica vero hypercatalectis reiectis residuas conclusiones admittunt. choriambica autem et antispastica isdem conclusionibus, quibus etiam iambica, laetantur. ionica autem trochaicis depositionibus sociantur, et ideo hypercatalecta illis exosa sunt. dactylica vero et anapaestica magis acatalectis delectantur. ||

Praeter has autem depositiones est aeque quae *δικαταληξία* nominatur, cum ex diversis metris versus sub unius figura componitur. nam si sit dactylica tetrapodia et ithyphallicus, id est si post quattuor dactylicos pedes tres continui trochaei subiciantur, isque versus quasi uniformis pronuntietur, *δικαταληξίαν* patitur, quoniam quarto pede dactylico et pars orationis et acatalecti metri finis includitur, atque ita rursum trochaicum dimetrum brachycatalectum adiungitur, quod ithyphallicum nominatur, ut est

tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido.

Occasio suggerit hoc loco etiam illud dicere, quaedam metra familiariter propriis pedibus terminari. nam iambica acatalecta iambis, catalectica iambo superfluente syllaba; similiter trochaica et anapaestica suis libentius terminantur. contra quaedam alienis depositionibus gaudent, ut antipastica et choriambica iambicis coniugationibus, ionica autem utraque trochaicis, siquidem sint his finitima et familiaria metra singula singulis: non enim solum in fine ponuntur, sed et in medietate versuum et inter initia coniunguntur.

Scias autem in omni metro novissimam syllabam *ἀδιάφορον*, id est indifferentem esse. nihil enim metri interest, utrum illa longa sit an

---

1 amare *Atil. Fortun. 2693*

---

1 dolore *B* 3 *post* ut est hoc trimetrum *exemplum trimetri iambici hypercatalecti lacuna haustum esse coniecit L. Müllerus mus. rhenan. XXV a. 1870 p. 313. sed grammaticus, qui non ex eodem metri genere exempla posuit, hypercatalecti versus exemplum esse voluit trimetrum choriambicum, quo usus est infra p. 2568* 4 caduca poplicū aglauca *A B* ς caduca populi coma glauca *Camerarius.* popli *defendit L. Müllerus l. c. Septimii Sereni versum esse suspicatur Wernsdorfius poet. lat. min. v. II p. 291*
5 sed metra magis gaudent catalecticis conclusionibus *ex margine illata esse videntur* 6 metra gaudent ς metra plaudent *A B* catalecticis] catalectis *A* 7 eiectis *A B* ς 8 antispatica *A B* 10 hypercatalectica *A B* 14 ithyphallus *B a Val.* ς ithypollus *A* dactylos *A B* ς 15 continui *B a Val.* ς conticui *A* q̄s (*i. e.* quasi) uniformis *A* quibus uniformis *B* 16 qū quarto pede dactylico *A* quando pede dactilo *et in marg.* quarto *B* quandoquidem quarto pede dactylico ς et catalectici metri *A B* ς 17 rursum *A* rursus *B* 21 nam iambica catalectica iambis acatalectica iambo superfluente *A B* ς 25 siquidem sunt (s̄ *A*) his *A B* ς 28 ΑΔΙΑΦΟΡΟΝΟΝ *corr.* ΑΔΙΑΦΟΡΟΝ *A* 29 interest] inter se *corr.* inter ē *A*

brevis, ea videlicet ratione, quia distinctionis mora breve tempus extendit. longam autem syllabam pro brevi accipi finalem ea ratione putaverunt, qua reperiuntur in metris ‖ longae plerumque pro brevibus positae, quas communes vocant, ut est | 'insulae Ionio in magno'. unde fit ut in omni metro novissima syllaba indifferens habeatur. nam Aristoxenus musicus dicit breves finales in metris, si collectiores sint, eo aptiores separationi versus a sequente versu fieri; idcircoque in sexta sede *trimetri iambici* trisyllabos figura non ponitur, quia moram habet. at contra disyllabos familiaris est, quia celerius desinit, et eo magis, si posteriorem syllabam brevem habuerit.

DE EPIPLOCE ID EST METRORVM AMPLEXIONE

Nunc de metrorum conexionibus, quas epiplocas Graeci appellant, dicemus. adiectione enim et detractione per syllabas et tempora iis accidentia metra variantur. dicta autem epiploce, id est amplexio, a metricis eo, quod copulari metra metris diversa his adiectionibus vel detractionibus aut etiam translationibus videantur. harum species sunt tres, quarum prima trisemos, secunda tetrasemos, tertia hexasemos dicitur, ex eo quod e tribus et quattuor et sex temporibus subsistant, quae *additis vel* detractis ab initio versus primis syllabis diversa metrorum genera informant. quarum prima erit ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ τρίσημος, id est cum iambicis trochaica conexa variantur in species duas utrasque trisemas, ut diximus, temporum trium. in coniugatione vero hexasemoe sunt, id est temporum sex. nam iambico versui, ut est ‖

paratus omne Caesaris periculum,

si adieceris longam, efficies trochaicum, ut

o paratus omne Caesaris periculum.

rursus trochaico si detrahas primam syllabam, iambicum efficies, velut

est celer phaselus ille quem videtis. *

at cum dactylicis anapaestica sociantur similiter, ἐπιπλοκὴν δυαδικὴν τετράσημον faciunt, ut 'arma virumque cano': huic si accesserint duae breves, fiet anapaesticum, ut 'ades arma virumque cano': | rursus adiecta longa fiet dactylicum, ut

pro ades arma virumque cano.

---

11 DE EPIPLOCE *p. 94, 6 schol. Hephaest. 136, 25 — 140, 15 ed. Westph.*

---

1 extendit *Santenius in Terent. Maur. p. 200* ostendit *A B* ς 4 insulae] *Verg. Aen. III 211* 6 sint *B a Val.* ς sunt *A* 7 idcirco q̄ (*h. e.* quae) in *A* idcircoquę in *B* trimetri iambici *om. A B* ς. trimetri *addidit Bergkius in commentatione academica beneficii Thielemanniani lege edita Hal. a. 1863 p. 6* 8 at contra disyllabos *A* ς atque disyllabos *B* 10 habuerint *A B* ς 13 iis *B* his *A* ς 15 copulari ς copulare *A B* uel detractionibus *om. A, add. a in marg. et Val.* 18 additis vel *om. A B* ς 24 paratus] *Hor. epod. 1, 3* 28 est celer] *cf. Catull. 4, 1* phasellus *A B* *lacuna quam indicavi excidit exemplum iambici versus, qui fit detracta* est *syllaba,* celer phaselus ille quem videtis: *cf. p. 2572* 29 at cum] aut cum *A B* ς 31 anapaesticus *A B* ς 32 dactylicum *B a Val.* ς dactylus *A*

quod adaeque ut supra per duas species variatum est, dactylici et anapaestici, et ideo *δυαδικὴ*, id est duarum amplexio, tetrasemos autem propter quattuor tempora, quibus uterque pes extenditur, appellatur, qui in coniugationem copulati octasemi fiunt. observabis autem in hac specie semper duas breves aut adicere aut detrahere, longam unam, quia est uterque pes trisyllabos. tertia *ἐπιπλοκή* est in ionicis duobus et choriambo et antispasto, quae *τετραδικὴ* hexasemos dicitur, id est amplexio quadra: quattuor enim pedes sibi mutuo conectuntur; temporibus autem sex constant. nam cum sit hic versus ionici minoris,

dea fecit dea belli dominatrix Phrygas, ||

adiecta longa fit choriambicon, ut

cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas:

rursus adiecta alia longa efficiet ionicum maiorem sic,

hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas:

item adiectio brevis quartam speciem in pede antispasto procreabit ita,

et hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

adaeque et hic versus apud Horatium,

miserarum est neque amori dare ludum neque dulci,

constat ex ionico minore: huic si copulaveris longam, erit choriambicum,

quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci:

item longa alia apposita facit ionicum maiorem, ut

o quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci:

brevis autem praelata antispastum informabit sic,

et o quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

ad summam omnis *ἐπιπλοκή* propriis pedibus nulla intermixtione aliorum subsistens suis usque ad ultimum pedibus | terminabitur. sin autem alios admiserit, variabitur. nam familiare est utrisque ionicis trochaicas sibi bases admiscere. ergo sincerum *μονοειδές*, mixtum autem *ὁμοειδές* vocabitur.

DE TOME SIVE INCISIONE VERSVVM

Incisiones etiam versuum, quas Graeci *τομάς* vocant, ante omnia in hexametro heroo necessario observandae || sunt (omnis enim versus in duo cola formandus est): qui herous hexameter merito nuncupabitur, si competenti divisionum ratione dirimatur. sex enim pedum percussio versum

---

34 Incisiones — *65, 28* iure ac merito negabis *Terent. Maur. 1669 — 1704*
32 omnis — formandus est *p. 54, 4. 70, 16*

---

1 quod] qui *B* 7 tetradice exasemos *A* 8 constat *B* 10 dea] *Terent. Maur. 2060* in carmine sic est, Diomeden modo magnum Dea fecit *sqq.* 13 alia longaę *A* 23 miserarum] *Hor. carm. III 12. cf. p. 2538. 2568* 28 bases ς basis *A B* sincerum ς syncere *A B* 31 TOMOC *A B* omnia ς *B* oῑ̄ *A* omnes *Val.* 34 sex enim pedum percussio metrum quidem hexametrum, non tamen heroum, quem epicum dicimus, versum, si legem *Weilius N. Jahrb. f. Philol. a. 1862 p. 345*

quidem hexametrum, non tamen heroum [quem epicum], si legem incisionis non tenuerit, faciet. quarum prima penthemimeres tome dicitur, cum post duos pedes sequens syllaba plenam orationis partem distinguit, cuius exemplum erit '**quam Iuno fertur**'. verbum enim post duos pedes concluditur ac determinatur syllaba, quae in metro semipes habetur, ut sequens sermo ab integra parte orationis incipiat. geminata autem penthemimeres tome versum pentametrum complet, ut

quam Iuno fertur, quam Iuno fertur.

secundam divisionem hephthemimeren Graeci dixerunt, quae tribus pedibus emensis adicit syllabam completque sensum quacumque orationis particula. huic, sicut et superiori, nomen inditum ex eo est, quod tribus pedibus et una syllaba, id est semipede, quae in arsi et thesi septem motus efficiunt, versum dividat. cuius exemplum erit 'quam Iuno fertur terris': nam post tres pedes suprema ris syllaba sensum complet. || erunt igitur hae duae tomae principales, ut dictum est, heroici versus incisiones, quibus similiter et iambici versus trimetri dividuntur. sed his in heroo duae aliae accedunt. nam si harum neutram inveneris, tertium trochaeum in versu conquires, id est penthemimeren disyllabo clausam, ut est '**infandum regina**'. nam percussis duobus pedibus tertius pes trochaeus est, gina, cui coniuncta brevis in secundum legem versus hexametri dactylum complet. hes autem syllaba et sensum superioris coli integrat, ut fiat hephthemimeres, et sequentis pedis initium inducit. eodem modo et quartus trochaeus accipietur, qui raro admodum reperietur, ut est

quae pax longa remiserat, arma novare parabant.

quartus pes trochaeus, arma: vide hephthemimeren disyllabo clausam, ut supra, cui adnexa brevis no syllaba dactylum lege heroici versus implet. harum si nullam in hexametro speciem inveneris, heroum versum iure ac merito negabis. non numquam autem evenit ut in eodem versu plures incisiones, id est penthemimeren et hephthemimeren et eam quae quarto *pede* [caesura] partem orationis terminat, quam bucolicen Graeci dicunt, reperiamus, ut

arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris.

nam iae qui, pes in versu quartus, eam divisionem explicat, quam bucolicen vocari dictum est, sub qua *quattuor* pedum percussione sensus impletur.

---

1 heroum quem epicum dicunt *Santenius in Terent. Maur. p. 227. scribi poterat* heroum sive epicum. *sed rectius glossemati tribuuntur v.* quem epicum 2 penthememeres *A B* 4 quam Iuno] *Verg. Aen. I 15* duos pedes *ς B* duo pedes *A* 5 concluditur ac determinatur *Val.* concludit ac determinatur *A B* concludit ac determinat *a ς* 9 eptimimerem *A B* 11 quod] qui *B* 15 hae duae principales tomae ut *A B ς* 19 clausum *corr.* -am *A* infandum] *Verg. Aen. II 3* percussis *ς B* percursis *A* 26 disyllabon *corr.* -bo *A* 30 quae quarta caesura partem *A B ς* 31 bucolicon *A B ς* reperiamus *ς* reperiantur *A B* 32 arma] *Verg. Aen. I 1* 33 bucolicon *A B ς* 34 sub qua pedum *A B ς*: ubi quattuor pedum *coniecit Caesar N. Iahrb. f. Philol. 1863 p. 15*

nam bucolici metri haec lex est, quam per omne opus sui carminis ‖ Theocritus Syracusanus observat exceptis paucis versiculis, de quibus in processu dicemus.

DE CONCVRSV ET COLLISIONE VOCALIVM

Observanda praecipue in metris litterarum vocalium inter se collisio, quae trifariam evenit, id est per *συναλοιφήν*, *ἔκθλιψιν*, *συνεκφώνησιν* vel *συναίρεσιν*, quarum inter se differentia talis est. nam *συναλοιφή* est, cum inter duas loquellas duarum vocalium concursus alteram elidit, id est cum duae partes orationis ita coeunt, ut altera in vocalem desinat et altera incipiat a vocali, ut | 'hic hasta Aeneae stabat', item 'Priamique evertere gentem'. nec tamen putaveris quamlibet *de* duabus eximi posse: illa enim quae supervenit priorem semper excludet, non prior sequentem. *ἔκθλιψις* autem vel *ἔκτριψις* fit, cum duae inter se dictiones dure concurrentes aliquam pluresve vocalium cum consonanti dumtaxat exprimunt, ut 'multum ille et terris iactatus et alto': item

circumdat nequiquam umeris et inutile ferrum.

συνεκφώνησις vero, cum duae vocales in unam syllabam coguntur, quae possunt duarum syllabarum locum divisae complere, nulla dumtaxat interposita consonante, *ut* cum Phaethon in metro sic enuntiatur, ut ex trisyllabo nomine disyllabum faciat ita,

cum te flagranti deiecit fulmine Phaethon; ‖

et illud Maronis, 'villis onerosum atque unguibus aureis'. aureis enim pronuntiandum est. in scandendo autem reis syllaba non dividitur, sed e littera in unitatem cum i deducta per diphthongon graeco more et ratione scripta enuntiatur. sed et nostri veteres eas syllabas, in quibus i productum invenitur, e anteposito scriptitabant, ut in antiquis libris invenimus. consimili ratione quaeritur, Orpheus in metro, ut

non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus,

utrum trisyllabum an disyllabum sit, an idem nomen duplici enuntiatione

18 *συνεκφώνησις p. 2595*

M

2 in processu] *p. 2563* 6 per synaliphen ecthlipsin CYNEKΦωNHCIN (CYNEKΦωNMCIN *Val.*) uel CYNδIPECIN *A* per CYNδΛIΦHN EKΘΛIΨIN CYNEKΦωNHCIN uel CINδIPICIN *B* 7 CYNδΛIΦH *A B* 8 *fortasse* duarum vocalium concursu altera alteram elidit 10 hic hasta] *Verg. Aen. XII 772* 11 Priamique] *Verg. Aen. III 1* quamlibet duabus *B* quamlibet dabus *A* quamlibet e duabus ς 12 excludat *A B* excludit ς 15 maltum] *Verg. Aen. I 3* 17 circumdat] *Verg. Aen. II 510* 18 SYNECPHONESIS *A* 20 ut *ante* cum *om. A B* ς cum Phaethon *ed. Sanctandr.* cum phae *A B* ς 21 *post* ita *decem fere litterarum, post* 22 Phaethon *quindecim fere litterarum litura est in A* 22 cum te] *Quintil. I 5, 17* apud P. Varronem 'cum te flagranti deiectum fulmine Phaethon', *quae ex Apoll. Rhod. Argon. IIII 597 expressa esse observavit Ruhnkenius epist. crit. p. 224* flagranti deiecit fulmine ς flagrantem deiecit flumine *A B: cf. p. 2595* 23 villis] *Verg. Aen. V 352* aurcis *priore loco in litura A* 25 in unitatem ς *B* in uninatem *A* 28 cousimili *B(?) Camerarius* cum simili *A* ς 29 non] *Verg. bucol. 4, 55* uincet ς trachius *B*

promatur, aut sine a littera, ut Peleus Pentheus, aut cum a, ut ita declinetur Orphaeus, ut Aristaeus. visum est tamen hoc posse discerni, ut illa sine a littera graeca sit enuntiatio, haec latina, quae per diphthongon effertur. sed ut ad propositum revertamur, quidam superioribus tribus quartam speciem addiderunt, quam Graeci dicunt *κρᾶσιν*, id est cum unius litterae vocalis in duas syllabas fit communio, ut

audire est operae pretium procedere recte:

item 'quaecumque est fortuna, mea est'. quae veluti per contrarium *συνεκφώνησιν* in | metris imitatur. hae figurae sollicite observandae sunt tam in heroicis quam iambicis ac ceteris metrorum generibus, ne nobis per neglegentiam obrepant maximumque errorem adferant.|

DE VITIIS VERSVVM

Inter alia, quae in metris vitanda esse praecepimus, tria vel maxime haec observanda vitia nobis sunt, quibus vulnerati versus claudicabunt, quae trifariam contingunt. nam aut in principio aut *in* medietate aut in extrema sui parte corrumpuntur. igitur cuius initium pro condicione propriae legis nequaquam integrum processerit, *ἀκέφαλος* dicitur, veluti capite imminuto, ut 'fluviorum rex Eridanus': item

adicias nec te ullius violentia vincat.

in media vero parte laesus *λαγαρός* appellatur, ut 'Anchisen facio certum'. cui qui medentur, finalis syllabae excusatione succurrunt, ne media versus sede iambus habeatur, causantes, quod parte orationis terminata pro longa posita o accipienda sit, ut 'quam Iuno fertur' et 'quis te, magne Cato, tacitum', item 'classe veho mecum'. at in ultima miuros ob decurtationem, ut Graeci dixerunt, caudae, id est extimae partis, ut est ille versus apud Homerum,

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

cuius exemplo etiam nos utemur ita,

attoniti Troes viso serpente pavitant. |

cui quidam ita medentur, ut dicant Homerum, artis poeticae patrem, geminata littera *ὄφφιν* dixisse, sicut et || *ὅσσοι ὕμμιν ὅττι*. at cum Livius Andro-

---

25 at in ultima — 68, 8 canes *Terent. Maur. 1920—1938*

---

1 ut peleus pentheus *B* ut pcus pentheus *A* ut pentheus ς   3 quae] quod *A B* ς   7 audire] *Hor. sat. I 2, 37*   8 quaecumque] *Verg. Aen. XII 694*   9 SYNECPHONESIN *A*   sollicitae *A*   15 nam aut ς nam ut *A B*   aut medietate *A B* ς   18 fluviorum] *Verg. georg. I 482*   19 adicias] *Verg. Aen. XI 354*   20 in media *A* ς in medio *B*   Anchisen] *Verg. Aen. III 179*   21 cui] quibus *A B* ς, *quod ita defendi poterat, ut aliud eiusdem vitii exemplum excidisse diceretur*   23 posita o] positione *A B* ς   quam Iuno] *Verg. Aen. I 15*   24 quis te] *Verg. Aen. VI 841*   classe] *Verg. Aen. I 379*   25 at in ultima *B a Val.* ς at adultima *A*   miurus *B*   27 ΤΡΩΕСΔΕΡΙΓΗСΑΝ *A B: Hom. Il. M 208*   28 utimur *B*   30 quidam] *schol. Hephaest. p. 170, 8 ed. Westph. ἢ ὅτι ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς ἥσθετο τῆς τοῦ δασέος φ ἐκφωνήσεως πλέον τι ἐχούσης διὰ τὴν σφοδρότητα τοῦ πνεύματος, ὡς καὶ Ἡλιοδώρῳ δοκεῖ τῇ δασείᾳ πλέον τι νέμειν.*

nicus praemisso hexametro huius modi subnectat versus per ordinem iambo terminatos, novam potius hanc speciem quam miuron existimant versum et teliambon appellant. nam in hymno Dianae apud eundem ita inveniuntur in fabula Inone,

sed iam purpureo suras include cothurno,
balteus et revocet volucres in pectore sinus,
pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra,
derige odorisequos ad certa cubilia canes.

Nam cum superiorem versum plerumque chorius, sequentem iambus terminet, non absurde choriambicam clausulam idem adfectasse in eius modi modulatione dicetur, ea videlicet contemplatione, qua viderit Homerum, fontem atque originem metricae disciplinae, non tantum in duobus corpusculis Iliados et Odysseae his versibus teliambis frequenter usum, sed et in eo carmine, cui Margitae nomen est, eundem herois hexametris trimetros iambicos tamquam pares numero miscuisse viderit, qua ratione id in opere suo Livius *. nobis autem, quibus in isto artis metricae commentario omnia insinuandi curae ac moris est, ne aut per imperitiam aut *per* neglegentiam id praeterisse ab obtrectatoribus diceremur, utrumque super huius modi condicione versuum aperire atque expromere in maximo opere et studio fuit. | ||

2 aestimant *A B* ς 6 balteus *B a Val.* ς barteus *A* 8 derige *A* dirige ς *B* odorisequos *B a Val.* ς odoriseques *A* certa] caeca *apud Terentianum 1938 correxit Gifanius conlect. in Lucret. v.* caeca 10 terminent *A B* ς 11 dicetur ς diceretur *A B* uiderit ς uideret *A B* 14 cui ς cuius *A B* margitę *A* margite ς *B* 15 miscuisse, uidelicet aequa ratione id in opere suo Livium fecisse *coniecit Studemundus. fortasse* miscuisse, qua ratione id in opere suo Livius imitatus sit. *nam* viderit *alterutro loco delendum est* 18 per *om. A B* ς 20 fuit. MARII UICTORINI DE METRICIS DIDASCALICIS LIB. I. EXPLICIT FELICITER. INCIPIT LIB. II. LEGE FELICITER (INCIPIT LIBER SECUNDUS *B*) DE PROTOTYPIS SPECIEBUS NOUEM *A B*

LIBER SECVNDVS

DE

PROTOTYPIS SPECIEBVS NOVEM

p. 2513. 14 P. p. 92. 98 G.

Credo nos omnia, quae ad instructionem metricae disciplinae, velut quaedam primae institutionis incunabula, necessario his quibus huiusce artis voluptas ac studium est intimanda sunt, adfatim persecutos. unde nunc ad novem prototypa, id est primiformia omnium metrorum genera, e quorum fonte atque origine derivata innumerabilis metrorum profluit copia, stilum nostri operis convertam, de quorum disciplina et praeceptis et ratione omni, qua inter se congruunt sive dissentiunt, textus huius secundi voluminis singula quaeque reserans explicabit. auspicandum igitur ab eo nobis pede potissimum credidi, qui heroum metrum, principium omnium, continens etiam nominis sui appellatione signavit, siquidem non nulli ambigant, a quo e duobus metrorum ordinem inchoantes exordium capiant. nam qui ab iambo initium trahunt eo studio id fieri volunt, quod idem a brevi, a quo his origo est, incipiens tempore et *in* longo desinens, velut a minori ad maius egressus, per temporum incrementa consurgat. pyrrichius enim nullum ex se metrum ‖ edidit, trochaeus vero a longa incipit. nos autem, ut dictum est, principium metrorum omnium heroo sive pythio deferentes non absurde a dactylico auspicandum esse censuimus.

Igitur prototypa, id est primiformia novem metra, quorum et in primo mentionem fecimus, sunt | haec, e quis primum dactylicum, dehinc anapaesticum, post iambicum et trochaicum et choriambicum et antispasti-

---

5 institutionis] instructionis *B* 8 innumerabilis *Val.* ς innumerabiles (i *supra* e) *A* innumerabiles *B* 12 qui] quod *B* principium *Santenius in Terent. Maur. p. 137* principem *A* ς principe *B: cf. p. 2588* dactylicum metrum, quod est omnium caput ac principium 16 *fortasse* a quo metris origo est in *om. A B* ς 18 edit *Santenius in Terent. Maur. p. 110. cf. schol. Hephaest. p. 145, 16 ed. Westph.* *πυρρίχιος μέντοι οὐκ ἔχει μέτρον οὐδὲ σπονδεῖος* 19 principium *Santenius in Terent. Maur. p. 137* principi *A B* ς. *cf. schol. Hephaest. p. 145, 9* *ἀπὸ ἰαμβικοῦ δὲ πρῶτον ὁ Ἡφαιστίων ἤρξατο, καίτοι πολλῶν μετρικῶν τὰ πρῶτα τῷ δακτυλικῷ παρεσχηκότων καὶ τιμησάντων τὸ πρῶτον εὑρεθὲν τῆς τέχνης προεδρίᾳ* 21 in primo] *p. 52, 20*

22 haec e quis *Val.* haec qi (e *supra* qi) E quis *deleta* q *cum superscripta* e *littera A* haec e quibus ς *B* 23 et choriambicum *om. A, add. a in marg. et Val.*

cum, ionicum ἀπὸ μείζονος, ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος et paeonicum. nam proceleumaticam speciem novem prototypis decimam adsociandam esse quidam putant, de quo suo loco *dicemus*. placuit itaque hoc situ ordinis ad illuminandas eorum inter se alternationes ac mutuas aemulationum vicissitudines, quas per contrariam naturae positionem habere noscuntur, eadem sic digerere, ut dactylicis anapaestica, iambicis trochaica et cetera, ut paulo ante induximus, e diverso posita, quo distent ac differant sive copulentur et congruant ipsa inter se comparatione proposita, non solum ingenii sed *et* oculorum veluti contemplatione percepta in promptu ac propatulo habeantur.

DE DACTYLICO METRO

Igitur dactylicum hexametrum constat e spondeo, trochaeo et eodem dactylo. habet autem sedes sex, quas Aristoxenus musicus χώρας vocat. recipit etiam pedales figuras tres: has Graeci dicunt ποδικὰ σχήματα. nam aut in sex partes dividitur per monopodian, aut ‖ in tres per dipodian et fit trimetrus, aut in duas per κῶλα duo, quibus omnis versus constat, dirimitur. e cuius genere hae metrorum species gignuntur, diphilium seu choerilium, logaoedicum seu archebulium, aeolicum sive sapphicum et cetera, de quorum statu ac ratione suo loco dicemus.

Dactylici igitur metri id praecipuum est, quod heroum appellatur. differt enim | a dactylico heroum eo, quod et dactylicum *et spondiacum* est et in duas caeditur partes, de quibus supra diximus, penthemimeren et hephthemimeren. dactylicum enim, licet isdem subsistat pedibus, non tamen isdem divisionibus ut herous caeditur versus. inter spondeum autem et dactylum mensura temporum congruente etiam in arsi et thesi eadem aequalitas stabit, quam Graeci dicunt ἴσον λόγον. quibus per coniunctionem et divisionem, ut supra docuimus, mutua procreatio est, meritoque indifferenter in quacumque versus sede, ut sors scandendi processerit, reperiuntur, dumtaxat usque ad pedem quartum: quintus enim frequenter, ut heroum decet, dactylus esse debet. eadem cognatione etiam anapaestus, qui [e] spondei prima in duas breves divisa efficitur,

---

16 per κῶλα duo *p. 54, 4. 64, 32* 20 Dactylici — 71, 23 indifferens habeatur *Terent. Maur. 1606—1641*

---

2 proceleumaticum *A B* ς adsociendam *corr.* adsociandam *A* 3 dicemus *om. A B* ς: *cf. p. 98, 16* 4 alternationes *Santenius in Terent. Maur. p. 152 coll. Terent. 1601* altercationes *A B* alterationes ς. *cf. p. 107*, 2 mutua earundem alternatione efficiuntur 7 e diuerso proposita *A B* a diuerso proposita ς 9 ingenii set (sed ς) oculorum *B* ς ingeniis & oculorum *A* 14 etiam] autem ς 15 monopodian ς *B* ΜΟΝΟΠΟΔΙꜲΝ *A* 18 logoedicum *A B* archebulium aeolicum *om. A, add. a in marg. et Val.* 19 suo loco] *p. 110, 20* 21 et spondiacum *om. A B* ς: *Atil. Fortun. p. 2690* volunt enim heroum illo distare a dactylico, quod dactylicus ex dactylo solo sit, herous et ex spondeo 22 supra] *p. 64, 31* penthemimeren et hepthemimeren *B* penthemimerem et epthemimerem *A* 25 dactylicum *B* 26 quibus] quae et ς 27 supra] *p. 46, 6* 29 quintus enim ς *B* qui tus enim *A*

heroo posset adnecti metro, nisi incipiente dactylo et subiuncto anapaesto mediae breves numero quattuor heroum versum deformarent: seu quod anapaesti per syzygias gradiuntur, sive quia metrorum fere omnium natura talis est, ut caveant ne singulas partes orationis singulorum pedum fine concludant, sed potius ut verba vel nomina ex residua sui parte sequentibus pedibus adnectant, quo pacto evenit ‖ * vocum integer pes esse,* sed sane ut perfectae parti orationis de sequenti sermone aliquid accedat, nec umquam facile cum fine pedis pars orationis impleatur. in anapaestis autem contra evenit istud: etenim pes hic singulis coniugationibus partem orationis includere *solet,* sicut in comoediis pleraque exempla declarant. non numquam haec observatio praetermittitur. sed qui fuerint *eius modi* versus, neque sonum neque gratiam habebunt et prosae orationi similes audientur. trochaeus numero tantum syllabarum spondeo congruens, velut alienus ab his, semper in extima parte versus locabitur. super quo etiam nunc inter grammaticos lis pendet. nam qui eum adserunt, ferunt pulchriorem versum epicum effici, si *κατάληξιν* habeat, id est si trochaeo claudente terminetur, ut persuadeant dactylicis pedibus fami|liariter trochaeos in depositionibus coniugari. adversus quos alii loci extimi, in quo tantum locabitur, praescriptione nituntur; nec *im*merito, ut novissima eius syllaba, quae semper brevis est, mora temporis intercedente, quae in fine versus naturaliter contingit, suppleatur, quo tunc demum pro longa sumatur, sicut pleraeque in metris finales syllabae: vel quod in omni versu ultima brevis *ἀδιάφορος*, id est indifferens, habeatur. quae tamen persuasio in medio posita potest et trochaeo accidere. non amat autem, ut dictum est, per singulos pedes verba finire, sed inmiscere syllabas. ‖ nam qui per singulos pedes verba terminarit, erit indecens, sicut

Pythie, Delie, te colo, prospice votaque firma.

at si misceantur syllabae, erit decentissimus, ut

at regina gravi iamdudum saucia cura.

adaeque observatur ne tertius pes verbum finiat versumque a se diducat, ut est

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

Heroi versus vitiosi habentur qui ex solis dactylis vel qui ex solis spondeis constant, quia in talibus aut gravis tarditas aut velocitas nimia vitiosa

---

2 seu quod anapaesti per syllabas gradiantur *A B ς*: *cf. p. 76, 22. verba postea adscripta esse videntur* 6 euenit uocum partes integras esse *editor Sanctandr.*: *fortasse* evenit duarum vocum integer pes esse *vel* evenit non cum fine vocabulorum integer pes esse 10 solet *om. A B ς, add. Camerarius* 11 eius modi *om. A B ς* 16 si in catalexi habeat *Santenius in Terent. Maur. p. 219* 18 loci extimi in quo tantum locatur *Santenius* loci extimo in quo tantum locali *A B ς* 19 nec immerito *ς* nec merito *A B* 20 *fortasse* quae per se brevis est quae in fine *ς* qua in fine *A B* 21 naturaliter contingit *ς B* naturaliter contigit *A* naturaliter contigit *Val.* 22 quod] que *B* 24 accidere *B ς* occidere *A* 25 namq. per *B* 27 pithie *A* phitie *B* 29 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* 30 ataeque *A B* diducat *B* deducat *A ς* 32 cui non] *Verg. georg. III 6*

est. insignes autem in metris sunt aut dactylici, id est cum quinque dactyli ultimo spondeo clauduntur, ut

panditur interea domus omnipotentis Olympi;

aut spondiazontes, id est cum in quinta et sexta regione versus pedes spondei ponuntur, ut

cornua velatarum obvertimus antemnarum;

aut in monosyllabum desinentes, ut 'procumbit humi bos'; aut quattuor orationis partibus decurrentes, ut

cornua velatarum obvertimus antemnarum;

aut *ἀσύνδετοι* et *διὰ πέντε*, ut

formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

Incipit autem versus herous hexameter | a duodecim syllabis, in quo omnes spondei sunt, ut

non phocae turpes, non marcentes ballenae,

et crescit usque ad XVII syllabas. quotiens autem dactylus accedit, totiens syllaba adcrescit. quas species sub exemplis enumerare et apud nos longum et apud eruditos absurdum habeatur, quotiens || et quibus in locis per alternas dactyli et spondei vices inter se obortae collocentur: quas tamen XXXII esse manifestum est. est autem herous versus temporum XXIIII, spondeo dumtaxat ultimo. at si trochaeus versum clauserit, XXIII, quem volunt haberi hexametrum catalecticum.

Memineris autem saepe Graecos huic metro molossum et palimbacchium et creticum loco dactyli sub lege syllabarum communium admiscere. nam et apud nos similis versus reperitur, in quo primus amphimacrus est, ut 'insulae Ionio in magno'. qui tamen certa ratione creticus non est. nam tertiam longam, id est ae diphthongon, quae creticum pro dactylo dedit, sequens syllaba a vocali incipiens, dum tempus prioris in se trahit, produci non patitur, atque ita productam vocalem superveniens alia vocalis elidit. nec te idem pes in illo versu decipiat, velut huius similis, qui est talis, 'ponite spes sibi quisque'. nec enim hic, ut in superiore, primus pes creticus erit propter duas consonantes, sed pes est dactylus, primo quod pars orationis compleatur cum pede, id est ponite, dehinc quod s p sequentis pedis inferri superiori non possunt, quae alium inchoant sensum; nec umquam consonantes duae longam syl-

---

22 Memineris — 73, 2 observabimus *Terent. Maur. 1650—1668*

---

1 dactylici in quo quinque *A B ς* 2 dactyli *ς* dactylici *A B* 3 panditur] *Verg. Aen. X* 1 6 cornua] *Verg. Aen. III 549* 7 procumbit] *Verg. Aen. V 481* 10 aut asyndetoe et diapente *A* 11 formosum] *Verg. bucol. 2, 1* 21 haberi *B Val. ς* habere *A* 25 est ut] ut est *A B ς* insulae] *Verg. Aen. III 211* 26 non *om. B* 28 produci — ita *om. A, add. a Val.* 29 alia *B Val. ς* alias *A* 30 ponite] *Verg. Aen. XI 309* 33 sequentis *B Val. ς* sequentes *A* 34 quae] quando *ς*

labam faciunt, nisi in eadem parte verbi constitutae, quod et in ceteris observabimus.

Incipit autem et adcrescit per augmenta syllabarum dactylicum metrum a dimetro usque ad hexametrum. erit ergo versus dimetrus catalecticus, qui duobus suis duntaxat pedibus subsistit, tamquam |

terruit urbem, ‖

qui concurrit etiam in choriambicum monometrum hypercatalectum, quod adonidium appellatur. trimetrus autem acatalectus, qui e tribus, ut

cui non dictus Hylas puer:

hoc hemiepes dicitur, quo Simonides frequenter usus est. tetrametrus, qui e quattuor, ut

nos patriae fines et dulcia,

qui in dactylum desinens alcmanicum, in spondeum vero archilochicum metrum efficit. pentametrus acatalectus, qui e quinque, ut

Phoebus me docuit iuga Pieridum sequi:

et hoc simonidium dicitur. hexametrum, cui sex incisiones sunt, ut

Oceanum interea surgens Aurora reliquit:

fit catalecticum in syllabam, cuius ea compositio est, ut habeat duos dactylos et spondeum, dehinc totidem dactylos et in fine syllabam, ut

alma parens, genetrix divum, decus Oceano.

nam si una syllaba brevius fuerit a legitimo hexametro heroo, dicetur diphilium metrum, ita tamen ut ista versificatio tertium pedem spondeum semper habeat. hoc quoque dignum eruditis auribus non praetermiserim repertum in hexametro versu dactylico, cui tamen duo cola e duobus dactylis et spondeo constabunt, quattuor pedes disyllabos, id est trochaeum iambum pyrrichium spondeum, per ordinem semper positos inveniri, si velis alias, quam hexametri heroi lex postulat, scandere, ut est apud Homerum

Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο τερπικέραυνος, ‖

et apud nostrum

conciliumque vocat divum pater atque hominum rex

et

incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus;

et appellatur quadrupes δυωδεκάσημος περίοδος, eo quod quattuor pedes temporum duodecim quasi per circuitum quendam recurrentes contineat.

---

12 qui — efficit *p. 2564* 14 Phoebus *p. 111, 4* 19 alma *p. 111, 16*

---

1 quod et] quę et *B* 6 terruit] *Hor. carm. I 2, 4* 7 qui concurrit *B* quod concurrit *A* ς 8 trimetrus ς *B* trimetros *A* 9 cui non] *Verg. georg. III 6* 10 tetrametros *A B* 12 nos] *Verg. bucol. 1, 3* 13 in dactylum desine s *A* in dactilicum desinens *B* 14 acatalectus *Gaisfordius* catalectus *A B* ς 17 Oceanum] *Verg. Aen. IIII 129. XI 1* 18 in syllabas *A* in syllabas *B* in syllaba *Val.* ς duo dactylos *A* duo dactyli *B* 24 e *om. A, add. a Val.* 26 semper positos ς semper potius *A B* 28 ΖΕΙC *A: Hom. Il. Θ 2* 30 conciliumque] *Verg. Aen. X 2* divum ς dium *A B* 32 incipe] *Verg. bucol. 8, 21* 33 ΔΥΟΔΕΚαCΗΜΟC *A B* 34 quasi] quibus *B*

Sed de his hactenus. nam quae ex heroo metro per adiectionem et detractionem, item per inmutationem et concinnationem genera metrorum pro|pagata quibusve vocabulis nuncupata sint, decursis speciebus prototypis, de quibus nunc sermo est, persequemur, quo facilius cetera enodatis atque illuminatis principalibus intellegantur. nec tamen omnia, quorum infinitus atque immensus est numerus, ausim promittere, sed quae potior auctoritas adprobat vel frequens usus celebrando commendat.

Heroici versus hexametri cola seu commata alia sunt, ut Graeci dicunt, ἀρκτικά, alia τελικά, alia κοινά, e quis alia initiis, alia clausulis versuum conexa respondent, quas portiunculas, si necesse sit, ausim dicere initiales et finales seu novissimales, communes autem, quae et initio et fini sociatae congruunt. igitur tetrametrus versus herous initialis erit talis,

Odrysium Martem cane barbite,

finalis seu novissimalis

Odrysio lyra carmine cantat,

communis autem

mensorem cohibent Archyta;

trimetrus initialis

sic te diva potens Cypri, ||

quod metrum glyconium octasyllabum dicitur; finalis autem

grato Pyrrha sub antro,

quod pherecration heptasyllabon appellatur: dimetrus herous initialis erit

arma sonantia,

novissimalis, qui pentasyllabos dicitur,

terruit urbem.

nam tam in prima quam postrema parte posita haec cola adsumptis reliquis quattuor pedibus faciunt heroum hexametrum. quae portiunculae etiam ex iambico versu per huius modi cola decisae pleraque ex se pari syllabarum ratione metrorum genera procreabunt. inter haec, ne ignorasse videar, non praetermiserim, quod ferunt apud auctores exempla reperiri, quibus ostendant hexametrum dactylicum usque ad octametrum disyllabo terminatum processisse, ultra quam proceritatem nihil in eodem scrutandum est. |

DE ANAPAESTICO METRO

Anapaesticum metrum originem trahere a rhythmo dactylico in dubium non venit, cum isdem temporibus uterque eorum syllabisque subsistat:

---

1 nam quae] namque *A B* ς 3 sint] sunt *A B* ς 5 in^m^finitus *A* 10 partiunculas *A B* particulas ς ausim ς usim *A B* 11 quae] quia *A B* ς 12 societate *A B* ς 15 odrysia^o^ lyra *A* 17 mensorem *A* ς messorem *B*: *Hor. carm. I 28, 2* 18 trimetrus ς *B* trimetros *A* 19 sic] *Hor. carm. I 3, 1* 21 grato] *Hor. carm. I 5, 3* 24 qui] quod *B* 25 terruit] *Hor. carm. I 2, 4* 28 decissae *A* 30 quod ferunt ς quia ferunt *A B*

unde a quibusdam antidactylus dicitur, siquidem dactylus e longa et duabus brevibus, anapaestus e duabus brevibus et longa digesti situ ordinis tantum discrepare videantur; dehinc quod detracta per epiplocen heroo dactylico prima longa reliqui pedes in anapaestum reformentur in eo dumtaxat versu, qui quinque continuis per ordinem dactylis currit, ut

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro. ||

detracta enim at syllaba, qua primus in versu dactylus constat, erunt reliqui pedes anapaesti sic,

tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

recipit autem id metrum pedes quattuor spatio temporum pares, syllabarum numero dispares, spondeum, qui est anapaesti collectio, dactylum, proceleumaticum et eundem anapaestum in quacumque sede. nam cum omnes numero temporum quattuor comprehendantur, tamen divisione longarum vel coniunctione brevium, cum longae in breves *dividuntur vel contra breves in longas* colliguntur, inter se variantur, et cum diversis vocabulis nuncupentur, eiusdem fere generis existunt. non nulli in ultima huius sede ionicum minorem recipiunt ea ratione, qua in fine metrum omne varie claudatur; dehinc quod etiam ab auctoribus studio novitatis quaedam adiciantur et detrahantur contra, quam ratio veteris disciplinae permittit. quod et in ceteris metris datur agnoscere. nam et iambus in clausula invenitur, et appellatur archebulium. at si trisyllabo pede sui dumtaxat generis terminetur, adaeque archebulion, sed integrum: nam prius, in in quo iambus, *ἀπόκροτον* dicitur. volunt enim sicut dactylicum trochaeo ultimo, ita anapaestum non numquam iambo concludi, siquidem dactylus ut trochaeus a longa incipiat, anapaestus autem ut iambus | desinat, quo fit sonorus. percutitur vero versus anapaesticus praecipue per dipodian, interdum et per singulos pedes. est autem percussio cuiuslibet metri in pedes divisio. exemplum erit tetrametri catalectici, quod est in anapaesticis nobilis ille versus,

alius cithara sonituque potens volucres pecudesque movere,

item

admota labris tuba terribilem sonitum dedit aere canoro.

quod genus frequens est apud Aristophanen: unde || et aristophanion vo-

---

3 dehinc — 6 canoro *p. 2579* 21 archebulium *p. 111, 26. 2582* 23 volunt enim — 26 sonorus *schol. Hephaest. 177, 17—21 ed. Westph.* 30 alius *p. 2580* 32 admota *p. 2581* 33 quod genus — 76, 2 Aristophanes est *p. 2580*

---

1 antidactylas *A* *ἀντιδάκτυλος* ς *B* duobus *priore loco A, posteriore B* 6 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 10 id metrum *B Val.* ς hoc (id) metrum *A* 12 *fortasse* nam quamvis omnes 13 tamen [divisione longarum vel coniunctione brevium] cum longae in breves dividuntur aut breves colliguntur *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. 1863 p. 7* 14 cum longae in breues colliguntur *A B* ς 23 *ἀπόκροτον*] miurum *dicit Plotius p. 2652* 25 anapaestum autem *B*

catur, non quia conditor eius idem fuit (nam et Aeschylus et Cratinus et alii priores usi sunt eo), verum quia plurimus in hoc metro Aristophanes est, ut

mare non amo, quod modo cum placido stetit aequore, litora caedit.

Erit ergo exemplum pentametri acatalecti

celebret Phoebus cithara superos omnipotentes resonetque melos
Musis placitum,

tetrametrus autem

celebret Phoebus cithara superos omnipotentes resonetque melos,

trimetrus vero

celebret Phoebus cithara superos omnipotentes,

dimetrus autem

celebret Phoebus cithara superos.

tres autem pedes *vel* tripodia, ut Graeci dicunt, dimetrum brachycatalectum faciunt ita,

super ardua fertur equis.

placet nunc eodem ordine, quo pentametrum per metra singula detractione pedum ad dimetrum deduximus, susum versus rursum dimetrum pari lege ad pentametrum perducere, velut

lyrico resonet mea Musa potens.
* melo nova carmina pangere gestio *
adsis age, deprecor, o mihi Melpomene. ||

Scio quaesitum, cur dactylicum singulis pedibus, anapaesticum per syzygian scandatur, cum inter se omnifariam congruant. persuasum est nullum metrum hexametro posse esse maius; igitur cum anapaesticus versus et septem et octo pedum reperiatur, placuisse maioribus eum per syzygias caedi, non alias quam si dactylicus supergrederetur hexametrum, utique per syzygias scanderetur.

Hoc loco dicam, cur, cum sint duae periodi seu stasima, ut quidam vocant, pari inter se coniugatione copulata, alterum vocetur anapaesticon,

---

22 Scio quaesitum — 27 scanderetur *schol. Hephaest. 174, 13 — 26 ed. Westph.*

---

1 non] nam *B* aeschylus *A* ς ęsclylus *B* Eupolis *Gaisfordius. Aristoxenum Selinuntium et Epicharmum praeter Cratinum appellant Hephaest. p. 26, 16 et schol. Hephaest. p. 178, 15 ed. Westph. Aeschyli nomen eodem errore posuit Victorinus p. 2580* 2 plurimus ς *B* plurim*ј* *A* plurimū *Val.* 4 pentametri acatalecti ς tetrametri acatalectici *A B* 5 celebret ut phoebus *A B:* ut *om.* ς superos *B a Val.* ς superas *A* 6 placitum *B a Val.* ς placidus *A* 7 tetrametrus ς *B* tetrametros *A* 8 omnipotentis *A* 9 trimetrus ς *B* trimetros *A* 10 omnipotentis *A B* ς 11 dimetrus ς *B* dimetros *A* 13 vel *om. A B* ς 16 quo pentametrum ς quo pentametro *A B* detractione ς detractatione *A B* 21 o mihi melpomene scio quaesitum *B* o mihi melpomene nesio quaesitum *A* mihi Melpomene nescio. Scio quaesitum ς. *versus quattuor in libris mutilatos, dimetrum trimetrum tetrametrum pentametrum, ita restituit Camerarius*, lyrico resonet mea Musa potens. trimeter, Delo noua carmina pangere gestio dulcisona. tetrameter, assis age deprecor o mihi Melpomene fer opem scribere nescio. pentameter, lyrico resonet mea Musa potens Delo noua carmina pangere gestio dulcisona. 26 *fortasse* non alias quam dactylicus, si supergredietur hexametrum, utique per syzygias scandetur dactylus *A B* ς

alterum dactylicon, cum aeque in utraque cadant mixti dactylus et anapaestus. causa talis, quod anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Accium

inclyte, parva praedite patria,
nomine celebri claroque potens
pectore, Achivis classibus auctor.

Quae periodos circa sex versatur dipodias. contra Pacuvius novare propositum volens noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem dactylicum metrum, quod appellatur, induxit, ut nominis mutatio diversitatem daret, huius modi stasimo seu periodo usus,

†agite, ite, volvite, rapite, coma tractate per
aspera saxa et humum, scandite vestem ocius.

Apud Alcmanem, disciplinae huius antiquum auctorem, reperitur trimetrum catalecticum in syllabam, cui si una longa praeponatur syllaba, fiet heroum, quod est tale,

quamvis ego per montes alacer properarem;

heroum ita,

sed quamvis ego per montes alacer properarem.

cuius mensurae est hoc quoque metrum, quod messeniacum || appellatur, et est, ut superius, trimetrum catalecticum in syllabam; verum eo distat, quod anapaestis praecedentibus et spondeis sequentibus habet factas coniugationes et postremam syllabam brevem. idem et embaterion dicitur, quod est proprium carmen Lacedaemoniorum. id in proeliis ad incentivum virium per tibias canunt incedentes ad pedem ante ipsum pugnae initium, quod est tale,

superat montes pater Idaeos nemorumque. |

anapaestici autem versus, qui ex spondeo et anapaesto et dactylo et rursum spondeo et anapaesto et syllaba componuntur, sunt quidem proceritatis trimetrae catalecticae,

Pan Maenalio carmine nymphas properantes.

verum hic versus currit ionico maiori et par ei est, qui sotadius dicitur, ut est ille,

---

3 apud Accium] in Philocteta *Apuleius de deo Socr. c. 24 p. 55 ed. Elm. eosdem versus citaverunt Atilius Fortunatianus p. 2681 et Charisius p. 290, 1* 4 prodite patria *editores Apuleii* praedite forma *Bergkius ind. lect. Marburg. hib. a. 1843 p. 5* 7 uersatur ς *B* uarsatur *A* 12 agite rapite volvite ferte coma, Tractate per aspera saxa et humum, Scindite vestem ocius *Ribbeckius trag. lat. rel. p. 102. malim* Ite agite eam vellite rapite coma, Tractate per aspera saxa et humum, Discindite vestes ocius nunc. *quamquam ne sic quidem dactylica metri species satis apparet* 13 scindite ς 14 Alcmanem ς alcmenem *B* alcmenen *A* 15 in syllaba *A B* ς 18 herous *A B* ς 21 superius] supra *A B* ς in syllaba *A B* ς eo *om. A, add. a Val.* 25 incedentes ς incendentes *A B* 32 par ei est *Gaisfordius* paneis est *A* panęis est *B* par eis est ς pars eius est *Camerarius* sotadius *B* ς sotadios *A* dicitur et est illae *A* ς dicitur et est iliae *B. versum in fragmentis Septimii Sereni posuit Wernsdorfius poet. lat. min. v. II p. 291*

rumpunt teneras uviferae comas lagei.

purum vero anapaesticum tale est,

nitet aurea purpureae Veneris coma roscida, lactea cervix,

quod est tetrametrum catalecticum. cui etiam id quod ex omnibus proceleumaticis constat, quoniam uniformitas omnium brevium metrum facere non sufficit, adscribetur, ut est

nemus ave reticuit, ager homine sonat.

leges cetera etiam monometra, id est ultimas metrorum particulas, quae propagatae dimetron ex se faciunt, inter metra numerari, e quis dimetron profecto compositum est. haec plerumque in tragoediis seu comoediis concitati animi motibus, quos Graeci πάϑη dicunt, || exprimuntur et per interiectionem quorundam adfectuum sola efferuntur, ut eheu, papae, babae. erit ergo monometrum anapaesticum catalecticum, id est suprema longa deficiente, tale,

propero pede.

sane memento metra huius modi varie in fine concludi, sicut et cetera: nam aut acatalecta aut catalectica aut brachycatalecta aut hypercatalecta ab auctoribus promuntur, ut supra ostendimus.

Et super hoc hactenus. quantum autem ad metrum comicum spectat, ut paululum evagemur, scio plurimos adfirmare Terentianas vel maxime fabulas metrum ac disciplinam graecarum comoediarum non custodisse, id est quas Menander Philemon Diphilus et ceteri ediderunt. nostri enim in modulandis metris seu rhythmis veteris comoediae scriptores sequi maluerunt, id est Eupolin Cratinum Aristophanen. prologos itaque et primarum scaenarum actus tri|metris comprehenderunt, deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt, qui appellantur quadrati. postea in consequentibus variaverunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est semipede adiecto vel integro pede iambo vel sesquipede. haec per medios actus varie; rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scaena, locarunt. sed iidem quadrati legitimi, cum sedecim syllabis iuxta ius proprium constare debeant, plerumque inveniuntur viginti aut amplius syllabarum. hinc existimantur metrum non

---

7 nemus *p. 53, 11. 99, 12* 8 leges — 13 babae *p. 85, 12* 19 quantum — 79, 6 reperiuntur in clausulis *Rufin. de metr. com. 2707* De metris Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum Victorinus sic dicit, quantum autem *sqq.*

---

5 quoniam] qūm *B* qÑ *A* quando ς 7 homine ς hominē *A B* sonat] silet *supra p. 70* 10 hi plerumque *A B* hae plerumque ς comoediis ς comoediiš *A, ut videtur,* comoediisunt *Val.* comoediis sunt *B* 12 affectuum *ed. Sanctandr.* effectuum *A B* ς solae *A B* ς 16 uarie *B* (?) uariae ς uariare *A. an* varia ratione?
18 supra] *p. 61, 3* 20 euagemur ς *A* euagemus *B Val.* 21 ac disciplinam graecarum ς *Val.* a$\overset{c}{d}$ disciplinam graec$\overset{a}{o}$rum *A* ac disciplinam graecorum *B* 24 Cratinum Aristophanem ς craticum aristopheuen *A* craticum aristophenon *B* prologos *B* prologus *A* ς 27 modo] mono *priore loco B* 30 sed idem *A B* sed item ς 32 aestimantur ς aestimatur *A B*

tenuisse nec sua lege composuisse. quod vero ad clausulas, ‖ id est minuscula cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt et solent in canticis magis quam diverbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari, et praecipue apud Plautum et Naevium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris versuum *velut* colis ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis.

DE IAMBICO METRO

Hexametro dactylico trimeter iambicus comparatur, quem latine senarium nominamus, veluti hexametron: sex enim pedes iambos habet, ut ille dactylos, cum uterque purus ex se figuratur (trimetros autem appellatur a Graecis, quia tribus percussionibus per dipodias caeditur); ideoque dicitur et Homerus in Margite suo miscuisse hos versus tamquam pares. huius mensura usque ad pentametrum extenditur. praeterea ut heroum metrum incipit a duodecim syllabis et crescit ad septemdecim, ita et iambicum, velut in his versibus,

beatus ille qui procul negotiis:

item septemdecim syllabarum,

quid ais epidia? tibi facilior erit amor.

sed et tomas, quas supra ostendimus, id est divisiones versuum, recipit penthemimeren et hephthemimeren, id est quinariam et septenariam. e quibus pen|themimeres in trimetris satis probatur, quae per binos iambos et semipedem verba finit, ut est

divi potentes, ferte lassatis opem.

pessimus autem, qui singula verba in dipodiis habet, qualis est

praesentium divinitas caelestium. ‖

igitur cum constet esse inter hos versus quandam cognationem, probabimus omnia metra ex his profluere fontibus et ad haec referri veluti capita neque ullam aliunde quam ex his esse originem metrorum in tam immensa varietate. appellatur autem iambicum παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod graece significat maledicere et carpere. est enim hoc carmen aptum lacerationi et conviciis, plerumque trimetro versu epodo sequente compositum, ut

mala soluta navis exit alite
ferens olentem Maevium.

et Archilochus in Lycambam hoc metro saevit.

---

3 deuerbiis *A B* ς 4 collocarint *corr.* collocari *A* 6 velut *om. A B* ς. *an* nam hi maxime omnibus membris versuum, hoc est colis? 12 in Margite ς in margine *A B* 13 ut heroum ς *B* aut heroum *A* 16 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 19 supra] *p. 64, 31* 21 probat qui per *B* 27 referri ς referre *A B* 33 mala] *Hor. epod. 10, 1* 35 lycambam *A B* Lycamben ς: *cf. p. 2585. Terent. Maur. 2456* Archilochus isto saevit iratus metro Contra Lycambam et filias

Igitur iambicum metrum ne propter angustam brevitatem sui pedis, videlicet in tria tempora coartati, verba plura excludendo minus apte aut metrum pangeret aut sensum exprimeret, placuit conditoribus adscito spondeo et qui ex eo per divisionem temporum gignuntur per dipodias id scandere. unde intellegi datur iambica metra ex iambo et spondeo et eorum solutione subsistere. nam ex iambo tribrachys, ex spondeo autem soluto dactylus et anapaestus creantur. recipit itaque iambicus versus in disparibus locis, quas Graeci *περισσὰς χώρας* vocant, id est primo tertio et quinto, cum est tragicus, spondeum dactylum anapaestum; paribus autem, quas *ἀρτίους χώρας* dicunt, eos qui *a* brevi syllaba incipiunt, id est iambum tribrachyn anapaestum. sexto autem loco quidam volunt recipi pariambum ea contemplatione, qua herous in ultimo trochaeum. lego praeterea in fine versus dumtaxat catalectici tetrametri bacchium a brevi incipientem vel amphibrachyn propter novissimae syllabae indifferentiam ‖ admisisse quosdam; in fine autem acatalecti omnino iambum seu tribrachyn, eius progeniem, iure constitui, qui *adae*que in catalecticis secundam ab ultima sedem probabiliter obtinebunt. movit non nullos iambico metro trochaeum minime sociari. quippe cum tribus temporibus, ut idem iambus, constare videatur, posset quidem sub huius modi parilitate misceri. sed ne praecedente iambo subiunctus trochaeus antispastum pedem aut ionicum metrum efficeret, dempta ex iambo prima brevi, sequentibus dehinc per ordinem duabus longis totidemque brevibus, consequenter prospectum est, praesertim ne id rursus in trochaico interpositus iambus pari more faceret. nam aut choriambum aut ionicum *ἀπὸ ἐλάσσονος* praeeunte trochaeo subiunctus iambus dempta, ut supra, prima longa faceret. quod adaeque observatum est in dactylo et anapaesto, ne copulati proceleumaticum ex se medium gignerent. improbatur autem apud tragicos versus ex omnibus iambis compositus. nam quo sit amplior et par tragicae dignitati, interponunt frequentius in locis dumtaxat imparibus pedum dactylicorum moras et spondeum. similiter apud comicos laxius spatium versibus datum est. nam et illa loca, quae propria iambo debentur, spondeis occupant dactyloque et anapaesto locis adaeque disparibus *utun-*

---

1 Igitur iambicum — 81, 3 invenies *Terent. Maur. 2194—2242. p. 2570 sqq.* 27 improbatur — 81, 13 contingit *Rufin. de metr. com. 2708* idem Victorinus in alio loco de iambo sic dicit, improbatur autem *sqq.*

---

2 apte ς apta *A B* 4 qui] quae *B* 10 a *om. A B* ς 11 tribrachum ς *A B* 12 ea] ex *A B* ς 15 in finem *B* 16 eius] et eius *B* constitui *Camerarius* constituti *A B* ς quique in *A* ς qui(od)que in *B* 17 sede *A B* ς 26 quod] qui *B* in dactylico *A B* ς 30 similiter] *Priscian. de metr. Terent. p. 420, 1* Asmonius etiam idem confirmat his verbis, comici poetae laxius etiamnum versibus suis quam tragici spatium dederunt et illa quoque loca, quae proprie debentur iambo, dactylicis occupant pedibus, dum cotidianum sermonem imitari volunt et a versificationis observatione spectatorem ad actum rei convertere, ut non fictis sed veris affectionibus inesse videatur. *cf. Bergk. Philol. v. XVI p. 643* 31 nam et illi loca quae ς *Rufinus* nam et illi loco quae *A* nam et illi loco qui *B* 32 adaeque disparibus ita *A B* ς *Rufinus* adaeque paribus utuntur. ita *Bergkius l. c.*

tur et paribus. ita dum cotidianum sermonem imitari nituntur, metra vitiant studio, non imperitia, quod frequentius apud nostros quam Graecos invenies.

Genera autem iambici metri sunt duo. nam ex his alia integra, alia clauda, quae scazonta seu choliamba vocant, || inducuntur, quorum differentiam paenultima versus syllaba demonstrabit. nam si brevis contigerit, erit rectum et integrum iambicum ita,

vigoris adde concitum celer pedem;

sin vero longa, delumbe et claudum, ut est

novitate ductus, non ut inscius legis.

te longa, quae paenultima reperitur, metrum corrumpit: huius repertor Hipponax: nam pro iambo inductus trochaeus contra legem trimetri iambici metrum innovavit, quod adaeque et ex spondeo contingit.

Igitur iambicus pentameter compositus | auctore Archilocho ex trimetro et dimetro acatalectus erit talis,

beatus ille qui procul negotiis, ut prisca gens mortalium,

tetrametrus autem

beatus ille qui procul negotiis, ut prisca gens,

trimetrus vero

beatus ille qui procul negotiis.

dimetrum quoque, quod archilochium vocatur,

beatus ille qui procul:

id si fuerit brachycatalectum, eupolidion nominatur; sin vero catalecticum, anacreontion; sin autem hypercatalectum, alcaicon dicitur.

Trimetri igitur iambici acatalecti genera sunt quattuor [hi numquam semipede, ut tetrametri, sed semper integro concluduntur pede, quo paene omnes tragoediae et comoediae scriptae sunt], quorum prius tragicum, dehinc comicum et iambicum, post satyricum habebitur. et tragicum quidem, cuius in versu erunt dextri spondei, sinistri || iambi, id est disparibus pares subditi: huius exemplum

Musae, Iovem laudate concentu bono.

comicum autem, quod anapaestum et tribrachyn praedictis admiscet, ut

agite, agite, quid dubitatis agiles dare choros?

iambicum autem, quod ex omnibus iambis nullo *alio* admixto subsistit, quo iambographi maxime gaudent, ut

beatus ille qui procul negotiis.

superest satyricum, quod inter tragicum et comicum stilum medium est.

---

6 paene ultima *A B* syllabae *A* 8 vigoris] *Terent. Maur. 2183* celerem *A B* ς *Rufinus* 10 novitate] *Terent. Maur. 2403* non ut inscius *Rufinus* non inscius *A B* est non inscius ς 11 paene ultima *B* 13 et *om.* ς *B* 16 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 17 tetrametrus — 18 gens *om. A B* ς 21 dimetrus *A B* ς 24 anacreantion *A* 25 acatalecti] et catalectici *B* 32 ut agite quid dubitant nunc agiles dare choros *A B* ut agite quid dubitatis agiles dare nunc choros ς ut agite choros quid dubitant nunc agiles dare *coniecit Studemundus.* 34 quod] qui *B* alio *om. A B* ς

haec apud Graecos metri species frequens est sub hac condicionis lege, ut non heroas aut reges, sed Satyros inducat ludendi iocandique causa, quo spectatoris animus inter tristes res tragicas Satyrorum iocis et lusibus relaxetur, quod Horatius his versibus testatur,

carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
mox etiam agrestis Satyros nudavit et asper
incolumi gravitate iocum temptavit eo, quod
illecebris erat et grata novitate morandus
spectator.

quod genus nostri in Atellanis habent. | gaudet autem trisyllabo pede et maxime tribrachy. exemplum huius

Musae, Iovem laudate et agiles date choros.

Inter haec non supersederim pauca etiam de choriaco metro dicere, quod est frequens in tragoediis. incipit autem a dimetro, tamquam

non labor iam, ||

quod erit et monometron, si, ut Graeci, per syzygias scandas. eas vero sedes, quas iambus in suo possidet, has in choriacis trochaeus tenet. porrigitur autem usque ad tetrametrum versum, tamquam

nunc Iovi litemus, exoremus *omnes* supplices.

recipit spondeum e contrario iambicis versibus. amat autem longas in breves solvere, ut non *tam* spatia temporum quam numerum duplicet syllabarum, ideoque trochaei seu spondei regionibus recipiet tribrachyn, ut

nemore † dulcisanes cantu personat.

Admonemur hic quod apud Graecos celebratur non praetermittere, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem iambicum metrum in octametrum versum extendisse sub huius modi epigrammate,

Βοΐσκος ἀπὸ Κυζίκου, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον, Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

quod si imitandum est, apud nos erit et iambicus talis,

beatus ille qui procul negotiis forensibus
ruris sub umbra frigidi vitam quiete placat;

---

12 Musae *Plot. 2646*

3 inter tragicum et comicum tristes *A*   5 carmine] *Hor. a. p. 220*   certavit] obcertauit *corr.* certauit *A* obcertauit *Val.*   10 gaudent *A B* ς   13 de choriaco *Hensius* de chorico *A B* ς. choriacus *dicitur tetrameter trochaicus catalecticus fragm. de metr. post Censorinum 14, 6 p. 95, 6 ed. Iahn*, choricus *tetrameter iambicus hypercatalectus Plot. p. 2645*   14 a dimetro ς a dimetris *A* a dimetros *B Val.*   16 quod querit et *A B* ς   si] sic *B*   17 in choricis *A B* ς   18 ad trimetrum *A B* ς   19 nunc iouem litemus et (ac ς) oremus supplices *A B* ς nunc Iovi litemus hostiam ac rogemus supplices *coniecit Studemundus*   21 tam *om. A B, add.* ς   24 nemore dulcisonos cantus personat ς. *fortasse* nemora dulcisono Camenae saepe cantu personant   26 *Boisci Cyziceni versus Iuba auctore adfert Rufinus de metr. com. p. 2712*   supergressum ς *B* supegressum *A*   30 si *om. A, add. a Val.*

qui constat ex duobus tetrametris, superiore acatalecto, sequente catalectico, quod enorme esse manifestum est, cum ultra numerum triginta temporum egressum sit. traditum est enim colum intra decem et octo tempora esse debere, metrum autem ex duobus colis subsistere nec provehi longius oportere, siquidem ‖ una quaeque duum pedum coniugatio octo tempora colligat, id est aut spondei et anapaesti aut dactyli et anapaesti aut duum anapaestorum. hi sunt enim qui praeter ceteros pedes in iambicis metris temporibus abundant. qui fit ut tres pedes per syzygian XXIIII | temporibus impleantur, quartus vero, qui est catalecticus, sex temporibus terminetur, scilicet ut intra triginta tempora versus habeatur. plerique auctorum nobilium id obtinuerunt, ut iambicum trimetrum, quod acatalectum nominatur, XII syllabis terminaretur, quod tunc evenit, quotiens e spondeis et iambis pedum coniugatio sociatur. at enim incurrentibus ceteris pedibus et syllabarum et temporum incrementa nascuntur, et nihilo minus sunt iambici versus constante mensura. et syllabarum quidem incrementa sic recipit, ut a XII syllabis ad XVII syllabas protendatur. temporum autem ita versus habet incrementa, ut a XVIII temporibus ad XXIIII porrigatur. novissima etenim syllaba indifferens habetur, licet brevis sit, ut longae vicem praebeat. tragici autem auctores et comici paulo plura et in syllabis et in temporibus incrementa fecerunt, quippe cum quidam inductis tetrametris novitatis studio ausi sint contra praescriptum triginta temporum duo adicere, nec quisquam ulterius postea. ‖

DE METRO TROCHAICO

Trochaicum metrum eosdem pedes quos et iambicum recipere manifestum est (eadem enim utriusque progenies est), excepto dumtaxat iambo simili inter se contrarietatis ratione, qua et trochaei in iambico excluduntur. quamquam Terentianus, non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor, sedulo refragetur. nam secundam sedem in trochaico versu trimetro acatalecto velut legitimam iambo adsignat, cum idem ab

---

1 acatalecto] acatalectico *A B* 3 egressum sit ς *B* egressum sic *A* decem et octo ς *B* decem e et octo *A* decem et quinque *voluit Camerarius: cf. Psell. proleg. in rhythm. § 12 (mus. rhenan. I a. 1842 p. 624) αὔξεσθαι δὲ φαίνεται τὸ μὲν ἰαμβικὸν γένος μέχρι τοῦ ὀκτωκαιδεκασήμου μεγέθους* 5 octo ς *B* oto *A* 8 abundant ς *B* abundat *A* 11 acatalecticum ς *B* 12 XI syllabis *A B* duodecim syllabis ς 14 et nihilominus ς *B* e nihilominus *A* 15 quidem] quod *B* 16 recepit *B* ad XVIII syllabas *A B* ad octodecim syllabas ς ad septendecim syllabas *Camerarius* 17 ad XXIIII quattuor porrigatur *A* 19 sit et longae *A* sit ut et longae ς *B* 20 et temporibus ς *B* 21 quidam] *schol. Hephaest. p. 199, 15 ed. Westph.* 25 eadem] *schol. Hephaest. p. 155, 12 γένεσίς τέ ἐστιν ἑκατέρῳ ἡ αὐτή.* 26 in iambico] in iambo *A B* ς 27 *Terentiani locus in iis quae nunc supersunt non invenitur. pertinere autem illud praeceptum videtur ad trimetrum choriambicum ex trimetro trochaico derivatum vel certe ad versum ex dipodia trochaica et choriambo compositum. cf. schol. Hephaest. p. 158, 23. Westphalius Metr. I p. 149 Terentianum in iis, quae in fine operis de metris Horatianis olim uberius scripta fuisse putabat, cum de versu sapphico ita disputaret, ut hunc in tres trochaeos et penthemimerin iambicam divideret, de ista trochaeorum et iamborum mixtione dixisse coniecit* 29 idem] *v. 2213*

iambico metro trochaeum excluserit, praeterea cum viderit ex trimetro iambico adiecta prima longa per ἐπιπλοκήν, id est amplexionem, de qua supra dictum est, trochaicum versum integrum propagari, tamquam

est celer phaselus ille quem videtis.

nam dempta syllaba 'est' redit ad iambum. | ergo iambi locum in hoc trochaeus obtinuit: pari ratione detracta rursus eadem erit iambicus. sed et omnis trochaicus purus, id est ex se compositus, accepta in principio versus brevi syllaba iambicum metrum reddet. idem et translationes syllabarum, cum initiales ad finem vel finales ad initium versus transferuntur, efficient, * longa in brevem feratur. at iambus contrario situ temporum tardior, unde ei etiam, ut quidam putant, inditum nomen est iambo [ἀπὸ τοῦ ἰέναι, id est ire, appellatur]. admittit et amphimacrum in catalectico versu ultimum et *dactylum* [maxime in comicis] propter novissimae syllabae indifferentiam. claudum autem id metrum, id est scazon, ita fiet, si spondeum in ultima dipodia versus catalectici tetrametri secundum ‖ a supremo pede posueris: nam e contrario in hoc quam in illo erunt dextri trochaei, sinistri, si tamen admittendi sunt, iambi, dumtaxat in tragicis. feritur per dipodian, et erit exemplum tetrametri catalectici, quod hipponacteum vocatur, tale,

cerne, Crasse, poena quanta sit deum fatiganti.

[non] amat autem verba per syzygias terminare: sic enim decentior erit. tetrametrum brachycatalectum trochaicum, si de solis trochaeis subsistat, ad ionica metra, quae ἀπὸ μείζονος appellantur, transitum faciet, quae sotadia dicuntur, ut est

arma qui capit † sub idem Martiumque tergum.

per omnia enim loca sotadium metrum trochaeos admittit et solutiones eius. tetrametrum autem catalecticum, quod archilochium et epicharmium vocatur, praeter cetera illustre est, aptum festinis narrationibus: est enim et agitatum et volubile, veluti

---

1 viderit *Lachmannus praef. in Terent. Maur. p. X* uideret *A B* ς   3 supra] *p. 63, 11*   propagari *B* progari *A* prorogari ς   8 translationis *A B* ς   9 efficiens longa *A B* efficiens si longa ς. *plura olim de ratione inter iambum et trochaeum intercedente scripta fuisse videntur, e quibus v.* longa in brevem feratur *relicta sunt. cf. schol. Hephaest. p. 155, 27 καὶ ἀντιπαθῆ δὲ λέγεται ταῦτα τὰ μέτρα ἀλλήλοις· τὸ μὲν γὰρ (add. ἰαμβικὸν) ἀπὸ βραχείας ἄρχεται καὶ εἰς μακρὰν λήγει, τὸ δὲ τροχαικὸν ἀπὸ μακρᾶς ἀρχόμενον εἰς βραχεῖαν λήγει*   at iambus ς at iambos *A* et iambus *B*   contrario situ *Gaisfordius* contrario sit ut *A B* contraria serie ς   10 ΔΠΟ ΤΟΥΕΝΔΙ *B; cf. p. 44, 28* vel *ἀπὸ τοῦ ἰέναι βάδην:* a brevi enim profectus per longam porrigitur   11 appellatur *A* appellatus *B* appellato ς   12 dactylum *om. A B* ς. maxime in comicis *autem, quae, si a Victorino scripta sunt, post* in catalectico versu *transponenda erant, ad* dactylum, *quem pedem maxime in comicis versibus pro trochaeo poni metrici docent, postea adscripta esse videntur*   14 *fortasse* a supremo semipede   16 si *om. A, add. a Val.*   iambi] spondei *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 6*   20 non *delevit Bergkius*   decentius ς   24 martiumque ς *B* artiumque *A. an* inertiumque?

26 archilochium & & epicharmium *A*   27 aptum festinis narrationibus] *fragm. Ambros. περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας p. 254, 8 ed. Nauck καὶ γὰρ ὁ Ἀρχίλοχος ἐπὶ θερμῶν ὑποθέσεων αὐτῷ κέχρηται*

tale quale vere dulce sibilat teres donax,

item

Iuppiter tremenda sancte tela qui regis manu.

verum huius tetrametri trochaici quattuor traduntur genera haec, archilochium, item tragicum, comicum et satyricum. volunt enim archilochium esse, quod ex omnibus trochaeis constat, tragicum autem, quod plures spondeos habeat et sit elatius, comicum vero, quod | solutiones habeat complures et praecipue dactylos et anapaestos; satyricum quoque, ‖ *quod* quamvis plurimas habeat, ut superius, solutiones, frequenter tamen tribrachyn pedem, ut est

qualis aquila cita celeribus rapida pinnis transvolat.

Sane generale illud in huius modi metris praeceptum tenebis, quod et supra diximus, particulas quasdam breves veluti commata metro stare, sicut in tragoediis aut comoediis reperimus, ut papae, eheu. sunt enim monometra, id est ex uno pede, altero iambo, altero spondeo, subsistentia, quibus adfectus exprimimus animorum.

Igitur pentametrus acatalectus erit talis,

Phoebe, tu lyra sonante flecte corda cum sorore candidisque;

tetrametrus autem

Phoebe, tu lyra sonante flecte corda cum sorore;

trimetrus vero

Phoebe, tu lyra sonante flecte corda,

qui si catalexin habuerit, euripidium vocatur, veluti

Phoebe tu lyra sonante iam mihi;

dimetrus autem

Phoebe tu lyra sonante,

quod angelicon vocatur. quod si uno pede brevius quam nunc est fuerit, erit ithyphallicum metrum, inventum ab Archilocho, e tribus trochaeis coniunctis, ut

Bacche plaude Bacche,

quod in honorem eiusdem dei poetae [compositum] protulerunt.

---

1 tale *Atil. Fort. 2693* 30 Bacche *p. 139, 26*

---

1 tale] *Septimii Sereni versum esse suspicatur Wernsdorfius poet. lat. min. v. II p. 291* 2 item — 3 manu *hoc loco omissa post* 8 complures *scripta sunt in A B* ς 3 sancte tela qui regis manu ς sancte qui regis manu tela *A B* 5 comicum et satyricum *B* comicum etiam (ЄT̄ *A*) satyricum *A* ς 8 quoque qū plurimas *A* quoque cum plurimas ς *B* 11 qualis] ut est illud apud Iubam, qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat *Mallius Theodorus p. 548 ed. Gaisf.* rapida ς rapienda *A B* 13 supra] *p. 78, 8* 17 pentametros acatalectos *A* pentametros acatalectus ς *B* 18 canticisque ς 19 tetrametrus ς *B* tetrametros *A* 21 trimetrus vero — 22 corda *om. A B* ς 23 si *om. A, add. a Val.* uocatur ς uocetur *A B* 25 dimetrus ς *B* dimetros *A* 27 breuius ς breues (i *supra*) *A* breuis *B Val.* 31 compositum *om.* ς. *rectius scriberetur* e tribus trochaeis coniunctis compositum, ut — poetae protulerunt

DE CHORIAMBICO METRO

Choriambicum metrum compositum ex duobus, e quis originem trahit. etiam nominis appellatione declaratur: nam trochaeum veteres chorium appellant. subsistit autem nunc e puris choriambi coniugationibus ita,

uror amoris stimulo, cor quatit artus pavidos,

quod est tetrametrum acatalectum; | nunc admixta et ‖ posita in quacumque sede iambica basi, cuius etiam conclusione finiri praecipue studet, ut est hoc, quod habet duas iambicas priores coniugationes, tertium choriambum, ultimam iambicam clausulam, velut hoc tetrametrum catalecticum,

apes legunt mel ex rosa, tu labio ministras.

recipit etiam tribrachyn, eo quod ex iambo vel trochaeo solutis nascitur; raro autem molossum, qui ex ipso formatur duabus mediis brevibus in unam longam coniunctis, haud alias quam supra tribrachyn per divisionem longae fieri diximus. hoc genus catalecticum fit vel bacchio a brevi incipiente vel eo qui amphibrachys vocatur: nam sicut saepe diximus, novissima indifferens est. quod genus si hexametrum sit, philicium de auctoris tragoediographi nomine nuncupabitur, aptum canendis laudibus Cereris et Liberae, ut est

frugiferae sacra deae, quae colitis, mystica sunt nota Iovi potenti.

scanditur autem per dipodias, cuius exemplum in tetrametro catalectico

o cate rerum sator, o principium deorum:

monometrum autem choriambicum hypercatalectum, quod etiam dactylico dimetro catalectico concurrit, est tale,

o quis ad omnem
spem Cythereae.

Igitur ut a fastigio metri ad minora decursum habeamus, erit in hoc hexametrum catalecticum, quod philicium nuncupari diximus, quodque constat ex quinque choriambis et bacchio ultimo ita,

Lydia, dic perdere cur hunc cupias. quid retices? quid dubitas? quid haeres? ‖

pentametrum autem, quo frequenter Cratinus usus est, catalecticum sic,

Lydia, dic perdere cur hunc cupias: quid retices maligne?

tetrametrum vero

Lydia, dic perdere cur hunc cupias: quid haeres?

trimetrum etiam, quod et aphrodisiacum dicitur,

---

5 uror *Atil. Fortun. 2694* 16 quod genus — 19 Iovi potenti *Atil. Fortun. 2678 Hephaest. 31, 20 ed. Westph.*

---

15 qui] quod *B* 16 filicium *A B* phrynichium ς 18 Liberae *Santenius in Terent. Maur. p. 325 et apud Atilium Fortunatianum Salmasius in Simmiae alas p. 185* liberi *A B* ς 27 philicium] phrynichium ς 29 Lydia] *cf. Hor. carm 1 8, 1. p. 144, 18* 30 Cratinus] *fortasse* Callimachus: *cf. Hephaest. p. 31, 17 ed. Westph. Plot. p. 2655 Serv. de cent. metr. p. 463, 13* 31 maligna *Camerarius* 33 quid haeres] quid ais *A B* ς 34 aphrodisiacum *B a* ς aphrosidiacum *A* aproasiacum *Val.*

Lydia, dic perdere cur hunc velis; |

dimetrum quoque

Lydia dic canoro.

huic si * primam longam mutaveris, id est si trochaeo retracto iambum posueris, metrum antispasticum, quod est huic contrarium, figurabis, ut

libens Lydia dic cur.

invenimus plerumque et alios choriambicos [tetrametros catalecticos] versus, in quibus omnes longae initiales choriamborum pedum syllabae in duas breves divisae ambiguum versum efficiunt. erunt enim coniugationes de tribrachy et iambo formatae, tamquam

super agit aura mare ferens procul acatos biremis.

Hoc quoque, ne praeterisse ignoratione videar, attingam. legimus apud Horatium in ea ode, cuius initium est

Lydia, dic per omnes
hoc deos vere,

legem metri admisso spondeo minime custoditam, id est os ve. nam iambum illic, qui trochaeum sequitur, esse convenerat. quodsi legem metri in omni versu servare voluisset, 'hoc dea vere' posuisset, ut esset choriambus pes habens clausulam antibacchi ultimam huius modi, 'cur properas amando'. ‖ quod silentio dari haud passus sum; sicut et hoc heptametrum catalecticum choriambicum purum, quod Phrynichum comicum, auctorem eius artis, tradidisse et sui nominis appellatione signasse dicunt. nam est tale,

da mihi poclo Veneris mixta, Thyonigena, vel Gratia quod det roseo labello.

ultra quam proceritatem choriambicum non facile possis reperire.

DE METRO ANTISPASTICO

Scio quosdam super antispasti specie recipienda inter novem prototypa dubitasse. nam raro admodum veteres integrum ex eo carmen, quod sit natura scabrum inter rhythmos atque asperum, composuisse perhibentur. verum cum idem pari cognatione, qua et inter se alii pedes, | de quibus supra dictum est, cum choriambo copuletur, siquidem antispastus duabus utrimque brevibus duas longas in medio sitas habeat, choriambus autem duabus utrimque longis medias *duas* breves teneat, consentanea ratione

12 Hoc quoque — 20 amando *p. 2614*

1 cur velis hunc *scribendum est, si modo recte bacchio vel amphibracho catalexin contineri supra 86, 14 dictum est. creticum admittit Hephaestio p. 30, 12 ed. Westph.* 2 dimetrumque lydia *A B* ς 4 *lacuna quam indicavi ita fere suppleri poterat,* huic si duas syllabas a fine detractas praeposueris, primam longam in brevem mutaveris 5 metrum antispastum *A B* ς 8 pedem *B* 11 super abit aura *Camerarius* 13 in ea ode] *carm. I 8* 15 vere] oro ς 16 admissos *A* os ve] os or ς 18 hoc deos oro ς posuisset] potuisset *B* 20 hexametrum ς 24 da mihi poclo Veneris mixta Thyoni gratia quod de roseo labello ς proclo *A B* *fortasse* mixta Thyoneu mera vel quod et roseo *A B* 26 DE METRO ANTISPASTO *A B* ς 31 supra] *p. 63, 11* 33 medias breues *A B* ς

locum eidem auctoritatemque inter principalia, id est primiformia, novem metra ipsa parilitatis, qua inter se congruunt, contemplatione vindicandam esse dixerunt. quid ergo super hoc in dubium primos auctores deduxerit, plenius referam. coniugatio antispasti, ut Iuba noster atque alii Graecorum opinionem secuti referunt, non semper ita perseverat, ut in principio pedis iambus collocetur. ‖ indifferenter enim auctores lyrici metro antispastico initia praestituerunt: saepe enim pro iambo primo aut spondeus aut trochaeus aut pyrrichius ponitur, quarum differentiarum exempla promemus. nam si sit iuxta legem pedis ex iambo [et trochaeo] initium metri, fit purum antispasticum metrum acatalectum, quod tamen iambica depositione concluditur, ut

erat sus Calydonius edax et fera belua.

si autem spondeus pro iambo ponatur, fit coniugatio pro antispasto epitriti quarti, ut

o qui praeter agis caeruleo flumine limites.

si vero a trochaeo fiat initium, erit ex ditrochaeo coniugatio, ut

aura purpureum per pelagus segniter ad petras;

si autem a pyrrichio, fit coniugatio paeonis tertii, ut

domus alta fuit, quae Danaen Acrisii tegens.

quae commutatio plerumque inter initia versuum fit nec facile in medietate, nisi in eo genere metrorum, quae *ἀσυνάρτητα*, id est inconexa sunt, reperitur.

Est autem antispasticum monometrum hypercatalectum, quod et dochmiacum dicitur,

volant praepetes;

dimetrum brachycatalectum, quod quidam pherecration *ἀτελές* vocant,

choreis*que* cantat;

trimetrum catalecticum anacreontium ita, |

amor te meus o pulchra puella;

tetrametrum acatalectum

amor sidereus cor pepulit flammigero oestro;

pentametrum acatalectum alcaicum ‖

rogas, non amo, sic se solet Aetola sago Canthara comere.

Haec de simplicibus antispastis. quae admixta sunt iambicis coniugationibus antispastica et iucundiora sunt et sonora, quod accidere etiam in choriambicis versibus diximus quadam iamborum pedum quasi coniugatione coniuncta, veluti trimetrum catalecticum, quod solam habeat

---

2 inter] uel *B* 7 initia *bis scriptum habet A* praestiterunt ς perstiterunt *A B* 8 porrichius *A* 9 pedis ς *B* pedes *A* 10 initium *B Val.* ς itium *A* 12 sus ς *B* sys *A* 19 acrisii ς *B* acrisi *A* 21 metrorum] uersuum *A B* ς 25 volant praepetes *Atil. Fortun p. 2694* uolat praepetes *A B* uolat praepes ς 27 choreis cantat *A B* ς 31 sidereus *B Val.* ς sidereum (s superscr.) *A* 33 rogas ς cum rogas *A B* Aetola] actola *A* accola ς *B* sago] fago *A B* ς

primam coniugationem antispasticam, pars autem eius residua iambico dimetro catalectico suppleatur, ut

libens hoc tibi * persolvo, amare nolo quemquam:

tetrametrum catalecticum, quod habet iambicam coniugationem, ut

† flavo crine superbit, et gaudet Aeacides iam:

tetrametrum brachycatalectum, quod habet alternos antispastos et diiambos pedes, incipit autem ab antispasto, ut

agebat volucres equos in hortis Amyntas;

item ex duobus antispastis et iambico dimetro catalectico, ut

amorum comites sunt Venus et Cupido nobis.

memineris sane, ne te forte confundat in quibusdam antispasticis colis numerus plurium syllabarum. nam ubi solutio longae syllabae fit, syllabarum quidem numerus augetur, temporum autem perseverat. vitat autem hoc metrum suis pedibus concludi: nihil enim erit hac pedum clausula asperius, nihil durius.

DE METRO IONICO ἀπὸ μείζονος

Ionicus a maiore, quem musici ἀπὸ μείζονος vocant, constat, ut supra docuimus, ex duabus longis subiectis ‖ sibi totidem brevibus, id est ex spondeo et pyrrichio vel ex molosso novissima eius longa in duas breves divisa, quem merito utraque | ionica admittunt. ex quo intellegitur in his arsin et thesin non in aequalitatis, sed in dupli ratione subsistere. nam supra docuimus ea esse optima metra, quae aequalitatis ratione constant, propter quod utrumque hoc ionicum, quando ex dupli ratione subsistit, magis rhythmis quam metris proprium est. admittit autem solutionem duarum praecedentium longarum varie. nam primae longae solutio syllabae facit ex anapaesto et pyrrichio coniugationem: secundae vero ex dactylo et pyrrichio habebit copulationem, quae sunt communes utrisque ionicis. nam si tertiam longam minoris ionici in duas breves dividas, fit ex pyrrichio et anapaesto coniugatio; si autem quartam, ex pyrrichio et dactylo, temporibus dumtaxat in sua mensura ac spatio, quo censentur ionici, permanentibus. recipit, ut diximus, et hippium, id est molossum, e tribus longis dumtaxat in fine, *et* appellatur metrum cleomachium. nam si maioris ionici duas breves in unam contrahas longam

---

3 libens] *ad definitionem supra scriptam ita accommodari poterat versus,* libens hoc tibi amare nolo quemquam. *sed Victorinus plura trimetrorum exempla adscripsisse videtur, e quibus initium prioris versus cum fine alterius relictum est* 3 quemquam *A* quemquam *corr.* quenquam *Val.* 5 flavo] *qualem versum esse voluerit grammaticus, propter imperfectam definitionem non constat. fortasse* quod habet primam antispasticam, reliquas iambicas coniugationes, ut flavo crine superbit et iam gaudet Aeacides 8 in hortis] marotis *A B* Maronis ς 11 antispastis colis *A B* ς 22 supra] *p. 48, 1* unde ex tetrasyllabis, qui sunt numero XVI, quattuor tantum utiles adseruntur, id est choriambus et antispastus aequalitatis ratione constantes, sed et ionici duo, ceteris non adeo necessariis 24 proprium] proximum *A B* ς 31 censetur *B* 31 fine et appellatur ς fine appellatur *A B. fortasse accuratior metri cleomachii definitio excidit. cf. Hephaest. p. 36, 1 schol. Hephaest. p. 191, 13—25 ed. Westph.*

(pari etenim lege, ut longa in duas breves solvitur, ita duae breves in unam longam conectuntur), ergo si breves duas in unam longam contrahas, eveniet ut sequentibus aliis longis duabus eiusdem pedis quinque continuae longae syllabae fiant et incertum sit, utrum molossus an spondeus prior positus habeatur. at in eo qui a minori est ionicus idem contra est. primae enim eius duae breves conciliatae molossum facient, dehinc sequens ionicus a brevi initium sumet, ex quo fit ut quinque longarum continuatio eiusdem interiectione secernatur. ergo observabimus pedem molossum maiori ionico in fine, ‖ minori autem inter initia ponere et cavere ne in medietate collocetur. recipit hoc metrum trochaicas bases, id est duplicem trochaeum, qui totidem temporum est, sicut et iambicas bases choriambicum et antispasticum, 'quod fieri dicunt sed et vocant *κατὰ συμπάθειαν*. similiter anapaestum et pyrrichium geminatos recipit; adaeque et tribrachyn cum trochaeo seu contra | mutato situ sociatos dumtaxat admittit. quod fit, ut supra ostendimus, cum longae solvuntur in breves etiam in trochaica coniugatione, quam familiariter suscipit, quae coniugatio pedem tetrasyllabum ditrochaeum, id est duplicem trochaeum, quem dichorium in Oratore Cicero noster appellat, efficit. ionicum metrum quidam *a* genere hominum vocabulum accepisse existimarunt, quod in rhythmo et satis prolixum et satis molle, sicut eiusdem gentis homines adseverantur. scanditur autem per dipodias.

Erit igitur huius monometrum acatalectum tale,

Phoebus comes,

hypercatalectum

per Leucadia;

dimetrum autem

hostem tegere est paratus,

huius brachycatalectum

veris coma florens;

trimetrum vero acatalectum

hostem tegere est paratus et stat ipse,

huius hypercatalectum

lex haec fuit olim puerorum Stephano;

tetrametrum autem brachycatalectum, ut

hostem tegere est paratus et stat ipse nudus, ‖

---

34 hostem *Terent. Maur. 2046*

---

2 breues II in unam *a* breues in unam *A B Val.* ς 5 idem contra est ς idē contra est *A* id est contra est *B* 7 ex quo ς et quo *A B* 10 basis *A B* 12 basis *A B* 18 in Oratore Cicero] 63, 212 insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus 19 a *om. A B, add.* ς *fortasse* quod sit rhythmo et satis prolixo et satis molli *vel* quod rhythmum faciat satis prolixum et satis mollem. *cf. fragm. Ambros. περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας p. 262, 3 ed. Nauck οἱ δὲ ἰωνικοὶ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῶν Ἰώνων τῶν τρυφηλῶν, ἐπειδὴ κατὰ μίμησιν ἐκείνων μαλθακόν τε καὶ ἀναβεβλημένον καὶ χαῦνον ποιοῦσι τὸν ῥυθμόν*
24 per Leucadiae ς 27 tergere *A* 35 et stat] est et ς

in quo unus ionicus et trochaei quinque sunt; huius acatalectum

uvas nitidis frondibus euhan hederis illigat,

item catalecticum primae syllabae solutionem passum huius modi,

mea Delia casta pulchra paene siderum decus,

in quo unus ionicus et quinque continui trochaei. pentametrum quoque brachycatalectum erit tale,

Dictynna deum progenies, aspice quis te chorus astris.

Praeterea et ex se sine ulla pedum admixtione componitur et per se stat integer per synaphian, ut Graeci dicunt, id est cum repetita identidem vice breves longis aut contra brevibus longae subiciuntur. atque ita inter se alterna mutatione variantur, quos *ἀπὸ μείζονος* et *ἀπὸ ἐλάσσονος* musici vocant, ut apud Horatium |

miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

huius primordio si adicias 'o quam', erit ionicus *ἀπὸ μείζονος* adiectione spondei, ut

o quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

adaeque ionicus *ἀπὸ ἐλάσσονος* ex apomizone creabitur demptis duabus longis, quae in principio versus locatae reperiuntur, ut est

Galli timidi semianimes tergora vertunt;

ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος fiet ita,

timidi semianimes tergora vertunt.

ionicus autem sotadeus constat ex spondeo et pariambo alterna vice sine intermissione currentibus, ea tamen lege, ut a spondeo incipiat et spondeo terminetur, sicut ionicum decet, ut in longas desinat syllabas. unde ionicus maior, qui duabus brevibus terminatur, adsumit sibi plerumque in ultimo duas longas, ut sit versus e tribus syzygiis et semipede spondeo, ut est

o mel quod apes omnibus e floribus libant.

insigne est [tale] autem ionicum tetrametrum brachycatalectum, ut ||

dic nunc, age Clio, mihi dic nobile carmen.

id autem quod trochaeum recipit praxillium dixerunt, inventum a Praxillide, poetria Sicyonia, quod est trimetrum brachycatalectum habens semper in secunda regione trochaicam basin post ionicam primam, tamquam

---

2 uvas *Atil. Fortun. 2694* 8 Praeterea — 92, 20 decoratur *p. 128, 12 — 131, 29 Terent. Maur. 2005—2092* 19 Galli *p. 53, 1 Atil. Fortun. 2678* 29 dic nunc *p. 2593*

---

3 passus *B* 11 ΔΠΟΕΛΛΔΟCΟΝΟC *A* 13 miserarum] *Hor. carm. III 12, 1. cf. p. 64, 17* 20 ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος — 21 vertunt *om. A B ς* 27 libaut insigne *ς* liban isigne *B et lacuna duarum vel trium litterarum post* liban *relicta A* 28 ionici *A B ς* 30 praxillium *A* dixerunt ut metrum a (a *om. ς*) praxillide poetria sicyonia *A B ς* dixerunt ut metrum Praxillae poetriae Sicyoniae *Camerarius* dixerunt metrum a Praxilla poetria Sicyonia *Gaisfordius.* Praxillide *pro* Praxilla *dictum Victorino tribuendum videtur*

te nunc rogo, Phoebe, dulce melos,

item

qui nunc hilares litare deam.

incidunt autem, ut supra diximus, in hoc metro plures pedes, quibus mollius redditur frequenti syllabarum adiectione, tamquam

genus unde Latinum, rogo genus unde Latinum.

nam pro spondeo positus est anapaestus in primordio trium quidem syllabarum, sed tamen temporum totidem, qua condicione et tribrachys pro trochaeo plerumque admittitur. nec enim numero syllabarum metra, sed temporum spatio examinanda sunt. sed et dactylus non numquam ea lege in sotadeum metrum cadet, ut est |

dicite, rogo vos, dicite, quid ita rapitur Attis?

et quod magis mirum videri posset, totus sotadeus versus ex trochaeis pedibus poterit ordinari, ut duo habeat ithyphallica metra inserto medio trochaeo, qui erit septimus, veluti

Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche.

quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, id est e tribus brevibus, eiusdem rationis et numeri, licet adcrescentibus syllabis, temporum tamen lege servata, versus efficietur mollior, dum celerioris soni vibratione decoratur, ut est ||

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche,

item

frena capere, tela quatere, saxa iacere disce.

et quia fluit numerus, ut rhythmus accipitur. dehinc quia aptum saltantibus videtur, hyporchematicon a Graecis dicitur. sed et ithyphallicum metrum e tribus trochaeis conexum saepe hunc tribrachyn sibi inserit, ut

hasta viridis armet,

item

placidus accipe munus.

quod necessario insinuandum esse lectori censui, ne ithyphallicum metrum e tribus semper trochaeis subsistere audacter ac temere pronuntiaret.

---

13 et quod magis — 29 accipe munus *Atil. Fortun. 2671*

---

1 *in exemplis praxillei metri et hic et infra p. 129, 10 erravit grammaticus, cum pyrrichium in fine poneret pro trochaeo vel spondeo: cf. Hephaest. p. 36, 6 ed. Westph.* 6 genus] *Verg. Aen. I 6* 16 bacche *sexies scriptum habent A B* 19 mollior *Atilius Fortunatianus* melior *A B ς. cf. p. 131, 6* at vero in sotadium versum plerique pedes, qui eum faciunt molliorem, contra quam ionicorum lex se habet incidunt 24 et quia *B* et q̃d *(h. e.* et quidem *pro* et q̅a̅) *A* et quod ς numeris *A B ς* 25 hyperchrematicon *A B* ὑπερχρωματικόν ς ὑπορχηματικόν *Gaisfordius* 27 uiridis ς *Atilius Fortunatianus* uiri dis *lacuna paucarum litterarum post* uiri *relicta A* uiriperdis *B Val.* 29 placidus percipe munus *A B ς* placidus ades ad aras *Atilius Fortunatianus. Victorinus ita mutavisse verba videtur, ut dactylum, quem in sotadeum metrum cadere dixerat, in ithyphallico quoque admitti exemplo probaret*

DE METRO IONICO ἀπ ελάσσονος

Ionicus minor, quem musici *ἀπὸ ἐλάσσονος* vocant, contrario quam superior situ temporum priorem habet pariambum, sequentem spondeum et hos invicem, ut superior, sine fine currentes. adaeque spondeo terminatur, ut ionico congruit: nam semper adfectant hi longis syllabis terminari. qui cum divisus est *ita*, *ut* integris syzygiae, ex qua constat, temporibus efferatur, quae velut ad rhythmon digesta decurrunt, aptior ac pulchrior habebitur. nam solutis longis, sive utraque eius sive altera, in duas breves seu contra conexis in unam longam duabus brevibus vim propriae naturae modumque corrumpit atque ex se diver|sa genera speciesque producit. unde plerumque recipit ‖ in principio versus bacchium *a* longis incipientem et paeonem tertium, quorum uterque quinque temporum spatio extenditur [catalecticum autem fit anapaesto aut eo qui amphibrachys vocatur]. huic, cum esse sena tempora in singulis coniugationibus, utpote ionicorum, oporteat, necessario trochaeus aut eius basis adnectetur ea contemplatione imminuta, ut dipodiae superioris tempora ex subditis compleantur. id Graeci *ἐπίζευξιν*, id est coniugationem, vocant, eo quod priorum pedum basin uno tempore breviorem sequentis syzygiae compleat syllaba, quae pro brevi, licet natura longa sit, utpote prior trochaei, accipienda est, siquidem unius temporis supplemento ionica basis indigere videatur. etenim huic metro rhythmica natura accidit. huius modi autem inter se *συζυγίας* passionem sive communionem musici *ἀνάκλασιν* vocant et metra, siqua forte adverterint talia, anaclomena appellant, quod retrorsum inclinentur, ut in quibusdam saltationum gesticulis nostra corpora pone pandantur. sed ut exemplo doceam, erit hoc colon anaclomenon,

Cybele rotabo crines.

hic ro, licet sit brevis, pro longa accipietur, Cybele ro. nam detractum unum tempus sequentis syzygiae ex initiali syllaba huic impertietur, ne fiat prima syzygia pentachronos, sequens heptachronos. igitur secundae coniugationis prima syllaba, quae debet esse brevis, mutatur ea condicione, ut vim suae proceritatis quartae syllabae brevi, quae est ultima primae coniugationis, impertiat; et ipsa quidem brevis remanet facta unius temporis, superiorem autem a se syllabam, quae fuerat brevis, commercio suae proceritatis extendit. atque ita fit ionicon anaclomenon, ut est ‖

---

4 et hos invicem — currentes *B Val.* et hoc inuicem — currens ς *A* 6 ita ut *om. A B* ς 7 quae uelut *A* qui uelut *B* quae si uelut ς ad rythmon *A* ad rhythmum ς *B* aptior ac pulchrior ς *B* aptior apulchrior *A* 8 nam] nōn *B* alterna *A B* ς 11 a *om. A B* ς 13 catalecticum — vocatur, *quae disputationi de anaclasi non recte interposita sunt, ex margine illata esse videntur. pro amphibrachy autem, qui in catalexi ionicorum locum non habet, aut* tribrachys *aut* amphimacrus *scribendum est* 18 priorum ς priorem *A B* 26 colon] colo *A B* ς 34 quae fuerat ς quae fuerit *A B* 35 atque ita fit ionicum *B* at ita fit ionicon *A* ac ita fit ionicum ς

Paphias amor columbas.

nam mor, secundae coniugationis initialis syllaba, quae brevis natura, utpote in ionico a minore, esse deberet, derivato in se superioris syllabae tempore *ἀνακλάσει* inter syzygias facta trochaicam basin | ionico subdidit, quae basis *inter* utrasque syzygias, id est primam et secundam, sub hac lege versabitur. at Iuba noster, qui inter metricos auctoritatem primae eruditionis obtinuit, insistens Heliodori vestigiis, qui inter Graecos huiusce artis antistes aut primus aut solus est, negat hoc vitium, ut quidam adserunt, rhythmicum fore, sed mage metrica ratione contingere, quod per *ἐπιπλοκάς*, id est metrorum inter se amplexiones, ut supra docuimus, plerumque evenit. nam *τετραδικὴ ἐπιπλοκή* et *δυαδική*, id est quadrua et binaria amplexio, huic versui, qui ionicus anaclomenos vocatur, diversitatem varietatemque fecerunt. etenim antispastica et choriambica et utraque ionica metra de quadrua amplexione subsistunt; iambica vero et trochaica, sicut supra docuimus, de binaria. evenit autem ut choriambica et antispastica iambicis coniugationibus, ionica vero trochaicis, quae sunt diversarum amplexionum, misceantur. unde accidit ut confusione eorum metrorum, quae ex diversis amplexionibus informantur, huius modi inter syzygias passio sive communio, quae anaclasis a musicis dicitur, merito eveniat et varietas versui de amplexionum differentia fiat. nam si puro choriambico primam decutias syllabam, fit omne quod residuum est ionicum a minori. et rursum si ionicum a minori syllaba una mutiletur, quod remanet antispasticum deprehendas. item ablata antispastico prima syllaba ionicum a maiori || perficiet. verum hoc tunc accidit, cum purus est choriambicus versus. at enim contra cum interpositae iambicae coniugationes reperiuntur, lex illa quadruae amplexionis infringitur, diversique generis admixta amplexione nascitur ista varietas, ut praecedens colum, cum esse sena tempora in singulis coniugationibus oporteat, pentasemum fiat, sequens vero heptasemo subsistat. recipit autem molossum et anapaestum, sed raro iuncto pariambo et dactylum. feritur autem per dipodian.

Est itaque dimetrum acatalectum tale,

viret alte cumulato; |

trimetrum vero huius modi,

procerum quis Cererem non colat agris;

tetrametrum quoque huius modi,

---

1 Paphias *Atil. Fortun. 2695*

---

5 quae basis utrasque *A B* quae basis secundum utrasque ς. *rectius diceretur* quae syllaba inter utrasque primam et secundam ς primum et secundum *A B* 10 supra] *p. 63, 11* 14 de quadra *A B* 15 docuimus duariae uenit *A B* docuimus duaria evenit ς ut choriambica *Camerarius* et choriambica *A B* ς 16 ionicis uero trochaicae *A B* ς 21 choriambo *A B* ς 22 si ionico minori *A B* si ionico a minori ς 25 choriambus *B* 27 diuersisque *B* 33 comulato *A B* coma lato ς

modo quae prona per Haemi fugit et pascua tondet.

tetrametrum autem catalecticum copiosum est apud Phrynichum, auctorem comoediae veteris, quod est tale,

vocat Aetnae super altum caput acris choreas.

trimetrum sane hypercatalectum non reperias purum, quando in fine antispastus occurrit, unde [ob hoc] eius vitatur asperitas.

Itaque hoc metrum et ex puris ionicis, ut ostendimus, constat et admixtis quibusdam pedibus coniugatur. hoc Graeci *ἐπίμικτον*, nos mixtum dicimus, quo frequentius veteres quam iuniores usi noscuntur, cuius pauca exempla subiciam. trimetrum autem acatalectum inconditae compositionis tale est,

Salamina agit aequoris procellis.

item qui a ditrochaeo incipit pede,

puberes meos Sicaniae colonos. ‖

item quod primam coniugationem integram habeat, sequentem autem temporum septem, tale est,

sacer Edono Gradivo.

item quod inter initia facta collectione brevium pro ionico molossum accipit erit tale, *

Ararin sic super altum.

plurimi autem tam tragici quam comici, sed et lyrici poetae, huius modi compositionum diversitate libere abusi sunt. inter haec si tetrametri versus catalectici, qui in huius modi metro primi habendi sunt, longas in breves solverint, metrum efficient galliambicum, dictum quasi *Γάλλων ἴαμβοι*, id est maledicta, quibus non numquam conviciantur. idem et metroiacon seu, ut quidam, bacchiacon anaclomenon. cuius exemplum

tremulos quod esse Gallis habiles putant modos,

quod ex duobus colis, id est dimetro acatalecto subiuncto dimetro catalectico, conexum habetur, ut est |

---

24 galliambicum *p. 2602 Hephaest. 39, 3 schol. Hephaest. 194, 20 ed. Westph.*

---

1 quae] qui *B* 2 phrynicum *A B* 4 Aetnae ς aetna *A B* 10 inditae *corr.* inconditae *A* 12 *fortasse* Salamina adegit. *quamquam* Salamina agit *ita defendi possit, ut Victorinum anapaestum cum dimetro anaclomeno composuisse eamque* inconditam compositionem *dixisse putemus. ordo autem exemplorum vel grammatici vel librariorum vitio perturbatus est. nam ab eo quem Victorinus exscripsit ita disposita fuisse videntur, ut a dimetro, cuius exempla ipsa quoque mutilata infra scripta sunt, ad tetrametrum enumeratio deduceretur* 13 incipit cede (Caede ς) puberes *A B* ς. *trimetrum trochaicum, quem restitui, ad ionicum metrum ita revocavisse videtur grammaticus, ut in initio versus ditrochaeum pro paeone tertio positum esse vellet, sicut postea* 17 *in dimetro pro altero ionico positus est epitritus secundus* 15 quod] quam *B* temporum septem (UII *A* quatuor ς) tale est sacerdonio gradiuo *A B* ς 18 quod] quę *B* 19 *lacuna, qua exemplum dimetri a molosso incipientis, velut* Attis sic super altum, *excidit, indicavi.* Ararin sic super altum *pro exemplo dimetri puri posuit Atil. Fortun. p. 2695* 23 catalecti *A B* 24 quasi *Val.* ς q̄s (s *in litura) A* quibus *B* gallon iamboe *A* 27 tremulos] *Terent. Maur. 2891* 28 quod ex *A* qui ex ς *B* subiuncto dimetro catalectico *in marg. add. A* 29 conexus *A B* ς

segetes meum laborem, segetes meus labor. ‖

subsistit ex pariambis adnexis trochaeis, sicut dictum est, alterna vice, cum longis breves aut brevibus longae subiciuntur. memineris tamen et tribrachyn loco trochaei hoc metrum, si necessitas postularit, admittere neque adcrescentis syllabae numerum, cum in temporibus omnis ratio custodiatur, officere, ut hoc galliambicum, quod solutione complurium syllabarum compositum est, ut

volat agiliter sunt *.

DE PAEONICO METRO

Paeonicum metrum sive cretium, ut quidam ferunt adserentes paeonas originem ex cretico seu amphimacro traxisse longis eius prima et suprema in breves solutis, quibus paeon primus et quartus creari noscuntur, quod etiam ex bacchio et palimbacchio adaeque fit, unde et bacchiacum a quibusdam hoc metrum dicitur, quidam ultimo loco posuerunt proceleumatico repudiato. quod tamen magis rhythmo, id est numero, quam metro, congruere varietas ipsa compositionis ostendit. nam recipit [non numquam in breves solutos] amphimacros, quorum etiam clausula, qua fit carmen eius catalecticum [terminatur], adeo huic familiaris est, ut plerique hoc metrum rhythmum creticum dixerint. quod cum eius modi sit, tamen usus eius apud lyricos, sed et tragicos et comicos, frequens est, et praecipue de bacchii et cretici solutionibus.

Bacchiacum igitur dirhythmum sive dimetrum acatalectum, quod in quartum paeonicum plerumque solutione longae transit, huius modi est,

amicos vocantis;

trirhythmum quoque acatalectum ita,

ut Echo sub antris canebat.

tetrarhythmum etiam acatalectum tale est,

volabat superbus per auras Cupido;

pentametrum vero acatalectum huius modi,

io quis deorum per altos Lycaei gradus me.

Observabis itaque singulorum differentias taliter: aut enim ex paeonibus sunt ⊢ temporum quinque aut ex bacchiis adaeque temporum totidem aut etiam ex creticis, quos amphimacros diximus, qui et ipsi quinque temporum proceritate nituntur. quod ideo diximus, ne in partiendo errorem

---

1 segetes] *Terent. Maur. 2588* segetes meum laborem segetes meum labo, *quod Victorino restituere voluit Camerarius* 2 adnixis *A B* admixtis ς 5 accrescentis ς *B* adcrescentes *A* 8 volat] *simile exemplum est in paeonicis p. 97. lacunam, qua posterior versus pars periit, indicavit* ς 12 in breues solutis ς *B* in breue solutis *A* quod] qui *B* 16 non nunquam in breves solutos terminatur, *quae ad eum versus exitum, qui in metro bassarico indicatus est infra p. 98, pertinent, ex margine illata esse videntur* 17 qua, cum fit carmen eius catalecticum, terminatur *Camerarius* 19 plerique] *cf. Mall. Theod. p. 527. 535 ed. Gaisf.* 20 sed et ς tragicos *B* 21 de bacchaeis (de baccheis *B* de bacchiacis ς) et creticis solutionibus *A B* ς 26 ut echo sub antris canebat ς ut (aut *A*) echos sub antris (anteris *A*) canebas *A B* 30 io] o *A* 31 differentias et aliter *A B* differentias et taliter ς

incurramus. ubi enim non pedum, sed numerorum ratio subsistit, non pedes pedibus pares restituuntur, sed tempora temporibus adaequantur. quidam trisyllabis et tetrasyllabis admixtis pedibus hoc genus versuum et composuerunt et indifferenter ista compositione usi sunt. nam aut creticis aut eorum solutionibus, id est paeonibus aut primo aut quarto, indifferenter mixtis carmen ediderunt, sed et bacchiacis et creticis coniugationibus adaeque usi sunt, ut est hoc,

acuta falce si virentis esculos.

recipit autem etiam trochaeum et pariambum conexos, sed et cum pariambo iambum in syzygia, qua efficitur paeon quartus, ultima scilicet iambi longa, tribus brevibus antepositis, quem tam ex bacchio quam ex cretico solutione longarum, id est prima longa cretici et secunda bacchii ab ultima, effici cunctis in || promptu est. unde datur intellegi eundem pedem per solutionem cretici et bacchii communem esse utriusque. cui par similisque etiam is rhythmus, qui ex quinque continuis brevibus syllabis constat: est enim totidem temporum, quot et paeon pes et bacchius et amphimacrus, tamquam

vorat agile fera propera, modo retulit era cibos.

et rursus exempla repetamus. erit dimetrum paeonicum catalecticum huius modi,

nunc agite caelites:

trimetrum autem,

nunc agite nunc tripudiis mihi,

quod phrynichion vocatur: tetrametrum,

nunc agite tota veniat manus ad hoc sacrum:

pentametrum vero,

tolle, refer aeolica musigena canticula Tityro.

haec, si novissimos creticos vel dactylos subtrahas (nam et dactylo propter novissimae indifferentiam metrum clauditur), acatalecta erunt et secundum appellationem suam syzygiarum numero concludentur. hexametrum autem Aristophanes | composuit tale, ut sint paeones primi tres et insequantur totidem cretici, tamquam

ver agere purpurea te Venus amoribus ipsa pollens iubet.

sed et [hic] tetrameter paeonicus catalecticus, is dumtaxat qui maxime in usu est, ex longa et tribus brevibus ab Aristophane compositus est, totus,

---

23 nunc agite *p. 2593* 34 sed et tetrameter — 98, 5 musice *p. 124, 13 Atil. Fortun. 2679*

---

8 uirentis *A* uirentes ς *B* 9 sed et cum iambo pariambum *A B* ς 10 qua] quae *B* 15 similisque etiam his rythmis *A B* similisque hic rhythmus ς 18 uolat agile per aprifera modo retulit ebria cibos ς fera propera] feraprofera *A B*
21 caelitus *A* 25 nunc agite tota *Hensius* nunc agitata *A B* ς 27 tityro *B* itityro *A* nunc tityro ς 29 acatalectica *A B* 31 itale *A* 33 amoribus diua pollens ς: *fortasse* amoribusque ipsa polleus

ut vides, ex paeone primo, ultimo amphimacro, syllabis quidem minore, temporum tamen totidem. unde et catalecticus videtur, veluti

sic Tiberis implacidus in maria labitur, ‖

item

egregia percoluit ingenia mu*sice.*

recipit etiam cum pariambo tribra*chyn conexum*, *id est* solutum in breves amphimacrum, tamquam 'modo retulit', 'Philopolemus'. quod autem post tres bacchios postremo paeone concluditur, metrum bassaricum appellatur, ut est

ab euro sonorum quis Aetnae per maria.

id vero, quod tribus praecedentibus creticis diiambo clauditur, fiet rhythmus concurrens ex duobus amphimacris et trochaico dimetro catalectico, quod euripidion nominatur, tamquam

aureo sub toro tollit aemulas faces.

nam ferme tragicis carminibus bacchiaca compositio familiaris est.

DE METRO PROCELEVMATICO

Ambigitur super auctoritate proceleumatici, quod constat ex duobus pyrrichiis, id est quattuor brevibus, an inter prototypa metra hoc quoque recipiendum habendumque sit, quia nec molossicum, quod constat e tribus longis, propter nimiam similitudinem induci aut videri metrum potuit. quidam tamen decimam | huic speciem post novem prototypa impertiendam esse, e quibus est et Philoxenus, ex eo putaverunt, quod laconicum longis constantem quindecim ‖ huic propter contrarium respondere posse conspicerent (qui tamen non ex omnibus molossis conectitur; nam spondeos invicem miscet), ut est

ite, o Spartae primores, fauste nunc † parcas ducentes.

satius tamen est adnecti eum copularique comico anapaestico, cuius cognationem inter se coniunctis suis duabus ultimis brevibus demonstrat. nam

---

3 sic Tiberis *p. 53, 9. 129, 13* 22 laconicum *p. 112, 10*

---

1 vides] diues *B* minor *A B* ς 2 tamen ratione totidem *A* catalectus *A B* ς 3 implacidus] iam placidus *A B* ς 5 ingenia mus........... it ēt..... pariambo tribra....... dē solutum *lacunis sine litura relictis A* ingenia musarum item etiam pariambo tribra dem solutum *lacuna post* tribra *relicta B* ingenia Mus* fit etiam Pariambo Tribra * dem solutum ς 7 rettulit *A B* ς 8 bassaricum *Camerarius* bassiricum *A B* ς 11 diambo *A B* 12 catalecto *A B* 13 euripidion ς suripidion *A B* 17 quod *B* qui *A* ς 19 habendumque sit: quidam novem prototypis adsociandum negant propterea, quod numquam ex pyrrhichio, qui duplex in proceleusmatico habetur, formata aliqua in metris species proferatur, quando uniformitas omnium brevium metrum facere non sufficit, nec molossicum, quod constat ex tribus longis, — 99, 3 tuba terribilem sonitum crepuit*. huius versus longissimus erit *Bergkius in commentatione academica beneficii Wolframsdorfiani lege edita Hal. a. 1861 p. 3* 19 quia] quidam *B* 21 post nouem ς quod nouem *A* qui nouem *B*. *an* quod novem sunt prototypa? 23 huic prope contrarium ς 24 qui] quod *B* molosicis *A* molossicis ς *B* 26 ite o Spartae *Gaisfordius* ita eos parte *A B* iteo parcae ς faustae ς *A B:* nunc fauste turmas ducentes *Ritschelius opusc. philol. 1 p. 273* 28 in se *A B* ς

ex dimetro anapaestico tetrameter proceleumaticus figurabitur versus longa eius in *duas* breves soluta et syzygia in simplices pedes divisa, ut est

tuba terribilem sonitum crepuit; *

praeterea quod numquam e pyrrichio, qui duplex in proceleumatico habetur, formata aliqua in metris species proferatur. huius versus longissimus erit tetrameter catalecticus vel, siqui illum adhuc extendere adfectet, pentameter. recipit autem prima et secunda et tertia sede proceleumaticum, quarta tribrachyn aut anapaestum, quibus et clauditur, scilicet detracta proceleumatico syllaba ultima aut duabus brevibus ultimis in unam longam redactis propter anapaestum, uti metrum sit, non numerus. scanditur autem per dipodian. exemplum erit tetrametri catalectici [id]

nemus ave reticuit, ager homine sonat,

item

perit abit avipedis animula leporis:

trimetri autem

id agite peragite iuvenes: ‖

dimetri

id agite iuvenes.

hoc metro veteres satyricos choros modulabantur, quod Graeci *εἰσόδιον* ab ingressu chori satyrici appellabant, metrumque ipsum *εἰσόδιον* dixerunt.| ‖

---

12 nemus *p. 53, 11. 78, 7* 14 perit *p. 2595 Terent. Maur. 1464* 16 id agite *p. 101, 21*

---

1 tetrameter] trimeter *A B* ς 2 duas *om. A B* ς 3 tuba] *cf. Verg. Aen. VIIII 503* at tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit. *excidit autem vel ante vel post hunc versum alius ex tribus proceleusmaticis et uno anapaesto*, crepitu vel crepuit, *compositus: cf. Hephaest. p. 28, 24 ed. Westph. p. 122, 32. 125, 16* sonitu crepitu *A B* sonuit crepitum ς 4 praeterea *A* ς propterea *B*. praeterea — proferatur *post* 98, 20 videri metrum potuit *transponenda esse coniecit Caesar Grundzüge d. griech. Rhythm. p. 181. pyrrichii tamen hoc loco mentionem factam esse apparet ex Hephaest. p. 29, 6 τινὲς δὲ αὐτὸ κατὰ πόδα διαιροῦντες πυρριχιακὸν καλοῦσι. additur autem altera causa, cur ad anapaesticum metrum proceleusmatici revocandi sint* 6 si quis illum ς *B* 11 per dipodian ς *B* per dipodiā *A* 12 homine ς hominem *A B* sonat] silet *supra p. 53, 11* 14 perit] *Sereno tribuit Martianus Capella V 518 p. 169. e graeco versu ἴθι μόλε ταχύποδος ἐπὶ δέμας ἐλάφου (schol. Hephaest. p. 131, 21 ed. Westph.) exemplum a latino metrico fictum esse coniecit Westphalius Metr. I p. 207* abit auipedis ς *B* abit abipedis (u) *A* abitu ubipedis *Val.* 19 Graeci *Putschius* graece *A B* ς 20 dixerunt DIDASCALICUS PROTOTYPORUM NOUEM EXPLICIT LIBER SECUNDUS. (LIB. II. *B)* INCIPIT LIBER TERTIUS DE CONIUNCTIS INTER SE ET MIXTIS METRIS PRAGMATICIS FELICITER SCRIPTORI ET LECTORI *A B*

LIBER TERTIVS

DE

CONIVNCTIS INTER SE ET MIXTIS METRIS PRAGMATICVS

p. 2547. 48 P. p. 136. 37 G.

Decursis metrorum per novem species fastigiis elementisque principalibus, quae Graeci πρωτότυπα velut primas figuras appellando nominarunt, scilicet artis huiusce prima, ut ita dixerim, semina, dicendum dehinc secundum ipsam disciplinae originem consentaneum reor, quae ex isdem veluti fontibus derivata ad innumerabiles metrorum species nunc per adiectionem, nunc detractionem aut transmutationem vel concinnationem processisse videantur. et quamvis non queant omnia ob immensam sui copiam comprehendi, utpote cum sint innumerabiles figurae compositionum, seu quas prisca aetas dedit, seu quas sequens aemula imitatione excogitando produxit, tamen ex his quae aut frequens usus celebrat aut potior auctoritas recipiendo commendat, prout potero, sollicita investigatione comprehensa depromam: quo subinde ea quae fallunt apud poetas metra praeceptis disciplinae instruendis facilius intellegantur, qua metrorum origine exorta, qua specie figurata aut situ temporum digesta aut copulatione conexa videantur. habet enim metrorum inter se ratio summam in cognoscendo voluptatem, || qua et veterum sub quacumque lege tradita celeriter comprehendere et multa ipsi aemulante studio nova concipere animo atque informare possimus. ita enim metrorum, quae ex origine noscenda e prototypis novem profluunt, inter se varietas multiformis et de praefinito veluti quorundam seminum numero innumerabilis copia est, ut ille loculus Archimedius e quattuordecim crustis eburneis, nunc quadratis, nunc triangulis, nunc ex utraque specie varie figuratis, [et] | velut quibusdam membris artis struendae causa compositus proditur. nam ut in illo praefinito ac deter-

---

18 habet enim — 101, 4 propagatur *Atil. Fortun. 2684*

---

7 quae] quia *B* 8 adiectionem ς adfectionem *A B* 10 quamvis] qū *A B* cum ς 11 utpute *B* 12 seu quas prisca aetas dedit *in marg. add. A* 13 quae] quas *A B* ς 19 in cognoscendo ς *Atil. Fort.* ignoscendo *A B* 21 quae] quia *B* noscenda] nascendi *A B* ς 23 seminum numero] seminumero *A B* seminario ς loculus archimedius *B* loculus c̄ archimedius *A* loculus esse archimedius ς 24 quattuord..m *B*

minato crustarum numero multiplici earundem variatarum specie nunc navis, nunc gladius, nunc arbuscula et siqua alia figurantur, ita metrorum certo ex origine numero intra decem prototypa comprehenso multiplex admodum varietatis copia propagatur. nam ut [ea] exercentis aut ingenium aut voluntatis arbitrium est, ita variae ac multiformes metrorum species proferuntur. figurantur enim generalibus modis duobus, quantitatis et qualitatis, specialibus autem octo. nam quantitas immutabit metrum aut per adiectionem aut per deminutionem; qualitas autem per translationem, permixtionem, transfigurationem, divisionem, unitatem, compositionem. et ex heroo quidem per adiectionem syllabae fiet ita,

Musae mi Pierides Clariusque adsistat Apollo:

'mi' enim syllaba detracta erit hexameter. per deminutionem autem syllabae octavae sive nonae ex trimetro iambico sic,

beatus ille qui procul messibus.

per translationem vero verborum ex heroo sic, ||

instimulata choris qualis socrus excutit ulnas:

fiet tetrametrus trochaicus ita,

in choris stimulata qualis socrus ulnas excutit.

per divisionem autem, si proceleumaticum in anapaesticum metrum dividendo sic percutias,

id agite peragite celeriter.

per unitatem vero, cum pariambus duplex iungitur,

agite iam agite cito modo mea,

et fit proceleumaticus. per transfigurationem quoque, cum herous figuram trimetri accipit, velut |

Albani muris Albam Longam cinxerunt:

hic enim si per dipodias percutiatur, fiet trimetrus. sed et per mixtionem, cum diversae bases miscentur, ut puta choriambica et iambica, veluti

Lydia, dic precor libens, unde velis reverti.

per compositionem autem, si ex heroo dimetro, cui syllaba adiecta in novissimo erit, quod penthemimeres vocatur, quod est tale,

a r b o r i b u s q u e c o m a e,

adiecto dimetro iambico fiat metrum tale,

---

21 id agite *p. 99, 16*

---

1 variatarum specie] nariatu ie *A* nariaticie *B* uariata specie ς variatione *Gaisfordius* nunc nanes nunc gladios *A B* nunc naues nunc gladii ς 3 intra] infra *A B* ς 7 metrum ς *B* metron *A* 8 *ordo exemplorum subiectorum postulabat ut scriberetur* qualitas autem per translationem verborum, divisionem, unitatem, transfigurationem, mixtionem, compositionem. *sed grammatico potius quam librariis haec neglegentia tribuenda est* 10 quidem] quod *B* 11 Clariusque adsistat Apollo *Heinsius* clariusqne adsit apollo *A B* et clarius assit Apollo ς 16 quales *A B* ς excutit — 18 socrus *om. A, add. a Val.* 17 tetrametrus trochaicus *B a Val.* ς tetrametros trochaicos *A* 18 qualis socrus excutit ulnas *B* qualis ulnas excutit socrus ς 24 fit] sit *A B* ς 26 muris *Gaisfordius* mures *A B* ς 28 bases ς *B* basis *A* 29 Lydia] *cf. Hor. carm. I 8, 1* 30 dimetro] metro *A B* ς 32 arboribusque] *Hor. carm. IIII 7, 2* 33 dimetro] metro *A B* ς

arboribusque comae, ut prisca gens mortalium,

quale est in epodo Horatii,

scribere versiculos amore percussum gravi.

Demonstratis igitur exemplis temptabimus procedente lectione, in quantum potuerimus, omnia huius generis sive simplicia sive immixta, quae in usum aut Graeci aut Latini receperunt, subinde prodere, si prius ea a quibus initium sumendum est docuerimus [dicemus igitur de metris per συμπάθειαν et ἀντιπάθειαν inter se coniunctis]. ||

Dicemus igitur de mixtis ac mutua conexione sociatis metrorum generibus, quorum bifariam ratio dispergitur. namque alia consentanea et veluti cognata inter se ratione iunguntur, alia ex dissidenti ac contraria, quae Graeci κατὰ συμπάθειαν καὶ ἀντιπάθειαν appellant. erunt ergo per συμπάθειαν, id est per consentaneum adfectum, mixtae inter se iambicae bases choriambicis et antispasticis. nam quotiens copulantur sub quacumque sede, videas veluti ex una eadem*que* specie id compositum metrum stare et quasi uniforme, quod monoides Graeci dicunt, procedere. adaeque et trochaicae bases ionicis pari consensione sociantur, cum epiplocarum, quas amplexiones metrorum diximus, mutua inter se successione variantur. et quamvis non solum trochaeum et solutionem eius tribrachyn, sed et spondeum cum suis solutionibus, id est dactylum et anapaestum, admittant, tamen uniformia metra sentiuntur, cum ex similibus et familiaribus pedibus sit ista coniunctio. similiter dactylicis anapaestica incidunt, ut 'arma virumque cano.' etenim adiectis duabus brevibus, ut supra ostendimus, fiet anapaesticum per συμπάθειαν sic, 'ades arma virumque cano'. qua vicissitudine et ex trochaicis iambica et ex anapaesticis dactylica metra inter se formantur. per ἀντιπάθειαν vero, id est per contrarium adfectum seu passionem, iunguntur ea quorum inter se contrariae species || haud facile copulantur. est enim coniunctionis genus nimis scabrum atque asperum, ut sunt ionica ἀπὸ μείζονος cum iambicis vel dactylica cum trochaicis semper dissentientia inter se atque abhorrentia. unde et ἀσυνάρτητα a Graecis, id est inconexa, appellantur, ut est

beatus ille qui vacans mente vivit integra.

nam compositus apparet versus ex dimetro iambico acatalecto et dimetro trochaico catalectico ex diversis et contrariis amplexionibus: hi enim, etiamsi genere congruunt, specie tamen discrepant.

---

1 ut prisca] *Hor. epod. 2, 2* 2 in epodo ς *B* in epodō *A: Hor. epod. 11, 2* 7 de metris per συμπάθειαν et ἀντιπάθειαν inter se coniunctis, *quae ex margine illata esse videntur, inscriptionis loco posuit* ς 11 dissidentia e contraria *A* dissidentia contraria ς *B* 12 ἀντιπάθειαν appellant ς *B* ΑΝΤΙΠΑΘΕΙΑΝ idē appellant *A* 13 *fortasse* per consentaneum inter se adfectum mixtae iambicae bases 14 basis *A B* 15 eademque] eadem *A B* ς 16 quasi uniforme ς quasi uniformi *A* quibus uniforme *B* 17 basis *A B* 19 quamvis] qū *A* cum ς *B* 21 admittit *A B* admittat ς 22 sit ista *B* ς fit ista *A* 23 arma] *Verg. Aen. I 1* 24 supra] *p. 63, 30* 27 effectum *B* 33 uagans ς

item ex anapaestico *dimetro* acatalecto et iambico dimetro catalectico, ut est

age nunc comites rabidae Cybeles vocant choros ad aras.

intellegis igitur atque ipso sensu abhorrentium aurium percipis duo metrorum cola dissidentia inter se ita confragose atque aspere coisse in unitatem conexionemque, ut superiora lenem ac liquidam [nequaquam] convenisse videntur. item si quattuor dactylis tres trochaeos, quos vocant ithyphallicum, iungas, erit *ἀσυνάρτητον*, ut est illud,

tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido.

praeterea permixtiones colorum [id est membrorum] in metris quadripertitae *sunt. aut enim metra* ex duobus colis imperfectis conciliantur aut *ex* duobus perfectis aut ex perfecto et imperfecto aut contra, id est ex imperfecto et perfecto, quod *ἀσυνάρτητον* appellavimus metron, quale est ex iambico dimetro acatalecto et ithyphallico compositum ita,

iubar superne fulgida lucet arce caeli.

aut contra ex trochaico dimetro acata|lecto et iambico dimetro catalectico, velut ‖

caeruli Menoeta ponti ratisque rectitator.

in eius modi enim versibus membrorum manifesta discretio est. quae autem ex duobus imperfectis colis [id est membris] conciliantur, vix est eorum separationem divisionemque cognoscere, in his praecipue, quae minimae proceritatis conexa iunguntur: exempli gratia si sit iambicum dimetrum catalecticum et sequatur dactylicum dimetrum brachycatalectum ita,

† dicata ex fario,

cum sit traditum colum ita demum iustae proceritatis accipi, si decem et octo temporibus suppleatur. cum autem nec coli mensuram brevitas ista

---

1 item ex anapaestico — 3 ad aras *p. 144, 12. 2593*

---

1 ex anapaesto acatalecto *A B* ς 4 percipis *B Val.* ς percipes (i *superscr.*) *A* 5 comfragose *A* in unitatem connexionum, ut superiora lene ac liquidum nequaquam conuenisse uideantur ς. *fortasse* in unitatem conexionemque, ut superiora in lenem ac liquidam conexionem usquequaque convenisse videantur. 7 quos] quod ς 8 ithiphallicum *A* 10 praeterea permixtio colorum in metris quadripartita est: aut ex duobus colis imperfectis conciliatur aut ex duobus perfectis aut ex perfecto et imperfecto aut contra quod *ἀσυνάρτητον* appellavimus metrum *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 6* praeterea per mixtiones colorum (i. e. membrorum) in metris quadripartita est ratio. metra enim aut ex duobus colis imperfectis conciliantur aut duobus perfectis, aut ex perfecto et imperfecto, aut contra i. e. ex imperfecto et perfecto *Westphalius Metr. v. II p. 184 ed. sec., qui ea quae deinde sequuntur alieno loco a grammatico addita esse censuit* quadripartitae ... ex duobus *A* ς *lacuna duodeviginti fere litterarum ante* ex *in A relicta* quadripertita est aut ex duobus *B* 12 aut duobus *A B* ς 13 metron *A* metrum ς *B* 14 acatalecto] catalectico *A B* ς 15 iubar] *schol. Arist. eq. 756 ὧν οἱ μὲν τρεῖς ἀσυνάρτητοι ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου τοῦ καλουμένου ἀνακρεοντείου καὶ τροχαικοῦ ἰθυφαλλικοῦ τοῦ καλουμένου ἀρχιλοχίου. καλεῖται δὲ ταῦτα ἀσυνάρτητα εὐριπίδεια. εἰσὶ γὰρ ὅμοια τῷ Εὐριπίδου Ἑῷος ἡνίχ' ἱππότης ἐξέλαμψεν ἀστήρ. cf. Hephaest. p. 54, 2 ed. Westph.* 18 menoeta *B a Val.* monoeta *A* monarcha ς 19 quae] qui *B* 21 quae] qui *B* 22 *fortasse* iambicum monometrum catalecticum — ita, dicata nectareo 23 catalecticum *A* catalectum ς *B* 24 dicata est uario ς

conficiat, quantum a perfecti versus mensura dicordet, [et] utique manifestum est, cum colum portio versus esse tradatur. sunt item quae primam trochaicam, secundam choriambicam, tertiam trochaicam, sed et quartam syllaba breviorem coniugationem habeant, quorum exempla plerumque apud comicos *in* Diphili et Menandri comoediis reperiuntur.

Verum haec hactenus noscenda sunt, ne quid per imperitiam praeteriisse videamur: alioquin et vitanda et respuenda sunt. nam perfecto poetae levia et sonora sectanda sunt; quae autem fragosa et aspera, dicis causa, non ut imitentur, sed ut vitentur, noscenda sunt. quorum, sicut et aliorum complurium, auctor et parens fertur Archilochus singularis artificii in excogitandis ac formandis novis metris, qui primus epodos excitavit alios breviores, alios longiores, ‖ detrahens unum pedem seu colum metro, ut illi subiceret id quod ex ipso detractum esse videbatur: ut in heroo, a quo primum coepit, tamquam

diffugere nives, redeunt iam gramina campis;

dehinc epodus sui generis,

arboribusque comae:

et illud, cum heroi versus secundo colo ithyphallica epodos per *ἀντιπάθειαν* respondet, ut

Priamique evertere gentem fata iam parabant:

et multa alia, quae in processu operis demonstrabimus. omnia enim ex dactylo | et iambo principalibus orta noscuntur. nam quaecumque protuleris, ex his profluere fontibus et ad haec referri veluti semina examinando reperies. haec enim sola duo metra, quamvis et iambicum heroi sit traductivum, utpote cum trimeter de hexametro manasse noscatur, haec sola possunt prototyporum prototypa dici et omnium metrorum elementa, reliqua autem horum *ἀποτμήματα*: quorum modos, in quantum colligi potuit, studiosi lectoris auribus intimabo.

[DE SVMMA NVMERI QVAE METRORVM MVLTIPLICATIONE REDIGITVR]

Nam cum metrorum principalium, quae catholice excepto rhythmo paeonico recipienda sunt, octo genera censeantur, siquis ea octies multiplicet, [et] octona metra octies multiplicata efficient differentias LXIIII. et ut exemplo id apertius clareat, siquis iambicum iambico coniungat aut trochaico et

21 omnia — 27 *ἀποτμήματα* *p. 2594*

1 et *om.* ς 4 syllaba ς syllabam *A B* 5 in *om.* *A B* ς 7 uideamur sed alioquin *expuncto, ut videtur*, sed *B* nam profecto ς 8 discendi causa ς 9 imitentur *B a Val.* ς imitantur *A* 10 complurium ς compluriorum *A B* 15 diffugere] *Hor. carm. IIII 7, 1* 16 sui generis ς suis generis *A B* 18 colo] loco *B* ithyphallico epodo parant ipathia *A* ithyphallico epodo par ἀΝΤΙΠΠἀΘΕΙἀ ς *B* 19 respondet ς respondit *A B* 20 Priamique] *Verg. Aen. III 1: cf. p. 121, 15 Terent. Maur. 1844* fata] facta *B* 24 quamvis ς qū. *A* cum *B* 25 manasse ς *B* manassa *A* 27 potuerunt ς 29 DE SVMMA — REDIGITVR *ex margine illata esse videntur* QVAE] qui *B* 31 et *om.* ς 32 exemplo ς *B* exemlo *A* 33 coniungat ς coniugat *A B*. *an* couiuget?

deinceps ceteris, ‖ id est dactylico anapaestico choriambico antispastico et ionicis duobus, fient harum permixtionum differentiae octo. pari ratione si sit trochaicum ceteris metris, ut supra de iambico diximus, coniugatum, fient aliae differentiae octo. ac deinceps si per omnia pedum genera similiter fiat ista coniugationis multiplicatio, non dubie clarum erit effici differentias LXIIII in omni octo metrorum principalium summa. cuius rei edocendae gratia etiam quaedam sui generis exempla proponam. nam si ex duobus iambicis, quae penthemimere vocantur, versus unus formetur, fiet sapphicum huius modi,

meat per aequor Inoa proles.

item si ex duobus iambicis dimetris catalecticis fiat permixtio, fit metrum quod aeschrionion dicitur, ut est

amore me subegit et igneo furore.

similiter duo dactylica si coniungas penthemimere, fit elegium tale,

lactea sanguineis lilia mixta rosis.

vel si anapaestica hephthemimere copulentur, ¦ fiet metrum quod *παροιμιακόν* appellatur, veluti

sed Iapygii vada ponti taciti prope litoris actas.

item ex duobus trochaicis, quae hephthemimere nuncupamus, fit metrum euripidion, quod est tale,

Phoebe carminum potens, cum sorore sis favens.

sed et multa alia per singula metrorum genera, quae persequi satis prolixum est, sub huius modi conexione miscentur.

Verum haec coniuncta, quae graece *ἀσυνάρτητα* [non composita] nominantur, ita perfecta sunt, ut facile sit unam quamque partem coli determinatione adsequi, cuius sit aut proceritatis aut generis. illa autem quae Graeci *συγκεχυμένα* et *ἀπεμφαίνοντα*, quae nos confusa et inmanifesta dicimus, non ‖ tam perspicua et aperta sunt, idcirco quod non tantum ex differentia diversorum metrorum coniugantur, verum ex eo, quod brevia et non perfectae proceritatis in hoc genere versuum cola, quae nos membra dicimus, sociantur. nam ferme a monometro brachycatalecto initium sumunt et non ultra dimetrum hypercatalectum crescunt. unde intellegi datur per singula metra, quae octo sunt numero, totidem incrementa differentiarum reperiri, id est octona in generibus singulis, ita: aut enim monometrum est brachycatalectum aut monometrum catalecticum aut monometrum *acatalectum aut monometrum* hypercatalectum; rursus aut dimetrum est brachycatalectum aut dimetrum catalecticum aut dimetrum acatalectum aut dimetrum hypercatalectum. quorum exempla in

8 quae] qui *B* 10 Inoa] ionia *A B* ς 13 subegit *B* ς subigit *A* 18 sed iapygia uada *A B* ς taciti] nicti *A B* ς 19 trochaeis *A B* ς quae] quod *B* 23 prolixum est *A* prolixum eēt *B* prolixum esset ς 24 graeca *corr.* -ce *A* 27 ΑΠΕΜΦΑΙΝΟΝΤΑ ς *B* ΑΠΕΜΦΑΙΝΟΤΑ *A* 29 coniugantur ς *B* coniungantur *A* 35 monometrum est brachycatalectum ς monometrum est brachycatalectico *B* monometrum ebrachycatalectico *A* 36 acatalectum aut monometrum *om.* *A B* ς

dactylico, quod est in coniunctis magis cognitum, ostendam. est itaque monometrum dactylicum brachycatalectum *φεῦ*, catalecticum autem addita syllaba brevi *φεῦγε*, acatalectum vero monometrum pes integer dactylus *φεύγετε*, hypercatalectum autem, si pedem dactylum una syllaba brevis excedat, ut est *φεύγετέ με*. item dimetrum brachycatalectum fit, si pedem dactylum una longa excedat syllaba, ut *φεύγετε δή*; catalecticum, | si pedem dactylum una longa et una brevis excedant, ut est *φεύγετε δή με*; acatalectum autem, si duo dactyli copulentur, ut est *φεύγετε φεύγετε*; hypercatalectum vero dimetrum, si praeter duos dactylos una brevis abundaverit, ut est *φεύγετε φεύγετέ με*. quae varietas facit differentias octo, quod etiam in ceteris septem metris accipiendum est, iuxta quod fiunt differentiae octies octonae, quae comprehendunt numerum differentiarum LXIIII. ‖

Verum haec si singula sint nullis aliis congregatis, ut et de superioribus diximus, manifesta erunt. at cum inter se similia aut disparia nectuntur, tunc ex ipsa brevitatis conclusione obscuritas nascitur, unde *συγκεχυμένα* et *ἀπεμφαίνοντα* a Graecis, a nobis confusa et inmanifesta appellata sunt. fiunt itaque per has coniunctiones de his LXIIII differentiis, ut maiores nostri in hac arte sublimes tradiderunt, species differentiarum quattuor milia XCVI, scilicet multiplicatis inter se colis. proponamus itaque canonem dactylici in exemplum reliquorum septem metrorum, qui est, ut ceteri, aeque octo differentiarum ita: nam aut dactylicum monometrum brachycatalectum dactylico monometro brachycatalecto copulatur aut idem brachycatalectum catalectico aut acatalecto aut hypercatalecto, et rursus idem brachycatalectum dactylicum dimetro brachycatalecto aut dimetro catalectico aut dimetro acatalecto aut dimetro hypercatalecto sociatur, quae sunt commutationes octo canonis unius. igitur eo pacto, quo monometrum brachycatalectum percurrens octo canonas, ut ostendimus, fecit differentias LXIIII, ita et monometrum dactylicum catalecticum et acatalectum et hypercatalectum: cum suum ceterosque canonas tam per monometrum quam per dimetrum singula metra percucurrerunt, procul dubio octies sexagenae quaternae differentiae colliguntur. ex quibus efficitur numerus differentiarum in una quaque metri specie quingentarum XII. si ergo unius canonis haec summa de differentiarum multiplicatione colligitur, manifestum apud omnes erit octo canonum, id est metrorum principalium, ‖ multiplicationibus octies quingentas XII differentias fieri, quae in summam maioris numeri redactae efficient differen-

---

1 quod] qui *B* 6 *δή*] ΔЄ *A B* 7 ΔЄ *corr.* ΔH *A* 9 duos] duo *AB* 10 est *om. A*, *add. a Val.* 11 quod] quae *B* iuxta quod fiunt *Val.* iuxta quod fi^u^ent *A* iuxta quod fient ς iuxta q. fiunt *B* 14 nullis eis congregatis *A B* ς 15 erunt] essent *A B* ς 20 XCVI *B Val. a* ς X.. *duabus litteris deletis A* colis prototyporum. itaque canon est dactylici ς 28 quo monometrum ς quod monometrum *A B* 30 acatalectum] acatalecticum *B* 32 octies ς *B* oties *A* 35 apud omnis *A* octo canonum *B* UIII canonum *A* IIII canonum ς

tiarum, quibus ἀσυνάρτητα, id est inconexa, colliguntur, quattuor milia XCVI genera, quae per metrorum clausulas mutua earundem alternatione efficiuntur.

[QVOT EX DACTYLICO HEROO METRORVM GENERA DERIVENTVR]

Considerantibus nobis, quot ex dactylico heroo per singulos prototyporum canonas metrorum species procreentur, manifesta ratione reperio primam eius veluti subolem a pentametro versu coepisse. unde consequenti ratione initium suscepti operis [de versu pentametro] ab eodem ordiemur [quod metrum τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον σαπφικόν et αἰολικόν dicitur]. quod *metrum* invenisse fertur Callinous Ephesius. alii vero Archilochum eius auctorem tradiderunt, quidam Colophonium quendam, super quorum opinione apud grammaticos magna dissensio est. is autem versus a duodecim syllabis in quattuordecim crescit. nam compositus est de hexametro ita, ut de tertio pede partem orationis complente semipes tollatur, itemque ex ultimo pede, quem spondeum esse debere in dubium non venit, adaeque postrema syllaba retrahatur, ut est

Mars pater, haec pateris, quae nos quoque posse negamus.

huius penthemimeres 'Mars pater haec pateris,' dehinc 'quae nos quoque posse negamus.' minor itaque hexametro vel tribus vel duabus syllabis est, tribus, quotiens tertius in hexametro dactylus invenitur, duabus vero, quotiens spondeus. optimus autem est, quotiens duos novissimos anapaestos habet, qui fiunt ita, si duo ante ultimum hexametri versus pedem dactyli sunt, ut est ille,

Mars pater, haec pateris, quae nos quoque posse negamus.

huic si quarti pedis primam syllabam detrahas et novissimi ultimam, fiet versus | claudentibus eum *duobus* anapaestis talis,

Mars pater haec pateris quae quoque posse negam.

item

barbarico postes auro spoliisque superbi:

pentameter

barbarico postes aur spoliisque super.

sed et ille perspicuus pentameter habebitur versus, qui post duos pedes primos semipede, qui superest ad penthemimeren tomen, verbum finit.

5 Considerantibus — 110, 19 arbitrantur *Terent. Maur. 1721—1800*

4 Quot ex dactylico heroo metrorum genera deriuantur et de uersu pentametro ς 8 de versu pentametro *hoc loco om.* ς ordiemur *Frankius Callin. p. 26* ordinemur *A B* ordinemus ς 9 quod — dicitur *ab hoc loco aliena esse adnotavit Bergkius in commentatione academica beneficii Wolframsdorfiani lege edita Hal. a. 1861 p. 8.* σαπφικόν *et* αἰολικόν *ex iis quae infra p. 110, 34 de versu aeolico scripta sunt huc inlata esse indicaverat Frankius l. c.* 10 metrum *om. A B* ς 14 tollatur quem spondeum esse debere in dubium non uenit itemque (item *corr.* itemque *A)* ex ultimo pede ad quae (atque *B* adaeque ς) postrema *A B* ς 21 duos] duo *A B* 25 fiat *corr.* fiet *A* 26 duobus *om. A B* ς 29 barbarico] *Verg. Aen. II 504* 31 aur ς *B* auro *A* 33 qui superest ς *B* q̄ *(h. e.* quae) superest *A*

unde pentametri versus erit prima species, quae de hexametri versus tome, quam penthemimeren diximus, geminata conficitur, quae tunc contingit, si hexameter duos dactylos habuerit, ut puta 'primus Erichthonius.' in hac enim clausula heroi hexametri dactylos duos esse et semipedem necesse est, qui repetiti pentametrum elegiacum, qui hexametro subicitur in poematis, efficiunt. in quibus etiam ordo praeposteratus nec metro nec sententiae oberit, veluti

bella per Emathios Musa monente cano,

dehinc

Musa monente cano bella per Emathios.

hi primi pedes usque ad tomen in elegio versu *κινητικοί* vocantur, quod eos transferre in secundam clausulam ‖ et ex eorum geminatione versum implere possumus. ex quo etiam genus propriae versificationis inducitur et appellatur tripenthemimeres. nam prima versus heroi portio ter repetita, veluti

arma virumque cano, Musa mihi causas, urbs antiqua fuit,

metrum sui generis facit. huius incisioni, quae syllaba clauditur, si alteras duas adicias, ut tertium pedem trisyllabon compleas, erit hoc [penthemimeres] trimetrum *δεξιόν*. nihil autem intererit, si pes tertius in isto versu longa syllaba, quae est finalis *ἀδιάφορος*, finiatur et fiat *ἀμφίμακρος*, veluti

arma virumque cano Troiae.

sane quia superius *δεξιὸν μέτρον* diximus, quamquam id et in prototypis ostenderimus, tamen scias inter dextros ac sinistros versus hanc haberi differentiam, ut dextri sint qui in tertia vel quinta sede trisyllabon habuerint pedem, sinistri autem qui disyllabum | in secunda vel quarta regione. verum huius generis, ut supra coeperam dicere, quod ex penthemimere geminato conficitur, species sunt tres: prima, cum praecedit spondeus, sequitur dactylus, item spondeus ultimis anapaestis duobus versum claudentibus; et haec, ut superius, geminata efferri non possunt, ut

postquam res Asiae desine Maenalios.

---

3 duos] duo *A B* primus] *Verg. georg. III 113* 5 qui] quod *B* 6 praeposteratur *A B* ς praeposterus *ed. Sanctandr.* 8 bella] *cf. Lucan. Pharsal. I 1* 14 appellatur trimetrum penthemimeres *A B* ς: *cf. p. 142, 23* idem hoc ex tribus penthemimeribus fit et appellatur ab aliis tripenthemimeres, ab aliis trisyntheton ter] tertio *A B* ς 16 arma] *Verg. Aen. I 1, 8, 12* 17 qua syllaba *A B* ς 18 trisyllabo *A B* ς 20 finiatur ς finietur *A B* et fiat *B a Val.* ς et fiet *A* 22 Troiae] '*reponenda vox disyllabos, iambica, ut* tuae *aut* tibi' *Camerarius* 23 sane quia ς sane qui *A* sane quae *B* 24 ac] et *corr.* ac *A* 25 qui in prima vel tertia vel quinta sede *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. a. 1863 p. 7. debebat potius et hic* in secunda vel tertia vel quarta sede *et postea* in secunda vel tertia vel quarta regione *scribi. nam dextros et sinistros versus eosdem dicit grammaticus, quos in prototypis p. 74, 5* ἀρχικά *et* τελικά *cola seu commata dixerat* 27 quod] qui *B* 29 item spondeus *B* ς idem spondeus *A* 30 et haec ς et hac *A B* 31 postquam] *Verg. Aen. III 1. bucol. 8, 61*

huic si novissimam longam detrahas, ut iam non anapaestus, sed iambus vel alius bisyllabus ponatur, metrum asclepiadeum efficiet, quod duodecim syllabis subsistit, ut

postquam res Asiae desine Maenali,

item

quam saevis trepident carbasa flatibus: ||

quod constat ex spondeo, duobus choriambis, ultimo iambo, quod etiam prima adempta syllaba anacreontion dabit sic,

saevis trepidant carbasa flatibus,

seu metrum ionicum claudente dactylo. altera vero species ita, cum tres sunt spondei, anapaesti duo, tamquam

o fortunatus desine Maenalios.

tertia autem, cum primus est dactylus sequentibus duobus spondeis, anapaestis duobus in clausula positis, ut

Crispe Iurgurthinae conditor historiae.

memento sane non numquam in his et quintum tribrachyn reperiri. sed iam dictum est de syllaba finali, unde eam, ut velis, accipe, veluti

Tiphys et Automedon dicor amoris ego.

notandi sane et huius modi versus, qui hexametro et pentametro versui per adiectionem et detractionem 'que' syllabae communes sunt, tamquam

et genitor divum quos terminat Oceanus.

hic enim accepta in ultimo 'que' syllaba hexametrum facit sic,

et genitor divum quos terminat Oceanusque.

at si una syllaba media post duos pedes et semipedem *de*trahatur, erit pentameter ita,

et genitor divum terminat Oceanus.

semipede enim ab hexametro minor, a pentametro maior est, qui a Graecis inter quadratorum versuum genera numeratur.

In scandendo autem pentametro non nulli | dissentiunt. quidam enim eum in duo dividunt cola et percussis || utriusque partis binis pedibus semipedes, qui supersunt, coniungunt et ex his spondeum quintum versui adnectunt, tamquam

nil mihi rescribas attinet ipse veni,

sic

nil mihi rescri attinet ipse venibas.

---

2 metrum asclepiadeum *p. 2594. 2598. 2609* 18 Tiphys *p. 112, 15* 33 nil mihi *p. 111, 23*

---

1 longam *om. A, add. a Val.* anapaestus sed iambus ς anapaestus (-tos *corr.* -tus *A)* et iambus *A B* 7 qui constat *A B* ς quod etiam *A* ς qui etiam *B* 12 o fortunatus ς *B* o fortuna tu *A* 13 primum *B* 15 crispa *corr.* crispe *A* 18 dicar ς 19 qui *B Val.* ς equi *deleta* e *A* 20 que syllabae *Gaisfordius* quem syllabae *A* quae syllabae *B* quemadmodum syllabae ς 24 at] ac *A B* ς detrahatur ς trahatur *A B* 26 diuum terminat ς diuum quos terminat *A B* 33 attinet *B* ati Ti & *A* attamen ς 35 attinet *A B* attamen ς

hoc eo studio, ne anapaestum pedem, quem hexameter herous excludit, pentametro miscerent. alii vero spondeo tertium locum ut proprium defendunt, qui ex semipede superioris clausulae et prima longa incipientis dactyli ei adnexa gignitur: supererunt residuae breves dactyli duae, his adiuncta longa efficiet anapaestum quarto loco: supersunt tres syllabae, quarum duae breves, utpote supremae dactyli; his copulata finalis tertia pedem anapaestum complebit, nec interest, brevis an longa sit, utpote in ultimo constituta. huius exemplum

ne tu Pieridum deseris Aoniam.

observabis autem ne novissima syllaba prioris coli, quae post duos pedes semipes residet, brevis sit, ne pro spondeo tertius iambus obrepat, qui huius legis rationem subruat; quamvis quidam, quod ex gemina tome videatur versus iste subsistere, non sint deterriti quin brevi syllaba prius colon concluderent adfirmantes nihil interesse, cuius modi in fine sit syllaba, idque ipsum iuris ac legis commata retinere voluerunt, quod in omni metro et in quocumque versu catholice praeceptum est. his subditis, ut dictum est, hexametris elegiacum metrum reddunt dictum ex eo, quod maerori rebusque tristibus modus eorum aptior esse videatur, ‖ *ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν*. alii vero *παρὰ τὸ εὖ λέγειν* elegos dictos arbitrantur.

[DE GENERIBVS METRORVM QVAE A PENTAMETRO PROFLVVNT]

Choerilium seu diphilium metrum ex eodem pentametri ortum esse genere res ipsa indicat. est enim e dactylica specie derivatum, suprema tantum versus syllaba, quin sex pedibus profluat, brevius. incipit autem a duobus dactylis, tertia regione spondeo semper manente, et rursus | ex duobus dactylis et syllaba una. huic duo cola, quae penthemimere diximus, adcrescente media syllaba, qua spondeus gignitur, formam dedisse noscuntur, qua detracta ad elegiacum pentametrum versus revertetur, velut

nunc age Pierios versus dea Calliope,

item

incipe Maenalios mecum mea Melpomene.

choerilium autem amphilipes dicitur, quod initio et [in] fine imminutum est, ut

tibi namque decens lucet rosa vertice.

Hoc quoque ex eodem pentametri versus genere profluit, quod aeolicon seu sapphicon metron nominant, a Sappho, vate doctissima, inventum.

---

34 Hoc quoque — 111, 6 foret *Terent. Maur. 2148—2156*

---

4 dactyli et adnexa *B Val.* dactyli et nexa (ad *suprascr.*) *A* dactyli annexa ς 7 breuis *B* ς breues *A* 9 ne] nunc ς deseris ς desinas *A B* Aoniam ς *B* aoniem *A* 11 qui] quae *B* 12 quamuis ς qū *A* cum *B* ex geminato ne uideatur *A B* ex geminatione uideatur ς 13 breui *om. A, add. a Val.* 14 aduiifirmantes *B* intersεesse *A* 15 quod] quae *B* 19 *ἐλεεῖν* ς ΕΛΕΑΝ *A B* ΠΑΡΑΤΟΕΥΛΗΓΕΙΝ *B* ΠΑΡΑΤΟΕΥΑΝΤΕΙΝ *A* 22 suprema ς sub prima *A B* 31 et fine ς 33 decens *B* ς dicens *A* 34 quod] qui *B*

huius primae in versu duae syllabae indifferenter nunc longae, nunc breves, nunc dispares solent poni, id est quilibet pes e disyllabis quattuor, subiectis per ordinem usque ad finem versus quattuor dactylis, tamquam

Maro me docuit iuga Pieridum sequi, ‖

item

cordi laurea virginitas mihi cum foret;

nisi si catalecticus versus emerserit, scilicet [et] ut disyllabo ultimo quam dactylo terminetur. hoc quoque cognatum aeolico generi metrum esse in dubium non venit, quod primo spondeo et dactylis quattuor subsistit, nisi quod huic interdum ultimus creticus est, ut

at plenus venit Alpibus aeria nive,

cui ad implendum hexametrum spondeus deest.

Huic quoque si octavam syllabam a primordio versus auferas, fiet elegion, quod diestigmenon elegion appellatur, quasi unius interiectu syllabae distinctum, ut

alma parens genetrix divum decus Oceano.

cui si syllabam adicias, fiet herous ita, [ut]

alma parens genetrix divum decus Oceano lux.

si autem octavam a medietate auferas, erit elegion, ut

alma parens genetrix, tu decus Oceano.

traditur etiam elegius scazon talis, ut primum colum, id est penthemimeres, integrum habeat, secundum vero contra legem suam non una, sed duabus syllabis terminatum, ut 'nil mihi rescribas' | primum colon, secundum 'attinet ipse veni', scazon 'attinet ut veniatis'. adfectat enim secundo colo ultimum pedem trochaeum inducere. ‖

His logaoedicam metri speciem, quae et enoplios et archebulios dicitur, non absurde coniunxerim, adaeque dactylici metri subolem, scilicet cum trochaica basi versus clauditur duobus vel tribus vel quattuor dactylis praeeuntibus, prout carminis mensura aut ratio exegerit. cuius generis est etiam hoc, quod ex duobus dactylis et duobus conectitur trochaeis et appellatur alcaicum decasyllabum, ut est

laurea Nyctelio corona;

item e tribus dactylis et duobus trochaeis, ut

---

4 Maro *p. 73, 14* 16 alma *p. 73, 19* 23 nil mihi *p. 109, 33* 26 archebulios *p. 75, 21. 126, 7*

---

2 e disyllabis *B* ς e disyllabus *A* 6 cordi] *Terent. Maur. 2154* cordi quando fuisse sibi canit Atthida Parvam, florea virginitas sua cum foret 11 adplenius uenit *A B* aurae nis uenit ς 12 spondeo s idē *A* spondeus id est *B* spondeus unus deest ς 14 quod] qui *B* 15 distinctum ς *B* destinctum *A* 16 genitrix diuum decus oceano ς genetrix diuum genetrix oceano *A B* 21 elegius et scazon *B* 22 secundo uero *A B* ς 23 terminante *A B* ς 24 attinet ipsa ueni *A B* attamen ipse ueni ς attinet ut uenias *A B* attamen ut ueniatis ς secundum ab ultimo pede trochaeum *A B* ς 26 locaoediam *A B* logaoediaci ς onoplios et archebulios *A* enoplius et archebulius ς *B* 27 suolem *corr.* subolem *A* 32 nyctelio *A* nycteleo ς *B* 33 ut *om. A, add. a Val.*

quadrupedante ciet pede primus aequor;

rursus e quattuor et duobus trochaeis, ut

Romulidae pedites Arabum populis amici.

quae species et in anapaestico versu reperietur, ita dumtaxat, ut postrema eius clausula bacchio a brevi incipiente terminetur et pro anapaesto non numquam spondeus ponatur. duobus autem spondeis, ut plerumque in heroo hexametro reperimus, si metrum claudatur, spondiazon versus, ut in primo libro dictum est, appellabitur. spondiacus enim, ut trochaicus et iambicus, ex omnibus spondeis subsistit, cui si molossum ultimum adieceris, fiet laconicum metrum e quindecim longis ita,

Hispani duri desciscunt a Romanis victores.

Nec minus e pentametro versu anapaesticus figurabitur, utpote cum ex dactylo spondeo et anapaesto subsistat adiecto in qualibet sede versus sui generis pede sive dipodia, quo fiat tragicus seu comicus, ut

Tiphys et Automedon dicar amore potens.

vides pentametrum elegiacum: adiecto 'mea lux' erit ‖ trimetrus anapaesticus, in quo prima basis ex duobus dactylis, secunda e spondeo et anapaesto, tertia e duobus anapaestis subsistit ita,

Tiphys et Automedon dicar amore potens mea lux. |

[DE ENVNTIATIONE PENTAMETRI ELEGIACI] Hoc quoque notandum in enuntiatione pentametri elegiaci: nam plerumque aurem fallit, ut in illo graeco versu,

ἡμεῖς δ' εἰς Ἕλλης πόντον ἀπεπλέομεν.

nam si coniunctim Ἑλλήσποντον enuntiarimus, effugerit aurium sensum, ut nequaquam versus esse credatur. at si per hemistichium pronuntiemus, ipsa subdistinctione genus metri declarabimus ita, ἡμεῖς δ' εἰς Ἕλλης, dehinc πόντον ἀπεπλέομεν. unde pentametrus duobus pedibus et semipede colon terminare debet, ut qui audierit, antequam percutiat, versum intellegat, velut

labitur hinc Helles, pontus in Oceanum.

item

venerunt inter, lunia sancta polo.

nam si per se dicas 'inter' et per se 'lunia' media subdistinctione interposita, recipiet formam elegiaci.

---

10 laconicum metrum *p. 98, 22* 15 Tiphys *p. 109, 18*

---

1 ciet] ei et *A B* uenit ς aequor] eques *A* ς equens *B* 6 spondeis plerumque ut in heroo hexametro reperiemus *A B* ς 7 spondiazon *A* spondaizon ς *B*. *de spondiazonte in primo libro dictum non est, sed in secundo p. 72, 4* 8 spondiacus *A* spondaicus ς *B* 12 utpote *B* 23 HMEIC ΔEIC *B Val.* ς HMEIC.EIC *una littera post* HMEIC *deleta A* 24 enuntiaremus *B* 26 ἕλλης dehinc πόντον ς *B* ΕΛΛΔΕ dehinc CΠONTON *A* 28 antequam *B a Val.* ς ante *A*

Hinc procul dubio intellegi datur prosam numeris subsistere. nam et Aristoteles, homo sublimis ingenii, praecipit numeros esse in oratione oportere, ita tamen ne versus incurrant, qui saepe imprudentibus subrepunt, quod et Cicero in Oratore suo [de evitatione versuum] tangit. ipsa quoque lyrica poemata sublata modulatione vocis non ultra solutam orationem procurrunt. quocirca || putant non nulli duriorem legem oratoribus fore quam poetis. nam ut nihil scribere possumus, quod extra numerum litterarum cadat, sic ne loqui quidem aut verbum ullum emittere, quod non in pedes aliquos et in rhythmos incidat, qui alterna syllabarum sublatione et positione continentur.

[DE RECIPROCIS VERSIBVS] Operae pretium est inter haec et de reciprocis versibus, ut omnifariam artis metricae disciplinis et gratia hoc opusculum instruamus, quantae sint venustatis et quot eorum species investigaverim, dicere. qui retrorsum dum leguntur, longe aliud metrum ex se procreant, ut est hic elegus, |

esse bonus si vis, cole divos, optime Pansa,
omine felici, Pansa, precare deos.

ex his superior herous in sotadium recurrit sic,

Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse.

item

ecce tumet vitis tua gemmis, optime Bacche:

sotadium dabit tale,

Bacche optime, gemmis tua vitis tumet ecce.

alter, qui est pentametrus, in iambicum trimetrum redit sic,

deos precare, Pansa, felici omine.

[iambicum] est item aliud genus, quod in eandem mensuram || revertitur, ut utrimque legentibus herous sit neque, ut superiores, genus metri mutet, quales apud Vergilium reperiuntur,

M u s a, m i h i c a u s a s m e m o r a q u o n u m i n e l a e s o,

item

i p s e d e d i t M o e r i s, n a s c u n t u r p l u r i m a p o n t o.

aeque enim et in reversu lectionis suae heroum custodiunt metrum sic,

laeso numine quo memora causas mihi, Musa,

item

---

11 Operae pretium — 114, 10 de pentametro *Diom. 516, 24 — 517, 10*

---

1 prosam ς prosum *A B* 2 Aristoteles] *rhetor. III 8 διὸ δεῖ ῥυθμὸν ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται. cf. Cic. Orat. 81. 172* 3 uersum *A B* ς 4 quod et *editor Sanctandr.* quia et *A B* ς Cicero in Oratore suo] *56, 189* 6 duriorem *B a Val.* ς deorem *A* 7 quod] quae *B* 8 ne loqui ς nec loqui *A B* 9 quia lterna *A* que alterna *B* quia legitima ς, 10 continentur *Gaisfordius* continetur *A B* ς 14 qui] quae *B* 17 homine *corr.* omine *A* 21 uitis tua gemmis *Camerarius* gemmis (gemis *A*) tua uitis *A B* ς bacchae *utroque loco A* 23 gemis *A* 29 Musa] *Verg. Aen. I 8* 31 ipse] *Verg. bucol. 8, 96*

ponto plurima nascuntur, Moeris dedit ipse.

est etiam aliud reciproci genus, quod non per singulos versus redit, sed per totum elegum, tamquam

Icarium Notus ut confidens flamine tranat,
caerula verrentes sic freta Nereides:

si revolvas, elegus erit eodem modo,

Nereides freta sic verrentes caerula, tranat
flamine confidens ut Notus Icarium.

ita medium verbum 'tranat' alteri detractum et alteri additum variata vice pentametrum facit de hexametro et hexametrum de pentametro.

[DE TETRAMETRO VERSV] Sed ut ad propositum versus hexametri ordinem redeam, decurso pentametro heroo consequens est tetrametrum eius inducere, quem Archilochus divulsum ab || hexametro heroo ad epodum convertens satis acceptam auribus rem commentus est. idem etiam iungendo inter se diversa nova metra composuit, quae Graeci *σύνϑετα* et *ἀσύνϑετα* appellant: *ἀσύνϑετα* quidem, quae eiusdem sunt | generis, *σύνϑετα* vero, quae ex diverso copulantur. ergo tetrameter sive versus sive hexametri heroi tome tertia — nam post duas incisiones eius proprias, id est penthemimeren et hephthemimeren, tertia est ea quam *βουκολικήν* appellant, quae quarto pede semper sensum claudente distinguitur ideoque a Graecis sic appellatur, quod bucolici carminis haec lex sit, ut versus eius ea observatione formetur, ut ante duos ultimos quarto pede terminet aut partem orationis aut sensum, quam legem per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus exceptis tribus aut quattuor ferme versibus, e quibus sunt

ἀμφῶες νεοτευχὲς ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον

et

τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται,

custodit: at noster Maro haud ita, quod utrum scrupulosum an supervacuum duxerit, ipse norit. quod || Graeci sanxerunt, ne pars orationis aut sermo integer ullo verbi discidio interveniente seiungeretur, tamquam 'forte sub arguta consederat' tetrametrus; sequitur 'ilice Daph-

---

17 ergo tetrameter — 116, 18 clausulas haberi *Terent. Maur. 2114—2180*

---

1 ponto *superscriptum est in A* 4 Icarium] *Petronii epigramma esse coniecit Bergkius in commentatione academica beneficii Wolframsdorfiani lege edita Hal. a. 1861 p. 7 coll. de dub. nomin. p. 578, 23* fretum generis neutri et pluraliter freta, ut Petronius 'freta Nereidum' 6 reuolu.s *corr.* reuoluas *A* 14 rem *superscriptum est in A* 16 appellant ΑϹΥΝΘΕΤΑ ka quidem *A* 20 quae quarto — 22 formetur *bis scripta, posteriore loco deleta sunt in A* 26 ΑΜΦΩΑ ΝΕΟΤΕΥΧΕϹ ΤΙΓΛΥΦΑΝΒΙΟ ΤΙΟΤΟϹΑΩ(N) ΕΤ ΤΟΙϹ ΔΕΜΕΓΑ ΤΡΙΠΟΥϹ ΤΕ ΓΕΡΟΝΤΕ.ϹΚΑΤΘΥΕΤΥΚΤΕ *A: Theocr. 1, 28 et 39* ΑΜΦΩΑ *B* ΠΟΤΟϹΔΩΝ *B* 28 ΤΡΙΠΟΥϹ ΤΕ ΓΕΡΟΝ ΤΕϹΚΑ ΤΥΕΤΥΚΤΕ *B* 29 qui utrum *B* 32 forte] *Verg. bucol. 7, 1* tetrametr *A* tetrametrum *B*

nis': hoc comma dimetrum epicum nuncuparunt. item 'o crudelis Alexi nihil mea', dehinc 'carmina curas'. unde intellegi datur bucolicum carmen seu metrum ex tetrametri *et dimetri* versus copulatione subsistere. — igitur hi tetrametri heroo hexametro subnexi scitam admodum epodum carminibus dabunt, ut apud Horatium

nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro,

dehinc

certus enim promisit Apollo,

quae dactylo pede clausa alcmanicum, spondeo autem archilochium metrum efficiet. huic si duos pedes heroi hexametri praeposueris, velut 'in medio mihi', erit ex tetrametro hexameter talis,

in medio mihi certus enim promisit Apollo.

hi tetrametri tragicis choris a plerisque miscentur et continuati non numquam choros explicant, ut apud Pomponium reperimus |

pendeat ex umeris dulcis chelys
et numeros edat varios, quibus
adsonet omne virens late nemus.

his quoque si ad extimum adicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies hoc modo,

pendeat ex umeris dulcis chelys apta choreis
et numeros edat varios, quibus ecce propinquum
adsonet omne virens late nemus arvaque iuxta. ‖

e quis duobus pedibus prior dactylus semper est, sequens spondeus. rursum tetrametro heroo, in quo quattuor tantum dactyli, si subicias tres iambos eo more, quo tres trochaei [phalaecio] copulantur, metrum sotericum efficies ita,

---

9 quae dactylo — 10 efficiet *p. 73, 13*

---

1 o crudelis] *Verg. bucol. 2, 6*   3 ex tetrametron *corr.* ex tetrametri *A*   et dimetri *om. A B* ς   versus — 4 hexametro *in marg. add. A*   5 carminis *corr.* carminibus *A*   6 nil desperandum (desperan *A* desperandum *a Val.*) duce Teucro et auspice Teucri *A B: Hor. carm. I 7, 27*   9 qui dactylo *B*   14 choros ς chorus *A B*   16 edat ς *B* edit *A*   17 atsonet *A*   22 iuxta ex his igitur colis seu dimetris equis (aequis ς) duobus pedibus *A B* ς. *perturbatum verborum ordinem ita restitui voluit Bergkius in commentatione academica beneficii Wolframsdorfiani lege edita Hal. a. 1861 p. 6,* Ex his igitur colis seu dimetris, e quis duobus pedibus prior dactylus semper est, sequens spondeus, quod metrum vocatur *διμοιρον ἐπικὸν* eo, quod duos pedes heroos tantum recipiat dactylum spondeum, Sappho dicitur — 116, 18 eiusdem asmatis similes clausulas haberi *(vel potius* eiusdem asmatis extima cola similes clausulas habere) deinceps. rusum tetrametro heroo 115, 23 — 116, 2 furore congruo. rusum huic tetrametro Archilochus *sqq. praestat tamen ordo qui est in libris: nam primum de duobus colis versus bucolici dicitur, deinde de tetrametro catalectico. sed v.* ex his igitur colis seu dimetris, *quae male hoc loco interposita erant (nam ea quae sequuntur* e quis duobus pedibus *ad* 18 binos *pedes pertinent), transposui post* 116, 4 spondeum   23 rursum ς susum *A B*   25 phalecio *A* phaleutio *B* phallico *Gaisfordius.* phalaecion *ex iis quae infra 117, 12 de versu archilochio disputata sunt adscriptum esse videtur; aut scribendum* tres trochaei, quod est metrum phalaecium   metrum soteriacum *Leutschius Philol. XXI p. 283 nomine metri vel a dis qui dicuntur σωτῆρες vel a genere carminum quae inscribuntur σωτήρια (Lobeck. Aglaoph. p. 383) ducto*

at tuba terribilem sonitum procul,

dehinc *tres* iambi, 'furore congruo'. rursum * dius, quod metrum vocatur δίμοιρον ἐπικόν, eo quod duos pedes heroos tantum recipiat, dactylum *et* spondeum. ex his igitur colis seu dimetris Sappho dicitur carmen composuisse continuum pentasyllabum. huius exemplum,

primus ab oris
Troius heros
perdita flammis
Pergama linquens
exul in altum
vela resolvit.

qui dimetri etiam inter epodos recipiuntur, ut apud Horatium in secunda ode, cuius initium est

iam satis terris nivis atque dirae,

ultima coli clausula

terruit urbem.

vides subiectum dimetrum metro sapphico hendecasyllabo et per ordinem eiusdem asmatis similes clausulas haberi.

Dehinc huic tetrametro Archilochus similem e contrario speciem commentus est. nam detractis || hexametro non ut *in* superiore ultimis, sed primis duobus pedibus, tetrametrum huius modi induxit, velut

Damoetas et Lyctius Aegon

dempto 'cantabunt mihi', | quod est δίμοιρον ἐπικόν; item

et longo post tempore venit

sublato 'respexit tamen'. *ex hoc igitur tetrametro* aliam epodi speciem informavit. e quo genere apud Horatium tales epodi inducuntur, ut in illo,

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,

cui hexametro hanc epodon subdidit,

---

2 quod metrum — 18 clausulas haberi *p. 120, 5. 2610* 19 Dehinc — 117, 5 Tempe *Terent. Maur. 2093—2113* 21 tetrametrum *p. 141, 26* 25 ex hoc igitur tetrametro *p. 2614. 2619*

---

1 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 2 dehinc *B a Val.* ς deinc *A* tres *om. A B* ς susum dius *A B* rursum eius ς. *lacuna quam indicavi ita fere suppleri potest*, rursum duos pedes si solos ponas (*vel* rursum dimetrum catalecticum si per se ponas), fit versus adonidius. *nam hoc nomine usus est Victorinus p. 73, 8* uocatur δίμοιρον ἐπικόν ς uocat' (uocat *B Val.*) ΔΙΜΟΙΡCΠЄΖΟΝ *A B Val.* δίμοιρον ἐπικόν, *quo nomine praeter Victorinum nemo usus est pro eo quod aut δίμετρον ἐπικόν (p. 115, 1) aut τρίμοιρον ἐπικόν (p. 2610) dicendum erat, errori grammatici tribuendum est: cf. p. 120, 8. 2610. 2620. 2621* 3 dactylum spondeum sappho *A B* ς: *cf. supra 115, 22* 5 continuum pentasyllabum *Gaisfordius* continuum persyllabarum *adscripto in marg.* pentasyllabum *B* continuum per syllabarum *A Val.* continuum numerum per syllabarum ς 6 primus] *Verg. Aen. I 1* 10 exul] *Verg. Aen. III 11* 12 etiam] et *B* 15 ultimi coli clausula *Bergkius l. c.* 16 terruit turbem *corr.* terruit urbem *A* 18 similes ς *B* similis *A* 20 in *om. A B* ς 21 tetrametrum *B* tetrametr' (*h. e.* tetrametrus) *A* tetrametros ς 22 Tamoetas *A: Verg. bucol. 5, 72* 24 et longo] *Verg. bucol. 1, 29* 25 ex hoc igitur tetrametro *om. A B* ς 27 laudabunt] *Hor. carm. I 7, 1* 28 cui exametro hanc epodum (epodā *Val.*) subdidit bimarisue corinthi ut diximus e

aut Epheson bimarisve Corinthi,

ut diximus, e tetrametro compositam: dehinc

moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos,

post

insignis aut Thessala Tempe.

itaque si primos duos epodo pedes adicias, fiet hexameter talis, ut in eodem

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
si proficisceris, aut Epheson bimarisve Corinthi
moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
aspicies magis insignis aut Thessala Tempe.

Idem Archilochus paenultimis heroi hexametri partibus adiecta syllaba huius modi versum induxit, qui metro phalaecio, id est tribus trochaeis ultimis, clauderetur, ut est

at tuba terribilem sonitum dedit aere canoro.

adiecta enim inter ultimos pedes 'sed' syllaba fiet || 'aere sed canoro', quod est metrum phalaecium. iuncto omni fiet versus huius modi,

at tuba terribilem sonitum dedit aere sed canoro:

quod quidam hexametrum heroum *περιττοσυλλαβές* dixerunt. huic quoque idem epodum subdidit trimetrum versum iambicum catalecticum, id est ultima parte imminutum. cuius exemplum noster Horatius secutus est illa ode,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,

dehinc trimeter catalecticus vice epodi,

trahuntque siccas machinae carinas.

itaque si superiori unam dempseris et inferiori tradideris syllabam, fiet hic trimeter iambicus acatalectus, ille herous hexameter hoc modo, |

solvitur acris hiems grata vice veris et oni,
trahuntque siccas machinae carinulas.

quanta autem et quam profundae artis scientia in hac epodi conclusione Archilochus usus sit, interest dicere. nam cum magni aestimaret priorem versum, cuius prima portio constat ex heroo tetrametro, id est

solvitur acris hiems grata vice,

---

12 Idem Archilochus — 118, 9 consonant *Terent. Maur. 2920—2954. p. 142, 28. 2612*

---

tetrametro compositam dehinc *B Val.* cui exametro compositam dehinc *A* cui hexametro compositam tetrametro epodon addit, aut Ephesum bimarisue Corinthi. dehinc ς 6 itaque si primus duo.epodo (duo epodo *Val.*) pedes *A Val.* itaque si primus duepodo pedes *B* itaque pedes si primos duos epodo ς 9 proficisceris ς *B* proficisceres *A* 11 thesala *A* 13 metro phallico *et* 17 metrum phallicum *Gaisfordius* 14 clauderetur *B a Val.* ς claderet (u *supra*) *A*: *fortasse* claudetur. 15 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* aere canoro adiecta enim (adiecta nihil *B*) ante ultimos ς *B* aereea diectae *(corr.* aere adiecta) N ante ultimos *A* terea adiecta N ante ultimos *Val.* 19 *περιττοσύλλαβον vel περιττοσυλλάβως coniecit Gaisfordius* 23 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* fanoni ς *B Val.* fauone *a* fouone *A* 28 acras hiemps *A* ueris et oni *Camerarius* ueris et faboni *A B* uere fauoni ς 30 epodi con..clusione *A*

et sequentem epodum, qui e trimetro iambico catalectico subsistit, id est

trahuntque siccas machinae carinas,

simili clausula terminatos in eundem cadere numerum, quamvis diversae rationis inter se generisque viderentur, quippe cum alter dactylico metro, alter iambico censeatur, tamen adiciendo maiori syllabam et detrahendo || minori consecutus est ut uterque phalaecio metro concluderetur. nam superior hexameter sic, 'veris et favoni', sequens trimeter ita, 'machinae carinas'. quae utraque tribus trochaeis adnexis, id est metro phalaecio terminante, admodum inter se decenter consonant.

[DE PHALAECIO METRO] Phalaecium autem, quod et ithyphallicum fit, si tribus trochaeis claudatur, appellatum aiunt a Phalaeco, qui illo frequenter usus est, ut *et* Sappho, quod constat ex glyconio octasyllabo, ut

sic te diva potens Cypri.

recipit autem spondeum, choriambum, diiambum et syllabam, ut

sulcos tunc retegunt comae latentes.

idem fiet ithyphallicum sub ea divisione, in qua primus pes, ut in glyconio, erit unus e quattuor disyllabis, dehinc dactylus, tunc tres trochaei, ut est etiam hic,

iamdudum tibi disserens probavi.

quidam tamen nullam volunt esse differentiam inter hos, sed eundem ithyphallicum et phalaecium accipiunt. hoc autem phalaecio versu Liberum patrem sollemniter canunt, [siquidem] quod etiam eius nomine et rhythmum et metrum complente demonstratur sic, | 'Bacche Bacche Bacche'. sane reperimus phalaecium syllaba novissima detracta veluti scazonta, ut est

nunc Troiam fera vindicat Venus,

quem volunt videri claudum. ||

10 Phalaecium *p. 2595. 2597. Terent. Maur. 2545 sqq. Atil. Fortun. 2674 sqq. Diom. 509, 11—26*

1 qui] quod *B* substitit *A B* ς 3 quamvis] qū *A* cum *B* quum ς 6 phallico *Gaisfordius*, *item* 8 8 carinas q̄ utraque *A* carinas suntq. utraque *B* 9 intra se *A B* ς 10 quod et ithyphallicum si tribus ς qu .. & ithyphalliār si tribus *A* quod et ithyphallicum sit tribus *Val.* quethyphallicum sit tribus *B* 11 appellatum aiunt *B Val.* ς appellatum est aiunt, *deleto* est *A* phallaeco *A* qui] quod *B* 12 et *om. A B* ς constat ex glyconio octosyllabo, ut 'sic te diva potens Cypri' et iambo et syllaba, ut beatae, sic, 'sic te diva potens Cypri beatae'. recipit autem *Bergkius in commentatione academica beneficii Marpergeriani lege edita Hal. 1863 p. 7. accuratiorem definitionem, qua ex glyconeo metro duceretur phalaecium, per neglegentiam excerpendi Victorinus omisisse videtur.* cliconio *A* 14 sic te] *Hor. carm. I 3, 1* 15 diiambum] iambum *A B* ς. *cf. p. 2595* sin vero ita dividas, ut primum spondeum, dehinc choriambum, post diiambum et syllabam colloces, erit phalaecium 18 dactylus ς *B* dactylos *A* 20 iamdudum] *Terent. Maur. 2571* 23 si quidem quod etiam *A* ς si quodq. etiam *B* 24 Bacche] *Terent. Maur. 1848. 2594*

[DE TRIMETRO VERSV] Sequitur ut iuxta propositum ordinem trimetri quoque heroi, vel siquid ex eo editum est, ratio habita inspectaque pandatur. est autem hexametri portio subsistens pedibus tribus, quod genus a Graecis haud immerito ἡμιεπές vocatur. huius exemplum 'panditur interea domus', dehinc 'omnipotentis Olympi': item 'hunc lucum tibi dedico', dehinc 'consecroque Priape'. quod metrum priapeum a quibusdam existimatur propter geminam similitudinem, de quo suo loco dicemus. trimetrum igitur epicum nihil a glyconio metro differre non nulli contendunt, quod constat ex spondeo et choriambo et pyrrichio vel trochaeo ultimo, ex quo plura apud Horatium asmata sunt, ut

sic te diva potens Cypri

et

mater saeva Cupidinum

et

donec gratus eram tibi

et cetera. nam si solvas choriambum et novissimam eius syllabam supremis duabus adiungas, ex choriambo et dibrachy [id est pyrrichio] duo dactyli efficientur. quod cum ita sit, nullus infitias ire poterit, quod ex spondeo et duobus dactylis trimetrum epicum formatum sit. cui si pherecratium adiunxeris ‖ heptasyllabum, hexametrum heroum, cui priapeum nomen est, figurabis, ut

sic te diva potens Cypri, grato Pyrra sub antro,

qui constat ex spondeo, duobus dactylis, quarto spondeo, quinto dactylo, sexto spondeo. item

uxor pauperis Ibyci

glyconium,

cras donaberis haedo

pherecration, quibus coniunctis hexameter priapeus efficitur sic,

---

8 trimetrum igitur epicum *p. 2594. 2611*

---

3 subsistens ς *B* subsistent *A* 4 hautimerito *corr.* haut inmerito *A* panditur] *Verg. Aen. X 1* 6 hunc lucum] *Catull. 18, 1* 7 aestimatur *A B* ς 8 suo loco] *p. 2598*
9 *scribi debebat* et pyrrichio vel iambo ultimo. *sed eandem metri varietatem in fine glyconeorum admisit Victorinus p. 2594* ultimo trochaeo vel eodem spondeo *et p. 2611* conectitur autem spondeo choriambo et disyllabo, ut evenerit, *in choriambico octasyllabo solum iambum locum habere praecepit p. 2597* 10 asmata ς *Val. B* .arma[ta] *A*
11 sic te] *Hor. carm. I 3, 1* 13 mater] *Hor. carm. I 19, 1* 15 donec] *Hor. carm. III 9, 1* 17 supremis duabus adiungas — 129, 15 cuius et de origine et nomine et compositione quia *post* 137, 6 omnia enim quaecumque *transposita sunt in A B* ς *ita,* nouissimam eius syllabam (ut *superscr. B)* in superiore libro plenissime diximus 129, 16 — 137, 5 de quo plura dicere superuacuum est omnia enim quaecumque supremis duabus adiungas ex choriambo et dibrachy — 129, 15 cuius et de origine et nomine et compositione quia (137, 6) accidunt trimètro scazonti huic quoque accidere in dubium non uenit ex trimetro uersu iambico dimetrum *sqq. perturbationem verborum animadverterunt Kayserus Philol. VI p. 706 et Bergkius Philol. XVI p. 636*
18 infitiare poterit q. ex *B* 19 duabus dactylis ς *B* duabus dactyles *A* 20 adiunxerit *corr.* -ris *A* 23 quarto spondeo ς quartus spondeo *A B* 25 uxor] *Hor. carm. III 15, 1* 27 cras] *Hor. carm. III 13, 3*

uxor pauperis Ibyci, cras donaberis haedo.

memineris autem non omnem versum priapeum probabilem fore, nisi eum qui ex glyconio et pherecratio ita est compositus, ut utraque eius cola a spondeo inchoentur, de quo suo loco plenius dicemus.

[DE DIMETRO VERSV] Memini de dimetro nos superius sub occasione tetrametri [metri] pleraque dixisse, quem veluti naturaliter epodis aptum *dicunt*, etiamsi Sappho carmen ex eo continuum induxerit, quod appellatur *δίμοιρον ἐπικόν*, idem et pentasyllabum, quia frequenter inventus cum aliis sui generis *in* epodis habebitur. nihil enim de eo *amplius* quam dictum est maiores tradiderunt. unde nunc ad ea, quae de hexametro pari ratione propagata sunt, revertemur.

[DE METRIS QVAE EX PENTHEMIMERE ET HEPHTHEMIMERE TOME PROPAGANTVR] Heroi versus primam incisionem, quam penthemimeren tomen vocant, in qua prior sit spondeus, secundus dactylus, dehinc syllaba, si duobus pedibus integri | || dumtaxat sensus revulsis ex cuiuslibet fine versus hexametri conectas, propagabis versum hendecasyllabum formae alterius, quam est ille, qui subnexo phalaecio figuratur. hoc frequenter usa est Sappho, qui ita copulatur, 'sic fatur lacrimans,' ex alio 'labitur oris': item

postquam res Asiae, quaerere terras.

nam semipedi, qui superest in penthemimere, sequentis dimetri prima syllaba adnexa spondeum medium dabit; quartus pyrrichius erit, ultimus, ut fors tulerit, aut trochaeus aut spondeus reperietur. quod genus metri ex uno versu formari poterit, illo dumtaxat, cui primus spondeus, ut supra scriptum est, sequens sit dactylus, demptis mediis tribus aut quattuor syllabis, tamquam

at regina gravi saucia cura,
postquam res Asiae vertere gentem;

---

5 Memini de dimetro — 8 habebitur *p. 116, 2. 2610* 13 Heroi versus — 121, 2 contingit *Terent. Maur. 1939—1956* 23 quod genus — 121, 2 contingit *p. 2603*

---

4 suo loco] *p. 2598* 5 DE DIMETRO UERSUM *A* nos] hos *B* superius] *p. 116, 2* 6 tetrametri metra *A* quod est ueluti naturaliter epodis aptum, etiamsi Sappho — pentasyllabum, quia frequenter inuenitur cum aliis sui generis epodus habebitur ς quem ueluti naturaliter epodo aptum, etiamsi Sappho — pentasyllabum, quia frequenter invenitur coniunctus cum aliis sui generis, in epodis habebimus *Bergkius in commentatione academica beneficii Wolframsdorfiani lege edita Hal. a. 1861 p. 7* 7 dicunt *om. A B* ς quod ... appellatur *A* qui appellatur *B* 9 in *om. A B* ς de eo quam dictum est *A B* ς de eo quam quod dictum est *Bergkius* 10 pari ratione ς *B* para ratione *A* 13 quam ς quem *A B* 15 revulsis — versus *om. A, add. a Val.* ex] et *B a* ς 18 sic fatur] *Verg. Aen. VI 1* et alio *A* ς et alia *B* 19 labitur] *Verg. Aen. VI 2* 20 postquam] *Verg. Aen. III 1, 4* 21 semipede *B* qui superē .. epthemimere sequentis *A* qui superest sequentis ς *B* 24 ut supra se sequens *A* ut supra [se] sequens *B* ut supra sed sequens ς 27 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* 28 postquam] *Verg. Aen. III 1*

si tamen in versu novissimos duos pedes integri sensus invenies, quod raro contingit. idem hoc praedicta penthemimeres hexametri tome et iambica basis cum semipede, quae adaeque penthemimeres incisio metri iambici est, subnexa superiori efficiet, ut

carmen Pierides struunt sorores,

item

Silenum Bromiis dabunt choreis.

nam 'Silenum Bromiis' hexametri est tome, 'struunt sorores' iambi. at si eadem tome, de qua sermo est, ab hexametro divisa sequentem versus superioris partem tribus trochaeis praeficias, metrum haud indecens ‖ informabitur, quod erit in numero et genere phalaeciorum per coniunctionem heroi hexametri et trochaici, haud alias quam superior ex copulatione iambici, tamquam

*iam*dudum saucia cura traxerit furorem,
et ineluctabile tempus fata iam parabant.

Nec minus hephthemimeres tome subdito sibi versu trimetro catalectico, qui ex pyrrichio spondeo et iambo subsistat, aptum tragicis choris metrum praestabit, velut

multa quoque et bello passus,

dehinc

fato profugus Lavinaque venit:

item

obrue nos Danaosque simul,
† aras Priamique damnato pias tunc.

quo genere metri et Euripides in Oreste et Pomponius noster in *choricis* suis usi noscuntur. ex eadem sola hephthemimere tome apud Septimium Serenum in opusculis compositum carmen huius modi reperitur,

inquit amicus ager domino,
'si bene mi facias, memini.'

---

2 idem hoc — 8 iambi *Terent. Maur. 2575—2589* 5 carmen *p. 2596* 8 at si eadem — 15 parabant *Terent. Maur. 1839—1848* 16 Nec minus — 122, 17 simul eant *Terent. Maur. 1957—2004*

---

1 quod raro] qui raro *B* 2 post dicta *B* hexametri — 3 penthemimeres *bis scripta sunt in A* 3 quae] qui *B* 10 superioris] saepius *corr.* sepius *A* sepius *B Val.* eius ς praeficias *A* perficias ς *B* 14 iamdudum] dudum *A B* ς. *Verg. Aen. IIII 1* exerit furorem *A B* ς deserit pudorem *Terentianus: Verg. Aen. IIII 101* ardet amans Dido traxitque per ossa furorem 15 et ineluctabile] *Verg. Aen. II 324. VIII 334. cf. p. 104, 20* fata] facta *B* 17 subsistet *B* 18 praestabit] portabit *B*
19 multa] *Verg. Aen. I 5* 21 facto *corr.* fato *A: Verg. Aen. I 2* 23 obrue] *Terent. 1965* inserit haec aeque Pomponius in choricis sic, 'Rhoeteis procul a terris', mox dispare versu Subiecto, 'Priamique aras damnare pias': tunc 'Obrue nos Danaosque simul' parilem dedit illi. *Terentiani verbis non intellectis Victorinus trimetrum iambicum catalecticum ex pyrrichiis spondeis et iambis subsistentem finxisse videtur,* Priamique aras damnato pias tunc 24 aras *A* ς acras *B* Priami damnate pias tunc ς 25 Euripides in Oreste] *v. 1369 sqq.* pontiponius *B* choricis *om. A B* ς 29 mi facias ς mihi facias *A B*

pinea brachia dum trepidant,
audio canticulum zephyri.

qui *versus* adiecta residua metri parte efficietur hexameter herous hoc modo, ‖

inquit amicus ager domino 'sere, plurima reddam:
si bene mi facias, memini tibi solvere grates'.
audio canticulum zephyri modulante susurro.

ita per adiectionem residui commatis herous integer effectus est.

Item ex tribus dactylis accedente ad extimam clausulam pyrrichio seu iambo lyrici versus metrum, quod Graeci calabrion appellant, informabitur usurpatum a pastoribus Calabris, qui decantare res rusticas his versibus solent. quod genus metri Annianus faliscum carmen inscribit, tamquam

carmina per varios dare modos,

ut est illud apud Septimium Serenum,

quando flagella ligas, ita liga,
vitis et ulmus uti simul eant.

ferme omnes dactyli sunt ultimo disyllabo accedente quolibet excepto spondeo. quod genus et ex penthemimere tome formari poterit, ita ut duobus dactylis et semipede partem orationis implentibus residua metri portio duobus disyllabis, id est pyrrichio et iambo, terminetur, ut

vitis et ulmus uti simul eant.

Adaeque ex quattuor herois et semipede accedentibus duobus ad finem versus iambis archilochium metrum procreabitur, ut est [et]

velivolis properat multis*que* citisque navibus.

quodsi pro 'navibus' 'carinis' posueris, fiet herous hexameter. ‖

[DE ANAPAESTICI METRI GENERIBVS QVAE EX HEROO DERIVANTVR]

Sed et anapaestica metra per epiplocen, de qua supra diximus, ex heroo originem trahere haud difficile est deprehendere. nam si hexametro versui, cui in supremo spondeus seu trochaeus sit, ceteri omnes dactyli, primam detrahas syllabam, erit anapaesticus catalecticus, tamquam

at tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.

sublata enim 'at' coniunctione, quae prima in versu positione longa est,

---

28 Sed et anapaestica — 32 recurvo *Terent. Maur. 1849—1860*

---

2 zephyri qui (qui *in litura A)* adiecta *A B* zephyri adiecta ς 10 calabrion ς cå.l.åbrion *A* cålåbrion *Val.* colobrion *B* 12 versibus] uerbis *A B* ς Annianus] Terentianus *I. A. Fabricius bibl. lat. v. III p. 749. Anniani nomen tuetur Wernsdorfius poet. lat. min. v. IV p. 818, Lachmannus in Terent. Maur. p. XIV* 14 modos ς *B* modus *A* 16 ita liga ς *B* ita ligna *A* 17 uti simul ς *B* uiti simul *A* 20 orationis] orationibus *B* 22 uti] et *A B* ut ς 25 multisque citisque ς multis citisque *A B* 27 ANAPAESTICI] ANAPAESTI *A B* ς 28 supra] *p. 63, 11. 75, 3* 29 haud ς *B Val.* haut *a* aut *A* 31 erit anapaesticus catalecticus *hoc loco omissa post* 32 recurvo *habent A B* ς 32 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503. cf. p. 125, 23*

ultima singularis erit syllaba vo initiali, ut vides, dempta, quae in principio dactylum, in ultimo spondeum facit. erit ergo anapaesticus versus talis,

tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.

E tribus autem anapaestis coniunctis ultima his syllaba catalectica accedente seu duabus (interdum enim [spondeus pro anapaesto metro exigente ponitur] et duae reperiuntur, quae tamen convenientem metro non efficient pedem, ut merito catalecticus versus efficiatur) formabitur epodos ex anapaestico non absone metro heroo respondens, nec immerito: nam retracta heroo penthemimere tome pars eius residua hanc epodum dabit, velut 'vos o Calliope,' dehinc 'precor adspirate canenti.'. id erit [in] anapaestico par ac simile,

mea tibia dicere versus. ‖

quod si coniungas, facit

vos o Calliope mea tibia dicere versus..

item 'praeterea duo nec', *dehinc* 'tuta mihi valle reperti'. huic simile anapaesticum, 'cuicumque libebit ut istos'. inde intellegi datur ex huius modi anapaesticis carmen illud faliscum, quod constat ex spondeo, duobus anapaestis et syllaba, esse compositum,

undae unde colonus eoae
a flumine venit Oronti,

ultima catalectica superfluente syllaba. suggerendum tamen necessario reor, ne forte apud aliquem mirum aut novum sit, si mixtum anapaestis spondeum invenerit. nam cum et anapaestus et dactylus [et] e duabus spondei longis nunc prima nunc secunda divisis editi esse noscantur, consequenter ac merito ut parens utriusque apud alterum eorum auctoritatem maximam obtinebit et, ubiubi usus exegerit, in|ter anapaestos locum sibi usurpabit. neque hoc silentio tradiderim, esse etiam alteram faliscorum carminum speciem ita digestam, ut e tribus dactylis et iambo ultimo ordinata subsistat, velut

pergat amica Venus modo iocis.

---

5 E tribus — 28 usurpabit *Terent. Maur.* 1801—1838

---

5 anapaestis coniunctim ς *B* anapaestes coniunctum *A* 6 spondeus — ponitur *ad ea quae sequuntur in margine adscripta esse videntur* 7 reperientur *B* conuenientem ς *B* conueniente *A* 10 penthemimerisme pars *A B* penthemimere pars ς epodum ς epodus *A B* 11 vos] *Verg. Aen. VIIII 525* precor ς *B* preor *A* 12 anapaestico par ac simile mea ς anapaesti cōpaṛac similem ea *A* anapaesti simile mea *Val.* anapaestico simile mea *B*: *Verg. bucol. 8, 21. Terent. Maur. 1811* 14 quod si coniungas — 15 versus *hoc loco omissa post* 17 istos *habent A B* ς 15 uos o calliope *Val.* ς nosu *(corr.* uos) ọ calliope *A* uos calliope *B* 16 praeterea] *Verg. bucol. 2, 40* dehinc *om. A B* ς 17 simile ς similem *A B* cuicumque] *Terent. Maur. 1814* 18 anapaesticis] anapaestis *A B* ς illud ς illum *A B* fa.liscum *A* 19 duabus *B* 20 undae unde colonus *Camerarius* unde undae colonus ς unde colonus *A B*: *cf. Terent. Maur. 1821* 22 suggerendum ς suggerentedum *A* suggerente *B* 27 ubiubi usus *A* ubi usus ς *B* exigerit *B Val.* exierit *corr.* exigerit *A* inter anapaestos *B a Val.* ς in anapaestos *A* 28 usurpabit ς usurpauit *A B* tradiderim ēē etiam *B Val.* tradiderim .. etiam *A* tradiderim etiam ς

Dimetro autem anapaestico catalectico sive heroo penthemimeri si phalaecii colon, id est partem e tribus ‖ trochaeis, seu syzygian eius, adiunxeris, prosodiacum metrum efficies, quod semper a disyllabo quolibet * ut

heu heu date nunc sonitus † date bella tela.

item ex heroo,

carmina pulchra mihi o boni sodales.

Accedit his etiam illa anapaesticorum species de fonte dactylici versus veniens apta admodum comicis, quae aristophanios nuncupata est, non quia conditor eius Aristophanes fuit (nam et Aeschylus et Cratinus, priscae comoediae scriptor, ea usi sunt), sed quia plurimus in hoc metro Aristophanes invenitur. cuius species duplex, paeonica et anapaestica. nam versus aristophanius paeonicus constat e tribus primis paeonibus et amphimacro, ut est

iam Tiberis implacidus in maria labitur,

item

egregia percoluit ingenia musice.

quibus si ultimas breves paeonum detrahas, erit omnis dactylicus tetrametrus. anapaesticus constat anapaestis septem et semipede, qui est octonarius, velut

alius cithara sonituque potens volucres pecudesque movere.

cuius origo talis est: omnis pes in hexametro heroo primam syllabam longam habeat necesse est et is versus sit pedum sex. aristophanius autem quia septem pedibus et semipede subsistit, necessario adiungimus ‖ heroo sesquipedem, ita ut in principio versus syllabam longam locemus, tunc maxime, si in eo versu fuerit primus dactylus. hac enim addita syllaba omnis heroi metri ratio commutabitur: nam ex dactylo per adiectionem semipedis fiet spondeus, dehinc quae sequuntur duae breves proximam syllabam

---

8 Accedit — 125, 20 canoro *p. 75, 28. 97, 34 Atil. Fortun. 2679* 15 iam Tiberis *p. 53, 9. 129, 13*

---

1 penthemimeris aphaletici *A B* penthemimeris si phalaecii ς 2 syzygian *A* syzygiam ς *B* 3 prosodiacum *Camerarius* prosodipodiacum *A B* prosopodiacum ς quod semper a disyllabo quolibet inchoatur ut *Camerarius. deinde scribendum est* heu heu date nunc sonitus, parate bella tela. *praeterea autem* seu syzygian eius *adscripta esse videntur, postquam pro* parate *scriptum erat* date, *ut versus compositus esse diceretur ex dimetro anapaestico catalectico in disyllabum et syzygia trochaica. Victorinus enim duas metri prosodiaci formas posuit, alteram ex dimetro anapaestico catalectico in syllabam a disyllabo quolibet incipiente et ithyphallico, alteram ex heroo penthemimere et ithyphallico compositam.* quod semper e disyllabo quolibet componitur *vel* constat *coniecit Ritschelius opusc. philol. I p. 286 coll. schol. Aristoph. nub. 651, ut prior versus pars ex spondeo pyrrichio trochaeo iambo compositus esse diceretur* 9 quae aristophanius *B* 10 Aristophanes] aristophaneos *A B* Aeschylus] Eupolis *Gaisfordius. cf. p. 76, 1* 11 scripto.e c.usi *A corr.* scriptorec (*an* scriptores?) usi *a* scriptore usi *B* scribtor ea usi *Val.* scriptores ea usi ς 15 em placidus *A* en placidus ς *B* 18 dactilus *B* 19 anapaestis] anapaesticis *A B* 23 et his uersus *A B* et hic uersus ς aristophanius ς aristophanes *A B* 26 hac enim inter addita *expuncto* inter *A* 28 semipedes *corr.* ·is *A*

longam, quae fuerat dactyli, occupabunt, ut fiat anapaestus, et deinceps reliquae idem facient. in suprema autem parte versus, id | est ante ultimum spondeum, quo herous clauditur, et *post* quintum pedem, interponimus dactylum, quo pes septimus anapaestus efficiatur superfluente semipede, veluti

Peliaco quondam prognatae vertice pinus:

adicio versui primam syllabam longam 'ex', item ante ultimum pono pedem 'per freta', fiet talis,

ex Peliaco quondam prognatae vertice per freta pinus.

item

iam ferus Hesperiam dabitur capricornus in undam:

iungo ad initium 'et', ante ultimum autem pono 'amatus', fiet

et iam ferus Hesperiam dabitur capricornus amatus in undam,

ut sic primus spondeus sit, insequentes anapaesti sex, semipede ultimo. item

admota labris tuba terribilem sonitum dedit aere canoro:

hic versus per adiectionem quattuor syllabarum *post* primam 'ad', 'mota labris', ex heroo anapaesticus effectus est. tetrametrus catalecticus scanditur per dipodias et terminatur per semipedem sic,

admota labris tuba terribilem sonitum dedit aere canoro.

Item alia de hexametro eius species ex eodem dumtaxat versu, in quo praeter ultimum omnes dactyli pedes sint, ut

at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo. ||

adempta enim prima initiali et tertia *ab* ultima syllaba fiet

tuba terribilem sonitum dedit aere curvo:

percutitur, ut vides, anapaestis quattuor, ultimo bacchio a brevi incipiente. item

ast ego iam Bromio thiasos celebrabo *re*nato,

ex quo anapaesticus talis,

ego iam Bromio thiasos celebrabo nato.

rursus anapaesticus in heroum commigrabit hoc modo,

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus:

---

21 Item alia — 126, 15 herba *Terent. Maur. 1908—1919 Atil. Fortun. p. 2672 sq. Diom. p. 514, 1—5*

---

1 fuerant ς *B* 3 post *om. A B* ς 4 quo pes ς quod pes *A* qui pes *B* 6 Peliaco] *Catull. 64, 1* 7 ex] et *A B* ς ante ultimum] longam *corr.* ante ultimum *A* 11 hesperia *A B* ς dabitur ς *B* labitur *A* unda *A B* ς 12 et] ē̄t *A* et iam ς *B* 13 et iam ferus ς *B* ē̄t ferus *A* hesperia *A B* ς dabitur ς labitur *A B* unda *A B* ς 14 ut sic] aut si *A B* ς anapaestis ex emipede *A* 16 tuba .... terribilem *A: cf. Verg. Aen. VIIII 503. p. 75, 32. 99, 3* 17 syllabarum primarum admota *A B* ς syllabarum primam admota *Val.* 23 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503. cf. p. 122, 32* 24 adulempta *B* ab *om. A B* ς 25 aere curuo ς aere recuruo *A B* 28 renato ς nato *A B* 32 tibi] *Sereni versum esse suspicatur Wernsdorfius poet. lat. min. v. II p. 291*

huic si adicias quae heroo detraxeras, id est primam et tertiam *ab ultima* syllabam, fiet versus herous ita,

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus. |

ita ex se per adiectionem detractionemque parantur, ideoque a quibusdam anapaestus antidactylus dictus est, cum eiusdem cognationis iure proximi in eandem temporum legem numerumque concurrant. hic versus ab Archebulo archebulius dictus est, non ipso auctore editus, sed ab eo frequenter usurpatus: nam et Ibycus et Pindarus et Simonides hoc versu longe ante usi ostenduntur. proprium autem archebulium est, quod constat ionico *ἀπὸ μείζονος* insequentibus duobus dactylis et duobus trochaeis. recipit et anapaestum in fine et spondeum pro trochaeo, sed et bacchium a brevi incipientem. huius exemplum est

iam pes novus atque metron placet Archebuli.

non numquam in hoc pro prima syllaba longa duae breves ponuntur, ut

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

item archebulion * prima syllaba adiecta,

nunc pangite dulce melos Iovis alma proles.

nam sesquipede huic sublato, id est 'nunc pangite,' erit decasyllabum alcaicum sic, ‖

dulce melos Iovis alma proles.

Non supersederim etiam Sallustiano, [qui profluit ex pentametro heroo] 'falso queritur de natura sua genus humanum'. detracto enim 'sua' erit versus trimeter anapaesticus [nam veniet in formam pentametri] sic,

falso queritur de natura genus humanum.

adnexo ultimae parti 'falso' erit idem trimeter anapaesticus, in quo prima syzygia continebit anapaestum et spondeum, secunda spondeum et anapaestum, tertia duos spondeos,

queritur de natura genus humanum falso.

Calabrius etiam versus, quia occasio admonuit, inter anapaesticos numerabitur, utpote qui ex anapaesto et spondeo constet, velut

habeatur ut est ventum, tibi comprecor errorem similem.

---

7 archebulius *p. 75, 21. 111, 26* 21 Sallustiano *Quintil. VIIII 4, 77. Diom. p. 468, 12*

---

1 ab ultima *om. A B* ς 9 qui constat *B* 13 pes & nouus *A* 15 crescit ς *B* crest *A* 16 *lacuna quam indicavi alia metri archebulii definitio excidit. ad hanc pertinere videntur quae infra* 21 et 23 *de pentametro heroo alieno loco posita sunt,* item archebulion, quod profluit ex pentametro heroo prima syllaba adiecta 'nunc pangite dulce melos Iovis alma proles'. nam veniet in formam pentametri sic, 'pangite dulce melos Iovis almaque proles'. sesquipede *sqq.* 20 Iouis ς *B* ioues *A* 21 Salustiano ς allustiano *A B: Sall. Iug. 1, 1* 22 detracta *A B* ς 23 sic queritur de natura genus humauum annexo ς sic queritur humanum de natura genus adnecto *A B* 27 secunda (secundo *B*) duos spondeos (spondeus *A*) tertia anapaestum et spondeum queritur *A B* ς 29 de natura genus humauum falso ς humanum de natura genus falso *A B*

nam continet anapaestos duos et spondeum, item anapaestos duos et spondeum, ultimum anapaestum singularem. |

[DE METRO CHORIAMBICO QVOD EX PENTAMETRO HEROO MANAT]

Nec minus choriambicum, quod et phalaecium, e pentametro heroo derivatur. nam duobus dactylici versus colis, id est duobus hemistichiis, nectitur, tamquam

dum meus assiduo luceat igne focus,

item

nulla meo sedeat turba profana loco. ||

his post primum et semipedem si adicias syllabam seu positione seu natura longam, ut 'nulla meo iam', dehinc paenultima, quae in versu brevis est, si longa ponatur, id est pro 'loco' ut sit 'luco', efficietur versus e dactylico choriambicus quadratus catalecticus per adiectionem et immutationem ita,

nulla meo iam sedeat turba profana luco.

semper enim dactylus, si post duas breves longam acceperit, in choriambum commigrabit, ut 'arma virum' et 'Tityre tu', sicut et hic 'nulla meo'. docui superiore volumine trochaeum eundem et chorium appellari, huic subiectum iambum choriambum pedem reddere. ergo erunt in versu tres choriambi, ultimus bacchius a brevi incipiens. nam satis absone choriambo clauditur, meritoque tetrametrus catalecticus figuratur, ut

dum meus hic assiduo ardeat igne lucus.

nam ita et hic ut anapaesticus quadratus terminabitur antibaccho eritque catalecticus, quia non sui generis pede clauditur.

Instruendi sane sumus non numquam choriambico, si usus exegerit, iambicam basin immisceri, quod genus bacchiacum musici dicunt. exemplo erit versus ille,

cui reserata mugiunt aurea templa mundi.

nam secundus pes 'ta mugiunt' duobus iambis censetur, || nec tamen aliquid

---

4 Nec minus choriambicum — 128, 11 signatur *Terent. Maur. 1861—1907. Atil. Fortun. p. 2678*

---

1 nam *B a* ς non *A Val.* anapaestos duos ς *B* anapaestos duo *A* anapaestos duos ς *B* anapaestus duo *A* 2 singularem *Putschius* singulare *A B* ς 4 quod et] qui et *B* philicium *Gaisfordius coll. p. 86, 16. grammaticis errorem tribuendum esse apparet ex Terentiani versibus 1883 sqq.* 7 dum meus] *Tibull. I 1, 4* 9 nulla] *Terent. Maur. 1864* profana ς *B* profano *A* 10 his post primum et semipedem *Santenius in Terent. Maur. p. 323 coll. Terent. 1866* his postremum et semipedum *A B* his postremum ad semipedem ς 12 si longa ς set longa *A* seu longa *B* luco] loco *B* 13 choriambicos quadratos catalecticos *A B* 15 luco ς loco *A* loca *B* 16 post duas breues longam *Santenius l. c.* post duas longas breuem *A B* ς 17 arma uirum ς *B* armaui *A* 18 superiore volumine] *p. 86, 2* trochaeum eundem et chorium] chorium eundem et trochaeum *A B* ς 22 dum meus ς *B* dum eos *A* ardeat] luceat *Santenius l. c.* 24 sui generis ς *B* sua generis *A* 28 cui tesserata *A. ex Septimii carmine versum attulit Terentianus 1896*

iacturae metro attulit, cum temporum inter utrumque congruant spatia. unde et tribrachys pari calculatione admitti pes poterit duabus brevibus in unam coeuntibus, quae iambum seu chorium efficiant. nec te syllabarum terreat numerus, cum intra praefinita temporum spatia teneatur, veluti

tibi vetus ara caluit aborigineo sacello. |

hic pro chorio sive trochaeo tribrachys positus invenitur longa in duas breves soluta sic, 'tibive': 'tibi' enim pro una syllaba longa accipiemus. 'racaluitabo': nam pro choriambo tribrachys bis inductus reperitur. huius metri Phalaecum auctorem accepimus, quod appellatione ipsa dinoscitur, qua metrum signatur.

[DE DVOBVS IONICIS A DACTYLICO HEXAMETRO GENERATIS] Ionicus quoque sotadeus sive sotadicus (nam quidam volunt esse inter eos hanc differentiam, ut sotadeus constet duobus ionicis et ithyphallico, id est tribus trochaeis, ut

pronus cupit ingentibus ire cum procellis,

at sotadicus tribus ionicis pedibus adaeque *ἀπὸ μείζονος* et ultimo spondeo, ut est

Galli timidi semianimes tergora vertunt)

ex dactylico hexametro profluit. nam spondeo initiali et finali et in medio versu posito constat, qui in heroo summam obtinet metri, utpote qui divisione secundae longae dactyli sit parens.

Tetrametrus quoque catalecticus similiter orginem ab heroo hexametro trahit. nam quod residuum est dactylico versui post || divisionem eam, quam hephthemimeren diximus, tamquam 'arma virumque cano Troiae', superest 'qui primus ab oris'; item 'inde toro pater Aeneas', dehinc 'sic orsus ab alto'; id si geminaveris et pariambum medium inserueris versui, ionicum *ἀπὸ μείζονος* tetrametrum brachycatalectum figurabis, ut puta sit medius pariambus '*ego*'. ergo geminata cola heroi versus metrum ex se tale procreabunt, ut

2 unde et tribrachys — 9 reperitur *p. 2594* 3 nec te syllabarum — 4 teneatur *p. 46, 21.* 19 Galli *p. 53, 1. 91, 19 Atil. Fortun. 2678* 23 Tetrametrus — 129, 10 melos *Terent. Maur. 2005 — 2055*

1 congruant ς congruunt *A B* 4 numerus et cum *B* 10 Phalaecum ς phaliacium *A* phaliacum *B* Philicum *Gaisfordius* accepimus ς accipimus *A B* 12 dactylo *A B* ς 17 et ultimo] ut ultimo *A B* ultimo ς 20 profluunt *A B* ς nam spondeo *superscripta sunt in A* 21 summa ς *B* 24 uersui ς *B* uersus *corr.* uersui *A* uersu *Val.* 25 quammepthemimeren *A* 26 inde] *Verg. Aen. II 2* 29 sit] si *A B* ς ego *om. A B* ς 30 procreabunt ut qui primus ab oris item sit medium puto fiet uersus dum conderet urbem ergo pariambus *A B* ς procreabunt, ut Qui primus ab oris. item Dum conderet urbem. sit medium puto, fiet uersus: Qui primus ab oris puto dum conderet urbem. ergo pariambus *Camerarius. tria exempla Terentiani neglegenter in duo contraxit Victorinus. nam accuratius haec ita scribenda erant,* 26 qui primus ab oris; item 'multa quoque et bello passus', dehinc 'dum conderet urbem'; item inde toro — ut 'qui primus ab oris ego qui primus ab oris'. item sit medium modo, fiet

qui primus ab oris *ego qui primus ab oris.*

item sit medium 'puto' fiet, versus

dum conderet urbem *puto dum conderet urbem.*

ergo pariambus in media sede duorum hemistichiorum positus duo cola nectit facitque ut inter se congruant, quae sine metro antea dissidebant.

Sane cadere non numquam in hanc speciem et trochaicam basin, | quae secunda regione post ionicam primam posita praxillium metrum efficit, intimandum lectori esse par duxi, ne veluti contra legem ionicorum factum existimaret, veluti

te nunc rogo, Phoebe, dulce melos. ||

Ex hoc et dithyrambici metri origo manat, quod ex duobus primis paeonibus et hippio tertio [id est epitrito] subsistit, ut

iam Tiberis implacidus unda fluens.

quorum supremas si detrahas syllabas, tres dactyli in versu reperientur.

Nunc de ionico, quem musici ἀπὸ ἐλάσσονος vocant. cuius et de origine et nomine et compositione quia in superiore libro plenissime diximus, nunc pauca memorabimus. scimus in dactylico genere esse *et spondeum* et pariambum, qui parem habent sublationi positionem [id est arsin et thesin]. maior autem est spon||deus, utpote *e* duabus longis, minor pariambus, quia constat e duabus brevibus: commune illis nomen dactylus. ita alter ionicus incipiens a maiore parte dactyli, quae longa est, ἀπὸ μείζονος dicitur, alter incipiens a minore parte eius, hoc est a duabus brevibus, ἀπὸ ἐλάσσονος nuncupatur. cuius exemplum apud Horatium reperimus, qui in hoc genere carminis Alcaeum secutus est. et Anacreon lyricus et Euripides tragicus et comici poetae reperti sunt hoc | *uti* numero, cuius exemplum

miserarum est neque amori dare ludum
neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae.

ita binae bases, hoc est breves ac longae, iunctae per synaphian, ut Graeci vocant, nos per coniunctionem, alternis vicibus variantur ac procurrunt. spondeo autem hic versus clauditur, ut ionicum decet. at si detraxeris

---

6 Saue cadere — 10 melos *p. 91, 30* 13 iam Tiberis *p. 53, 9. 98, 3. 124, 15 Atil. Fortun. 2679* 15 Nunc de ionico — 130, 7 creantur *Terent. Maur. 2056—2092. p. 91, 8*

---

versus 'dum conderet urbem modo dum conderet urbem'. item sit medium puto, fiet versus 'sic orsus ab alto puto sic orsus ab alto'. ergo pariambus 3 dum conderet] *Verg. Aen. I 5* 5 quae sine ς qûae sine *A* quam sine *B Val.* 7 positam praxilium *A B* 9 factam *A B* ς existimaret ς existimarem *corr.* ·ret *A* existimarent *B* 14 reperiuntur ς *B* 17 et spondeum *om. A B* ς 18 qui parem habet ς *B* qui par ȧ iambet *A lineola vel* | *littera ante* iam *addita a*, qui par ambet *Val.* 19 e *priore loco om. A B* ς 20 brevibus] longis breuibus *B* 25 uti *om. A B*, *add.* ς 27 miserarum] *Hor. carm. III 12, 1: cf. p. 169, 7* 28 luabere *A B* 30 bases ς *B* basis *A* graece *A B* ς 31 vocant *in litura a* 32 hic versus ς hoc uersu *A B* ionicum ς *B* ionicon *A*

huic versiculo primum pariambum, id est primas breves duas syllabas, erit ἀπὸ μείζονος sic,

rarum est neque amori dare ludum neque dulci.

item si integro versui duas longas adieceris, ut 'o quam' [ἀπὸ μείζονος]; quibus ademptis revertetur ad speciem suam fietque ἀπὸ ἐλάσσονος. sic variata per vices adiectione et detractione uno eodemque versu ionici dispares creantur.

Similiter et iambica in trochaicum metrum per huius modi commercia transeunt. nec non etiam eadem si fiat adiectio, ad choriambicum transmigrabis quasi per circulum quendam factis per adiectionem aut detractionem metrorum commutationibus. ponamus enim exempli causa choriambicum trimetrum hypercatalectum, non ex solis choriambis, sed [ad]mixtum, ut sit prima quidem coniugatio diiambus, ‖ secunda choriambus, tertia diiambus et syllaba, quando hypercatalectum est, ut est

caduca popli coma glauca iam per agros:

per singulas vel adiectiones vel etiam translationes varias efficit figuras. nam cum sit choriambicum et medium habeat unum choriambum, ambiatur autem utrimque diiambis, siquis ei longam praeponat syllabam, cuncta in eo versu transfigurabuntur. nam et de diiambis, qui et *in* initio et in fine sunt, ditrochaeos faciet, et qui erat medius choriambus in ionicum a maiore transibit, et pro una hypercatalecti syllaba duae reperientur, ut est

quo caduca popli coma glauca iam per agros,

adiecta syllaba longa 'quo'. contra autem eidem versui si brevem syllabam initio adiungas, pro ionico faciet antispasticum metrum, et pro admixtione trochaica facit | iambicam, et fit versus antispasticus tetrametrus catalecticus secundam tantum habens antispasticam coniugationem, quae fuit prius ionica, ut est

volat caduca popli coma glauca iam per agros;

et erit similis huic sapphico,

aprica veris aura est, ubi flore rura lucent.

---

15 caduca *p. 62, 4*

---

9 transmigraris *A B ς* 13 quidem] quaedam *A B ς* secunda choriambus tertia diiambus *ς B* secunda choriambo tertia diiambo *A* 15 populi coma *ς* populi comas *A B* 17 ambiatur] abiciatur *B*, *unde* adiiciatur autem utrimque diiambus *coniecit Gaisfordius* 18 diiambis si quis eis longam *B Val.* *ς* dii ābisse *(corr.* ·si *a)* quis eis longam *A* 19 de diiambis *ς B* de die ābis *A* et initio et in fine *ς* et itio *(corr.* initio *a)* et in fine *A* et initio et fine *B Val.* 20 faciet] fecit *A B* fecerit *ς* 21 hypercatalectici *A* hypercatalecta i *B* 23 populi *A B ς* 26 iambicum *A B ς* acatalecticus *A B ς* 27 habes *B* quae fuit *ς B* q̄ *(h. e.* quod *corr.* quae) fuit *A* quod fuit *Val.* 28 ionica ā̄n (ut est) tota caduca populi *A* ionica ut est tota caduca populi *ς B* ionica ut est caduca populi *Val.* volat *scripsi, ut exemplum definitioni responderet, quamquam incertum est, quid scripserit grammaticus* 31 apprica *A*

praeterea quia ionicum eundem et sotadicum supra diximus, non ab re est in una atque eadem specie, quid inter eos distet, ostendere. diximus enim ex ionico ἀπὸ ἐλάσσονος seu detracto priore pariambo seu adiecto ad caput ei spondeo ionicum ἀπὸ μείζονος gigni per synaphian, id est cum vicissim breves longis aut longae brevibus syllabis, prout metri mensura fuerit, subiciuntur. at vero in sotadium versum plerique ‖ pedes, qui eum faciunt molliorem, contra quam ionicorum lex se habet, incidunt. nam idem et dactylum et anapaestum et trochaeum duplicem recipit, qui quamvis interveniant faciantque hunc versum satis mollem ac lubricum, tamen non excedit XXII tempora, ut est hic, qui ab anapaesto incipit,

genus unde Latinum, rogo genus unde Latinum.

nam pro spondeo etiamsi positus est anapaestus trium syllabarum, tamen temporum totidem est. sic est et hic versus,

equitum peditum proelia tela pila pugnas.

nam primus est anapaestus, secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, deinde loco spondei et pariambi, contra quam ionicorum ratio patitur, duo trochaei, qui tamen mensura temporum spondei ac pariambi spatium exaequant, cum habeant inter se duas longas ac totidem breves. desinit autem spondeo, quia constat ex *duabus* longis vel quia omnis depositio recipit moram. lego praeterea apud quosdam [sotadeum] admissum in loco trochaei tribrachyn, utpote mensura temporum parem, ut est hic versus, qui *a* pede dactylo incipit: nam studium est id quoque ostendere, quem ad modum dactylus in sotadicum metrum veniat, ex quo uterque io|nicus, ut supra diximus, manat. huius exemplum

dicite, rogo vos, dicite, quid ita rapitur Attis.

nam primus est dactylus, secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, quintus tribrachys, sextus tribrachys, ultimus spondeus. unde haud immerito et sotadicum metrum ex dactylico hexametro derivari manifesta rerum adprobatione contenderis. ‖

[DE GENERIBVS METRORVM QVAE A IAMBICO PROFLVVNT] Decurso dactylo atque his quae ex eo generantur celeberrimis dumtaxat metris, quibus et magni auctores nomina dederunt et illustres poetae usi sunt frequenter, adoriemur iambum, principalium metrorum secundum,

---

6 at vero in sotadium — 27 spondeus *p. 92, 4* 31 Decurso — 133, 3 usurpatus *Terent. Maur. 2181—2242. p. 79, 26* 32 quibus — 33 frequenter *p. 141, 8. 158, 2*

---

1 sotaticum *A B* sotadium ς supra] *p. 128, 12* 2 inter eos distat *A B* inter eas distet ς 5 uicissem *corr.* uicissim *A* breues] breuis *A* 7 qui eum ς *B* qui cum *A* 9 quamvis] qū *A* cum ς *B* 11 genus] *Verg. Aen. I 6* 19 desinit ς desint *A B* quia constat] quam constat *B* duabus *om. A B* ς 20 lego (*corr.* legi) p̄pterea *B* sotadeum admisisse ς 22 a *om. A B* ς 23 sotadium *B* 25 quid ita rapitur Attis ς *B* qui ditari pitur atis (*corr.* attis) *A* 28 sotadium *B* 30 a iambico ς *B* a..iambico *A* ad iambico *Val.*

ut ita dixerim, fontem [consortem sui temporis ac socium]. e quo quid sollers doctorum industria per adiectionem seu detractionem aut concinnationem conceptum ediderit, quid eruditorum iudicio receptum in exemplum disciplina posteris traditura sit, prout potero, e pluribus pauca comprehendam, profutura scilicet cognitioni aut intellectui eorum quae quis aut eruere ut prisca ex reconditis aut ex *se* novare temptaverit.

Diximus iam, cum specialiter singulorum praecepta traderemus, iambum dactylo tam pedum numero quam percussione congruere. nam ut illum *a* sex pedum cursu hexametrum, ita hunc quoque ob eundem pedum numerum senarium appellari voluerunt, quem et trimetrum: nam iugatis per dipodian binis pedibus ter feritur. huic poetae propter contractionem ac brevitatem eius, utpote in tria tempora coartati ideoque pauca admodum, quae eius metro temporibusque congruerent, verba admittentis, quo latius panderetur, spondeum dactylum et anapaestum miscuerunt, dumtaxat dispari loco, id est primo tertio et quinto, parem autem sedem iambum semper ut sibi dicatam obtinere voluerunt. sed hoc in tragicis et comicis metris, quo sint ampliores. nam iamborum scriptores, quibus celeri versu opus est, fere per pedes iambos provolant. ‖ so|let tamen non numquam tribrachys propter congruentiam eorundem isdem regionibus, quibus iambus, recipi. nam ubicumque syllaba longa est, ibi duae breves poni possunt excepta sede ultima, qua pes sextus clauditur, qui semper aut iambus esse debet aut pariambus, quo fit ut longissimus versus in eo septemdecim sit syllabarum, temporum vero totidem, quot et is qui constat e duodecim syllabis. qua lege recepit tribrachyn, etiam trochaeus simili temporum mensura admitti potuisset, quippe cum uterque eorum tribus temporibus censeatur. sed ne copulatio trochaei cum iambo alterius metri speciem induceret, quae aut choriambo aut ionico adempta prima brevi, qua iambus incipit, subsistere videretur, omissus est. notatur autem in tragoediis versus ex omnibus iambis compositus, ideoque admodum est rarus; adaeque et ille, qui secunda quarta et sexta sede spondeum aut qui ex eo creantur admittit, in tragico dumtaxat stilo: nam qui comico charactere sermonem instruunt, vitiant iambum admixto *omnibus* locis eius spondeo, quo et canor tragicus paululum in fabulis comprimatur, et rursus a consuetudine soluti sermonis stilus comicus erigatur. quam observationem

---

1 consortem sui temporis ac socium, *quae de iambo per detractionem unius temporis e dactylo formato, ut dictum est p. 141, 14, intellegi nequeunt, e margine huc illata sunt. videntur autem verba pertinere ad* 24 qua lege recepit tribrachyn consortem sui temporis ac socium 4 disciplinae *A B* ς traditum sit ς 6 aut ex noua re temptauerit *A B* ς. *fortasse* aut nova excogitare temptaverit: *cf. p. 100, 20 Atil. Fort. p. 2684 extr.* 7 diximus iam] *p. 79, 8* 8 dactylico ς 9 a *om. A B* ς 12 ac brevitatem *Lachmannus in Terent. Maur. 2196* ad breuitatem *A B* ς 13 metri temporibus quae congruerent *B* metri temporibus ... congruer̉ *A* metri temporib: q: congruer̄ *Val.* metri temporibus congruerent ς admittenti ς *B* admittet *A* 24 tribrachy *A* 26 censeantur *A B* ς 27 quae aut choriambo ς quae āt choriambum *A* qui autem choriambum *B* 28 omissum *A B* ς 31 dumtaxat ς dum attinet *A B* 32 uitiant ς uitiam *A B* omnibus *om. A B* ς eius] eum *B*

nostri fidelius quam Graeci custodierunt, quibus magis est in usu iambus. nam tam a novis quam priscae comoediae auctoribus idem frequenter est usurpatus.

Sed ut iam ad condicionem iambici metri disciplinamque redeamus, tres eius species, per quas profluit, enitar attingere, quarum prima iambica, sequens trochaica, tertia ex utraque mixta reperitur. quae omnes per incrementa syllabarum sex diversitates ex se metris dabunt, non alias quam hexameter herous. e quis || prima erit duodecim syllabarum in trimetro versu, in quo aut omnes iambi aut spondei admixti reperientur, ut

ibis liburnis inter alta navium.

tredecim autem syllabarum sunt, qui unum e trisyllabis pedem sui dumtaxat generis, qui pro loci condicione evenerit, habeant et reliquos e binis syllabis, ut |

magnam propinquo scelere vidistis domum:

quattuordecim vero, in quibus duo ternarum syllabarum contineantur, ut

erat oriendi tempus aurora hominibus:

quindecim porro syllabarum, in quo tres ternarum, reliqui totidem sunt binarum, ut est

equum sub aurata iuga media bigemina:

sedecim syllabarum, cum duos pedes habent binarum syllabarum, quattuor autem trium, ut

nebula tenebrosa canicula male roscida.

septemdecim syllabis qui constant rarissime inveniuntur: unum enim omnino eumque novissimum habent pedem iambum, ut est

rapere maria celerivola dea sibi cupit.

sane accidit non numquam ut pro anapaesto aut dactylo aut spondeo quattuor breves primo pede ponantur, tamquam

beneficia pro re colere sapientis viri est:

qui aut per synaliphen scanditur aut duabus brevibus in unam longam copulatis explicatur. hoc genere versuum, ut supra diximus, primus usus est Homerus in Margite suo, nec tamen totum carmen ita digestum perfecit. nam duobus pluribusve hexametris antepositis || istum subiciens copulavit, quod postea Archilochus limatius interpolando composuit.

[DE TRIMETRO VERSV IAMBICO] Versus trimeter iambicus, qui et senarius, adiecta sibi ad initium dipodia in tetrametrum, quem et octonarium appellant, vertetur. feritur autem dipodiis quattuor, sicut trimeter

34 Versus trimeter — 134, 31 sed raro admodum *Terent. Maur. 2273 — 2370*

2 a novis] a nobis *A B* ς 6 ex utroque *A B* ς 10 ibis] *Hor. epod. 1, 1* libyrnis *A* 12 euenerint *A B* ς habeat *A B* ς 15 in quibus] equibus *A B* ς 20 duo pedes *A B* ς 22 tenebrosa ς tenebris *A B* 25 celeriuolata dea *B* 26 sane ς *B* sana *A* 28 pro re ς proprie *A B* 30 supra] *p. 79, 10* 32 istum] iustum *B* 33 quos postea *Casaubonus de satyr. Graec. poes. et Roman. sat. p. 196 ed. Ramb.*

tribus, quem a numero pedum, ut diximus, nostri senarium, a numero vero percussionum trimetrum Graeci dixerunt. exemplum ergo trimetri iambici erit

phaselus ille quem videtis, hospites:

hic quadratus ex trimetro efficitur sic,

adest celer phaselus ille quem videtis, hospites.

igitur si priorem adiectae trimetro versui dipodiae detraxeris syllabam 'ad', quae est iambi prima, erit versus incipiens a cretico, quem amphimacrum dicimus, sic, |

est celer phaselus ille quem videtis, hospites,

quia detracta prima brevi e dipodia iambica sequens longa adnexo sibi qui ei iungitur iambo creticum efficit pedem sic, 'est celer'. item

beatus ille qui procul negotiis:

huic trimetro si anteposueris 'Socrates', qui constat e longa brevi et longa, hoc est amphimacrum, erit tetrametrus archilochius catalecticus, quem nos quadratum dicimus, ita,

Socrates beatus ille qui procul negotiis.

hunc musici trochaicum appellant. nam cum praecedat iambum creticus, detracta ei suprema longa et iambo insequenti adiecta, versis in trochaeos iambis, || trochaicus tetrametrus catalecticus efficietur. septem enim trochaeis decursis extima omnino versui superest syllaba per adiectionem amphimacri. at si per dipodian scandere volueris, erit idem trochaicus catalecticus concludentibus versum eius *modi* amphimacro vel dactylo. contra si spondeus cretico [ut iambus trochaeus] subnectatur, cui prima, ut superius docuimus, in iambicis sedes est (semper enim remoto amphimacro primum tertium et quintum obtinet locum), series illa de qua supra diximus trochaei mutabitur. nam longa cretici tertia coniuncta sibi sequente longa trochaeos, ut supra ostendimus, per ordinem ire non patitur, spondeo scilicet interveniente, qui *in* iambico versu dispari loco, in trochaico pari ponitur. sane memineris quinque syllabas breves in huius modi versu posse pro uno cretico poni, sed raro admodum.

In comicis autem non succedunt nec copulantur syllabae insequentium pedum prioribus, ut supra, nec mutantur pedes, *ut* in tragico quadrato,

---

4 phaselus] *Catull. 4, 1* 11 quia detracta ς qua detracta *A B* 13 beatus] *Hor. epod. 2, 1. Terent. Maur. 2358* exempla ponam, quae locasse Caesium Libro notavi, quem dedit metris super, Beatus ille qui procul negotiis 15 amphimacr̄ *A* amphimacrū *Val.* amphimacrus ς *B* 17 negotiis ς negotia *A B* 18 cum praecedat *B Val.* ς cum appel (*deleto v.* appel. *et lacuna viginti fere litterarum relicta*) praecedat *A* 19 adiecta uersis in trochaeo iambis *A* adiecta uersi sint trochaeo iambis *B* adiecto uersis in trochaeos iambis ς 23 modi *om. A B* ς 24 ut iambus trocheu subnectatur *A* ut iambus trocheus subnectatur *B* ut iambus trocheo subnectatur ς. *verba ab hoc loco aliena ad ea quae antecedunt in margine adscripta esse videntur, ut scriptum fuerit olim* at si per dipodian scandere volueris trochaeos ut iambos, erit idem *sqq. cf. Terent. 2305* 25 sedes ς *B* sedis *A* enim] nihil *B* 28 trochaeos ut supra ς *B* trochęus ut supra *A* 29 qui iambico ς *B* qui ambico *A* in trochaico ς in trochęo *A B* 33 pedes in tragico *A B* ς

ideo quod non sesquipes aliquis, id est trisyllabus, anteponitur trimetro, qui conturbet ordinem, ut supra ostendimus, quippe sesquipes apparet superfluus post trimetrum in ultimo. itaque ut versus tragicus anteposito sesquipede ex trimetro fit tetrametrus, ita comicus apposito sesquipede in ultima sede versus adaeque | trimetri reddetur tetrametrus, ut

siquis per omnis mihi deos iuret patrem Lachetem.

in hoc autem versu per adiectionem non mutantur pedes, ut in tragico, quia sesquipes ultimae parti iunctus neque, ut *in* superiore metro, permixtus clausulam ‖ tantum versui dabit. tragico autem si sesquipedem praeposueris 'ambiam', erit, ut diximus, tetrametrus catalecticus, ut

deos penates qui parentes Thestii.

trimeter; tetrameter autem

ambiam deos penates qui parentes Thestii.

Itaque ut Archilochus creticum iambico trimetro praeposuit, ut faceret tetrametrum trochaicum, ita Hipponax trimetro iambico ultimum adiunxit antibacchum ex prima brevi longis duabus, ut faceret tetrametrum iambicum comicum, velut

trahuntque magnis navitae clamoribus

trimeter: addo 'carinas', fiet quadratus catalecticus, qui ex iambo natus ad finem quoque idem manebit. nam licet antibaccho compleatur, nihil oberit aut divisio aut pedis copulati adiectio. retracta etenim tertia eius longa 'nas' iambus ex antibaccho efficitur. ergo is quoque, ut superior trochaicus, aut semipede, id est syllaba una, terminabitur, aut si per dipodian percutiatur, post tertiam incisionem antibaccho claudente erit in utroque tetrameter catalecticus. frequens hoc comicis metrum et praecipue antiquae comoediae scriptoribus nostri quoque Plautus et Caecilius et Turpilius non aspernati sunt, Atellanarum autem scriptores appetiverunt: ‖ est enim iocosis motibus emollitum gestibusque agentium satis accommodatum.

Idem Archilochus ex trimetro supra dicto syllabam auferendo modo e capite modo ex infima parte duo genera composuit, quorum alterum Graeci ἀκέφαλον, alterum κολοβόν; quasi curtum, sive σκάζοντα, id est claudum, [et ideo choliambum] dixerunt. exemplum acephali trimetri erit

Iuppiter salutis arbiter meae,

item

---

14 Itaque ut Archilochus — 136, 30 scripserunt *Terent. Maur. 2371—2428*

---

1 non sesquipes ς nos sesquipes *A* nos sequipes *B* 2 quippe] quique *A B* ς appareat ς 5 adque trimetri *A* adaeque trimetrus ς atque trimetrus *B* 6 omnis *A* omnes ς *B* 8 ut superiore *A B* ς 9 uersui ς *B* uersus *A* 11 Thestii] thesti *A B* *una littera, ut videtur, ante* s *in A deleta* Terei ς 13 Thestii] thesti *A B* Terei ς 14 iambo *B* 18 magni *A B* ς 30 modo *om. B* 32 quasi] qnibus *B* 33 et ideo decholiambum dixerunt *A* et ideo *χωλίαμβον* dixerunt ς *B* exemplum acephali ς *B* exemplum cephali *A*

est celer phaselus ille quem vides.

huic enim si adieceris unam syllabam, erit iambicus integer sic, |

iam Iuppiter salutis arbiter meae,

item

adest celer phaselus ille quem vides.

curtum autem per detractionem ultimae syllabae fecit: huius modi exemplum erit apud Horatium tale,

seu poscat agnam sive malit haedo.

huic si adieceris syllabam, erit integer trimeter sic,

seu poscat agnam sive malit haedulo.

id autem ab Horatio exemplum protulimus, ut ostenderemus, unde id noster lyricus imitatus sit.

Est et altera species trimetri scazontis, quam Hipponax induxisse perhibetur, cuius compositio talis est, ut secunda ab ultima semper syllaba longa ponatur, id est ut non iambo sexto, sed spondeo pede aut trochaeo, contra quam lex iambi postulat, terminetur, meritoque a Graecis appellatus *est* scazon, id est claudus. unde observandum est ne spondeus vel qui ex eo procreantur sede quinta in hoc versu ponantur, ne quattuor iugiter longae omne destruant metrum. erit in exemplo versus hic, ||

sella in curuli struma Nonius sedet:

fiat mutato accentu pro sedet sedit, erit claudus. rursus hunc permutatio verborum faciet iambicum integrum, ut

sella in curuli struma sedit Nonius.

similiter etiam illum scazonta permutatio eadem rectum iambicum faciet, ut

nec excitatur classico truci miles:

contra

nec excitatur classico miles truci.

hoc autem tunc demum fieri poterit, si ultimi duo pedes ex disyllabis verbis subsistunt, ut inter se permutari possint. haec compositio quamvis vitiosa tamen in iambico placuit: nam choliambos multi veterum scripserunt.

Idem Hipponax etiam tetrametrum pari lege qua trimetrum induxit, cuius erit exemplum

---

6 curtum autem *p. 142, 8* 13 Est et altera species — 137, 7 in dubium non venit *Atil. Fort. 2673*

---

8 seu poscat] *Hor. carm. I 4, 12* agnā siue *B* agna..siue *A* agnam siue *Val.* agna siue ς 9 adieceris ς adiecerit *A B* 10 agnam siue *B* agna.. siue *A* agna siue *Val.* ς 17 appellatus scazon *A* appellatur scazon ς *B* 18 procreatur — ponatur *A B* ς 20 sella] *Catull. 52, 2* curulis ͭcrofa *A* curuli strofa *B Val.* curuli scrofa ς 21 fiat mutato accentu pro sedet sedit erit ς fiat mutato accentu mutato accentu pro p̄ sedet sidet erit *A* fiat mutato accentu (*'aliquid erasum'*) p pī sed etsi deterit *B* 23 curulis ͭcrofa *A* curuli strofa *B Val.* curuli scrofa ς 24 et in illum *A B* et illum ς 25 nec excitatur ς non excitatur *priore loco A B* 28 fieri ς feri *A* feriri *B* 29 quamuis ς qū. *A* cum *B* 30 ChOLIάMBOYC *A* choliamboiM *B* 31 Hipponax ς hipponam *A B*

pro pudor, sella in curuli struma Nonius sedit.

nam tribus syllabis, id est amphimacro pede 'pro pudor', superiorem versum, ut vides, praecedet. item

haesitat nec excitatur classico truci miles:

adiecto ad principium versus 'haesitat' | tetrametrus factus est, de quo plura dicere supervacuum est. omnia enim, quaecumque accidunt trimetro scazonti, huic quoque accidere in dubium non venit.

Ex trimetro versu iambico dimetrum epodum octosyllabum Archilochus commentus est, ut

beatus ille qui procul negotio,

e quo dimetrus

beatus ille qui procul,

nisi si recipiat dactylum aut eius contrarium vel loco iambi tribrachyn et fiat novem syllabarum. hic enim dimetrus adiectis duobus pedibus, quos idem detraxit, revertitur ad pristinum trimetri statum, tamquam

subire Maecenas tuo:

si adiecero 'negotio', erit trimetrus,

subire Maecenas tuo negotio.

item

beatus ille qui procul:

si addidero 'Simonides', trimetrum hac dipodia complebo, ut

beatus ille qui procul Simonides.

facit praeterea versum iambicum trimetrum tam 'Simonides' quam 'negotio' repetitum ter, haud alias, quam ut aiunt fecisse Vergilium nostrum iambico epigrammate, ||

thalassio thalassio thalassio.

quod bis enuntiatum facit epodon ita,

beatus ille qui procul negotio,
thalassio thalassio.

quo dimetro etiam Archilochus carmen composuit in Lycambam et filias. sed et apud nos metro continuo Alphius Avitus libros rerum excellentium fecit, et noster Horatius plures odas eodem metro | persecutus est.

Item dimetrus ex utraque parte syllaba detracta et acephalos et scazon, id est capite imminutus et claudus, efficietur sic,

8 Ex trimetro — 188, 29 Aegyptias choreas *Terent. Maur. 2439—2496* dimetrum *p. 141, 20*

1 struma] scrofa *A B* ς 2 syllabis ς syllabas *A B* uersum ς uersu *A B* 10 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 11 dimetros *corr.* -us *A* 13 si *om. B* et fiat ς et fiet *A B* 16 subire] *Hor. epod. 1, 4* maecinas *utroque loco A* 24 quam aiunt ς 26 thalassio] *Verg. catal. 4, 9* 27 quod] qui *B* 30 in lycambum et filias *B Val.* in lycambum et in filias *A* in lycamben et filias ς: *cf. p. 79, 35* 31 alphi.us *A* rerum] regrum *B* 33 *fortasse* idem dimetrus

adest celer phaselus est,

item

Simonides *Simonides.*

prima enim adempta syllaba faciet *ἀκέφαλον* sic,

est celer phaselus est;

ultima vero claudum sic,

adest celer phaselus.

item *ἀκέφαλος*

monides Simonides,

scazon

Simonides simoni,

ad instar scilicet trimetri superioris. Horatius autem in suo opere primum acephalon adsimilem huic,

est celer phaselus est,

ita induxit,

n o n e b u r n e q u e a u r e u m,

sequentem vero epodum trimetrum catalecticum ad instar huius,

phaselus illè quem vides Sabinus,
m e a r e n i d e t i n d o m o l a c u n a r.

cui si duplicem iambum à principio dempseris 'mea reni', ‖ erit reliquum 'det in domo lacunar', quae clauda pars erit dimetri adsimilis illi superiori,

adest celer phaselus.

huius tenoris ac formae quosdam versus poetas lyricos carminibus suis indidisse cognovimus, ut et apud Arbitrum invenimus, cuius exemplum

M e m p h i t i d e s p u e l l a e
s a c r i s d e u m p a r a t a e,

item

t i n c t u s c o l o r e n o c t i s,
Aegyptias choreas.

[DE SATVRNIO VERSV] Et quoniam sub occasione versus huius et tempestiva sese nobis alia suggerit species, consentaneum reor hoc loco dicere de natura et origine huius versus, cui prisca apud Latium aetas

30 Et quoniam — 139, 30 a spondeo sic incipit *Terent. Maur. 2497—2524. Atil. Fortun. 2679 Plot. 2650*

2 item Simonides prima ς *B* item simonidis prima *A* 12 dimetri superioris ς *B* dimetri superiores *A* 16 non ebur ς nec ebur *A B: Hor. carm. II 18, 1* 24 Arbitrum ς arbitrium *A B* 25 Memphitides] *Terent. Maur. 2493* 29 *pro* Aegyptias choreas *apud Terentianum legitur* manu puer loquaci. *unde I. Scaliger catal. vet. poet. p. 257 ed. Lindenbr. quinque versibus continuatis* manu puer loquaci Aegyptius choreutes *scripsit,* manu puer loquaci Aegyptius choraules *F. Lindenbrogius not. in catal. p. 336. mihi probabilius esse videtur Victorinum versum vel a se vel ab alio grammatico fictum exemplo Terentiani substituisse, quam Caesio Basso vel Iuba auctore versum ex eodem Petronii carmine petitum addidisse* 30 et tempestiua ēē nobis *A* et tempestiua etiam nobis ς *B* se tempestiua etiam nobis *Putschius*

tamquam italo et indigenae saturnio sive faunio nomen dedit. sed falluntur: a Graecis enim varie et multiformiter inductus est, nec tantum a comicis sed etiam a tragicis. nostri autem antiqui usi sunt eo non observata lege nec uno genere custodito, sed praeterquam quod durissimos fecerunt, | etiam alios longos, alios breviores inseruerunt, quorum est hic,

turdis edacibus dolos comparas amice, ||

item

ferunt pulchras creterras, aureas lepistas,

et apud Naevium

novem Iovis concordes filiae sorores.

videtur tamen e duorum versuum membris compositus, dimetri et quadrati. constat autem pedibus sex et semipede. nam primos tres pedes et semipedem habet ex parte prima dimetri; reliquos vero tres pedes, qui sunt ultimi, habet a parte prima quadrati tragici trochaici, ut

cum victor Lemno classem Doricam appulisset.

est autem duabus primis syllabis longior ab hendecasyllabo. nam uno pede in capite hendecasyllabi posito saturnius versus fiet, cuius exemplum Metelli proposuerunt de Naevio aliquotiens ab eo lacessiti ita,

malum dabunt Metelli Naevio poetae.

nam 'malum dabunt Metelli' clauda pars dimetri iambici est: dehinc 'Naevio poetae' tribus trochaeis constat, quod phalaecium | vocamus, nec quicquam oberit trochaeo quod suprema longa est, quod semper in metris indifferenter, sicut superius diximus, ponitur *ultima syllaba. habet autem* tres iambos cum syllaba et tres trochaeos. ergo erit prima pars, id est 'malum dabunt Metelli,' talis, qualis est 'adest celer phaselus,' || item 'Memphitides puellae'; sequens 'Naevio poetae' talis, ut est 'Bacche plaude Bacche'. sane ut in *hen*decasyllabo primus pes incertus est, ita et in hoc duo primi pedes variantur,

iam nunc vocet Camenas *quis* novem sorores,

qui ut terminatur *spondeo, sic* a spondeo incipit.

---

26 Bacche *p. 85, 30*

---

1 indigenae ς *B* indegene *A* 3 eo *Atilius Fortunatianus p. 2679* ea *A B* ς 4 nec] ne *B* sed propterquam *B* 5 alios breviores alios longiores inseruerunt *Atilius Fortunatianus* 6 amice et apud Naevium ferunt — lepistas: item novem Iovis *sqq. Vahlenus in Naev. de bell. pun. rel. p. 11. utrumque versum Naevio tribuit Atilius Fortunatianus, priorem Plotius p. 2650. Victorinus neglegentius communem fontem exscripsisse videtur.* 8 ferunt pulchras creterras aureas lepistas *Plotius* pulchras creterras *B* pulcras ereterras *A* pulchras aere terras ς aureasque lepistas *A B* ς 10 nouem Iouis ς nouei moues *A B* 11 videtur — membris *in marg. add. A* 12 primos ς primus *A B* 17 positos *B* saturnius ς *B* saturnios *A* 21 phalechum *B* phallicum *Gaisfordius* 22 qui suprema *B* 23 ultima syllaba habet autem *om. A B* ς 27 in hendecasyllabo *Santenius in Terent. Maur. p. 355* in decasyllabo *A B* ς ita et *Santenius* ita ut *A B* ς 29 iam nunc] *Terent. Maur. 2514* ut si vocet Camenas quis novem sorores quis *om. A B, add.* ς 30 qui ut terminus a spondeo incipit *A B* ς qui saturnius a spondeo incipit *Camerarius*

p. 2588 P. p. 192 G.

Quidam volunt hunc feriri sexies et recipere pedes septem, hoc est spondeum, iambum, pyrrichium, pariambum, dactylum, trochaeum, anapaestum, e quis est Thacomestus, et nasci a trimetro scazonte; alii vero omnes duodecim pedes admittere neque semper eum, ut illi adserunt, nasci e trimetro scazonte. unde apud omnes grammaticos super hoc adhuc non parva lis est.

---

1 hunc *superscriptum est in A* 3 Thacomestus] Theoctis'us *coniecit Bergkius Philol. XVI p. 647* 6 lis est. EPCı LIB ·III· TILX | INCIPIT LIBER ·IIII· (Expl. lib. tertius incipit IIII. *B)* LEGE FELICITER DE CONEXIS INTER SE ATQUE INCONEXIS QUAE GRECI ἀCYNἀPTHTἀ UOCANT PRAGRATICUS (PRAGMATICUS *B?) A B*

LIBER QVARTVS

DE

DE CONEXIS INTER SE ATQVE INCONEXIS QVAE GRAECI ΑΣΥΝΑΡΤΗΤΑ VOCANT PRAGMATICVS

p. 2587—89 P. p. 193. 94 G.

Emensis atque discussis his secundum propositum nobis ordinem, quae ex dactylico atque iambico genere per multiplices compositionum figuras informata derivantur, superest ut ea quae ex utriusque concinnatione ac permixtione metrorum genera procreantur, quibus aut | magni auctores nomina dederunt aut illustres poetae frequenter usi sunt, persequamur. namque Archilochum ferunt, quem parentem artis musicae iuxta multiformem metrorum seriem diversamque progeniem omnis aetas canit, acceptum ab his qui ante se inspexerant summatimque tractaverant dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per adie|ctiones detractionesque vertisse. e quo primum iambicum [metrum] per detractionem unius temporis formavit adaeque hexametrum, qui per dipodias trimeter efficitur; dehinc ab his duobus exorsus multa metrorum genera variaque produxit. namque ab iambico trochaicum, a dactylico anapaesticum prodidit mutata per translationem [ut] in utroque longa syllaba. rursus per || incisionem singulorum atque coniunctionem pleraque metrorum genera commentus est. namque iambico trimetro detracta parte tertia, id est dipodia, dimetrum iambicum edidit sic,

beatus ille qui procul negotiis,

dehinc

ut prisca gens mortalium.

similiter a dactylico eadem parte dempta, id est duobus retractis pedibus, tetrametrum de hexametro versum protulit, ut

---

8 quibus — usi sunt *p. 131, 32. 158, 2* 21 dimetrum iambicum *p. 137, 8* 26 tetrametrum *p. 116, 21*

---

5 quae] qui *B* 7 deriuantur ς deriuant *A B* 12 tractauerant ς tractauerunt *A B* 13 ac principium ς *B* ad principium *A* adiectiones *B* abiectiones *A* ς 17 namque — prodidit *om.* ς a dactilico *B* ac dactylico *A* 20 namque] inmque *A B* ς 22 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 26 uersus *B*

cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon,

dehinc

Damoetas et Lyctius Aegon.

eadem species erit, si supremos similiter pedes detrahas, ut

o crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,

dehinc

o crudelis Alexi nihil mea.

item iambico trimetro suprema detracta syllaba hendecasyllabon, quem quidam miuron vocant, edidit, ut

beatus ille qui procul negotiis,

dehinc

beatus ille qui procul quiescit.

similiter trochaico tribus revulsis pedibus metrum phalaecium protulit sic,

tollor in montes vagus entheus repente,

dehinc

entheus repente.

Rursus haec eadem conectens per cola et commata inter se innumerabiles edidit species, quarum aliae per coniunctionem, aliae per iniectionem metrorum diversi generis compositae formataeque noscuntur. nam duobus || pedibus et semipede versus heroi, quae penthemimeres tome dicitur, divulsis rursusque inter se copulatis pentametrum elegiacum figuravit, ut

incipe Maenalios, incipe Maenalios.

idem hoc ex tribus penthemimericis fit et appellatur ab aliis tripenthemimeres, | ab aliis trisyntheton. traditur autem trisyntheton et illa species, quae tria cola e diversa ac seiuncta metri lege in unum carmen consociat tribusque trochaeis in fine concluditur, unde et trisyntheton appellatur, quod, licet sit specierum trina ratione distinctum, tamen copulatis his versus unius generis propagatur. phalaecium quoque tetrametro heroo adsimili [quoque] inconsona inter se coniunctione sociavit ita, 'solvitur acris hiems grata vice'; dehinc 'veris et favoni' tres trochaei sunt. eandem speciem et in anapaestico metro, id est dipodia eius antelata, protulit, velut

---

4 eadem species *p. 115, 1* 9 miuron *p. 136, 3* 19 nam duobus — 24 trisyntheton *p. 108, 1* 28 phalaecium *p. 117, 12. 164, 2* 31 eandem speciem *p. 146, 8*

---

1 cantabunt] *Verg. bucol. 5, 72* 5 o crudelis] *Verg. bucol. 2, 6* 8 suprema detracta ς supremo detracta *B Val.* detracta, *superscripto* supremo *A* 15 dehinc entheus *A* 20 quae] qui *B* 22 incipe maenalios incipe elegiacum maenalios *A B: Verg. bucol. 8, 21* 23 penthemimericis] penthemimeres *A B* ς: *cf. Plot. p. 2636* archilochicum dipenthemimericum pentametrum constat ex duabus divisionibus penthemimericis monoschematistis 24 traditur autem tria sintheticon (trisyntheton ς) illa *A B* ς 25 consociat ς consociant *A B* 26 concluditur *B* concludit *A* ς 27 licet *B Val.* in licet *A* scilicet ς 28 phallicum *Gaisfordius* quoque ex tetrametro *A* 29 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* 30 tres trocheis eadem speciem *A B* tres trochaeos eadem specie ς. *cf. Terent. Maur. 2931* 'solvitur acris hiems grata vice' tetrametros hic est, Et tres trochaei 'veris et favoni'. *fortasse tamen v.* tres trochaeis *potius ex glossa ad v.* eandem speciem *adscripta orta sunt* 31 metro] dimetro *A B* ς

age nunc comites, ferte sacra Baccho:

nam 'age nunc comites' anapaestica dipodia, 'ferte sacra Baccho' phalaecium metrum est. item ex iambica basi et choriambo sic,

novum melos Lydia dic:

nam 'novum melos' duo sunt iambi, 'Lydia dic' ‖ choriambus. rursus ex dimetro anapaestico et dimetro iambico catalectico sic,

age conscia Musa, sacros scopulis refer sonaque cantus:

'age conscia Musa sacros scopulis' dimetrum anapaesticum, 'refer sonaque cantus' dimetrum iambicum catalecticum. item ex dimetro iambico acatalecto et dimetro trochaico catalectico sic,

beatus ille qui procul, tollor in montes vagus:

nam 'beatus ille qui procul' dimetrum est iambicum acatalectum, 'tollor in montes vagus' dimetrum est trochaicum catalecticum.

Adeo fecundus varietate carminum et singularis artificii in excogitandis novis metris hic auctor est, ut et ceteris vatibus imitationis suae in componendis metris observantiam parem studiosa aemulatione praestiterit. nam plerique sequentis aevi his informati metrorum figurationibus et quibusdam aliis auctore Archilocho | varias numerorum species et ipsi commenti posteris tradiderunt, unde innumerabilis incomprehensibilisque venit in manus copia. nam ex trimetro iambico archilochio iambicus pede minor, quem etiam decasyllabon vocant, figuratus est ab Alcaeo, unde et alcaicus dicitur, ut

beatus ille quem potens deus.

item heptasyllabon anacreontium primam habens longam [additam], ut

nunc sacra ferte ad aras.

item ex trimetro iambico catalectico medio trochaeo immisso sic, ‖

trahuntque siccas machinae carinas.

nam a Callimacho medius trochaeus insertus est iambico versui. haec forma conveniens saturnio versui est. item iambicus dimetrus solutus in tribrachyn,

agite fugite quatite, Satyri.

item ex basi trochaica et molosso,

---

2 phallicum *Gaisfordius* 7 refer resonasque, *ut videtur, corr.* refer sonaque *A* 10 acatalecto] catalecto *B Val.* catalect..o *A* 13 trochaicum acatalecticum *corr.* trochaicum catalecticum *A* trochaicum acatalecticum *B Val.* 18 aliis] .uiis *A B* ς 20 nam trimetro *A B* nam e trimetro ς 24 heptasyllabon ς *B* eptasyllabum *A* habent longam additam ut nunc sacra ire ad aras *A B* habens longam additam ut nunc sacras ite ad aras ς. *anacreonteum heptasyllabum ex dimetro iambico archilochio derivatum est p. 81, 21.* additam *autem locum non habet, nisi ex phallico versu id metrum duci voluit grammaticus* 26 ex ḍ trimetro *A* acatalectico *B* 27 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* machinas *corr.* -ae *A* 28 nam a Callimacho ς nam fallache *A B. Callimachi nomen ex Terent. Maur. 2941 petivit Camerarius. deinde post* iambico versui *exemplum, quale est apud Plotium de versu saturnio p. 2650* trahuntque siccas multas machinae carinas, *vel a librariis vel ab ipso Victorino omissum est. huius modi versus autem apud Callimachum inventos esse tradunt Plotius l. c. et Atilius Fortunatianus p. 2680* 29 saturnio ς saturno *A B*

tollor altos in montes.

item ex trochaico dimetro catalectico et penthemimere dactylico,

tollor in montes vagus, numina sic stimulant.

item trochaicus tetrametrus catalecticus pluribus longis in breves solutis sic,

agite turba Phrygia nunc et quatite gravia tympana.

item trochaicum tetrametrum catalecticum quartum iambum habens, quod eupolidion vocatur,

Iuppiter vocatus adest, di favete ceteri.

item ex trochaico tetrasyllabo et dimetro ionico *ἀπὸ μείζονος*, quod est sotadium,

heia nunc mihi *

item ex anapaestico dimetro acatalecto et iambico dimetro catalectico sic,

age nunc comites rabidae Cybeles vocant choros ad aras.

item sapphicum dimetrum hendecasyllabum anapaesticum catalecticum,

rapiunt hederas cito Maenades.

item ex *duobus* choriambis et dipodiis iambicis alterna vice, ita ut in ultimo catalexin habeat, sic, ‖

Lydia, dic precor mihi, perdere cur sodalem.

item ex choriambo et dipodia iambica et trochaica, ultimo amphimacro, ut |

Lydia, dic precor libens, unde dona quae geris.

item ex choriambo et basi iambica, ultimis trochaeis tribus,

Lydia, dic precor mihi cur tacere nolis.

item ex choriambico dimetro acatalecto et trochaico dimetro catalectico sic,

Lydia, dic quid retices, cur venire perneges.

item ex glyconio et iambico dimetro catalectico,

cantu continuit feros et impios gigantas.

item ex pherecratio et iambico dimetro catalectico sic * ex his Callimachi brevissimis duobus. item ex glyconio et pherecratio iunctis, e quis priapeus versus fit, sic,

---

6 item trochaicum tetrametrum *p. 145, 35* 12 item ex anapaestico dimetro *p. 103, 1. 146, 6* 19 item ex choriambo et dipodia *p. 146, 8* 28 item ex glyconio et pherecratio *p. 151, 13*

---

2 ex trochaico metro catalectico ephthemimeri dactylico *A B* ς 4 pluribus longis in breues solutis ς pluribus in longis breues insolutis *A B* 5 nunc et quatite ς nunc est (quod) quatita *A B* 6 habens eupolidion *A* habens seu quod eupolidion *B* 7 uocatur *B* uocantur *corr.* uocatur *A* uocant ς 8 dii fauete ceteri ς defuncte ceveri *B* defunctae cereri, *sed* ae *in litura A: cf. p. 145, 37* 11 *lacunam, qua posterior versus pars excidit, indicavi* 12 anapaesto *A B* ς 13 uocent ς una cum *A B* 14 anapaesticum] ex anapaestum *A B* ex anapaesto ς. *fortasse* item ex anapaestico dimetro catalectico sapphicum hendecasyllabum 15 hedera scit maenades *B* 16 item ex choriambis et dipodia iambicum *A B* ς 18 Lydia] *cf. Hor. carm. I 8, 1 p. 86, 29* 20 generis *A* 26 continuit] conticuit *A B* concinuit ς 27 catalectico sic ς catalecticu. sic *A* catalecticis sic *B Val. lacunam, qua exemplum versus excidit, indicavi. quae deinde sequuntur,* ex his Callimachi brevissimis duobus, *ad versum ex pherecrateo et ithyphallico metro compositum pertinere videntur. nam haec Callimacho tribuuntur Atil. Fortun. p. 2672. 2676*

Nereus ut caneret feros, grato Pyrra sub antro.

item verso eorum ordine similis superiori versus creabitur, ut

ibam forte per agrum, montis silvicomi nemus.

item quod utrosque glyconios habet, ut

ibam forte per arduum montis silvicomi nemus.

item quod utrosque pherecratios sic,

rumpunt carbasa venti, fiunt liba Priapo.

item ex duobus trochaeis et duobus iambis, ut

sancta diva parens Sami.

item ex molosso et iambo, qui molossiambus dicitur, ut

marcenti gradu
nectebant choros.

item ex penthemimere et syzygia iambica cum semipede || et altero penthemimere, quod platonicon dicitur, ut

arma virumque cano, boni sodales, ludere nunc opus est.

item dimetron heroon cum ithyphallico ex tribus trochaeis sic,

qua vada caerula molle flumen urget.

item e duobus dactylis et semipede, *qui* repetiti faciunt elegiacum, adiecta in primo syllaba una et in medio altera inserta, quod thesmophorion vocatur, ut

o perpetuo tellus quae nunc riget usta gelu.

item ex tome iambica et elegiaca, quae penthemimeres dicitur, sic,

canam relictus, impiger ipse veni.

memineris autem generaliter elegiaci versus cola iambicis subnexa sub quacumque versus specie seu lege iambelegum | ab auctoribus composito vocabulo nuncupari seu contra, si praeponas elegum iambo, elegiambum, ut

impiger ipse veni, canam relictus:

nam 'impiger ipse veni' tome elegiaca, 'canam relictus' tome iambica. item ex dimetro trochaico et penthemimere,

nunc deos adesse dico, postquam res Asiae.

item ex trochaico dimetro acatalecto et choriambico dimetro catalectico sic,

Iuppiter beatus ille, Lydia dic per omnis.

item ex basi trochaica et choriambo, ut

Phoebe dulce sume merum. ||

item trochaicum tetrametrum catalecticum quartum iambum habens, quod eupolidion dicitur,

Iuppiter vocatus adest, di favete ceteri.

---

35 item trochaicum tetrametrum *p. 144, 6*

---

1 neureus *A: Hor. carm. I 15, 5. 5, 3* fera ς 12 nectebant ς nectenebant *A B* 17 urguet *A* 18 qui *om. A B* ς 21 riget ς *B* riges *A* 22 item et tome *A B* ς 24 elegiaci uersus ς elegiacum uersus *A B* 25 iambelegum ς *B* iambilegum *A* 27 canam] nam *B* 28 veni *posteriore loco om. A, add.* ς *B* 29 trochaeo *A B* ς 30 postquam res Asiae] *Verg. Aen. III 1* 31 choriambo *B* catalectico] acatalectico *A B* omnis *A* omnes ς *B* 37 fauete ς *B* fauere *A*

item ex trochaico dimetro catalectico et ionico ἀπὸ μείζονος ultimis tribus trochaeis et semipede,

Iuppiter caelo sedens fulmen parat acre, cuncta quo tremunt.

item ex ithyphallico * sic,

mente concitatus tollor in scopulos repente.

item ex anapaestico dimetro acatalecto et iambico dimetro catalectico,

age nunc comites rabidae Cybeles vocent choros ad aras.

item ex dipodia anapaestica et ithyphallico,

age nunc comites, ferte sacra Baccho.

item ex choriambo et dipodia iambica et trochaica ultimo amphimacro,

Lydia dic precor libens, unde mala quae geris.

item ex paeonico trimetro catalectico et ithyphallico, ut

nunc agite, nunc tripudiis mihi dulce ferte carmen.

item ex paeonico dimetro et choriambico dimetro catalectico, ut

nunc agite tota venit Lydia nunc per omnes.

item ex ionico ἀπὸ ἐλάσσονος et paeone tertio et ithyphallico,

miserarum est nec amore nec furore tangi.

item ex duobus ionicis ἀπὸ μείζονος et choriambo et ultimo iambo sic,

dic nunc age, Clio, mihi Pegaseum melos.

Ad summam omnia metra, et quae inter | se congruunt, et quae temporum ratione contraria sunt, si plenius || consideres, ab heroo traducta sunt. et mehercules siquis excutere penitus velit, inveniet, ut supra diximus, omnia genera ab hexametro heroo et trimetro iambico derivata, quamvis et iambicum heroi sit traductivum, nec quicquam sine his per se posse subsistere. unde, ut diximus, haec duo metra ut elementa ceterorum ac semina habenda merito ac dicenda sunt. haec ita videri atque esse, ut diximus, si studiosa comtemplatione exempla quae proponuntur adverteris, adprobabis. nam metrorum species, quamvis generis sui privilegio distinctae sint, tamen misceri inter se atque diversis communia effici ea videlicet ratione, qua cuncta, ut dictum est, ex eadem origine atque uno fonte derivantur, sic comprehenditur. legimus apud Horatium

sic te diva potens Cypri:

---

6 item ex anapaestico dimetro *p. 103, 1. 144, 12* 8 item ex dipodia anapaestica *p. 142, 31* 10 item ex choriambo *p. 144, 19* 13 nunc agite *p. 97, 23* 19 dic nunc *p. 91, 29* 20 Ad summam — 26 dicenda sunt *p. 104, 21*

---

1 ultimis ς ultissimis *A B* 3 fulmen] flumen *B* 4 *lacunam, qua excidit definitio eius partis quae ithyphallicum sequitur, indicavi* 6 anapaesto *A B* ς acatalecto] catalecto *B* 9 sacra ς *B* sacro *A* 10 ultimo et amphimacro *B* 11 mala] dona *supra p. 144, 29* 15 nunc agitata uenit *A B* ς. *cf. p. 97, 25. duos dimetros neglegentius coniunxisse videtur Victorinus* Lydia dic per omnes ς 18 ex duobus ionicis] ex ionico *A B* ς. 21 rationem *B* 22 penitus] plenius *corr.* penitus *A* 24 quamvis] quum ς *A B* sine his *superscriptum est in A* 25 unde ut diximus ς unde et diximus *A B* 28 approbabis ς adprobaris *A B* quamvis] qũ *A* cum ς *B* 31 deriuentur *A B* ς 32 sic te] *Hor. carm. I 3, 1*

hoc glyconium metrum dicitur, quod constat ex spondeo choriambo et ultimo trochaeo vel eodem spondeo. commune hoc esse cum heroo trimetro, quod constat ex spondeo et duobus dactylis, cunctis in promptu est. item

Maecenas atavis edite regibus

apud eundem lyricum: hoc asclepiadeum metrum appellatur, quod constat ex disyllabis primo et extimo pedibus, mediis duobus choriambis. hoc quoque par et commune esse pentametro, ei dumtaxat, cui paenultimus anapaestus est, nemo dubitabit. pari more et trochaicum iambico communione inter eos tribrachi pedis misceri reperies, qui divisione alternarum iambi et trochaei longarum subsistit, ut est

tibi vetus ara caluit aborigineo sacello. ‖

hic pro trochaeo tribrachys positus longa in duas breves soluta, 'tibive', utriusque metri disciplinam tuetur: 'tibi' enim hic pro una syllaba longa accipitur. qui fit ut idem versus sub utriusque condicione teneatur. nam pari lege duae breves, id est media atque ultima, in unam longam coeuntes iambum [et trochaeum] formabunt. quid nunc de proceleumatico dixerim? | qui ex omnibus brevibus subsistit, ut est ille versus tetrameter catalecticus,

perit abit avipedis animula leporis.

nam fere metris omnibus misceri communisque haberi poterit, si eum per coniunctionem syllabarum ac temporum, prout unius cuiusque metri condicio exigit, informare ac dividere volueris.

Pari ratione syllabarum divisio vel conexio eandem metris varietatem dabit, ut

rei magnai publicai gratia.

nam si diductionem syllabarum ad unitatem revoces, ut sit 'magnae' et 'publicae', ex trimetro acatalecto brachycatalectum trimetrum efficies. per conexionem autem, id est cum duae vocales non interposita consonante media in unam syllabam coguntur, idem effici erit exemplo versus hic,

cum te flagranti deiecit fulmine Phaethon,

scilicet ut disyllabum nomen ex trisyllabo fiat. nam si conexa diducas, ut sit Phaëthon, heroo versui ultimus anapaestus adiungetur. ita fit ut admixtione unius pedis diversa metrorum genera misceantur.

---

1 hoc glyconium metrum — 3 in promptu est *p. 119, 8. 163, 5* 3 item — 8 dubitabit *p. 109, 2. 150, 19. 161, 2* 8 pari more — 16 formabunt *p. 128, 2* 18 perit *p. 99, 14 Terent. Maur. 1464* 26 per conexionem *p. 66, 18*

---

1 et ultimo iambo vel eodem pyrrhichio *coniecit Gaisfordius: cf. p. 119, 9* 3 in promptu est ς inpruumptum est *A B* 4 Maecenas] *Hor. carm. I 1, 1* 8 dubitauit *B* 8 more] mor *A B* modo ς 11 tibi] *Terent. Maur. 1900* 19 poterit si *B Val.* poterit p si *A* poterit pes si ς 21 condicione *A* uolueris ς uoluerit *A B* 24 rei] *Plaut. mil. glor. 103* magnai rei publicai gratia gratia] gratiai *A B* grati ς 25 si diductionem *Gaisfordius* si deductionem *B* si seductionem *A* ς 26 acatalecto] catalectico *A B* ς *brachycatalectus trimeter iambicus non efficitur brevioribus formis* magnae *et* publicae *substitutis, neque constat utrum neglegenter versum inspexerit Victorinus, an hunc esse versum voluerit*, rei magnae publicai gratia 29 flagranti ς *B* flagraute *A* fulmine phaeton ς flumine phaeton *A B* 31 phaeton *A B* ς adiungetur ς adiungeretur *A B*

Versus quoque hendecasyllabus sapphicus varia scandendi divisione diversis inter se metris communis reddetur. nam si ita percutias, ut primus in eo pes sit disyllabus, ‖ dehinc dactylus residentibus tribus trochaeis ultimis, erit ithyphallicum metrum. sin vero ita dividas, ut primum spondeum, dehinc choriambum, post diiambum et syllabam colloces, erit phalaecium, ut

postquam res Asiae perit procellis,

sicut quidam, qui ea a se, ut supra ostendimus, distinguunt.

Et quoniam hendecasyllabi mentionem fecimus, occasione admonente satis opportunum arbitror de speciebus eiusdem, quae sunt ferme VII ex una eademque origine descendentes, breviter dicere, quae scilicet ex utriusque, id est dactylici et iambici, metri permixtione, composita et copulata noscuntur. initium autem ab eo versu sumimus, cui sapphico nomen est, non ut ab ea invento, sed iugiter usurpato: e cuius fonte plurimae species disparis figurae prolabuntur. huius prior forma ea lege taxabitur, | qua primus in versu spondeus sollemniter, post dactylus, dehinc [et] tres trochaei ponuntur, e quis ithyphallico seu phalaecio, ut supra diximus, nomen est. instruendi tamen sumus legem collocandi in exordio spondei varie veteres custodisse. nam quidam et trochaeum et iambum in ea sede collocasse reperiuntur, inter quos et Catullus est sub exemplis huius modi,

cui dono lepidum novum libellum
arido modo pumice expolitum?
meas esse aliquid putare nugas.

nam cui do spondeum, ari trochaeum, meas iambum tres diversos pedes esse, quibus supra dicti versus inchoantur, in dubium non venit.

Huius hendecasyllabi species erunt, ut diximus, VII. feritur autem ‖ his commatibus, quibus et hexameter per tomas, ut superius demonstravimus. ex quis aut duo metra, id est heroum et iambicum, [ex] composita versum copulabunt aut unum supplemento sui generis integrum dabunt, ut puta

castae Pierides meae Camenae.

dividitur sic secundum heroum metrum, ut prior spondeus, sequens dactylus adiuncto semipede penthemimeren tomen compleant, residua autem

---

1 Versus quoque — 8 distinguunt *p. 118, 10* 9 Et quoniam hendecasyllabi — 155, 9 claudus effectus est *Terent. Maur. 2545—2913 Atil. Fortun. 2674—2678*

---

4 ultimis ς ultimus *A B* 7 postquam] *Verg. Aen. III 1* 8 distinguunt ς distingunt *A* distinguent *B* 11 discendentes *A* 13 sumemus ς 16 primus *Val.* ς prius (m supra u) *A* prius *B* 17 ponantur *A B* ς e quis] *fortasse* cui et: *cf. Terent. Maur. 2555* cui nomen quoque phallico dederunt supra] *p. 118, 10* 18 instruendi tamen sumus legem collocandi ς struendi tamen sumus lege ac locandi *A B* 22 cui dono] *Catull. 1, 1* 24 meas esse aliquid ς mea sese aliquot *A* meosesealiquot *B* 27 ut diximus VII erunt *corr.* erunt ut diximus VII *A* 28 superius] *p. 64, 31* diximus *corr.* demonstrauimus *A* 29 ex se composita ς 30 integram *B*

versus pars iambo adsignetur superfluente syllaba, quod est adaeque penthemimeres. haec igitur duorum versuum principia, quae copulata in unius versus formam venerunt, suo quoque metro compleri poterunt sic,

castae Pierides, precor, adspirate canenti,

et fit herous; item

meae Camenae caelitum testor genus

iambicus. item

carmen Pierides struunt sorores

ita complebitur,

carmen Pierides pangunt memorabile Musae,

dehinc

struunt sorores Atticae dirum nefas.

Haec erit de hendecasyllabis prima species et divisio. secunda vero recipit, ut superior, spondeum et dactylum non admisso semipede, ut supra, quo completur penthemimeres tome, dehinc tres trochaeos, tamquam

siccas ducite machinae carinas. |

nam si duobus herois quattuor pedes coniungas, erit versus hexameter sic,

siccas ducite iam laeto cum carmine puppes;

reliqua pars ex tribus trochaeis, 'machinae carinas', suo metro, id est ithyphallico, stabit. item ‖

pangunt carmina iam novem sorores:

hexameter complebitur sic,

pangunt carmina tergeminae memoranda sorores;

resident tres trochaei, 'iam novem sorores'.

Tertia autem diviso latius patet, cuius exemplum

sulcos tunc retegunt comae fluentes,

item

iamdudum tibi disserens probavi.

nam si retrahas 'fluentes', remanet

sulcos tunc retegunt comae,

quod est metrum, ut grammatici *vocant*, choriambicum, ut musici, bacchiacum sive anacreontium syllabarum octo. et in hoc tam primae quam ultimae duae syllabae incrementa magis quam textui pedum necessariae, ut putant, habentur, quae sunt hae, initio 'sulcos', in ultimo 'comae'; su-

---

8 carmen *p. 121, 5* 26 Tertia autem divisio — 150, 2 longa *p. 118, 10*

---

3 potuerunt *A B* ς 9 *fortasse* hexameter ita complebitur 12 dirum ς *Terentianus 2588* durum *A B* 13 de *superscriptum est in A* 18 quattuor] quartos *A B* ς 20 pars et tribus *A B* pars e tribus ς 23 hexametro *A B* ς 25 resedunt *A* resedent (r *superscr.*) *B* resederunt ς 27 fluentes ς flauentes *A B* latentes *supra p. 118, 16* 29 iamdudum] *Terent. Maur. 2571* 30 fluentes ς flauentes *A B* 31 sulcos ς sulcus *A B* 32 vocant *om. A B* ς 33 anacreontium ς *B* anacreonticum *A* 34 incremento *A B* ς: *cf. Terent. 2611* excremeuta magis putant texui *B*

perest 'tunc retegunt', quo pes choriambus efficitur e longa et duabus brevibus et longa. quae si forte brevis incurrerit, ut in illo versu,

iamdudum tibi disserens,

(nam dis syllaba in 'dum tibi dis', qui est choriambus, brevis inventa *est*) fiet longa positione sequente alia s, quia in versu habetur post dis ultimam choriambi 'serens', hoc est 'disserens'. superest ergo superiori versui, cuius exemplum induximus, 'tunc retegunt', ut vides, pes medius choriambus. pars autem prima in hoc versu, ut supra, pedum diversitate variatur (nam et spondeum et iambum et trochaeum admittit) ultima manente semper immobili, quam solus iambus obtinebit. ergo ‖

sulcos tunc retegunt comae

erit apud Horatium huius modi,

intermissa Venus diu.

hunc quidam alio adiecto choriambo extendunt latius, tamquam

sulcos tunc retegunt ambrosiae comae,

duobus in medio choriambis positis. nam ¦ 'sulcos' et 'comae' hic quoque, ut superius, in augmento erunt. ita et illud apud Horatium,

intermissa Venus missa Venus diu.

nam tam 'inter' quam 'diu' superfluunt metro. huius figurae similis apud eundem versus in principio invenitur sic,

Maecenas atavis edite regibus.

nam et in hoc duo medii choriambi clauduntur primo spondeo, extimo iambo, qui per adiectionem ultimae syllabae erit pentameter sic,

Maecenas atavis edite regibus *o*.

idem [Phalaecus] etiam tres choriambos uno versu copulatos induxit, mutuatus id quoque ab Alcaeo, ita ut tres dipodiae choriambicae extimis utrimque simplicibus concludantur, ut

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi,

item

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

nam binis syllabis ex initio et fine detractis supererunt ‖ tres reliqui choriambici. ex quo etiam priapei versus origo manat. ex huius colo seu

---

19 huius figurae — 24 regibus o *p. 109, 2. 147, 3. 161, 2* 32 ex quo etiam priapei versus origo *p. 119, 1*

---

4 nam di syllaba *A B* ς est *posteriore loco om. A B* ς 5 ultima *A B* ς 10 obtinebit ergo *B Val.* ς obtinebit † ego *A* 13 intermissa] *Hor. carm. IIII 1, 1* 18 missa Venus *in marg. add. A* 24 regibus o *Atilius Fortunatianus de metr. Hor. p. 2700* regibus *(om.* o) *A B* ς regibus hic *vel* remigibus *Camerarius.* remigibus *Terentianus 2657, quam rationem ipse Victorinus sequitur p. 161, 2* a pentametro nascitur per detractionem syllabae brevis, quae erat ante paenultimam; *contra novissima longa detracta e pentametro fieri asclepiadeum voluit supra p. 109, 1* 25 *Phalaeci nomen ex prava interpretatione pronominis* idem *ortum esse videtur*: *cf. Atil. Fortun. p. 2675* quale est illud apud Horatium, quod et ipsum ab Alcaeo sumpsit, tu ne quaesieris *sqq.* etiam tres *A* et tres *B* tres ς 28 tu ne] *Hor. carm. I 11, 1* 30 nullam] *Hor. carm. I 18, 1* 32 et huius *A B* ς

commate adaeque hendecasyllabus formabitur. nam heroi hexametri tres pedes cum inciderint interposita, ut versus priapeus exigit, distinctione, eundem secernunt, ut 'cui non dictus Hylas puer', dehinc 'et Latonia Delos'. qui si inter se enuntiatione copulentur, hexametri versus tenorem integrum modumque praestabunt, nequaquam tamen disciplinae ac dignitati heroi respondentem. nam divisio huius in secundo commate infracta paululum ac mollior receptis in versu primo et quarto spondeis efficitur, ut apud Catullum

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,

quos distinctio occultat auribus. nam si divisiones metri priapei separentur, ita sonabunt apud Vergilium, 'fronde super viridi sunt', dehinc 'nobis mitia poma': 'castaneae molles et', dehinc 'pressi copia lactis'. constat autem, ut supra diximus, duobus metris, quorum prius est glyconium octo syllabarum, sequens pherecratium | syllaba deminutum, ita tamen ut novissima glyconii, id est octava syllaba, longa sit, si natura brevis fuerit, veluti

Nereus ut caneret fera, grato Pyrra sub antro.

igitur quod hoc versu Priapi laudes plerique canendo || prosecuti sunt, priapeum metrum nuncuparunt, quod genus hexametri adeo abhorret ab heroi lege, ut utraque pars [commatis] non numquam trochaeis et iambis aut pro spondeo anapaestis inchoetur aut etiam cretico prius comma pro dactylo terminetur, ut est apud Catullum 'nam te praecipue in suis', dehinc 'Hellespontia ceteris', quia bina sunt cola mora distinctionis intercedente. quod genus versuum apud graecos comoediarum veterum scriptores plurimum est et magis apud eos qui satyrica scripserunt, unde a non nullis satyricum prius vocabatur, verum postea abiit in consuetudinem ut priapeum appellaretur. sub ea ergo percussione, de qua supra dictum est, primi commatis divisio *primo spondeo, extimo iambo* et choriambo medio subsistens versum ab hendecasyllabo profectum declarabit, ut

sulcos tunc retegunt comae,

item

iamdudum tibi disserens:

---

13 constat autem — 17 antro *p. 144, 28*

---

2 inciderit *A B* ς 3 secernit *A B* ς cui non] *Verg. georg. III 6* 6 dignitati ς *B* dignitate *A* 7 receptis in versum *Santenius in Terent. Maur. p. 363. fortasse* receptis in primo et quarto versus pede spondeis 9 hunc lucum] *Catull. 18, 1* 10 diuisiones *A* diuisione ς *B* 11 fronde] *Verg. bucol. 1, 81* 12 castaneae] *Verg. bucol. 1, 82* 16 ueluti nereus *B* uelut innereus *A* uelut Nereus ς: *Hor. carm. I 15, 5. 5, 3* 17 fera ς foeda *A B* 20 commatis, *quod seclusi, fortasse ipsius Victorini neglegentiae tribuendum est. Terent. Maur. 2761* ut sit utraque portio coepta saepe trochaeis. *Atil. Fortun. p. 2676* non ignoro autem variari primas et secundas syllabas utriusque in priapeo commatis, ut modo ab iambo incipiat, modo ab trochaeo 22 nam te] *Catull. 18, 3* 23 hellespontia ceteris ς *B* hell/ pontio acceteris *A* $\overline{\text{qa}}$ (*h. e.* quia) *A* quam *B* quando ς 26 abiit ς ab his *A B* 28 primo spondeo extimo iambo *om. A B* ς

nam tale est, quale 'cui non dictus Hylas puer'. itaque si tamquam glyconium dividitur, erit primum comma octasyllabum, in quo prior spondeus, sequens choriambus, tertius dibrachys, quod in hexametrum priapeum converti sic poterit: solvo choriambum et novissimam eius syllabam duabus ultimis brevibus coniungo, ut ex choriambo et dibrachy efficiantur dactyli duo; erit colon hexametri, cui si pherecratium heptasyllabum apposueris, hexametrum versum complebis, ‖ in quo sit primus spondeus, secundus et tertius dactyli, quartus spondeus, quintus dactylus, sextus spondeus. nam 'cui non dictus Hylas puer' par est huic, 'hunc lucum tibi dedico', octasyllabo, qui choriambica compositione formatur; sequens pars, | 'et Latonia Delos', heptasyllabo illi, 'consecroque Priape', qui spondeo et dactylo et trochaeo subsistit. cum ergo huius modi pedum compositio concurrit, fit ambigua, ut ostendimus, versificatio, ut et ad dactylicum transduci possit et ad haec quae diximus choriambica. * continuatis duobus epodi commatibus elatum in ea ode, cuius initium est,

'quis multa gracilis te puer in rosa.

nam praepositis duobus versibus duplici choriambo subsistentibus subicit epodos duas, quae mutato, contra quam auctor disposuit, ordine priapeum versum complebunt ita,

grato Pyrra sub antro,
cui flavam religas comam.

horum praeposterato situ memorati versus forma praestabitur sic,

cui flavam religas comam, grato Pyrra sub antro,

tamquam

hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.

dehinc cetera eius asmatis decurrunt eadem strophe. sane nihil hic oberit, si primi commatis ultima syllaba positione sit longa, ut est *mam* (nam excipitur ‖ a g et r, 'grato Pyrra', quia semper ultima syllaba et in integro et in commate omni lege fit libera, seu quia prius comma non numquam, ut supra diximus, cretico clauditur.

Quarta nunc a nobis species inchoabitur, non ut superior perplexa nec multiplex, cuius tome sub hoc versu talis existit,

---

22 horum praeposterato situ *p. 164, 28*

---

3 tribrachys *corr.* dibrachys *A* tribrachys ς *B Val.* quod] qui *B* 5 tribrachi *corr.* dibrachi *A* dibrachy *Val.* tribrachi *B* tribracho ς 7 in quo sit *A* in quo fit ς *B* 11 quae spondeo *A B* ς 13 et ad dactylicum ς *Val.* et[ad] dactylicum *A* et dactylicum *B* 15 epodi] epici *Santenius in Terent. Maur. p. 366.* epodi commata *Victorinus dixisse videtur commata epodi loco posita. sed antea in lacuna quam indicavi haec fere exciderunt*, idem metrum apud Horatium invenitur: *cf. Terent. Maur. 2793* namque his commatibus Flaccus Horatius Metrum composuit: sed choriambicos Ex binis pedibus praeposuit duos: Tunc hos iungit epodos, partes ut modo do duas 16 quis multa] *Hor. carm. I 5, 1* 18 epodus duas *A* ἐπῳδοὺς duas ς *B*
22 horum — 23 comam *in marg. add. A* 26 eius *om.* ς *B* 27 ut est (comam *add.* ς) grato pyrra nam excipitur a g et r quia semper *A B* ς 29 seu quia ς seu qua *A B*

carmen suave dedistis, o Camenae.

nam detracto primo commate versus heroi supererit dipodia, 'o Camenae'. haec incisio tertio trochaeo terminatur sic, 'carmen suave dedistis', de qua in primo volumine plenissime inter alias heroi versus tomas diximus, cuius et exemplum apud Vergilium nostrum ostendimus hoc, 'infandum regina'. nam residua sibi parte adiecta hexametrum dabit sic,

carmen suave dedistis Olympiades *mihi* Musae.

similiter |

infandum, regina, iubes renovare dolorem:

adiecta enim trochaeo tertia brevis pedem dactylum metro reddidit ac sua versum lege conclusit.

Quinta autem hendecasyllabi species admixto anapaesto sotadium facit metrum. nam si ante dactylum, qui post spondeum sollemniter in hoc versu ponitur, anapaestum inseras, sotadium metrum propria modulatione formabis. erit exemplo versus hic,

carmen Pierides dabunt sorores.

huic si adieceris 'lepidae', qui est anapaestus, inter spondeum || et dactylum sequentibus tribus trochaeis, quibus hendecasyllabus clauditur, fit versus sotadius ita,

carmen lepidae Pierides dabunt sorores.

item

cantu Pan age carmen adde canna:

insero spondeo et dactylo medium anapaestum, qui est 'docilis', fiet sotadium sic,

cantu docilis Pan age carmen adde canna.

Sextae autem divisionis hendecasyllabus erit talis,

iuverunt segetes meum laborem.

quali tome sit iste compositus explicabo. nam 'iuverunt' caput est incipientis hexametri: adiectis enim reliquis pedibus versus complebitur ita,

iuverunt mentem versus ex carmine dulci.

at id quod versui superest, 'segetes meum laborem', metrum erit anacreontion, siquidem *Anacreon* eo frequentissime usus sit, sed et apud nos plerique, inter quos Arbiter satyricon ita,

triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis
volucrique Phoebus axe
rapidum pererret orbem.

---

3 terminati *B* 4 in primo volumine] *p. 65, 17* 5 et *om. B* 6 dedit *corr.* dabit *B* 7 mihi *om. A B, add.* ς: *cf. Terent. Maur. 2831* 12 endecasyllaba *corr.* -bi *A* 14 anapaestum ς anapaestus *corr.* -ti *A* anapaestus *B Val.* inseras *A* inferas ς *B* 15 exemplo ς exempla *A B* 22 cantum ς carmen ede ς 25 carmen ede ς 26 sexta eadem diuisionis *A* sextus eadem diuisione ς *B* 28 explicabo] explebo *A B* ς 30 iuverunt] *Terent. Maur. 2860* iuverunt animum versus ex carmine Flacci ex] et *A B* ς 31 segetes ς seges *A B* 32 Anacreon *om. A B* ς frequentissimae *A* 33 plerique ς relique *A B* 34 triplici] *Terent. Maur. 2862. Mall. Theod. p. 545 ed. Gaisf.* 36 poebus *A*

quod constat, sicut plerique adserunt, ex ionico quem *ἀπὸ μείζονος* vocant. nam si versui, quem supra posui, 'segetes meum laborem', pro prima parte eius, quam detraxi, 'iuverunt', apponam clausulam huius modi, 'o quam relevarunt', fiet versus ionicus *ἀπὸ μείζονος* ita,

o quam relevarunt segetes meum laborem, ||

qui constat ex basi ionica et trochaeis tri|bus. similiter et quem supra posui,

Triviae rotetur orbis,

siquis adiciat 'cernis quotiens hic', dabit integrum ionicum huius modi,

cernis quotiens hic Triviae rotetur orbis.

quod colon pyrrichium et trochaeos tantum tres recipit, velut

volucrique Phoebus axe
rapidum pererret orbem,

item

segetes meum laborem.

nam parili modo solent pedes ionici ut binas ita singulas syllabas alternis vicibus aut longis breves aut brevibus longas adnectere versumque basi trochaica frequentius claudere. ex hoc galliambicum quod vocant metrum emollita ac tremula modulatione formatum manare dinoscitur. nam si comma superioris versiculi repetendo geminaveris, ita tamen ut sequentis clausulae ultimam syllabam subtrahas, versum galliambicum efficies sic,

segetes meum laborem, segetes meus labor.

hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tamquam 's u p e r a l t a v e c t u s A t t i s', dehinc 'c e l e r i r a t e m a r i a'. quod quidam metroiacum, eo quod deum matris cantibus aptum sit, meritoque etiam galliambum a Gallis, ministris deae, appellarunt, ut versus isti testantur,||

t r e m u l o s q u o d e s s e G a l l i s h a b i l e s p u t a n t m o d o s,
s o n a t h o c s u b i n d e c a n t u C y b e l e i u m n e m u s,
n o m e n q u e g a l l i a m b i s m e m o r a t u r h i n c d a t u m.

recipit hic versus sub alia percussione anapaestum aut spondeum in prima sede, dehinc duos iambos, interdum et tribrachyn. nam superfluit tam in hoc quam in sequenti colo non numquam semipes, id est una syllaba, quod colon ex pariambo et basi trochaica aut tribrachy constabit.

Superest hendecasyllabi tome novissima [est], quae erit septima. con-

16 nam parili modo — 33 constabit *p. 95, 22*

1 constet (a supra e) *B* 9 adiciat ς adici.t *A* adicit *B Val.* 12 uolucrique Phoebus ς uolucrique dephoebus *B* uolucrique depoebus *A* 14 item] ita *A B* ς 17 uersusque *B* 18 çalliiambicum *A* 24 super alta] *Catull. 63, 1* celeri rate maria ς *B* celeritate mari *A* 25 meritoque ς *B* meritique *A* 27 tremulos quod esse ς tremulo quod esse *B* tremulosq: (esse supra) *A* tremulosq. esse *Val.: Terent. Maur. 2889 sqq.* 28 sonat ς sonant *A* sonant *B Val.* cantu] cantus *A B* ς metro *Terentianus* 29 memoratur ς memorabitur *A B* 30 hic uersus ς hinc uersus *A B* 31 tam] iam *A* 32 semipede est *A B* semipede id est ς 34 nouissima quae erit ς

stat autem ex hipponacteo tetrametro scazonte, quem claudicare supra ostendimus, ut et ipso versu declarabitur, tamquam

carmen nemo facit *meo* Sabino.

hic *in* hexametrum vertetur sic,

carmen nemo facit, claro quod par sit Homero. |

superest claudum illud, 'meo Sabino', cui si primas sui generis partes adicias, erit versus iambicus tetrametrus scazon talis,

phaselus ille quem vides facit meo Sabino:

nam ab ima parte imminuta syllaba claudus effectus est.

Accedit his octava species, quam idcirco superioribus VII non coniunximus, quia ex heroo tantum versu informata dinoscitur, eo dumtaxat, in quo primus spondeus, sequens sit dactylus, demptis e medio tribus vel quattuor syllabis, residentibus vero in ultima versus parte duobus pedibus, dactylo et spondeo seu trochaeo, integrum sensum complentibus ita,

at regina gravi saucia cura, ||

divulso e medio versu iamdudum; item

sic fatur lacrimans mittit habenas,
et tandem Euboicis labitur oris,

quod etiam in tertio volumine breviter attigimus.

Discussis septem speciebus hendecasyllabi, quaeque ex eo per coniunctionem heroi atque iambici procreantur, superest ut de phalaecii et sapphici tam cognatione quam differentia, quae pedum inter se transmutatione gignitur, pauca dicamus. scimus hendecasyllaborum species quidem, ut ostendimus, plures, genera autem, e quibus eaedem derivantur, duo, phalaecium et sapphicum, quorum discretio phalaecii lege ac ratione composita erit talis. notum est hendecasyllabum phalaecium spondeo, dactylo, dehinc tribus trochaeis fine tenus continuatis ordinari. itaque si ex tribus trochaeis unus abstractus primus in versu ponatur, dehinc spondeus, post dactylus ultimis duobus trochaeis locatis, haut dispar versus sub parili lege formabitur, quam ille sapphicus reperietur. nam prima pars versus sapphici, ut 'iam satis terris nivis', sub alia, quam supra ostendimus, ordinatione recipit trochaeum, spondeum, dactylum, sequens

---

10 Accedit his octava — 19 breviter attigimus *p. 120, 13. Terent. Maur. 1939 — 1956*

---

1 tetrametro] trimetro *A B* ς. *tetrametrum iambicum catalecticum ab Hipponacte inventum dixit Victorinus p. 135, 14. hunc claudicare dixit Terentianus 2377, quem Victorinus secutus est* 3 carmen nemo facit meo Sabino *Terentianus 2906* carmen nomen facit sabino *A* carmen nouum facit sabino ς *B* 4 in *om. A B, add.* ς 6 meo *superscriptum est in A* 9 cladus *A* 10 non *om.* ς 12 piius *corr.* primus *A* 13 recidentibus *A B* recedentibus ς 15 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* 17 sic fatur] *Verg. Aen. VI 1. 2* 20 hendecasyllabi quaeque *A* hendecasyllabis quique ς *B* (?) 21 procreatur *corr.* -antur *A* phallecii *B* et] etiam *A B* ς 23 quidem] quod *B* 24 eadem *A B* ς 25 phallechium *B* discretio phalaecii ς *Val.* discretio...phalaecii *A* discretio ac phalaecii *B* 26 erit talis ς erit aliis *A B* 29 haut dispar ς aut dispar *A B* 30 quam ille sapphicus repperietur *in marg. add. A* reperitur ς 31 iam satis] *Hor. carm. I 2, 1* 32 spondeum *om. B* sequens comma ς *B* seq: comma *A*

comma, 'atque dirae', duos trochaeos. cui tam aptae ac manifestae rationi una difficultas occurrit, quod non semper in versu ita possunt verba copulari, ut revulsus trochaeus integer | capiti versus, ut demonstravimus, adiciatur. etenim sub hac lege nullum a supra dicta ratione disparem comprehendas, qua in omni hendecasyllabo sub ordine ‖ trochaeus primus sequentibus spondeo et dactylo, dehinc duobus trochaeis extimis digesti videantur efficientes sapphicum metrum. denique ut in exemplum trochaeum separatum adferamus, sit versus huius modi,

cursorem tibi vendo, Rufe, servum,

qui est phalaecius. cernis hic 'Rufe' trochaeum secundum ab ultimo nulli cohaerere, quem sine mutilatione versus aut metri possis tollere seu ponere. qui si praeponatur versui, huius modi formam hendecasyllabi dabit,

Rufe, cursorem tibi vendo servum,

ut est apud Flaccum

iam satis terris nivis atque dirae,

qui est sapphicus. quem trochaeum si ad sedem suam revocaveris, phalaecium ex sapphico rursus efficies. et ut per ordinem ipsorum trochaeorum iuxta legem phalaecii e carminibus Flacci exempla proferamus, primus sit nobis ille versus, qui est apud eundem in ultima ode,

mitte sectari rosa quo locorum.

priorem trochaeum liberum vides, 'mitte': hic si mutato ordine iuxta legem phalaeciorum primus ex tribus trochaeis, qui sunt post dactylum, collocetur, longe diversam inter se figuram, cum sit idem atque integer, dabit sic,

sectari rosa mitte quo locorum.

sic et illud,

Crispe Sallusti nisi temperato,
Sallusti nisi Crispe temperato,

et cetera [scilicet primi ex tribus trochaeis]. item secundus ‖ trochaeus ab ultimo pari ratione positus capitique versus abstractus similem formam dabit sic,

ales in terris imitaris almae,
in terris imitaris ales almae:

item

---

2 quod] quae *B* 3 trochaicus *A B* ς adiciantur *B* 4 comprehendas qui in om̅ (quinom̅ *B)* endecasyllabi sub ordine trochaeus (trochaeis *corr.* -us *A Val.)* primus *A B Val.* compraehendas, cum hi omnes hendecasyllabi, ut sit trochaeus primus ς 6 digessi *corr.* digesti *A* 7 ut in exemplum trochaeum separē adferamus *A B* ut exemplum in quo trocheus separetur afferamus ς. *an* ut exemplum trochaei separati adferamus? 11 *fortasse* sensus aut metri possis ς possit *A B* 12 qui] quod *B* endecasyllabis dabit *A B* ς 17 sapphicus ς *B* sapphici *A* 19 proferamus sit nobis ille uersus qui est primus apud eundem *A B* ς 21 mitte] *Hor. carm. I 28, 3* 23 qui sunt post ς qui est post *A B* 27 sicut illud *A B* ς 28 Crispe] *Hor. carm. II 2, 3* 31 capiti qui uersus *B* 33 ales] *Hor. carm. I 2, 42*

pone me pigris ubi nulla campis,
me pigris ubi nulla pone campis:

similiter

arbor aestiva recreetur umbra,
aestiva recreetur arbor umbra.

nec non tertius trochaeus, id est ultimus, | simili ratione collocatus eandem versus *speciem* implebit, sicut

ire deiectum monumenta regis,
deiectum monumenta regis ire:

item

serus in caelum redeas diuque,
in caelum redeas diuque serus:

item

laeta quod pubes hedera virente,
quod pubes hedera virente laeta.

quarum specierum plurima exempla sunt. accedit his etiam illa species non absimili modulatione composita, ut est apud eundem

nota quae sedes fuerat columbis,

ex quo hendecasyllabus, sed non phalaecius, figurabitur ita,

quae sedes fuerat nota columbis:

item

vile potabis modicis Sabinum,
potabis modicis vile Sabinum.

quod genus in XXX et duobus exemplis repertum est. hic enim ‖ non, ut in superioribus, tres in ultimo trochaei nectuntur, sed spondeus pyrrichius et trochaeus locantur, velut

nota quae sedes fuerat columbis,

de quo formatur

quae sedes fuerat nota columbis.

primum comma, 'quae sedes fuerat', constat spondeo sequente dactylo, superest syllaba rat: huic adiuncta no prima sequentis clausulae syllaba spondeum medium dabit, dehinc ta co pyrrichius ex utraque brevi insertus inter spondeum *et* trochaeum ultimum, qui est lumbis, disparem speciem tam phalaecio quam sapphico metro figurabit. nam cum et numero et modulatione congruat, mutatione tamen pedum innovatum est.

---

1 pone] *Hor. carm. I 22, 17* 4 arbor] *Hor. carm. I 22, 18* recreatur *utroque loco* ς 6 eadem uersus impleuit *A B* eadem uersum impleuit ς 8 ire] *Hor. carm. I 2, 15* 11 serus] *Hor. carm. I 2, 45* 14 laeta quid ς: *Hor. carm. I 25, 17* uirenti *A B* uiente ς 15 quid pubes hedera uirente ς *B* quid pubes hedera uirenti *in marg. add. A* 16 ēt illa *A* et illa ς *B* 18 nota] *Hor. carm. I 2, 10* 22 vile] *Hor. carm. I 20, 1* 31 sequentis clausulae ς sequenti clausulae *A B* 32 ex utraque breui ς *Val.* ex utraque parte breui *A* ex utraque parte breui *B* 33 inter spondeum trochaeum *A B* inter spondeum uel trochaeum ς 34 nam cum ς *B* nam eum *A. fortasse* nam quamvis neumero *A* 35 tamen] tantum ς

Decursis omnibus ab incunabulis artis huiusce generibus metrorum, quibus magni auctores tam nomina dederunt quam etiam frequenter usi sunt, non ab re arbitror ante conclusionem elucubrati a nobis opusculi, prius quam de metris nostri lyrici carminibus comprehensis, quae singillatim per ordinem ad explendum studiosi lectoris animum persequi placuit, exordium faciam, [ita] attingere, quod non nulli tamquam eruditioni et profundae scientiae necessarium sollicita sciscitatione percontantes exigunt, unde metrorum atque omnis musicae elementa processerint, quo parente, qua origine, quibus exordiis initia | earundem artium coeperint. nec hoc satis: iidem rogant, quis articulatam vocem a confusa discreverit, quis primus syllabas in enuntiando || denso seu leni spiramine extulerit, quis longum tempus aut breve in elocutione vocis nostrae captaverit. quae qui anxie scire desiderant, dicant velim, quis nobis in lucem editis gestire, reptare, ridere, quod proprium homini tantum est, quis alimonia lactis rictu oris appetere, quis sonum confusae vocis in verba diducere seu pro statu erga se mentis atque animi nunc fletum ac maerorem, nunc alacritatem laetitiamque concipere auctor ostenderit. nam haec quoque sciscitationibus eorundem parili propositioni consentanea occurrunt. quibus tamen sic respondendum est, naturalem nobis hanc musicam haud alias quam adfectus animo corporique motus existere, eamque parente natura simul cum luce vitae sensuque traditam cumque ipso homine editam exortamque coalescere ex his quae in promptu posita sunt facile intellegi. namque ut opinioni nostrae etiam sub exemplis respondeat fides, nonne muta videmus animalia mox, ut lucis usuram hauserint, prout natura sua cuique est, alia pinnarum vibratione sublime aëris petere, alia sub aquis natandi meatu varie pervagari, haec per terram tardo incessu, illa in saltum cursumque procedere, nec minus ad alimonia vitae alia matris ubera mox, ut clambente matris lingua detersa sint, rictu oris adtrahere, haec visceribus, illa herbis ali, quaedam frugibus aut pomis arborum nutriri? unde procul dubio intellegi datur adaeque nobis parente eadem tam ad rhythmorum conceptionem quam ad metrorum numeros ac tonos musicae, sed et momenta temporum in enuntiatione vocum, insitum ingenio ac sensibus studium, non doctrina, sed natura haustum ac || traditum, cumque in ipso pariter homine procreatur, id postea observationis struente

2 quibus — usi sunt *p. 131, 32. 141, 8*

4 carmine comprehensi *A B* ς singillatim *A* singulatim ς *B* 6 id attingere *Putschius* 9 qua origine ς quo origine *A B* 10 a confusa *a* a confusione *A B* ς. vocem a confusa *lacuna relicta om. Val.* 11 leni ς leui *A B* 12 qui longum *A B* ς 13 dicant uelim ς *B* dicant uelint *A* 14 proprium ς primum *A B* 15 deducere *A B* ς 16 *fortasse* pro statu diverso mentis 17 nam haec ς nam hoc *A B* 18 propositione *A B* ς 19 sic respondendum ς si respondendum *A B* 20 *fortasse* adfectus animi corporisque motus eamque ς eaque *A B* 25 pennarum ς *B* sub aquas ς 27 ad alimoniam *A B* ς 28 sint ς *B* sunt *A* 29 nutriri *B* nnutriri *A* enutriri ς 34 *fortasse* cumque ipso pariter homine procreatum idque postea

magisterio maiores nostros, quod mentis iam pulsu et naturali conceptione collegerant, arti ac disciplinae tradidisse. denique ad modulanda eadem| sensu quodam animique motu instruente nos velut magistro ducimur gestusque etiam corporis imagini modulationis congruos incitati adfectibus commodamus. etenim ut accentu vocis dispar sonus non disciplina, sed natura editur, ita etiam rhythmi et mele variandis cantu modulationibus prius suapte natura quam artis structione gignuntur.

His accedentem et consentaneam etiam Theophrasti opinionem eruditioribus litteris haud praetermiserim, adserentis incentivum et non parvos impetus his, quibus cordi est carmen per mele [metrorum numeros] edere, ab adfectionibus, quas Graeci *πάθη* appellant, suggeri et quibusdam incalescentis ingenii stimulis incitari, quibus sublime cothurnatum canorum et tragici ponderis carmen edatur. quorum tripertitam virtutem in isto dumtaxat a dicendi opere ita discernit. inducit enim voluptatem, iram, enthusiasmon, veluti sacri furoris instinctum, ut Graeci vocant, quo fatidici vates inspirantur. neque abnuo, sed magis adprobo non nihil etiam his adfectibus omne ingenium, cui musici carminis studium est, natura dumtaxat prius ad id informante, natura, ut supra dictum est, parente ac principe in maius extolli satisque prospere sub huius modi mentis incitatione provenire. namque insitam et ingenitam nostris sensibus musicam iidem instruunt, adiuvant et in maius quam ingenii cuiusque virtus est || provehunt. ita esse atque ita haberi docet eorum exemplum, qui sacri furoris spiratione, ut diximus, [enthusiasmon] pleni ore intonant tragico, nec sonat mortale quod canunt. de quorum mente ac similitudine poetae apud nos, velut eodem calore excitati ad pangenda carmina, vates appellati perhibentur. Plato etiam huius rei testis est, adserens numquam poetam carmen posse memorabile sine instinctu furoris efferre. unde apud veteres plerique poetarum oratorumque ad excitandum calorem animi vino hausto, velut incentivo torpen|tis in se naturae seu senioris ingenii, cum id sibi pulchre provenisse experto didicissent, scripturam propositi operis adgrediebantur. testis huius rei etiam Horatius, apud quem legimus

narratur et prisci Catonis
saepe mero incaluisse virtus.

nec minus voluptate in opere musico alacriora redduntur ingenia. quid enim relaxatis ab ea nostris sensibus quam canere cordi est? ira etiam

---

4 gestumque *B* 5 etenim in accentu *A B* ς sonis *B* 6 cantus ς 10 cordi est *B Val.* ς cordia ē *corr.* cordi ē *A* 11 quas] quos *A B* ς 12 coturnatum *A B* coturnorum ς 16 uates spirantur *B Val.* uates spirante *corr.* -tur *A* uates spirant ς 18 ad id ς adit *A B* imformante *A* 21 cuiusque] cuique *B* 22 qui] quod *B* 23 quem diximus enthusiasmon *editor Sanctandreanus.* enthusiasmon *ex iis quae supra* 15 *scripta erant repetitum et ex margine illatum esse videtur* dum pleno ore intonant tragica *Camerarius* intogant *corr.* intonant *A* 26 Plato] *Phaedr. p. 245 A* 27 adferre *A B* ς 30 pulchrae *A* didicessent *A* 31 legimus ς legimnt *A* legimus ut *B* 32 narratur] *Hor. carm. III 21, 11*

plurimum ponderis in haec studia sensibus nostris dabit. excitatos enim ardore stimulis suis ad calorem ingenii *additis alacres* praesertim suscepto opere facilesque praestabit. hinc credo ‖ fieri ut amantibus felicius tum quam alias carmen metricum pulchriusque respondeat, cum aestuantibus animi adfectibus incitantur, ut ignarum artis, ausim dicere, amor docere, amor poetam facere possit. qui fit ut his de quibus dictum est veluti communi sensu eodemque studio sollemne ac familiare sit fortunas suas metro potius carminum canere, quam stilo prosae orationis efferre. quamquam hoc idem omnis animi passio parili motu instinctuque percita vel potissimum adfectet, ut se ad metrorum caerimonias, sicut plerumque cernimus, conferat, licet sciam non numquam etiam citra adfectum et impulsiones huius modi metrorum facetias sponte nos ac simplici voluntate sectari. itaque sive haec ad delenimentum animorum sive ad oblectamentum aurium seu levamen laborum sibi mortales procurare studium habuerint, non anxie sciscitaverim, hoc tantum persuadere contentus, omnem hanc, de qua nobis sermo est, musicam a primordio nascentibus cum anima sensuque infusam ac traditam postea observationis struente magisterio expolitam non nihil etiam his adfectionibus, ut Theophrastus adserit, incitari, vigere pulchriusque procedere. sed super hoc hactenus: nunc ad institutum, ut promisimus, ordinem revertamur. | ‖

DE METRIS HORATIANIS

Quamvis sciam in secundo volumine, in quo de prototypis tractavimus novem, omnia nos metrorum genera sub eorundem praeceptis et disciplina comprehendisse (neque enim quicquam ad artem metricam pertinens in rerum natura reperiri poterit, quod non isdem uti elementis novem iuxta traditionem veterum investigatum collectumque sit), tamen promissi memor, quod de Horatianis metris specialiter persequendis meam fidem obstrinxeram, ne per coniventiam id praeterisse arguar, ut potero, singula quaeque percurram, quae noster lyricus cum epodis attigisse dinoscitur. nunc enim singulis singulos, nunc binos geminis versibus subdidit, nunc tribus uno commate [epodis] respondit, plerumque binis, verum diverso inter se metro et compositione figuratis.

Prima igitur eiusdem ode monocolos inducitur, id est unius metri qualitate composita. sed et ea quae unius generis habent cola eadem appellatione censentur, dicoloe autem duorum, similiter tricoloe vel tetra-

---

22 Quamvis sciam — 32 figuratis *Terent. Maur. 2914—2919*

---

1 excitatos enim ardore est (excitato enim ardore ς) stimulis suis ad calorem ingenii praesertim suscepto operis facilisque *A B* ς 3 tum] tam *B* 8 metro ς metros *A* metris *B* efferre ς adferre *A B* 15 anxiae *A* 17 postea ς p̄, *h. e.* post, *A B* 18 nonnihili etiam *B* 19 super hoc hactenus ς *A* super hoc huc usque hactenus *B* super hos husnsq: actenus *Val.* 20 promisimus ς *B* promissimis *A* ordine *A B* ς 22 quamvis] qum ς *A B* 27 persequendis *Vul.* prosequendis *A B* ς 30 singulis singulas nunc binas *A B* ς 31 plerumque ς *B* plerum *A* 33 monoculos *A*

coloe trium seu quattuor generum diversitate subsistunt. prima ergo ode, ut quidam putant, a pentametro nascitur per detractionem syllabae brevis, quae erat ante paenultimam, subsistens metro asclepiadeo duodecasyllabo, ut

Maecenas atavis edite regibus.

alii formatum id metrum putant ab hendecasyllabo per adiectionem unius syllabae, qua dempta fiet hendecasyllabus, ut

Maecenas atavis edite regi.

feritur hoc metrum vel per singulos pedes, ut sit ‖ primus spondeus, secundus trochaeus, tertius iambus, quartus dactylus, *quintus dactylus* vel creticus, si in longam desinat; vel per dipodias, ut constet duobus choriambis mediis inchoante versum spondeo, claudente autem iambo vel pyrrichio vel pariambo. composita est | haec ode sine epodo. sane, ut breviter quotiens hoc, id est asclepiadeo metro, Horatius usus sit scias, usus est primo libro duodecies, secundo libro semel, tertio undecies, quarto sexies. quorum exempla inducere operi tardum et apud eruditos supervacuum accepta semel asmatum structione videtur.

Secunda ode cum epodo sapphicum metrum continet. quod quamvis sit ab Alcaeo inventum, sapphicum tamen hendecasyllabum a numero *syllabarum* nuncupatur, ideo quod eo frequentius usa sit Sappho quam Alcaeus repertor. huius mensura quarto colo concluditur. tres enim, qui sunt pares, hendecasyllabi existunt ita,

iam satis terris nivis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arces.

vides sensum *non* esse, nisi epodo claudatur; quid enim fecerit Iuppiter audiendum est:

terruit urbem

implevit expectationem sensus. quod metrum vocatur dimoeron epicon, ideo quod duos pedes heroos accipiat, dactylum et spondeum. quidam pentasyllabon epodon dixerunt a numero syllabarum: alii trimoeron epicon: est enim pars tertia epici versus, ut ‖

arma virumque cano Troiae qui terruit urbem.

---

2 a pentametro nascitur *p. 109, 2. 147, 3. 150, 19 Atil. Fortun. 2682* 17 Secunda ode *Atil. Fortun. 2680. 81* 20 huius mensura — 162, 1 respondent *p. 167, 15* 28 quod metrum — 30 a numero syllabarum *p. 116, 2. 150, 7*

---

3 erat] erit *A B* ς 4 regis *corr.* regibus *A. omissus est vel grammatici vel librariorum neglegentia versus pentameter* Maecenas atavis edite remigibus 5 formatum ς *B* formatrū. *A. hendecasyllabus intellegitur is de quo dictum est p. 120, 16 et 155, 10* 9 quintus dactylus *om. A B, add.* ς 13 id est ς id ē *A* idem *B* 14 quarto septies ς 15 inducere ς *B* inducerem *A* 16 uideretur *A B* ς 17 quamvis] cum *A B* ς 18 ab Alcaeo inventum] alcaeacum *A* alceacum *B* alcaicum ς syllabarum *om. A B* ς 19 ideo] et *A B* ς 20 mensura ς mensurae *A B* colo] loco *B* 24 dextera] dextra *in marg. A* 25 sensum non esse *infra de metr. Hor. p. 176, 2* sensum ee *lacuna duarum vel trium litterarum post* sensum *relicta A* sensum esse *Val.* sensum deesse ς *B* 28 dimeron epicon *B* dimetron epicon *A* ς. *cf. p. 116, 2* 30 trimetron epicon ς

monostropha vocantur haec carmina, quia ad primam strophen cetera respondent neque ulla intervenit epodos, quae a prima strophe [id est epodi clausula] discrepet. tres autem versus inter se congruentes constant ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex tetrametro trochaico catalectico subsistit, ut est illud,

est celer phaselus ille quem videtis, hospites:

sic et hic,

iam satis terris dedere largum imbrem hospites.

residuum autem, 'nivis atque dirae', erit caput trimetri iambici, quem integrum reddes, si ceteras ei partes sui generis copularis ita,

nivis atque dirae densior nimbus fuit.

hic anapaestus primum locum pro spondeo obtinebit, ut non numquam reperimus; residua pars erit iambici versus. ordine autem hemistichiorum mutato, adiectis duabus syllabis, erit trimeter sic,

nivis atque dirae iam satis terris dedit.

quartus autem versus hexametri clausula est, ex qua carmen sapphicum dimetrum pentasyllabum superius inter exempla proposuimus ita,

primus ab oris
Troius heros
perdita flammis
Pergama liquit. ‖

quibus numeris frequenter Sappho carmina composuisse cognoscitur. feritur hoc metrum vel per simplices pedes, quorum primus trochaeus, secundus spondeus, tertius dactylus, quartus trochaeus, quintus spondeus vel trochaeus; vel per dipodian, ut constet epitrito secundo, quem et hippium dicimus, dehinc choriambo, ultimo bacchio vel amphibrachy, cuius exemplum apud Horatium

Crispe Sallusti nisi temperato.

hoc metro, id est hendecasyllabo sapphico, usus est primo libro novies,

---

1 monostropha *p. 59, 6*

---

1 quia *Atilius Fortunatianus p. 2681* quā *A B* quoniam ς cetera respondent *et hic et infra p. 167, 18 scripsit Marius Victorinus, sicut Atilius Fortunatianus l. c. scribendum tamen erat* ceterae respondent: *cf. Atil. Fortun. p. 2699* haec autem Horatii carmina, de quibus dicere institui, monostropha Graeci appellaverunt, quod prima strophe duobus vel tribus colis explicata ceteras sequentes similes habeant nec in aliqua parte interveniente epodo cola mutentur 2 quae] qui *B* id est epodi clausula *ex interpretatione v.* epodos *orta esse videntur* 7 sic *om. A B:* sic et hic — hospites *om.* ς 9 erit kaput *A* erit incaput *B* 16 quartus āu uersus *A* quartus enim uersus ς *B* ex *om. A B* ς 17 dimetrum ς *Val.* exametrum (di *supra*) *A* ex dimetrum *B* superius] *p. 116, 6* 18 primus ab oris ς *B* primus arboris *A: Verg. Aen. I 1* 20 perdita ς imperdita *A B* 21 liquid *A B* linquit ς linquens *supra p. 116, 9 et Terentianus Maurus 2166* 22 composuisse cognoscitur ς *B* composuisset cognit' (ose *supra*) *A* composuisset cognoscitur *Val.* 23 per] pro *B* primus dactylus secundus spondeus tertius pariambus quartus *A B* ς. *definitionem pedum vel grammatici vel librariorum neglegentia corruptam ad eam rationem, quam Victorinus p. 155, 30 secutus est, revocari* 26 amphimacribrachy *B* 28 Crispe] *Hor. carm. II 2, 3*

secundo sexies, tertio septies, quarto ter; item epodis epici dimoeri primo novies, secundo sexies, tertio septies, quarto ter.

Tertia ode lyricorum asmatum

sic te diva potens Cypri.

hoc metrum glyconium, quod et anacreontion dicitur, detracta syllaba pherecratium, adiecta novissima hendecasyllabon sapphicon erit. conectitur autem spondeo choriambo et disyllabo, ut evenerit. est vero hexametri pars prior, cui si residuam clausulam adieceris, fiet versus hexameter ita,

sic te diva potens Cypri ferat aëre toto.

et est nunc proodicon, id est antecantativum. nam quotiens maioribus metris minus aliquid subnectitur, epodos dicitur; quotiens vero comma vel colon integro metro praeponitur, proodicon appellatur. etenim quem ad modum supra ostendimus epode sententiam claudi, ita in his manifestum est suspensam teneri. nam nisi subsequens | metrum adiungatur, sensus claudicabit. sequitur

sic fratres Helenae, lucida sidera, ||

asclepiadeum metrum, de quo in prima ode satis dictum est. glyconio autem metro usus est libro primo duodecies, secundo semel, tertio decies, quarto quinquies.

Quarta ode libri primi cum epodo prolata est ita,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

hoc metrum vocatur archilochium, ut ab eo inventum. in quo prius quaerendum est, utrum simplex an compositum sit. quod si simplex esse dixeris, vocabis hexametrum heroum perissosyllabes. nam tertia ab ultima versus syllaba detracta faciet heroum sic,

solvitur acris hiems grata vice veris et oni.

nec tamen credas idem esse perissosyllabes, quod est hypercatalectum, ex eo quod in utroque una syllaba reperitur. hoc enim distabunt, quod perissosyllabes inserta protenditur syllaba, hypercatalectum autem decursis sex pedibus superfluens invenitur, ut

iamque iter emensi turres ac tecta Latinorum:

hoc enim metrum ita stabit, si novissima syllaba recidatur, ut

iamque iter emensi turres ac tecta Latino,

et capiti sequentis versus adiciatur: item

5 hoc metrum glyconium — 10 aëre toto *p. 119, S. 147, 1* 11 proodicon *p. 57, 17. 176, 17* 21 Quarta ode *p. 117, 12. 142, 28* 25 nam tertia — 27 et oni *Diom. p. 509, 27*

1 epici dimoeri *Gaisfordius* epici duo p̧ moeris *A* epici moeris *Val.* epici duo p moeris *B* epici dimetri ς 7 autem] apud *corr.* autem *A* 9 ita ς sic ita *A* sit ita *B* 11 p̄podicon *A B* προεπῳδικόν ς 12 minus aliquod ς 13 proepodicon *A B* προεπῳδικόν ς 15 susceptam *corr.* suspensam *B* sensus] versus *A B* ς 17 lucida sidera ς *B* lucidae sidera *A* 18 de quo ς de qua *A B* 29 *fortasse* una syllaba plus reperitur 32 iamque] *Verg. Aen. VII 160* 34 emens turres *A*

omnia Mercurio similis vocemque coloremque,

qui et hypermetri dicuntur. igitur quia ostendimus esse id simplex, nunc, quod magis reor, etiam compositum demonstremus.

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni:

copulatur versus quem dividimus *sic*, 'solvitur acris hiems grata vice', ut 'saltantes Satyros imitabitur'; comma autem quod superest ithyphallicum erit e tribus trochaeis, ut novimus, || 'veris et favoni'. huic etiam subditus loco epodi versus, in quo prima pars iambica est, adaeque tres trochaeos in ultimo, ut superior, recipit. nam 'trahuntque siccas' portio est iambi superfluente semipede cas, quae efficit penthemimeren tomen. neque enim haec catalectica | est: nam diximus catalexin esse, cum legitimum metrum aut pedem e syzygia aut syllabam e simplici pede amittit; hic autem superfluit. ergo et hic sibi coniungit tres trochaeos sic, 'machinae carinas'. qui tamen possit et scazon trimetros videri. nam si per duas syzygias a prima parte versum dividas, id est

trahuntque siccas machinae,

clauditur antibaccho pede, qui est carinas. sed quia parem formam idem Archilochus videtur induxisse adiciendo maiori syllabam et detrahendo minori, quo uterque tribus trochaeis clauderetur, satius est iambico commati, 'trahuntque siccas [machinae]', eosdem trochaeos adiungi, quam post geminam eius dipodian antibacchum ultimum poni, ut utriusque versus clausula una lege teneatur. etenim si superiori unam dempseris et inferiori addideris syllabam, hic trimeter iambicus, ille herous hexameter fiet hoc modo,

solvitur acris hiems grata vice veris et oni,
trahuntque siccas machinae carinulas.

adnota sane hoc metrum semel apud Horatium esse positum.

Quinta ode tria genera habet. nam priores duo versus asclepiadei sunt, tertius pherecratius, quartus glyconius sic, ||

quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrra, sub antro?
cui flavam religas comam.

sed de prioribus duobus, qui sunt asclepiadei, et glyconio, qui quarto loco est, supra diximus. nunc pherecratium inspiciamus, et est heptasyllabus *

---

2 igitur quia ostendimus — 27 esse positum *Terent. Maur. 2920—2954* 9 nam trahuntque siccas — 11 tomen *p. 169, 2* 28 Quinta ode *p. 152, 22 Terent. Maur. 2793—2818. Atil. Fortun. 2681*

---

1 omnia] *Verg. Aen. IIII 558* 2 quia] qū *A* cum *B* quando ς nunc quod *A* nuncq *B* iam quod ς 5 sic *om. A B* ς 6 saltantes] *Verg. bucol. 5, 73* 7 huic] hic *A B* ς 9 superius *B* 11 tomen ς *B* tomon *A* haec] hic *A B* ς 13 amittit ς admittit *A B* hic enim superfluit *A B* hic enim superfluunt ς 15 uersum *superscriptum est in A* 17 claudicatur *B* quia] qū *A* cum *B* quando ς 35 *fortasse* et est heptasyllabus, quo et Callimachus epigrammata composuit: *cf. Atil. Fortun.*

epigramma composuit. hoc metrum conficitur vel per singulos pedes, id est spondeo *dactylo et ultimo trochaeo vel spondeo*, vel disyllabo et choriambo et ultima syllaba. huic si glyconium praeposueris, priapeum facies sic,

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro.

pherecratiis usus est libro primo quater, tertio bis, quarto bis. |

Sexta ode cum epodo est: conficitur asclepiadeis tribus, quarto glyconio, de quibus iam diximus, ut

scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.

quae compositio tetracolos strophe dicitur, eo quod quarto versu vertatur, quo periodus clauditur. usus est hoc genere carminibus novem.

Septima ode adaeque cum epodo prolata heroos habet versus. nam hexametro epico tetrametrum eiusdem generis habet subnexum, id est duobus pedibus imminutum, quod archilochium dicitur, ut ||

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen;

dehinc epodos,

aut Epheson bimarisve Corinthi,

cui si duos pedes ultimos adicias, fiet hexametrus sic,

aut Epheson bimarisve Corinthi moenia cerno.

Octava ode similiter cum epodo * dimetro, quod tamen proodicon factum est. nam maiori metro minus praelatum est, quod constat ex choriambo et bacchio. hoc quoque carminis genus dicolon ab Alcaeo lyricus noster accepit, quod est huius modi,

Lydia, dic per omnes
hoc deos vere, Sybarin cur properas amando.

prior versus, ut diximus, ex choriambo et bacchio a brevi incipiente, sequens e tribus choriambis adaeque claudente versum bacchio subsistunt. quod metrum [utrum] errore seu studio poetae secus quam ratio est processit. nam fecit illud asperius uno immutato pede in principio secundi

---

7 Sexta ode *Terent. Maur. 2696—2713* 15 Septima ode *p. 116, 25. 170, 17* 23 Octava ode *p. 87, 12. Atil. Fortun. 2683*

---

p. 2676. et est heptasyllabus et epicum comma composuit *Camerarius*. et est heptasyllabus: epici carminis commate postremo hoc metrum conficitur, aut per *sqq. Santenius in Terent. Maur. p. 366* 1 vel] aut *A B* ς 2 dactylo et ultimo trochaeo vel spondeo *om. A B* ς 6 pherecratiis *A* pherecrateus *B* pherecratio ς 7 cum epodo ē conficitur *Val. et, ut videtur, in detrita scriptura A* cum epodo conficitur ς *B* 8 diximus ut *B Val. et, ut videtur, A* diximus sic ς 14 carminibus nouem *A* carminibus nouem *B* carminis nouies ς 16 subnexum ς subnixum *A B* 18 mitilenen *A* 21 fiet ς *B* fiat *A* 22 corinthi ς *B* corinthii *A* 23 cum epodo dimetros ς. *lacunam indicavi, quae ita fere videtur supplenda esse,* cum epodo prolata tetrametrum subnexum habet dimetro 23 proepodicon *A B* προεπῳδικόν ς 27 omnes *om. A, add.* ς *B* 28 properes ς 31 utrum] sive *Bentleius in Horat. p. 710 ed. a. 1728*

versus: pro iambo enim spondeum induxit sic, 'hoc deos ve', quem choriambum esse convenerat. nam versus auctore Alcaeo e tribus choriambis et bacchio, in quo catalexis est, clauditur, qui erit

hoc deos vere Sybarin cur properas amando.

etenim si imitatus esset Alcaeum, ita protulisset, 'hoc dea vere'. error tamen eius, si non studio factum est, habet excusationem, quod continuo carmine id genus ‖ tuetur, quod duobus cernimus versibus, et legem, quam ipse sibi casu aliquo dixerat, usque ad ultimam asmatis partem observando perduxit. nec usus hac metri specie nisi semel invenitur.

Nona ode tribus generibus composita est, ex quibus duo primi versus erunt alcaici hendecasyllabi, sequentes duo disparis metri sic,

vides ut alta stet nive candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
silvae laborantes, geluque
flumina constiterint acuto.

primus ex syzygia iambica et semipede in syllaba, 'vides ut alta', adscitis sibi duobus dactylis in hoc, 'stet nive candidum', versum implebit. idem et secundus sic,

Soracte nec iam sustineant onus.

tertius autem erit dimeter cum semipede in syllaba ita,

silvae laborantes geluque;

trimeter iambicus fiet, si adicias 'frigido' sic,

silvae laborantes geluque frigido.

nam sesquipede minor est ab iambico, qui amphimacri adiectione completus est. quartus duobus dactylis currit cum trochaeo et spondeo ita,

flumina constiterint acuto.

qui potest videri mixtus ex duobus metris, epico et trochaico. inter quae si semipodia syllaba posita fuerit, heroi tetrametri archilochii metrum implebit, tamquam

flumina constiterint et acuto,

ex quo supra epodum inductum ostendimus sic,

aut Epheson bimarisve Corinthi, ‖

qui adiectis duobus pedibus fiet hexameter ita,

maxima sic cito flumina constiterint et acuto.

recipit et alteram divisionem, ut ad duos dactylos et semipedem, quae est

---

10 Nona ode *Atil. Fortun. 2681. 82*

---

2 alcheo *A* 4 properes ς 5 imitatus *B* (?) immitatus ς immutatus *A* hoc deum uere error *A B* hoc deum ueneror ς 9 produxit ς 15 constiterint ς constiterunt *A B* 16 semipede dein syllaba *A B* ς 23 geluque frigido ς *B* gelidūque frigido *A* 24 completa *corr.* -us *A* 26 constiterint ς constiterunt *A B* 27 mixtus ς *B* mixtos *A* inter quos semipodia *A B* ς 28 fuerit *om.* ς archilochus metrum impleuit *A B* ς 30 constiterint ς constiterunt *A B* 33 qui] quod *B* 34 constiterint ς constiterunt *A B* 35 quae est *A* qui est ς *B*

pars dimidia pentametri, adiciatur nunc creticus, nunc amphibrachys, quia non semper in longa syllaba, sed interdum et in brevi desinit. hendecasyllabis igitur alcaicis usus est libro primo septies, secundo decies, tertio decies, quarto ter. item dimetris iambicis hypercatalectis, ut *est* hic,

silvae laborantes geluque,

usus est libro primo septies, secundo decies, tertio undecies, quarto ter. trimetris quoque epicis hypercatalectis, ut est hic,

flumina constiterint acuto,

usus est libro primo septies, secundo decies, tertio undecies, quarto ter.

Decima ode cum epodo est, cuius initium

M e r c u r i f a c u n d e n e p o s A t l a n t i s.

constat autem hendecasyllabo sapphico, de quo in secunda ode libri primi plenissime disseruimus, quae est

i a m s a t i s t e r r i s n i v i s a t q u e d i r a e.

huius mensura quarto colo concluditur: tres enim, qui sunt pares, hendecasyllabi existunt, qui epodo clauduntur, quod metrum vocatur dimoeron epicon, ideo quod duos pedes heroos accipiat, dactylum et spondeum. monostropha autem vocantur haec asmata, quia ad primam strophen cetera respondent. idem et de duodecima ode dictum sit, quae constat adaeque hendecasyllabo sapphico, cuius initium

q u e m v i r u m a u t h e r o a l y r a v e l a c r i.

Vndecima ode lyricorum asmatum ||

t u n e q u a e s i e r i s, s c i r e n e f a s, q u e m m i h i q u e m t i b i.

hoc metrum quidam inter prototypa, id est primiformia, volunt accipi et appellant antispasticon heccedecasyllabon sapphicon, quidam a choriambico derivatum adserunt. nam ferunt omne asclepiadeum accepta choriambica syzygia, id est ut tres choriambos copulatos habeat, sicut hic, facere antispasticum, quod ita percutiatur, ut habeat primo loco epitritum, quem et hippium dicimus, quartum, dehinc duos antispastos, ultimum diiambum versum claudentem, qui non numquam dibrachy in fine posito in paeona secundum convertetur. contra si detrahas inter duos *choriambos unum*, *fiet* asclepiadeum sic,

tu ne quaesieris quem mihi quem tibi.

item

---

15 huius mensura — 19 respondent *p. 161, 20* 18 monostropha *p. 59, 6*
22 Vndecima ode *Terent. Maur. 2714—2720*

---

1 creticus] *immo* bacchius, *nisi potius hunc quoque cretici nomine contineri voluit auctor quem Victorinus secutus est* 4 item] idem *A B* ς hypercatalecticis ut hic *A B* ς 8 constiterint ς constiterunt *A B* 11 facunde ς *B* facund$\overset{e}{a}$ *A* facundae *Val.* 13 quae est *A* quod est *B* qui est ς 16 dimoeron epicon *B Val.* dimo$\overset{eron}{.}$epicon *A* dimetron epicon ς 18 asmata$\overset{de}{}$qua ad *A* asmata de qua ad ς *B Val.* 19 respondent xii idem et duodecima *B* quae] quod *B* 26 omne ς om *A* omnes *B* 27 tres iambos *A B* ς 30 quod numquam *B* 31 inter duo asclepiadeum *B Val.* ς inter in duo asclepiadeum (*deleto* in) *A*

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem:

quarto etiam libro semel ita,

o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

Tredecima ode libri primi

cum tu Lydia Telephi:

constat ex glyconio, quod et anacreontion dicitur, ut

sic te diva potens Cypri;

conficitur autem spondeo choriambo et pariambo. huic pro epodo subiungitur asclepiadeum, de quo similiter in prima ode dictum est, sic.

Maecenas atavis edite regibus,

subsistens duodecasyllabo versu.

Verum quid attinet nos de his metris, de quibus iam dictum est, saepius loqui, cum in praecedentibus ideo exempla posuerimus, ut ex illis reliqua possemus ‖ agnoscere? ergo siqua nova metra obviam venerint, similiter discutientur. nam omnes fere odae in subsequentibus libris isdem metris subsistunt exceptis perpaucis admodum, e quis in secundo libro ode XVI, cuius initium

non ebur neque aureum.

nam novum haec metrum, de quo nondum apud Horatium tractatum est, continet. est autem ab Alcaeo sumptum choriacum heptasyllabum subdito hendecasyllabo iambico archilochio. etenim

non ebur neque aureum

erit trochaicum proodicum dimetrum catalecticum, quod accepta in principio brevi syllaba iambicum epodum faciet sic,

da non ebur neque aureum.

paenultima autem detracta phallicum reddet ita,

non ebur neque aurum.

dimetro vero subnexum, ut

beatus ille qui procul, non ebur nec aureum,

versum dabit ex quadrato compositum; aut si e principio creticum retrahas, 'non ebur', cuius tertia positione longa est (sequitur enim n littera) erit trimetri iambici prima portio, 'nec aureum'. insequens autem versus metrum habet iambicum catalecticum archilochium ita,

mea renidet in domo lacunar.

nam 'mea renidet in domo' | dimetrum est, 'lacunar' claudicat. huius exemplum apud eundem est

trahuntque siccas machinae carinas.

quo metro semel tantum usus est. feritur prior versus ditrochaeo, deinde

1 nullam] *Hor. carm. I 18, 1* uitae *A* 3 o crudelis] *Hor. carm. IIII 10, 1* 13 cum praecedentium ς posuerimus ς *B* posueribus *A* 17 ode XVI *A B* ode XVIII ς 19 haec] hoc *A B* ς 20 choriaeum *A* ς choriambicum *B* 23 trochaeum *corr.* trochaicum *A* proepodicum *A B* ς 24 syllabam *A* 27 neque aurum ς neque aureum *A* nec aurum *B* 28 dimetro ς trimetro *A B* subnexo *A B* ς 37 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2*

dactylo vel amphimacro; sequens || autem dimetro iambico, ultimo bacchio. qui recipit et alteram divisionem: nam 'mea renidet' portio est iambi superfluente semipede, det, quae efficit penthemimeren tomen; dehinc tres trochaei versum complebunt ita, 'in domo lacunar'.

Libro tertio metra omnia fere aut alcaica aut sapphica aut asclepiadea aut certe ea sunt, de quibus supra disseruimus, praeter id quod in duodecima ode invenimus, quod est ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος, ut

miserarum est neque amori dare ludum.

per totum autem asma diligentia poetica id observatum est, ut versus duas primas syllabas breves, sequentes autem habeat longas, sicut et pes ionicus minor compositus videtur. digestum autem est ex duobus trimetris coniunctis uno tetrametro ei subiecto sic,

miserarum est neque amori dare ludum
neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae.

hoc quoque metro Horatius semel usus reperitur.

Libro IIII ode VII talis est,

diffugere nives redeunt iam gramina campis.

haec ode scripta est ad dicolian, et est primum *colon* epos heroum hexametrum, secundum autem [epodos] penthemimeres, id est hemistichium pentametri, ita, 'arboribusque comae'. sed ut huic Horatiano par sit, sumenda eius pentametri pars erit, qui duos primos pedes dactylos habebit. aliud in quarto libro novum metrum non invenies.

Libro V, qui epodon inscribitur, ode prima est

ibis liburnis inter alta navium,

secunda ||

beatus ille qui procul negotiis,

tertia

parentis olim siquis impia manu,

et quae sequuntur usque in decimam. his iambicis trimetris acatalectis usus est in libro epodon, ut diximus, decies, quibus respondit adaeque iambico dimetro acatalecto, id est quattuor pedibus eiusdem metri: primo sic,

amice propugnacula,

secundo

---

2 nam mea renidet — 3 tomen *164, 9*

---

1 dimetro iambico] diiambico *B* diiambo *A* ς 7 ionicum ς ionico *A B* 16 metro ς metra *A B* 19 et ē primum *A* etem primum *B* colon *om. A B* ς epos] epodos *B* 20 id est hemistichium ς *B* id ēē mistichium *A* 21 Horatiano] orationo *B* placiano *A* prolatione ς 24 epodon ς *B* epodo *A* 25 libyrnis *A B* 29 parentis ς *B* parentib; *corr.* parentis *A* parentib: *Val.* 30 acatalecticis *A B* 31 quibus respondit *A B* respondit ς respondet *ed. Sanctandr.* 32 iambico dimetro acatalecto ς dimetro iambico :dimetroa .catalectico *A* dimetro iambico acatalectico *B* dimetro iambico dimetro acatalectico *Val.*

ut prisca gens mortalium,

tertio

senile guttur fregerit.

similes sunt archilochiis illis,

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρε φρένας;

In eodem ode XII

Petti, nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore percussum gravi.

scripta ad dicolian, in qua primus versus erit simplex iambicus trimeter, sequens compositus: nam praelata *parte pentametri, 'scribere versiculos', sequitur dimeter iambicus acatalectus,* 'amore percussum gravi'. quo metro semel usus est.

In eodem ode XIII

quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris?
munera quid mihi quidve tabellas.

haec metra similia sunt illis quae in primo carminum invenimus ita,

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,

dehinc

aut Epheson bimarisve Corinthi, ||

ubi tetrametrum epicum heroo subnectitur; item

te maris et terrae numeroque carentis harenae

herous, epodus huius

mensorem cohibent Archyta.

nam tetrametri epici, qui et archilochii ab inventore nuncupantur, adiectis duobus in fine pedibus erunt hexametri sic,

munera cur mihi quidve tabellas perfida mittis.

In eodem ode XIIII

horrida tempestas caelum contraxit et imbres
nivesque deducunt Iovem, nunc mare nunc siluae.

horum metrorum primum heroum est simplex, sequens compositum ex dimetro iambico acatalecto et penthemimere epico, [quod superiori epodo contrarium est ita,

scribere versiculos amore percussum gravi]

---

7 In eodem ode XII *Terent. Maur. 2966—2975* 17 haec metra — 26 hexametri *p. 116, 25 165, 15* 28 In eodem ode XIIII *Terent. Maur. 2976—2981*

---

4 similes archilochii illis ΠΑΤΕΡΑΥΚΑΜΒΑΠΟΝΕΦΡΑϹΤΟΙΤΟΔΕΤΤΙϹΑϹΠΕΡΑΙΝΕΦΡΕΝΑϹ *A* similes archilochu illis ΠΑΤΕΡΑΥΚΑΜΒΑΝΟΝΕΦΑΡΑΤΟΙΤΟΔΕϹΤΙϹΑϹΠΕΡΑΙΝΕΦΡΕΝΑϹ *B* similes Archilochiis illis *πατὲρ λυκάμβα πῶς πεφρασμένον γέτοι. τόδ' ἐστὶ σὰς περὶ φρένας* ς. *Archil. fr. 92 ed. Bergk.* 7 ode XII *A* ode XI ς *B* 10 ad dicoliam ς *A B* 11 parte pentametri — acatalectus *om. A B* ς 14 ode XIII *A* ode XII ς *B* 18 laudabunt] *Hor. carm. I 7, 1* 22 te maris] *Hor. carm. I 28, 1* 24 archita *A* arcuta *B* 27 cur] quid ς mittes *A* ς mentis *corr.* mitis *B* 28 ode XIIII *A B* ode XIII ς 32 acatalecto ς catalecto *A B* penthemimeri *A B* ς superiore *B*

quod consequenti ratione praeposterum, quam superior *epodus* habetur, induxit sic,

nivesque deducunt Iovem, nunc mare nunc siluae.

etenim veritus ne subiecti epodi prius comma ex heroo subsistens eundem enuntiationis sonum redderet iambicum dimetrum anteposuit, quo variata modulatione gratior redderetur. nam et in superiore, ne sui generis versum subiungeret trimetro, heroi comma praemisit ita, 'scribere versiculos'.

In eodem ode XVII

altera iam teritur bellis civilibus aetas,
suis et ipsa Roma viribus ruit.

prior herous, sequens trimeter iambicus acatalectus est, qua copulatione inter se metrorum Horatius semel usus ‖ reperitur. item dimetrum epodum heroico versui subicit sic,

mollis inertia cur tantam diffuderit imis
oblivionem sensibus;

similiter

nox erat et caelo fulgebat luna sereno
inter minora sidera.

quo exemplo bis nec amplius in epodon libro poeta usus est.

In ultima ode, quae est

iam iam efficaci do manus scientiae,

trimetris omnibus sine epodo usus est.

Et hactenus epodi. siqua vero sunt alia, de quibus non diximus, ex his, sicut supra memoravimus, nascuntur aut detractis aut adiectis cuilibet metro syllabis, neque ullus fere poetarum est, qui vel lyrica vel fabularum choros scripserit, qui non sibi aliquod proprium genus ob commendationem ac memoriam sui nominis finxerit.

Asmate eo quod inscribitur carmen saeculare, cuius initium

Phoebe silvarumque potens Diana,
lucidum caeli decus, o colendi
semper et culti, date quae precamur
tempore sacro,

hendecasyllabum est sapphicum, tribus continuis versibus, epodo quarto epico dimoero, de quibus in secunda ode libri primi carminum, cuius initium

iam satis terris nivis atque dirae,

satis dictum est.

---

12 item dimetrum — 19 usus est *Terent. Maur. 2960—2965*

---

1 quem consequenti *A B* ς epodus *om. A B* ς 5 quo nariata ς qua nariata *A B* 6 nam et in trimetro superiore ne sui generis uersum subiungeret heroi *A B* ς 8 ode XIIII *A B* ode XVI ς 12 trimetrum *corr.* dimetrum *A* 14 mollis] *Hor. epod. 14, 1* 17 nox erat] *Hor. epod. 15, 1* 28 eo quod scribitur *A B* eo quo scribitur ς 34 dimoero *A B* ς dimetro *Putschius*

[DE NVMERO EORVM] Omnia autem apud Horatium tam carminum quam epodon metra erunt numero XXI sic, asclepiadea || spondeo, ut Maece, duobus choriambis | nas atavis edite re, pyrrichio gibus. sapphica hendecasyllaba epitrito secundo iam satis ter, choriambo ris nivis at, bacchio que dirae. dimoera epica acatalecta, dactylus terruit, spondeus urbem. glyconia, quae et anacreontia, spondeus sic te, choriambus diva potens, pyrrichius Cypri. *ἑκκαιδεκασύλλαβα* sapphica, quae quidam antispastica dixerunt, spondeus tu ne, *tres* choriambi quaesieris scire nefas quem mihi quem, pyrrichius tibi. epica *περιττοσύλλαβα*, *duo* dactyli solvitur acris hi, spondeus ems gra, dactylus ta vice, *tres* trochaei veris et favoni. trimetra iambica catalectica,

trahuntque siccas machinae carinas.

pherecratia, spondeus grato, choriambus *cum syllaba* Pyrra sub antro. epicum hexametrum, quod heroum *dicitur*,

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen.

epicum tetrametrum acatalectum heroum,

aut Ephesum bimarisve Corinthi.

choriambicum dimetrum catalecticum, choriambus Lydia dic, et bacchius per omnes. choriambicum tetrametrum catalecticum, epitritus II hoc deos ve, *duo* choriambi re Sybarin cur properas, bacchius amando. alcaicum hendecasyllabum, iambi duo cum syllaba vides ut alta, et duo dactyli stet nive candidum. dimetrum iambicum hypercatalectum, spondeus silvae, iambus labo, spondeus rantes, iambus *cum syllaba* geluque. trimetrum epicum hypercatalectum, duo dactyli flumina || constite, et duo trochaei rint acuto. trochaicum dimetrum catalecticum, *tres* trochaei *cum syllaba*,

non ebur neque aureum.

iambicum trimetrum catalecticum,

---

2 quam epodum *A* quam ἐπωδῶν ς *B* numero XXI *A* undeuiginti numero ς. numero undeuiginti *B* ut maecenas duobus choriis atauis pyrrichio edite regibus *A B* ut mecae, duobus choriambis nas atauis edite regibus ς 4 epitrito secundo iam satis ter, choriambo ris niuis at, bachio quae dirae ς epitrito secundo iam satis terris chorio niuis bacchio atque dirae *A B* 5 dimaera epica *A* dimetra epica ς *B* 6 spondeus sic te choriambus diua potens ς spondeus sic te diua chorios (chorios *in marg. A*) potens *A B* 8 spondeus tu ne quaesieris choriambi scire *A* spondeus tu ne choriambi quaesieris scire ς *B* 9 duo dactyli] dactyli ς *B* dactylus *A* 10 soluitur acris hi, spondeus ems gra, dactylus tauice, trochei ueris et fauoni ς *B* soluitur acris hiemps spondeus grata dactylus uice ueris trochaeus et fauoni *A* 12 machinae carinas. pherecratia spondeus grato. choriambus Pyrra sub antro. epicum hexametrum ς machinae iambici carinas spondeo grato chorio pyrra sub antro pherecratia epicum exametrum *A B* 14 dicitur *om. A B* ς 15 mitylenen ς *B* mytilenen *A* 16 heroi *B* heroici *A* ς 18 choriambicum dimetrum *Gaisfordius* iambicum dimetrum *A B* ς 19 hoc deos uere sybarin choriambus cur properas *A B* hoc deos ne, choriambi re sybarin cur properes ς 21 iambi duo uides ut alta stet cum syllaba niue et duo dactyli candidum *A B* iambi uides ut al, cum syllaba ta, et duo dactyli stet niue candidum ς 22 spondeus siluae, iambus labo, spondeus rantes, iambus geluque ς *B* spondeus siluae iambi laborantes spondeus iambi geluque *A* 24 duo dactyli flumina constite, et duo trochaei rint acuto ς duo dactyli flumina consistiterint et duo trochaei acuto *A B* 25 tres trochaei cum syllaba] trochaei *A B* ς 27 iambicum trimetrum ς trochaicum trimetrum *A B*

mea renidet in domo lacunar.

trimetrum iambicum acatalectum,

ibis liburnis inter alta navium.

dimetrum iambicum acatalectum,

amice propugnacula.

compositum ex penthemimere elegiaco | et dimetro iambico acatalecto, duo dactyli cum syllaba scribere versiculos, *duo iambi*, tertius spondeus, quartus iambus, amore percussum gravi. compositum ex dimetro iambico et penthemimere elegiaco, duo iambi nivesque de, spondeus ducunt, iambus Iovem, duo dactyli *cum syllaba* nunc mare nunc siluae.

Metra apud Horatium semel lecta,

[choriambus] Lydia dic [bacchius] per omnes
hoc deos ve [epitritus secundus] re *Sybarin cur properas amando*:
solvitur acris hiems grata vice veris et favoni:
non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar:
scribere versiculos amore percussum gravi:
nivesque deducunt Iovem, nunc mare nunc siluae.

Et super his hactenus. nunc vero, etiamsi non omnia, quaecumque apud Graecos possunt inveniri, hoc commentario comprehenderim (sunt enim apud lyricos et tragicos et comicos poetas innumerabiles metrorum species), illud tamen non adroganter ‖ ausim dicere, id nos his voluminibus quattuor consecutos, ut, si novum atque incognitum auribus metrum commentum se quispiam duxerit, infitias ire non possit ad haec velut omnium generum semina, quae investigata a nobis et huic commentario tradita reperiuntur, necessario referri ab isdemque, ut ita dixerim, fontibus procul dubio derivari; praeterea utcumque sub incerta atque ambigua specie astu proferuntur, protinus intellegamus, qua metrorum origine procreata vel qua sint ratione studiosa composita, quo simul et ea quae fallunt inconexa inter se metra magistra lectionis instructione noscamus et ipsi ex nobis nova instigante gloria comminisci ac proferre possimus.

AELII FESTI APHTHONII V. P. DE METRIS OMNIBVS EXPLICIT LIBER IIII

---

2 trimetrum et iambicum *B* 3 libyrnis *A* 7 duo iambi *om. A B, add.* ς 8 quartus iambus ς quartus iambici *B* IIII iambi *A* 9 eleginco nines iambi IIII. deducunt spondeus ionem dactylus nunc mare nunc siluae *A B* elegiaco, duo iambi ninesque de, spondeus ducunt, iambus Ionem, dactylus nunc mare nunc siluae ς 11 lecta] dicta *A B* ς 12 choriambi lydia dic bacchius per omnes hoc (hos *corr.* hoc *A*) deos epitritus secundus uere soluitur *A B* choriambus lydia dic, bacchius per omnes, hoc deos ue epitritus secundus. Soluitur ς 20 comprehenderim ς *B* comprehenderem *A* 24 compositum *corr.* commentum *A* 25 generum ς genera *A B* semina quae ς *B* seminaq. *A* 27 *fortasse* praeterea ut quaecumque 28 qua metrorum *A* ς quam metrorum *B* 29 qua sint ς *B* qua.sint *una littera post* qua *deleta A* quas sint *Val.* 31 possemus AELII FESTI APTHONII. V. P. DE METRIS OMNIBUS EXPLIC. LIB. IIII. FELICIT UTERE STEPHANE.SCRIPTOR ET LECTOR | INTER INITIA HUIUS OPERIS *sqq. A B* possimus . FINIS ς

Inter initia huius operis, id est in prima ode, excusaveram brevitatis studio, cuius amicus sum, singulorum asmatum exempla proponere. verum ne quid scrupuloso lectori ad querellam linquerem, placuit omnia quae apud Horatium metra tam in carminibus quam epodis continentur sub exemplis singulorum asmatum ac propria specierum designatione comprehendere.

Erunt ergo asclepiadea in primo libro carminum metra haec, ode prima Maecenas atavis edite regibus, ode III sic fratres Helenae lucida sidera, ode V quis multa gracilis te puer in rosa, ode VI scriberis Vario fortis et hostium, ode XIII *cervicem roseam cerea Telephi, ode XIIII,* o navis referent in mare te novi, ode XV pastor cum traheret per freta *navibus,* ode XVIIII Thebanaeque iubet me Semelae p., ode XXI Dianam tenerae dicite virgines, ode XXIII vitat inuleo me similis Chloe, ode XXIIII quis desiderio sit pudor aut modus, ode XXXIII Albi ne doleas plus nimio memor, ode XXXV placare et vituli sanguine debito. in secundo libro haec, ode XII nolis longa ferae bella Numantiae. in libro III haec, ode VII quid fles Asterie quem tibi candidi, ode VIIII nec quisquam potior brachia candidae, ode X extremum Tanain si biberet Lyce, ode XIII o fons Ban-

---

In commentario de metris Horatianis antea non edito, qui sequitur, scriptura Parisini codicis non indicata est. in primo libro carminum duo carmina alcaico metro scripta 17 et 35 praecedentibus utroque loco carminibus alcaicis omissa sunt. sed propter c. 17 numeri reliquorum carminum praeter paucos locos, in quibus erratum erat, mutati non sunt. post c. 35 tria carmina quae sequuntur numerata sunt ode XXXV XXXVI XXXVII, *quamquam c. 36 in glyconeis est* ode XXXVI, *c. 37 in trimetris epicis hypercatalectis* ode XXXVII. *in secundo libro c. 13 in tribus metris strophae alcaicae est* ode XII, *eodem numero tamen c. 12 quoque inscriptum est. deinde duo carmina alcaica 14 et 15 omissa, reliqua carmina 16—20 numerata sunt* ode XV—XVIIII, *nisi quod c. 17 in alcaicis est* ode XVII. *in tertio libro c. 18 in sapphicis est* ode XVIIII, *in dimetris epicis tamen* ode XVIII; *c. 19 in glyconeis et in asclepiadeis est* ode XVIII. *in quarto libro c. 4 omissum est non mutatis sequentium carminum numeris. sed c. 10 est* ode XI, *c. 11* ode X. *in libro epodon, e quo quattuor carminum 1 12 13 16 versus principales adscripti sunt, c. 12 dicitur* ode XIII, *c. 13* ode XIIII, *c. 16* ode XVII, *secundo carmine, ut videtur, pro duobus numerato. carminum hoc loco omissorum in iis quae in superiore commentario de usu metrorum scripta sunt p. 167, 6 ratio habita non est. duo autem carmina I 35 et II 15 a Diomede quoque p. 523, 15 et p. 524, 19 et a Servio de metr. Hor. p. 470, 21 et 25 omissa sunt. scriptura codicis in iis carminibus, in quibus grammaticus diversam ab ordine carminum rationem secutus est, in non nullis etiam, in quibus errore librarii numeri corrupti esse videntur, servata est* 1 in prima ode] *p. 161, 15* 3 scrupulā selectori *A* scrupulō lectori *Val.* 4 sub exempla *A* 8 fratres] fratre *A* 10 cervicem roseam cerea Telephi ode XIIII *om. A. carmen tertium decimum positum est infra in glyconeis* ode XIII cum tu Lydia Telephi 12 navibus *om. A* ode XVIIII] ode XVII *A, simili errore infra in glyconeis* ode XVIII mater saeua cupidinum *A. septimum decimum carmen,* velox amoenum saepe Lucretilem, *omissum est; sed et duodevicesimum et vicesimum et deinceps reliqua carmina suis numeris indicata sunt*

13 ode XXII uitatinu leo me similis cholae *A: infra in glyconeis* ode XXIII aurarum et siluae metu: *cf. in pherecrateis* ode XXIII matrem non sine vano 13 ode XXIIII] ode XXIII *A: cf. infra in glyconeis* ode XXIIII vocem cum cithara dedit 15 ode XXXV placare uituli sanguineo *(om.* debito) *A. infra in glyconeis* ode XXXVI et ture et fidibus iuvat. *sed omisso carmine tricesimo quinto,* o diva gratum quae regis Antium, *c. 36 in eius loco positum est, sicut c. 37 pro tricesimo sexto habetur in alcaicis et dimetris iambicis catalecticis, c. 38 pro tricesimo septimo in sapphicis et dimetris epicis* 16 ferae] faere *A* 17 quid flet asteriae *A* 18 o fonb; andusiae *A*

dusiae candidior vitro, ode XV tandem nequitiae † sine modum tuae, ode XVI inclusam Danaen turris aenea, ode XVIII Codrus pro patria non timidus mori, ode XXIIII thesauris Arabum et divitis Indiae, ode XXV plenum quae nemora et quos agor in s., ode XXVIII Neptuni faciam prode reconditum, ode XXX exegi monumentum aere perennius. in libro quarto haec, ode I rursus bella moves parce precor precor, ode III nascentem placido lumine videris, ode V divis orte bonis optume Romulae, ode VIII donarem pateras grataque commodus, ode XII iam veris comites quae mare temperant, ode XIII audivere Lyce di mea vota di.

Item libro primo ode secunda,

iam satis terris nivis atque dirae.

hoc metrum vocatur hendecasyllabum sapphicum. igitur in libro primo sapphica hendecasyllaba haec, ode II iam satis terris nivis atque dirae, ode X Mercuri facunde nepos Atlantis, ode XII quem virum aut heroa lyra vel acri, ode XX vile potabis modicis sabinum, ode XXII integer vitae scelerisque purus, ode XXV parcius iunctas quatiunt fenestras, ode XXX o Venus regina Cnidi Paphique, ode XXXII poscimur siquid vacui sub umbra, ode XXXVII Persicos odi puer apparatus. in secundo sapphica haec, ode II nullus argenti color est avaris, ode IIII ne sit ancillae tibi amor pudori, ode VI Septimi Gades aditure mecum, ode VIII nulla si iuris tibi peierati, ode X rectius vives Licini nec altum, ode XV otium divos rogat in patenti. in tertio sapphica haec, ode VIII Martiis caelebs quid agam kalendis, ode XI Mercuri nam te docilis magistro, ode XIIII Herculis ritu modo dictus o plebs, ode XVIIII Faune nympharum fugientium a., ode XX non vides quanto moveas periclo, ode XXII montium custos nemorumque virgo, ode XXVII impios parrae retinentis omen. in IIII libro sapphica haec, ode II Pindarum quisquis studet aemúlari, ode VI dive quem proles Niobea magnae, ode X est mihi nonum superantis annum.

Nunc epodoe eorum, quod metrum vocatur dimoeron epicon, ideo quod duos pedes heroos accipit, dactylum et spondeum, id est

30 Nunc epodoe — 176, 3 sensus *p. 161, 25*

1] sine] pone *vel* fige *codices Horatii* 2 Danaen] tanaen *A* ode XVIII] *idem numerus est infra in glyconeis*, ode XVIII quantum distat ab Inacho. *carmen duodevicesimum autem in sapphicis est* ode XVIIII Faune nympharum fugientium a., *sed in dimetris epicis* ode XVIII aequus alumnis 5 aere] haere *A* 6 haec] hae *A* 7 placido lumine] lumine placido *A* 14 facundae *A* 18 uacuis umbra *A* ode XXXVII] *cf. supra p. 174, 15* 19 sapphico haec *A* 21 ode XV] *carmine quarto decimo*, eheu fugaces Postume Postume, *et quinto decimo*, iam pauca aratro iugera regiae, *omissis reliqua libri carmina ita numerata sunt, ut unius carminis ratio non habeatur* 22 sapphico haec *A* marcus celeps *A* 24 hercolis *A* ode XVIIII] *cf. p. 175, 2* 27 sapphico haec *A* studeat aemu *alia manu (a) superscripto* lari *A* studeat aemulari *Val.* 28 ode X] *idem numerus est infra in dimetris epicis* ode X, est hederae vis. *decimum autem carmen pro undecimo habitum esse videtur in hendecasyllabis sapphicis*, libro IIII (II *A*) ode XI o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens nonum] ū unum *A* 30 epode eorum *A* dimoeron] dimóericon *a Val.* dimericon *A: cf. p. 116, 2* 31 heroos *om. A, add a Val.*

terruit urbem.

vides sensum non esse, nisi epodo claudatur: 'iaculatus arces', quid fecerit Iuppiter audiendum est, 'terruit urbem', implevit expectationem sensus. primo libro epodoe sapphico metro subiecti, ode secunda terruit urbem [spondeus et dactylus], ode X more palaestrae, ode XII nomen imago, ode XX cum tibi plausus, ode XXII Fusce pharetra, ode XXV ianua limen, ode XXX transfer in aedem, ode XXXII barbite carmen, ode XXXVII sera moretur. libro secundo haec, ode II splendeat usu, ode IIII movit Achillem, ode VI aestuat unda, ode VIII turpior ungue, ode X litus iniquum, ode XV sidera nautis. libro III haec, ode VIII caespite vivo, ode XI callida nervis, ode XIIII victor ab ora, ode XVIII aequus alumnis, ode XX proelia raptor, ode XXII diva triformis, ode XXVII fetaque vulpis, libro IIII ode II nomina ponto, ode VI Phthius Achilles, ode X est hederae vis.

Libri primi ode III

sic te diva potens Cypri.

hoc metrum modo in epodicis *modo in proodicis* ponitur, id est quotiens maioribus metris minus aliquid subiungitur, epodos dicitur; quotiens vero comma vel colon integro metro praeponitur, proodicon dicitur. nam quem ad modum in praecedentibus ostendimus epodo sententiam claudi, ita in his manifestum est suspensam teneri, id est, ni subsequens metro adiungatur, sensum claudicare. igitur 'sic te diva potens Cypri' est glyconium, quod quidam anacreontion dixerunt. libri primi glyconia metra haec, ode III sic te diva potens Cypri, ode V cui flavam religas comam, ode VI miles te duce gesserit, ode XIII cum tu Lydia Telephi, ode XIIII nudum remigio latus, ode XV ventos ut caneret fera, ode XVIIII mater saeva Cupidinum, ode XXI dilectam penitus Iovi, ode XXIII aurarum et siluae metu, ode XXIIII vocem cum cithara dedit, ode XXXIII laesa paeniteat fide, ode XXXVI et ture et fidibus iuvat. in libro secundo ode XII aptare cithara modos. libro III ode VII constantis iuvenem fidei, ode VIIII donec gratus eram tibi, ode X plorares aquilonibus, ode XIII cui frons turgida

---

17 hoc metrum — 23 anacreontion dixerunt *p. 163, 5*

---

4 epodo e sapphico *A* 6 Fusce] fuse *A* 7 aedem] aeden *A* 11 ode XIIII] ode XIII *A: in sapphicis p. 175, 24* ode XIIII Herculis ritu modo dictus o plebs ode XVIII] *in sapphicis p. 175, 24* ode XVIIII Faune nympharum fugientium a. *cf. p. 175, 2* 13 pthius *A* 17 hoc metrum modo pro epodicis ponitur *A. an* hoc metrum modo proodicon ponitur? *deinde pro* id est, *quod ex latina interpretatione*, id est postcantativis et antecantativis, *relictum esse videtur, supra p. 163, 11 rectius scriptum est* nam 18 epodos] epodis *A* 19 proodicon] $\overset{\rho o}{\rho\rho}$ epodicon *A* proepodicon *Val.* 21 suspensum *A* 25 remigio *a Val.* remio *A* 26 ut ca fera *A* ode XVIIII] ode XVIII *A. cf. p. 174, 12* 27 paenitius *A* 28 ode XXXIII] ode XXXV *A: in asclepiadeis p. 174, 14* ode XXXIII Albi ne doleas plus nimio memor 29 ode XXXVI] *in asclepiadeis p. 174, 15* ode XXXV placare et vituli sanguine debito 30 ode VIIII] ode VIII *A in asclepiadeis p. 174, 17* ode VIIII nec quisquam potior brachia candidae 31 ode XIII] ode XII[1] *A* ode XIII *Val.*

cornibus, ode XV uxor pauperis Ibyci, ode XVI nocturnis *ab* adulteris, ode XVIII quantum distat ab Inacho, ode XXXIII in tantis opulentior, ode XXV quo me Bacche rapis tui, ode XXVIII festo quid potius die. libro IIII ode I intermissa Venus diu, ode III quem tu Melpomene *semel*, ode V sancto consilio redi, ode XII hiberna nive candidi, ode XIII ludisque et bibis impudens.

Ode IIII

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

hoc metrum vocatur archilochium, quod constat ex tetrametro epico acatalecto et ithyphallico, quod dividitur sic: 'solvitur acris hiems grata vice', hoc erit tetrametron epicon acatalecton; quod superest comma vocatur ithyphallicon, 'veris et favoni', ex tribus trochaeis. hoc metro Horatius noster semel usus est. quare etiam et de eo metro tractatum est, quod huic subiacet,

trahuntque siccas machinae carinas.

hoc vocatur trimetrum iambicum catalecticum, id est cum legitimum metrum aut a syzygia simplicem pedem aut a simplici pede unam syllabam perdet. nam ita legitimum iambicum trimetrum erit, si sex integros habuerit pedes, id est si adiecta una syllaba ita proferatur,

trahuntque siccas machinae carinulas,

unde merito catalecticum diximus.

Libro I ode V

quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis unguet odoribus
grato, Pyrra, sub antro?

de praecedentibus duobus metris, quae sunt asclepiadea, superius diximus. nunc de pherecratio tractabimus, quod est 'grato Pyrra sub antro'. hoc metrum conficitur ex spondeo dactylo et spondeo vel, ut quidam, e spondeo choriambo et syllaba, quod idem dici potest glyconium catalecticum. libro I pherecratia haec, ode V grato Pyrra sub antro, *ode XIIII portum*

---

9 hoc metrum — 21 catalecticum diximus *p. 163, 23* 27 hoc metrum — 29 syllaba *p. 165, 1*

---

1 ode XVI] ode XVII *corr.* ode XVI *A* ode XVI *Val.* nocturnis adulteriis *A* 2 ode XVIII] *cf. p. 175, 2* distabinacho *A* 3 baccher trahis *A* bacchestrahis *Val.* ode XXVIII] ode XXVIIII *A: in asclepiadeis p. 175, 3* ode XXVIII Neptuni faciam prode reconditum 4 Venus] uenas *A* semel *om. A* 5 ode XII] ode XI *A: in asclepiadeis p. 175, 8* ode XII iam veris comites quae mare temperant candidior *A.* candidi *pro* turgidi *scriptum neglegentiae grammatici tribuendum videtur* 7 ode IIII] ode V *A. eodem errore infra 22 scriptum est* ode VI. *sed iusta carminum dinumeratio est inde ab sexto carmine* 9 tetrametro *a Val.* temetro *A* 10 hythiphallico *A* 12 ex tribus] et tribus *A* metrum *A* 17 syzygia] sigia *A* 20 carinulas *a Val.* carinas *A* 22 ode V] ode VI *A: cf. supra* 7 26 quae sunt *Val.* quaerunt *A* 27 tractauimus *A* 30 ferecratio haec *A* sub antro ode XIII uis formosa uideri *et in margine post* antro *add.* ode XIII matrem non sine nano lib. IIII (*corr.* III) ode VI thinna merce beatum *A* sub antro ode XIII matrem non sine uano libro tertio ode VI thinna mercede beatum ode XIII uis formosa uideri *Val. tria*

nonne vides ut, ode XXI Latonamque supremo, ode XXIII matrem non sine vano, libro III ode VII Thyna merce beatum, *ode XIII cras donaberis haedo, libro IIII* ode XIII vis formosa videri.

Libri I ode VI. haec ode composita est asclepiadeis tribus, quarto glyconio, de quibus supra diximus,

scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.

Libri primi ode VII

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen.

hoc metrum heroum hexametron est, cuius exemplum est ode XXVIII

te maris et terrae numeroque carentis harenae,

quod cum sit simplex et omnibus notum, praetermittendum censeo. cui subiacet colum quod vocatur tetrametrum epicum catalecticum et conectitur ex tribus dactylis et spondeo,

aut Epheson bimarisve Corinthi.

Libri primi ode VIII 'Lydia dic per omnes' recipit metrum choriambicum, et quamvis per dicolian nectatur hoc asma, tamen prima et secunda choriambicas syzygias sumunt. sed primum proodicon dimetron catalecticon, quod conficitur ex choriambo et bacchio, ut

Lydia dic per omnes;

dehinc

hoc deos vere Sybarin cur properas amando.

hoc tetrametrum choriambicum catalecticum dicitur: habet enim primos pedes choriambos tres, quartum bacchium, qui catalexin facit. haec quoque metra adnotanda sunt, quia apud Horatium nostrum semel posita sunt.

Libri primi ode VIIII

vides ut alta stet nive candidum.

haec ode scripta est ad tetracolian. ex quibus duo erunt alcaica hendecasyllaba, tertium dimetrum iambicum hypercatalectum, ut

silvae laborantes geluque,

quartum trimetrum epicum hypercatalectum, ut

flumina constiterint acuto.

---

4 Libri I ode VI *p. 165, 7*

---

carmina, quae addidi, enumerata sunt in asclepiadeis et in glyconcis. cf. p. 165, 6 pherecratiis usus est libro primo quater, tertio bis, quarto bis, *quamquam ibi de quarto libro erratum est* 1 ode XXIII *cf. p. 174, 13* 2 ode VII] *in asclepiadeis p. 174, 16* ode VII quid fles Asterie quem tibi candidi *et in glyconeis p. 176, 30* ode VII constantis iuvenem fidei 4 compositae asclepiadeis *A* 11 mitilęnan *A* 12 cuius] cum *A* 13 carentis] carinis *A* 18 praecipit *A* 19 quamvis] qū *A* 20 pro epodicon *A* 26 q̄ *(h. e.* quae) catalex infacit *A* 27 quia] q..ā *A* quā *Val.* 32 tertium] quartum *A* 33 silvae — 34 hypercatalectum ut *om. A*

libro primo alcaica hendecasyllaba haec, ode VIIII vides ut alta stet nive *candidum*, ode XVI o matre pulchra filia pulchrior * ode XXVII natis in usum laetitiae scyphis, ode XXVIIII Icci beatis nunc Arabum invides, ode XXXI quid dedicatum poscit Apollinem, ode XXXIIII parcus deorum cultor et *infrequens*, ode XXXVI nunc est bibendum nunc pede *libero*. libro secundo haec, ode I motum ex Metello *consule* civicum, ode III aequam memento rebus in arduis, ode V nondum subacta ferre iugum valet, ode VII o saepe mecum tempus in u., ode VIIII non semper imbres nubibus h., ode XI quid bellicosus Cantaber ag., ode XII ille et nefasto te posuit die, ode XVII quid me querellis exagitas tuis, ode XVIII Bacchum in remotis c. r., ode XVIIII non usitata nec tenui f. libro III ode I odi profanum vulgus et a., ode II angustam amice pauperiem *pati*, ode III iustum et tenacem propositi *virum*, ode IIII descende caelo et dic age *tibia, ode V caelo tonantem credidimus Iovem*, ode VI delicta maiorum immeritus lues, ode XVII Aeli vetusto nobilis ab L., ode XXI o nata mecum consule Mal., ode XXIII caelo supinas si tuleris ma., ode XXVI vixi puellis nuper idoneus, ode XXVIIII Tyrrhena regum progenies t. libro quarto haec, ode VIIII ne forte credas interitura quae, ode XIIII quae cura patrum quaeve Quir., ode XV Phoebus volentem proelia *me loqui*.

Metra dimetra iambica hypercatalecta, quamvis quattuor recipiant pedes et habeant superiacentem syllabam, tamen per dipodian feriuntur. libro primo dimetra iambica hypercatalecta,. ode VIIII silvae laborantes geluque, ode XVI pones iambis sive flamma, ode XXVI portare ventis qui sub a., ode XXVII morem verecundumque Bacchum, ode XXVIIII non

---

2 candidum *om. A* *post carmen sextum decimum*, o matre pulchra filia pulchrior, *omissa sunt duo carmina, septimum decimum et vicesimum sextum, e quibus vicesimum sextum positum est infra in dimetris iambicis hypercatalectis*, ode XXVI portare ventis qui sub a., *et in trimetris epicis hypercatalectis*, ode XXVI rex gelidae metuatur orae. *quare lacunam indicavi. carmen septimum decimum postea quoque omissum est. utrumque carmen omissum erat p. 167, 9,* usus est libro primo septies, secundo decies, tertio undecies, quarto ter 5 infrequens *om. A* ode XXXVI] *cf. p. 174, 15* nunc pede libero] nunc p. *A* 6 consule *om. A* 7 aequa m̄to rebus in arduis *A* 8 ode VIIII] ode VIII *A* 9 cantaber ag˘ *A* ode XII] *idem numerus est in dimetris iambicis hypercatalectis*, ode XII produxit arbos in nepotum, *et in trimetris epicis hypercatalectis,* ode XII perniciemque ut probrumque p. *quamquam duodecimum quoque carmen eodem numero indicatum erat supra in asclepiadeis et in glyconeis. deinde carmina item alcaica quartum decimum et quintum decimum omissa, in reliquis libri carminibus numeri mutati sunt* nefasto te] nefas toto *A* 10 ode XVII quid me quaerellis *Val.* ode XIIII quid me quaerellis *A. pro sexto decimo carmine numeratur infra in dimetris iambicis hypercatalectis*, ode XVI obire Maecenas mearum, *et in trimetris epicis hypercatalectis,* ode XVI grave decus columenque r. 11 usitata] nota *A* 12 pati *om. A* 13 iustum] lustrum *A* virum *om. A* 14 tibia — Iovem *om. A. quintum carmen hoc loco in codice omissum positum est infra in dimetris iambicis hypercatalectis*, ode V Augustus adiectis Britannis, *et in trimetris epicis hypercatalectis,* ode V imperio gravibusque Persis 18 hae *A. quartum carmen et hic et in dimetris iambicis hypercatalectis et in trimetris epicis hypercatalectis omissum est, quamvis in sequentibus carminibus numeri non mutati sint.* 19 me loqui *om. A* 20 hypercatalectica qū quattuor *A* 22 hypercatalectica *A* 23 portare] putare *A* 24 ode XXVIIII] ode XXVIII *A: in alcaicis supra* 3 ode XXVIIII Icci beatis nunc Arabum invides *et in trimetris epicis hypercatalectis p. 180, 21* ode XXVIIII regibus horribilique Medo

ante devictis Sa., ode XXXI fundes liquorem non opimae, ode XXXIIII consultus erro nunc r., ode XXXVI ornare pulvinar deorum. libro II ode I ludumque fortunae gravisque, ode III ab insolenti temperatam, ode V aequare nec tauri ruentis, ode VII quis te redonavit Quiritem, ode VIIII vexent inaequales procellae, ode XI divisus obiecta remittas, ode XII produxit arbos *in* nepotum, ode XVI obire Maecenas mearum, ode XVIII nymphasque discentis et aures, ode XVIIII vates nec in terris morabor. libro III ode I audita Musarum sacerdos, ode II condiscat et Parthos f., ode III non vultus instantis tyranni, ode IIII seu voce nunc canas a., ode V Augustus adiectis Britannis, ode VI aedesque labentes deorum, ode XVII denominatos et nepotum, ode XXI seu rixam et insanos amores, ode XXIII si ture placaris et horno, ode XXVI nunc arma defunctumque b., ode XXVIIII cum flore Maecenas rosarum. libro IIII ode VIIII non ante vulgatas per artes, ode XIIII Auguste virtutes in a., ode XV ne parva Tyrrhenum per aequor.

Metra trimetra epica hypercatalecta recipiunt pedes tres et dactylos et spondeos superfluente syllaba. haec vero cum alcaico subiungit Horatius, fere omnes dactylos recipiunt. libro primo trimetra hypercatalecta sunt haec, ode VIIII flumina constiterint a., ode XVI sive mari libet Hadriano, ode XXVI rex gelidae metuatur orae, ode XXVII sanguineis prohibete rixis, ode XXVIIII regibus horribilique Medo, ode XXXI Sardiniae segetes feraces, ode XXXIIII vela dare atque iterare c., ode XXXVII tempus erat dapibus s. libro II ode I principum amicitias et arma, ode III laetitia moriture Delli, ode V in Venerem tolerare pondus, ode VII dis patriis Italoque caelo, ode VIIII usque nec Armeniis *in* oris, ode XI quaerere nec trepides in usum, ode XII perniciemque ut probrumque p., ode XVI grave decus columenque r., ode XVIII capripedum Satyrorum *acutas*, ode XVIIII longum invidiaque maior. libro III ode I virginibus puerisque canto, ode II vexet eques metuendus h., ode III mente quatit solidum nec *auster*, ode IIII seu fidibus citharave levi, ode V imperio gravibusque Persis, ode VI foeda

---

1 deuictis. s. a *A* 3 ode III] ode IIII *A: in alcaicis p. 179, 6* ode III aequam memento rebus in arduis *et in trimetris epicis hypercatalectis* ode III laetitia moriture Delli temperans *A* 6 arbos nepotus *A* 11 ode XVII] ode XVI *A: in alcaicis p. 179, 15* ode XVII Aeli vetusto nobilis ab L. *et in trimetris epicis hypercatalectis* ode XVII per memores genus omne fastos seu rixa et insanus amores *A* 12 et orno *A* 13 cum flore mecas rosar. *A* 14 augusti *A* 15 ne parua *a Val.* ne parta *A* thyrrenum *A* 16 hypercatalectica *A. trimetra epica hypercatalecta dicta erant p. 167, 7. perversa autem definitio metri ex nomine ducta neglegentiae grammatici tribuenda est* 17 cum alcaico subiungitur horatius ferae om̄ dactylos recipiunt *A. fortasse* cum alcaicis subiunguntur, fere omnes dactylos recipiunt *vel* cum alcaicis subiungit Horatius, fere omnes dactylos recepit 18 trimetra brachicatalecta sunt hae *A* 21 sardinae segetes ferae *A* 22 ode XXXVII] *pro tricesimo sexto carmine habetur in alcaicis p. 179, 5* ode XXXVI nunc est bibendum nunc pede libero *et in dimetris iambicis hypercatalectis supra* 2 ode XXXVI ornare pulvinar deorum dapibus spa *litteris* uss *in litura scriptis A* dapib: spa *Val.* 23 principium *A* 24 tollerare *A* 25 in *om. A* nec trepidae linum *A* 27 acutas *om. A* 28 puerisque] puellisque *A* canto *a Val.* cano *A* uixet eques metuendum h *A* 29 auster *om. A* 30 fidibus] fidis *A*

nigro simulacra fumo, ode XVII per memores genus omnes *fastos*, ode XXI seu facilem pia testa somnum, ode XXIII fruge laris avidaque porca, ode XXVI barbiton hic paries habebit, ode XXVIIII pressa tuis balanus capillis. libro quarto ode VIIII verba loquar socianda ch., ode XIIII per titulos memoresque fa., ode XV vela darem tua Caesar aetas.

De heccedecasyllabis sapphicis vel, ut quidam volunt, antispasticis. recipit pedes primum spondeum, secundum et tertium et quartum choriambos, quintum disyllabum. libro primo ode XI tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi, ode XVIII nullam Vare sacra vite prius severis arborem. libro IIII ode XI o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens. hactenus de heccedecasyllabis: ultra enim usus non est.

Libri I ode XXVIII

te maris et terrae numeroque carentis harenae.

primus versus hexametrus legitimus herous, subsequens colum tetrametrum epicum catalecticum. habet enim quattuor pedes ita,

mensorem prohibent Archyta.

idem ut supra *ode VII*

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen
aut Epheson bimarisve Corinthi:

item et libri epodon ode XIII

quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris?
munera quid mihi quidve tabellas.

Libro autem secundo novum metrum, id est de quo nondum apud Horatium tractatum est, ode XVII. hoc vocatur trochaicum proodicum et erit dimetrum catalecticum ita,

non ebur neque aureum;

subsequens trimetrum *iambicum* catalecticum sic,

mea renidet in domo lacunar,

quo semel usus est.

Libro autem tertio metra ferme omnia aut alcaica aut sapphica aut asclepiadea invenies, nisi quod ode XII ionico *ἀπὸ ἐλάσσονος* composita est, ut

---

23 Libro autem secundo *p. 168, 16* 30 Libro autem tertio *p. 169, 5*

---

1 fastos *om. A* 2 somnum] et omnem *A* 6 antispastis *A* 7 choriambos *a Val.* choriambum *A* 8 ode XI] ode X *A. et decimum carmen*, Mercuri facunde nepos Atlantis, *et duodecimum*, quem virum aut heroa lyra vel acri, *suis numeris inscripta sunt in sapphicis et in dimetris epicis* 9 uite] uitae *A* 10 lib. II ode XI o crudelis *A. undecimum carmen libri quarti*, est mihi nonum superantis annum, *pro decimo numeratum erat in sapphicis p. 175, 28 et in dimetris epicis p. 176, 13*
12 ode XXVIII] ode XXVIIII *A: cf. p. 178, 12* cuius exemplum est ode XXVIII te maris *sqq.* 15 catalecticum *A* acatalectum *a Val.* 16 archita laudabunt alii *A*. idem ut supra, *quae alieno loco scripta erant post* 22 tabellas, *huc transposui* 19 chorintum *A*
20 ode XIII quid *A* ode XIIII quid *Val.* 22 tabellas idem ut supra libro autem *A*
23 id est] idem *A* idē *Val.* 24 ode XVII] *cf. p. 175, 21* proepodicum *A*
25 dimetrum catalectum *A* dimetrum acatalectum *a Val.* 27 iambicum *om. A*

miserarum est neque amori dare ludum neque dulci,
quod habet duas primas syllabas breves, sequentes longas. quo metro Horatius hoc tantum loco usus est.

Lib. IIII ode VII

diffugere nives, redeunt iam gramina campis.

haec ode scripta est ad dicolian. nam primum metrum est heroum hexametrum, secundum est [epodos] penthemimeres elegiacon. aliud metrum novum in quarto non invenimus [nomina nulla].

Epodoe. ode I

ibis liburnis inter alta navium.

haec epodos ex iambicis metris constat, primo trimetro iambico acatalecto, sequenti dimetro adaeque iambico acatalecto. iambica metra recipiunt regione prima iambum vel tribrachyn*. iambici trimetri formae sunt tres, tragica, comica, satyrica. tragica erit quae dextros pedes recipit spondeos, id est [impares] primum tertium quintum, sinistros iambos, id est secundum quartum sextum, ut

divi potentes, ferte lassatis opem.

comica erit quae frequenter tribrachos habet, ut

agite agite quid dubitatis hilares dare choros

[ocissime]. satyrica erit quae inter tragicum comicumque constituta est †de cetero putatas, ut

Musae Iovem laudate *et* hilares date choros.

epodon ode prima [secunda tertia] iambicis trimetris acatalectis constat, quibus respondit adaeque dimetro iambico acatalecto, ut supra diximus. quo metro in eodem libro usus est undecies.

Item ode XII

Petti, nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore percussum gravi.

scripta est ad dicolian. e quibus primum erit metrum simplex iambicum trimetrum acatalectum, sequens compositum ex penthemimeri epico *et dimetro iambico* recipit duos dactylos et syllabam et dimetrum iambicum acatalectum. hoc metro Horatius semel usus est.

---

17 divi *p. 79, 23* 19 agite *p. 81, 33* 22 Musae *p. 82, 12* 23 epodon — 25 undecies *p. 169, 24* 26 Item ode XII *p. 170, 7*

---

6 dicoliam *A* 10 lybirnis *A* 12 adaeque iambico *Val.* adaeque diiambico *A* 13 *lacunam, qua definitio reliquarum regionum versus iambici excidisse videtur, indicavi* formae sunt *Val.* formauerunt *A* 15 idem impares *A* idē impares *Val.* 19 dubitate hylares dare choro socissime *A* 20 de cetero .. putatas *duabus vel tribus litteris post* cetero *deletis A* de cetero putatas *Val. an* de ceteris computata? 22 laudate hilares *A* laudate et agiles *p. 82, 12* 23 secunda tertia *ex exemplis p. 169, 26 adscriptis repetita sunt* 25 undecies] decies *p. 169, 31. secundo carmine, ut videtur, in duas partes diviso undecim carmina numerata et ad eandem rationem numeri reliquorum carminum accommodati sunt* 27 petti nihil me *a Val.* petti .. ni me *A* 29 addicolianae quibus *A. rectius supra p. 170, 10* ad dicolian in qua 30 acatalecticum *A* et dimetro iambico *om. A*

Item ode XIIII

horrida tempestas caelum contraxit et imbres
nivesque deducunt Iovem nunc mare nunc siluae.

horum metrorum primum heroum est simplex, sequens compositum est ex dimetro iambico acatalecto et penthemimeri epico, ut videatur mihi affectasse huius modi versum,

scribere versiculos amore percussum gravi,

qui est compositus ex penthemimeri elegiaco et dimetro iambico. inter duo tamen penthemimere hoc discrimen invenimus, quod in primo duo dactyli et syllaba sunt, at in secundo dactylus spondeus et syllaba inveniuntur. hoc quoque metro semel usus est.

Ode XVII

altera iam teritur bellis civilibus aetas,
suis et ipsa Roma viribus ruit.

prior herous, sequens trimeter iambicus acatalectus. et hac copulatione metrorum Horatius semel usus est.

Inter haec libello qui inscriptus est carmen saeculare hendecasyllaba posuit sapphica et dimetra epica, de quibus in secunda ode libri primi carminum disseruimus. aliis metris Horatius usus non est. habentur itaque apud Horatium habita dinumeratione metrorum genera XXI in libris carminum et epodis.

Ode est dulcedine soni verbum lexisve pronuntiata. nam si sine verbo sonus pronuntietur, crusma dicetur. unde etiam in tropicis artis musicae litteras seu signa quaedam tonos proprios exprimentia media interveniente linea ita enuntiant, *τὰ μὲν ἄνω τῆς λέξεως, τὰ δὲ κάτω τῆς κρούσεως.* quod crusma variatur ex rhythmo, dum augetur et minuitur et ad sonum digiti vel pedis *ἐμμελές* verbum enuntiatur. infinita enim res est rhythmos, cum usque quo voles vocis sono ducatur ibique cogas quiescere, ubi pedem finiturus es. melos autem, quod ex his nascitur, dictum putant a Meline, Oceani filia, quam primum quattuor chordis usam adfirmat Lysanias, sive ut Licymnius, *ἀπὸ τοῦ μελεάζειν, τουτέστι θρηνεῖν.*

---

1 Item ode XIIII *p. 170, 28* 12 Ode XVII *p. 171, 8*

---

2 contraxit et *a Val.* contraxim et *A* 3 niuesque *a Val.* nidesque *A* 15 acatalectus] catalecticus *A* 22 EX AELIO FESTO APHTHONIO de carminis appellationibus | *ᾠδή* est dulcedine ς 22 lexisue pronuntiata *A* ς lege sua pronuntiatum *B* 23 dicitur *B* 24 media *om.* ς 25 TᾶMEN ᾶNΩ *B* tamen ᾶNΩ *A* *τὸ μὲν ἄνω* ς *τὸ δὲ κάτω* ς 26 chrusma *A* 27 digiti] dirigi *A* dirigit *B* dirigitur ς 30 Melia *Bergkius poet. lyr. p. 1252 ed. tert. cf. περὶ λυρικῶν Boisson. anecd. graec. v. IV p. 458 ἢ ἀπὸ Μελίας τῆς τοῦ (μέλας τῶν cod.) Ὠκεανοῦ θυγατρός, καθὰ Λυσανίας φησί* 30 Oceani ς *B* oce.ni *una littera post* e *deleta A* oceni *Val.* primam *Gaisfordius* 31 Licymnius ς *B* lycimnius *A. in Licymnii Chii carminum fragmentis verba posuit Bergkius poet. lyr. p. 1252 ed. tert. cf. M. Schmidt diatr. in dithyr. p. 85, Schneidewin Goetting. gel. Anz. a. 1845 p. 1122 ἀπὸ τοῦ μελεάζειν τουτέστιν θρηνεῖν* quibusdam ς *B* ᾶΠΟ TOI MEΛEᾶZEIN TOITECTIN ΘPHNE inquibusdam *A*

quibusdam placet ab apibus, quae graece μέλισσαι dicuntur. nam sicut illae omni cura flores legunt, ut mella conficiant, *καὶ ὅτι μέλει αὐταῖς* hoc studium, μέλισσαι dictae, in scriptura quoque quidquid floris est in sono vocis et rhythmis ad componenda μέλη colligimus, ut auribus tradamus, unde et Homerus

οὗ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

nam veluti gustu vocis aures pabulantur. vel ideo melos, quoniam pars est ᾠδῆς καὶ λέξεως, sicut et corporis nostri partes graece μέλη appellantur. constat autem melos ex colo et commate. colon est quaedam *pars* orationis integra pedum compositione coniuncta, cuius pars comma dicitur. erunt itaque cola particulae solutorum metrorum, dumtaxat cum integrae fuerint syzygiae, comma vero, cum imperfectae. omnis autem versus *κατὰ τὸ πλεῖστον* in duo cola dividitur. abusive autem etiam comma dicitur colon.

---

7 vel ideo melos — 13 dicitur colon *p. 54, 2*

---

1 ΜΕΛΙCCΑΙ *B a* ς ΜΕΛΙΟCΑΙ *A* ΜΕΛΕCCΑΙ *Val.* 2 omni ς *B* omne *A* μέλει αὐταῖς ς *B* ΜΕΑΕΙ ΑΙΤΑΙC *A* 3 ΜΕΑΙCCΑΙ dicte *A* 4 μέλη colligimus ς *B* ΜΕΑ̂Η (Λ *superscr. a*) collegimus *A* ΜΕΛΑΗ colligimus *Val.* 5 Homerus τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης ς *B* homerous ΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ ΓΑ̂ΩCCΗC (Λ *superscr. a*) *A* homerous ΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΛΩCCΗC *Val.: Hom. Il. A 249* 7 qm̄ pars *A* quia pars ς *B* 8 ΜΕΛΗ appellantur *B* ΜΕΑ̂Η (Λ *superscr. a*) appellantur *A* ΜΕΛΑΗ appellantur *Val.* μέλη appellamus ς 9 melos et colos (colo *Val.*) et commatae *A Val.* melos et colos et commate *B* melos et colo et commate ς colon est quaedam pars orationis ς colon est quaedam orationis *B* colonem quaedam orationis *A* 12 cum iam perfectae *A* cum iam perfecta est *B* cum imperfecta est ς 12 uersus seruus *B* 13 ΠΛΕΙCΤΟΝ *B a Val.* ς ΠΑΕΙCΤΟΝ *A* 13 duo cola ς *B* dua cola *A* 14 colon EXPLICIT *A* colon DEMETRIS EXPL. FELICIT UTERE QUI LEGIS *Val.* colon explicit ars grammatica Victorini Mari de ortographia et de metrica ratione *B*

MAXIMI VICTORINI

QVI FERVNTVR LIBRI

DE ARTE GRAMMATICA
DE METRIS ET DE HEXAMETRO VERSV
DE RATIONE METRORVM
DE FINALIBVS METRORVM

ARS VICTORINI GRAMMATICI

Ars quid est? Vnius cuiusque rei scientia. Artium genera quot sunt? Tria. Quae? Sunt quaedam animi tantum, quaedam corporis, quaedam animi et corporis. Quae sunt animi tantum? Hae sunt, poetice, musice, astrologice, grammatice, rhetorice, iuris scientia, philosophia. Quae sunt corporis? Iaculatio, saltus, velocitas, oneris gestamen. Quae sunt animi et corporis? Ruris cultus, palaestra, medicina, *μηχανική*, *τεκτονική*. Quae sunt ex his, quas veteres aliis nominibus discreverunt? *Κακοτεχνία*, *ψευδοτεχνία*, *ματαιοτεχνία*. *Κακοτεχνία* quae est? Oratoria. Quare *κακοτεχνία*? Siquidem malitioso astu in id quod persuadere quaerit intenta plerumque ad pervertendam nititur veritatem. *Ψευδοτεχνία* item quae est? Quae animos hominum sensusque quadam specie veritatis inludit, veluti est pictorum et praestigiatorum genus? Quid est *ματαιοτεχνία*? Quae difficiles quidem res, non tamen usui necessarias facit, ut puta veluti sunt sphaeropaectae, funambuli ceterique huius modi.

---

1 Ars — 188, 12 comprobatio *Mar. Victor. 3, 6 Diom. 421, 3*

C codex Sangallensis 877, cuius integra scriptura exhibita est
B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16, cuius scriptura in initio libri, Ars — funambuli, *et in ea parte quae est de litteris adscripta est*
A excerpta Audacis in codice Monacensi 6434 Frisingensi 234 et in codice Bernensi 336, in quibus A^m *vel m Monacensem,* A^b *vel b Bernensem codicem significat. horum scriptura ab initio libri usque ad eam partem quae est de litteris exhibita est.*
Goth. codex Gothanus 117, ex quo pauca adscripta sunt
ς editio Basileensis a. 1527, ex qua item pauca adscripta sunt

1 IN NOMINE DEI SUMMI INCIPIT ARS UICTORINI GRAMATICI *C* INCIPIT ARS UICTURINI *codex Reginensis 1587* incipit liber Victorini *Goth.* MARII VICTORINI AFRI VIRI ERVDITISSIMI DE RE GRAMMATICA LIBER *ς* MAXIMI VICTORINI DE RE GRAMMATICA LIBER *Putschius* INCIPIT LIBER PALEMONIS DE ARTE. Ars — 15 funambuli *codex Bobiensis* 2 Int. Artium genera quot sunt R. tria Int. quae R. sunt quaedam animi tantum quaedam corporis quaedam animi et corporis animi tantum ut poetica *A* Artium genera quot sunt VII quae sunt animi tantum haec sunt poetice *C* artium genera sunt tria: animi tantum, ut poeticae *ς*. VII *pro* III *scriptum in C, nisi casui tribuendum est, inde originem duxit, quod ad septem artes animi tantum numerus adscriptus erat. nam diversa est divisio artis in septem species schol. in Dion. Thr. p. 651 ἑπτὰ δέ τινα τῇ καθόλου τέχνῃ παράκειται, τεχνοειδές, ἡμιτέχνιον, μικροτεχνία, ψευδοτεχνία, κακοτεχνία, ματαιοτεχνία, ἀτεχνία* 6 oneris] honoris *C* 7 (fabricatio) ΜΗΧᾺΝΙΚΗ (artifex) ΤΗΚΤᾺΝΙΚΕ *C* 8 discreuerunt *A* discrepauerunt *C* disgregauerunt *ς*. quae sunt ex his quae aliis nominibus discretae sunt *B* ΚᾺΚΟΤΗΧΝΙᾺ ΦΗΟΔΟΤΗΧΝΙᾺ ΜΗΟΤΟΤΗΧΝΙᾺ ΚᾺΚΩΤΗΧΝΙᾺ quae est *C* 10 siquidem malitioso astu (austu *C*) in id quod persuadere *B C* siquidem a malitioso fastu in id quod persuaderi *ς* siquidem malitiosa ars est et in id quod persuadere *A: cf. Mar. Vict. p. 173, 28* 11 ΨΗΟΔΟΤΗΧΝΙᾺ *C* 13 praest.rigiatorum *C* genus *om. A B ς, add. C* ΜΗΤΟΤΕΧΝΙᾺ *C* 14 non tamen *Putschius* non tam *C ς, om. A* 15 sperospecte *C* sperespecte A^b sperpecte A^m, *om. B* huius modi *A ς* huius artis *C*

Grammatica quid est? Scientia interpretandi poetas atque historicos et recte scribendi loquendique ratio. dicta autem *ἀπὸ τῶν γραμμάτων*, [id est ab his litteris]. Vnde incipere debet? Quidam [etiam] a voce coeperunt alii a litteris, alii a syllabis, alii a casibus, nos autem a definitione. Qui tamen coeperunt melius? Vtique qui a definitione vel a litteris. nam vox naturalis est et sine grammatica communis etiam cum imperitis. ‖ Grammaticae autem officia quot sunt? Quattuor. Quae sunt? Lectio, enarratio, emendatio, iudicium. Lectio quid est? Secundum accentus et sensuum necessitatem propria pronuntiatio. Enarratio quid est? Secundum poetae voluntatem unius cuiusque descriptionis explanatio. Emendatio quid est? Errorum apud | poetas et figmentorum reprehensio. Iudicium quid est? Bene dictorum comprobatio.

DE LECTIONE

Partes lectionis quot sunt? Quattuor. Quae sunt? Accentus, discretio, pronuntiatio, modulatio. Accentus quid est? Vnius cuiusque syllabae in sono pronuntiandi qualitas? Discretio quid est? Confusarum significationum perplana significatio. Pronuntiatio quid est? Scriptorum secundum personas accommodata distinctione similitudo, ut puta cum aut senis temperamentum aut iuvenis protervitas aut feminae infirmitas aut qualitas unius cuiusque personae ostendenda est et mores unius cuiusque habitus exprimendi. Modulatio quid est? Continuati sermonis in iucundiorem dicendi rationem artificialis flexus in delectabilem auditus formam conversus asperitatis vitandae gratia.

DE DEFINITIONE

Definitio quid est? Oratio [brevis] quae id de quo quaeritur aperte describit et determinat, ut puta si quaeras a me, quid sit homo, respondebo tibi 'animal rationale et mortale risus capax'.

---

6 Grammaticae officia *Diom. 426, 21* 16 Discretio *Diom. 436, 23* 17 Pronuntiatio *Diom. 436, 18* 21 Modulatio *Diom. 439, 10* 24 DE DEFINITIONE *Charis. 152, 2 Diom. 420, 24*

---

3 ab his litteris *C* ς a litteris *A* quidam eam a uoce coeperunt ς quidam grammatica (*l.* grammatici) a uoce coeperunt *A* 4 nos autem a divisione, qui tanto melius utique incipimus, quam qui a definitione, uel a litteris incipimus. nam uox ς 8 secundum accentus et sensuum necessitatem propria enuntiatio *A* secundum accentus ad sensuum necessitatem propria pronuntiatio *C* secundum accentus ad sensum necessitatemque pronuntiatio ς 10 descriptionis *A* discretionis *C* ς 17 scriptorum per personas accomodatas distinctione similitudo ς 18 cum aut senis *A* ς cum senis *C* 19 aut qualitas cuiuscumque personae distinguenda est *A* 20 et mores cuiusque habitus exprimendi *A* et mores uniuscuiusque habitus exprimendi sunt ς ad mores uniuscuiusque rei habitus exprimendi *C* 22 artificialis flexus in delectabilem *A* articulis flexus et in dilectabilem *C* 23 uitande *corr.* -di *C* 25 brevis *om.* *A* ς 26 ut puta ueluti si *A*

DE LATINITATE

Latinitas quid est? Observatio incorrupte loquendi secundum Romanam linguam. Quot modis constat latinitas? Tribus. Quibus? Ratione, auctoritate, consuetudine. Ratione quatenus? Secundum technicos, id est artium traditores. Quid auctoritate? Veterum scilicet | lectionum. 'Quid consuetudine? Eorum verborum, quae e medio loquendi usu placita adsumptaque sunt.

DE VOCE

Vox quid est? Aer ictus sensibilisque auditu, quantum in ipso est. Vocis species quot sunt? Duae. Quae sunt? Articulata et confusa. Articulata quae est? Hominum tantum modo. Vnde articulata dicta est? Quod articulo scribentis comprehendi possit. Quae est confusa? Quae scribi non potest, ut puta ovium balatus, equi hinnitus, mugitus bovis et non nullae aliae voces sunt. sonos quoque omnes voces dicimus, ut 'fractasque ad litora voces'.||

DE CASIBVS

Quid sunt casus? Gradus quidam declinationis. Vnde dicti? Quia per eos pleraque nomina a prima sui positione inflexa varientur et cadant. Quare pleraque et non omnia? Sunt enim quaedam vocabula, quae per casus flecti non possunt, ut puta nequam nugas frugi nihili. Quot sunt casus declinationis? Sex. Qui sunt? Nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Sed si a cadendo casus dicti sunt, quo modo nominativus casus dici potest, qui adhuc in suo statu est nec a prima positione sui cecidit, quo fit ut a genetivo casus esse incipiant ac per hoc iam quinque sint? Dicimus non aliter nominativum' quoque casum dici posse, quam ut in gradibus, per quos descendimus, illum etiam qui in

---

1 DE LATINITATE *Diom. 439, 14 Augustin 494, 3* 8 DE VOCE *Diom. 420, 8* 16 DE CASIBVS *Diom. 301, 23*

---

1 DE LATINITATE *om. C* 4 secundum artium traditores *A* 5 lectione ς Quid consuetudine? Eorum quae in medio loquendi usu placita adsumptaque sunt *A* consuetudine, quae doctorum modo loquendi usu placita assumptaque sunt ς 9 sensibilisque auditu *C* auditu sensibilis *A* sensibilis qui auditur ς 11 articula dicta est *C* 12 quae est confusa *A* quae confusa *C* quae scribi non possit ut puta *C* quae scribi non potest ut puta ueluti *A* quae scribi non potest ueluti ς 14 sonos quoque omnes uoces dicimus ut fluctusque a litore uoces audiuimus *C* sonos quoque omnes uoces dicimus ut fractasque (fractusque *A*[b] fractesque *A*[m]) ad littora uoces *A* sonos quoque omnes appellamus uoces, ut fluctus qui a littore audiuntur ς 17 Quid sunt casus quedam declinationes *C* Casus quid sunt? Gradus quidam declinationis *A* 18 uarientur et cadant ς uarientur et cadunt *C* uariantur et cadant *A*[m] 20 ut puta neque nugas frugi nihili *C* ut puta uelut nequam frugi nugas nihili *A* ueluti nugas frugi nihili ς 23 dici potest *A* dici possit *C* 25 quinque sunt *C A*[m] ς 26 quam ut in gradibus quos discendimus illum etiam qui in summo est gradu dicimus cum alicui a superiore planicie aequalis sit *C* quam ut in gradibus quo ascen-

summo est gradum dicimus, cum alioqui ad superiorem planitiem aequalis sit nec fiat gradus nisi depressione sequentis. quo exemplo per genetivum, in quem cadit, nominativus quoque iam casus est. addunt etiam non nulli quamvis sine nomine septimum casum. Quis est septimus casus? Qui quasi speciem ablativi habet nec tamen ablativus est; quippe is per accusativum liquidius explicatur, ut cum dicimus nos terra | vel mari vectos, non utique a terra vel a mari, sed per terram vel per mare *significamus.* ex quo sensu est

multum ille et terris iactatus et alto.

Genetivi casus quae regula est? Genetivus casus singularis numquam a nominativo suo minor est. itaque aut totidem syllabis constare debet, quot et nominativus eius aut etiam una syllaba excedere. Quo modo totidem syllabis? Vt Virgilius Virgilii, Terentius Terentii, et ob id geminata i. Quo modo una syllaba excedere? Vt Hector Hectoris, Nestor Nestoris. Nullum nomen invenitur quod etiam duabus syllabis adcrescat in genetivo? Incidunt quaedam contra supra dictam rationem, ut puta anceps ancipitis, praeceps praecipitis, biceps bicipitis, supellex supellectilis.

Ablativi casus quae regula est? Ablativus casus singularis exceptis quidem nominibus aptotis, ut nequam et nugas, una ex quinque vocalibus terminatur. quaecumque igitur nomina ablativo casu singulari a vel o fuerint terminata, genetivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum et ablativum in is, ut puta ab hac tabula harum tabularum et ab hoc docto horum doctorum, his et ab his tabulis doctis. Quid est, si e aut i vel u ablativi fuerint terminati? Si e littera correpta ablativus singularis terminetur, genetivum pluralem in um vel in ium syllabas eiciunt, ut puta velut ab hoc codice codicum, pariete parietum, item rupe rupium, nocte

---

17 Ablativi casus — 191, 9 cornibus *Charis. 147, 18*

---

dimus illum etiam qui in summo est gradum dicimus enim alioqui ad superiorem planitiem equalis sit *A*^m^ quam in gradibus per quos descendimus, illum etiam qui in summo est, gradum dicimus cum alioqui superiori planiciei aequalis sit ς 2 nisi depsione sequentis *C* nisi depositio sequentis *A*^m^ quo exemplo genetiuum per quem cadit nominatiuus quoque iam casus est *A*^m^ 4 quis est *A* qui est *C* 5 quippe ipse per accusatiuum lucidius explicatur ς 6 uelnti cum dicimus *A* 7 mare ex quo sensu est (ut *add. C)* multum *C* ς mare ex quo sensus est multum *A*^m^: *Verg. Aen. I 3* 13 terrentius ter....... ob id geminata est *(om.* i) *paucis litteris lacuna post* ter *deletis C* terrentius terrentii et ob id geminata *A* Terentius Terentii et ob id geminata ii ς 18 exceptis quidem nominibus aptotis nequam et nugas *C* exceptis quibusdam nominibus aptotis ut nequam ut nugas *A*^m^ exceptis quibusdam nominibus aptotis nequam et nugas ς 21 in rum syllabam eiciunt *A* 23 his e ab his doctis tabulis *C* his et ab his tabulis his et ab his doctis *A* quid est si e aut i uel u ablatiui fuerint termina *(corr. al. m.* terminati) si e littera correpta in ablatiuo singulari terminetur genetiuum pluralem in um uel in ium sillabam ieciunt *C* quae uero in e aut in a fuerint terminata e littera correpta in ablatiuo genetiuum pluralem in um uel in ium syllabas eicient *A*^m^ quod si e aut i aut u fuerint terminata, correpta littera in ablatiuis, genitiuum pluralem in um et ium syllabas eiiciunt ς. *pro* eiciunt *fortasse scribendum erat* faciunt. *retinui tamen insolitum grammaticis verbum, quod saepius et hoc loco et infra de verbis in codicibus legitur* 25 ut puta ut ab hoc codice *C* ut ab hoc codice *A* ut puta ab hoc codice ς 26 rupe rupium stirpe stirpium nocte noctium *A* ς

noctium. simili modo i quoque aliquando in um, *aliquando in ium* syllabam eicit, ut ab hoc vigili horum vigilum, pugili pugilum, item agili agilium, facili ‖ facilium. dativum et ablativum in bus, ut his et ab his codicibus parietibus rupibus et cetera. Quid si e producta fuerit? Genetivum in rum syllabam eicit, ut ab hac specie harum specierum, dativum et ablativum in bus, ut his et ab his speciebus. at vero si u fuerit ablativus terminatus, genetivum pluralem in uum tantum modo eicit, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc fluctu horum fluctuum, ab hoc cornu horum cornuum, his et ab his fluctibus cornibus.|

Declinatio secundum genera. Maro nomen proprium generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic, hic Maro huius Maronis et reliqua et pluraliter nominativo hi Marones et reliqua. Musa nomen appellativum generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic, haec Musa et cetera et pluraliter hae Musae et cetera. factum nomen appellativum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic, hoc factum et reliqua et pluraliter haec facta et cetera. parens nomen appellativum generis communis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic, hic et haec parens huius parentis et pluraliter hi et hae parentes et cetera. felix nomen est appellativum generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic, hic et haec et hoc felix huius felicis et cetera et pluraliter hi et hae felices et haec felicia.|

DE SENTENTIA

Sententia quid est? Dictio generalis ad vitae rationem in commune pertinens, ut puta ne quid nimis.

---

1 simili modo hii quoque aliquando in um sillabam iecit ut ab hoc uigili horum uigilum pugili pugilum *C* simili modo i quoque aliquando in um syllabas eicit ut ab hoc uigili uigilium·pugili pugilium *A* simili quoque modo i aliquando in um iacit, ut mugili mugilum, pugili pugilum ς 3 datiuus et ablatiuus in bus ut his et ab his codicibus .... *(lacuna membranarum)* rupibus et cetera *C* datiuum uero et ablatiuum in bus ut his et ab his codicibus parietibus rupibus stirpibus uigilibus facilibus *A* datiuum et ablatiuum in bus ut hiis et ab hiis codicibus ς 4 genetiuus in rum syllabam iecit ut ab hac specie harum specierum datiuus et ablatiuus in bus ut his et ab his speciebus *C* genetiuum in rum syllaba eiciet datiuum et ablatiuum in bus ut ab hac specie harum specierum his et ab his speciebus *A* genitiuum pluralem in rum iacit, ut ab hac specie, harum specierum, his speciebus ς 6 at uero si u fuerit ablatiuus terminatus geñ plũ in num tantum modo iecit datiuus et ablatiuus in bus *C* at uero u genetiuum pluralem in uum tantum modo eiciet datiuum et ablatiuum in bus *A*[m] at uero si u, genitiuum in uum tantummodo iacit ς 8 ut ab hoc fluctu horum fluctuum ab hoc cornu horum cornuum his et ab his cornibus fluctibus *C* ut ab hoc fluctu horum fluctuum curru curruum his et ab his fluctibus et curribus *A* ut ab hoc fluctu horum fluctuum, ab hoc curru horum curruum, hiis et ab hiis fluctibus ς 10 Maro nomen apellatiuum *C* Maro proprium ς 18 pariens *C* parens *et hic et in reliquis casibus* ς, *in quo integra omnium exemplorum declinatio exhibita est* 20 hic et haec et hoc pariens huius parientis et rel. et plur. hi et hae parientes et haec pariencia et cet. *C* 21 generis omnis ς generis communis *C* 25 ad uitae (uita *C)* rationem in commune pertinens *C A* ad uitae emendationem in communi pertinens ς 26 ut puta ne quid nimis ς ne quid nimis sit *C* ut puta ueluti ne quid nimis *A*

DE ORATIONE

Oratio quid est? Contextus sermo ad clausulam tendens. Vnde dicta oratio? Quasi oris ratio.

DE CLAVSVLA

Clausula quid est? Compositio verborum plausibilis structurae exitu terminata.

DE DISTINCTIONE

Distinctio quid est? Apposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora. Quot locis ponitur? Tribus. Quibus? Summo, cum sensum terminat, et vocatur finalis a nobis, a Graecis telia; medio, cum respirandi spatium legenti dat, et dicitur mese; imo ponitur, cum [mora] lectionis interruptum tenorem aliud adhuc inlatura suspendit, et vocatur a Graecis *ὑποστιγμή*, a nostris subdistinctio.

DE ACCENTIBVS

Accentus qui sunt? Accentus, qui graece *προσῳδίαι* dicuntur, hi sunt; acutus, gravis, circumflexus. in omni parte orationis latinae, item et graecae, aut acutum aut circumflexum poni necesse est, nec amplius quam unum, vel hunc vel illum. nam gravis ponitur in pluribus. acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos tantum duobus locis poni potest. Quibus? Aut in paenultima syllaba, ut praelegístis, aut in ea quae a fine tertia sit, ut praelégimus. circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, non nisi paenultimum locum poterit invenire, ut turbâre, perdomâre. monosyllaba quaecumque positione longa fuerint, acutum habe-

---

2 Oratio — 6 terminata *Diom. 300, 16* 7 DE DISTINCTIONE *Diom. 437, 14* 14 DE ACCENTIBVS *Dosith. 8, 1 Donat. 371, 1 Diom. 430, 28 Serg. explan. in Donat. 524, 19*

---

2 Sermo contextus ad clausulam tendens per argumenta narrationis *A* 5 compositio uerborum plausibilis structura (strictura *b* stricturam *m)* ad exitum terminata *A* 8 apposito ς appositio *C* adposita *A* 9 summo, cum sensum terminat, finalis positio a nobis, thesis a Graecis dictus hoc modo ς 10 a graecis telia *A* a grecis theta uel thesis *C* a graecis thessis *Goth.* 11 legenti dat *A* ς legenti datur *C* cum mora lectionis interruptum tenorā aliud adhuc inlatura suspendit *C* cum lectionis interruptio tenore aliud adhuc inlatura suspendit *A* cum mora lectionis interruptum terminat tenorem ut aliud adhuc suspendat ς 13 ΥΠΑCΤΙΓΜΑΑЄΑ a nostris *C* *ὑποδιαστολή* a nobis ς 15 Accentus qui sunt? Accentus qui graece prosodiae dicuntur hi sunt acutus *A* Accentus qui sunt accentus grece ΠΡΟCΟΔΙΑЄ dicuntur hi sunt accentus acutus *C* 18 nam grauis ponitur in pluribus *A* nam grauis in pluribus *C* nam grauis in pluribus ponitur ς 19 ultima et (uel *b)* penultima et in proximam sillabam *A* ultimam et ei proximam syllabam et antepeneultimam *C* ς 23 ut turbare perdomare *A* ut perturbare (preturbare *corr.* pert. *C)* perdocere *C* ς 24 monosyllabae quaecumque positione longae *C* *A* ς

bunt accentum, ut píx, núx, nóx, níx, páx, fáx. Quid quae natura longae erunt? Circumflexo accentu pronuntiabimus, | ut dôs, spês, rês, môs, flôs. In disyllabis quid? Si prior natura longa fuerit et posterior correpta, prior circumflectetur, ut hôra, Rôma. Quid si posterior producta sit? Prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut léges, sálus. et si ambae breves sint, acuetur prior, ut déus, hómo. Quid in trisyllabis aut quae plures syllabas habebunt? Si paenultima brevis fuerit, [acuemus antepaenultimam] quae eam praecedit acuetur, ut puta Túllius, Horténsius. Quid deinde, si paenultima positione longa fuerit? Ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut Càtúllus, Càmíllus, Mètéllus. Quid si paenultima naturaliter producta fuerit, ita ut ultima brevis sit? Paenultimam circumflectemus, ut Cethêgus, Românus. Quid autem, si longa erit ultima? Paenultimae acutum dabimus accentum, ut Athénae, Fidénae. Quid graeca nomina? Si isdem litteris proferentur, graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus Thyiás, Naís, acutum habebit posterior accentum; et cum Themistô, Calypsô, Theanô, ultimam circumflecti videbimus. || quod utrumque latinus sermo non patitur, nisi admodum raro, ut sola occurrit ergo coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur. item adverbium pone posteriore acutum accipit accentum, ne sit verbum.

De formis accentuum. Acuti accentus quae est forma? I obliquum in partem dexteram scandens /. Quid gravis forma? I a parte sinistra descendens \. circumflexum transversa V littera Λ notamus, brevem C susum spectante ◡, longum autem sic iacente I —. sed in illis sonos, in his tempora dinoscimus. Quare dasian et psilen, quibus Graeci utuntur, [et] nos praetermittimus? Quoniam adspirationem nobis adposita H littera, quae in duas partes dividitur, repraesentat, et si adposita non erit. item his adiciunt et hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colli-

1 quid quae natura longae erunt *C* quae natura longae fuerint *A* quando natura longae erunt ς 3 longa fuerit *A* ς longa erit *C* 7 acuemus antepaenultimam *om. A* ς 9 ipsa acutum habebit accentum *A* ipsa habet acutum accentum ς ipsam acuemus *C* 10 ut cátúllus, cámíllus (*corr.* -ellus) métállus *C* 12 quid si autem longa *C* quid si longa *A* 15 nam et cum dicimus *A* nam cum dicimus *C* ς Thyas Nais *Putschius* ethias et nais *A*^m cilanas *C*, *lacuna indicata om.* ς 16 Themisto Calypso *A* ς themestò culfsò (*corr.* calisso) *C*: *an* Callisto? 18 circumflecta deprehenditur *C* 19 posterior acutum accepit *C* posterior acutum recipit *A*^m posteriore acutum recipit ς 21 Int. quae est figura acuti aecentus. R. I oblicum dexteram partem scandens ita ē Int. quae est forma grauis accentus R. in dexteram partem discendens ita ē. circumflextum autem transuersa v littera notamus ita ʌ breuem syllabam C sursum spectante ita ◡ longam I aequaliter iacente ita ē Sed in illis *A*^m 21 I obliquum] per obliquum *C* ς. *formam acuti accentus om. C* 22 I *litteram ante* a *om. C* ς 23 circumflexus *C* breuem susum *omissa* C *littera C* 24 longus autem *C* sed in illis sonos, in hiis tempora dinoscimus, quare dasiā et psylen, quibus Graeci utuntur, et nos praetermittimus ς in illis sonos in his tempora denoscimus sed quare dasien et silen quibus greci utuntur et nos praetermittimus *C* nam dasia et psile greci utuntur nosseta praetermittimus *A*^m 27 in duas partes deuiditur repraesentur *C* et si adposita non erit *A Putschius* et adposita H sic erit *C* et si apposita H sic erit ς si adscripta non erit siccitatem *Dositheus* 28 adieciunt et ΥΦΥΗ *C*

gimus, et formam hanc faciunt ◡ et utriusque verbi proximas litteras inflexa subter | virgula iungunt, quale est 'Turnus ut ante‿volans'. item diastole dextera quaedam pars circuli ad imam litteram adposita hac nota ↄ male cohaerentia discernens, ut est 'erepta, e virginis ira' et 'viridique in litore conspicitur, sus'. item apostrophon sic notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam quae ad eam spectat adponunt, ut 'tanton' me crimine dignum duxisti'.

DE LITTERA

Littera quid est? Figuratio quaedam, qua cum aliis adnexa vox emissa comprehenditur. Qui primi litterarum inventores fuisse traduntur? Phoenices, quamvis alii Assyrios, alii Mercurium apud Aegyptios adserunt. in Graeciam certe Cadmum Phoenicem sedecim attulisse constat. Quas? *Α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ*, iisque Troiano bello Palamedem addidisse quattuor, *η ψ χ φ*, post eum Simonidem melicum totidem, *ζ ξ ω ϑ*. hae auctore, ut quidam volunt, Euandro, ut alii, Hercule ‖ in Italiam a Pelasgis adlatae sunt. Quot res accidunt uni cuique litterae? Tres. Quae? Nomen figura potestas. Nomen litterae quid est? Quo appellatur, ut a. A quo genere effertur? Neutro, ut quidem omnes litterae sunt, ut cum dicimus deesse unum a vel unum b. Figura litterae quae est? Qua notatur. Quid potestas? Qua in ratione metrica valet, cum aut correpta est aut producta.

11 Qui primi — 17 adlatae sunt *Mar. Victor. 11, 5. 23, 14. cf. Plin. nat. hist. VII 56, 192 Isidor. orig. I 3, 9* 17 Quot res accidunt — 196, 11 scriberemus *Mar. Victor. 5, 14 Dosith. 12, 5. cf. Diom. 421, 14*

2 quale turnus ut anteuolans *A* quale est (est *om.* ς) anteuolans *C* ς: *Verg. Aen. VIIII 47* 3 diastile *C* 4 mala coherentia *C* erepta, e *sic diastole interposita C: Verg. Aen. II 413* 5 viridique] *Verg. Aen. VIII 83* 7 tanton'] *Verg. Aen. X 668* 9 DE LITTERA] *adscripta est discrepantia codicis Bobiensis, nunc Vindobonensis 16 (B)* 10 Littera quid est? Uniformis (Qui formis *b)* figura qua (quae *b m)* cum aliis partibus adnexa vox emissa (uoce missa *m* uoce mensa *b)* conprehenditur *A* 13 cadmum ex foenice *B* 14 a b Γ Δ Є Ι Κ ᴧ Μ Ζ Π Ν Ρ Ϲ Τ Ω easque troiano bello palamidem addidisse IIII Η Ψ Χ Φ post eum simonidem melgicum totidem Υ Ξ Ο Θ Hae auctore *C* Α Β Γ Δ Є Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Π Ρ Σ Τ Ω eisque troiano bello palamedem addidisse IIII Η Ψ Χ Φ hae auctore *B* Α Β Γ Λ Ϲ Ι Ξ Μ (Η *m)* Ν Ζ Π R Ο Φ Τ Ω hisque troiano bello palamedem addidisse quattuor (addidisq; quattuor *b* addisse IIII *m)* Η (Ν *m)* Υ Χ Ρ post eum simonidem (postea suimonidem *m* post eum simonide *b)* militem alias quattuor Ψ (Υ *m)* Є ᴧ Є hae (he *b* haec *m)* auctore *A* *α β γ δ ε ι κ λ μ ν ξ π ρ σ τ ω*: eis (eas *Goth.)* Troiano bello Palimeden (palamidem *Goth.)* addidisse quatuor, *η ψ φ χ* (*χ φ Goth.)*, post eum Simonidem Elegum (meligum *Goth.)* totidem, *υ ζ ο ϑ* hae (*υ ζ ο ε* haec *Goth.)* autore ς *Goth. de sedecim litteris antiquissimis constans apud grammaticos fama est. quare corruptam codicum scripturam emendavi. de litteris a Palamede et Simonide additis, de quibus diversa tradita sunt, quam rationem grammaticus secutus sit, incertum est. priore loco, in quo codicum scripturam retinui, rectius scriberetur ζ ϑ φ χ et deinde posteriore η ω ξ ψ* 17 a pelasgis *B* A^b a pelagis A^m a pilascis *C* a Faliscis ς 19 ueluti cum dicimus *A B* ut cum dicamus *C* 21 cum aut correpta est aut producta sit *C*. cum aut producta est aut correpta, et nomen quidem voce proferimus, figuram oculis deprehendimus, potestatem mente cognoscimus *A*

De speciebus litterarum. Litterarum species quot sunt? Duae. Quae? Vocales et consonantes. Vocales quae sunt? Quae per se proferuntur et per se syllabam faciunt. Quid est per se? Sine alterius adminiculo. quippe b c ceteraeque huius modi, nisi consonent, proferri nequeunt. Vocales quot sunt? Quinque. Quae sunt? A e i o u. Quae harum loco consonantium ponuntur? I et u. Quando? Cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis iunguntur vocalibus, ut puta veluti si sit in capite versus 'periurus' aut 'volvitur'. quippe non poterit prima syllaba positione fieri longa, nisi sequens vocalis loco consonantis fuerit accepta, ut quidem suo loco docebimus. Consonantium species quot sunt? Duae. Quae sunt? Semivocales et mutae. Semivocales quae sunt? Quae quidem habent partem vocalitatis, cum per se proferuntur, sed per se syllabam facere non possunt. Quot sunt? Septem. Quae sunt? F l m n r s x. Quae ex his duplex est? X. Quare duplex? Constat enim aut ex g et s litteris aut ex c et s, ut puta veluti rex regis, pix picis. quippe ante x litteram, quae propter compendium inventa est, rex per g et s itemque pix per c et s litteras veteres scribebant. Mutae quae sunt? Quae neque ipsae per se proferri possunt neque per se syllabam facere. Quot sunt? Novem. Quae sunt? B c d g h k p q t. Quae ex his supervacuae videntur? K et q. Quare supervacuae? Quia c littera harum locum possit explere. verum has quoque necessarias orthographiae ratio efficit. nam quotiens a sequitur, per k scribendum est, ut kanna, kalendae, kaput; quotiens u, per q, ut quoniam Quirites; quotiens reliquae vocales, per c, ut certus, civis, com-

---

1 R. duae Int. quae R. uocales et consonantes *A* II uocales et consonantes *C* 3 R. sine alterius adminiculo Int. Et quae sunt quae sine aliis non enuntiantur R. b namque et c ceteraque huiusmodi nisi consonent proferri nequeunt *A* 4 ceterique huius modi consonantes proferri *C* ceteraeque eiusmodi nisi consonae (*corr.* -na) proferri *B* ceteraeque huiusmodi consonae proferri ς 5 quae arum loco consonancium ponuntur i et u *C* Int. quae earum corripiuntur, quae producuntur? R. hae omnes apud nos et corripiuntur et producuntur. Int. quid apud Graecos? R. non ita est. apud eos septem enim litterarum uocalium haec est diuisio: Η et Ω longae sunt, Ε et Ο breues sunt, Α Ι Υ dicronae nominantur. propterea autem latina lingua suas quinque et corripit et producit, ut, quia (et quia *b* et quae *m*) numero uocalium (uocalibus *b m*) exaequari non potuit, temporibus exaequetur. Int. quae uocalium loco consonantium ponuntur? R. i et u. *cf. Mar. Vict. p. 31, 17* 7 ut puta si sit in capite uersus uel periuris (*corr.* -rus) aut uoluitur *C* ut pute si sit in capite uersus peiurus aut uoluitur *B* ut puta ueluti sit in capite uersus periurus aut uoluitur *A* ueluti si sit in capite, ut uorsus, uirus, uoluitur ς 8 syllaba *om. C, add. B A* ς 9 ut quidem suo loco docebimus ς ut quidem suo loco edocebimus *B* ut quidem suo loco edocepimus *C* quod quidem suo loco docebimus *A* 11 quae quidem habent in principio partem uocalitatis *A* 13 f l m n r s x Int. quae harum liquidae sunt? R. quas Graeci ὑγράς (itras *b m*) appellant, l m n r. Int. liquidae unde dictae? R. quod minus uirium habeant et in pronuntiatione liquescant atque soluantur, ita ut positione longam syllabam facere non possint. Int. quae semiuocalium duplex est *A* m n] n m *C* 14 Quare duplex *om. C, add. B* ex *utroque loco om. C, add. B* 15 ut pute uelut *B* ut puta *C* ante ex litteram *C* quae postea (post *B*) in compendium inuenta est *B* ς quae post incendium inuenta est A^m 18 neque per se syllabam facere ς neque syllabam facere *C B A* 21 ut quoties a sequitur per k scribendum sit *B* nam quotiens] non quotiens A^m quoties *C* ς 22 ut kanna *C* ς ut kano *B* A^m 23 querites *C* quotiens reliquae *A* ς quocies et relique *C* ciues *corr.* ciuis *B* sciuis *C* cuius *A* cinis ς

modus. Quid de h respondebimus? Adspirationis nota, non littera existimatur, verum tamen littera est.

De litteris peregrinis. Quae sunt litterae peregrinae? Y et z. Quare peregrinae? Siquidem a nobis propter graeca nomina adsumptae sunt, ut puta Hylas, zephyrus. quae si *adsumptae* non essent, Hulas et sdepherus diceremus. Y inter quas apud nos habetur? Inter vocales. Z inter quas? Inter mutas, et est duplex. Quo modo duplex? Quia loco duarum consonantium apud nos fungitur. nec aliter constare metri ratio potest in illo versu, ubi est Mezentius, siquidem me brevis est syllaba, verum excipitur a duplici z, quae si adsumpta non esset, per s et d Mesdentium scriberemus.

De litteris nominum terminalibus. Quot litteris extremae partes nominum latinorum finiuntur? Tredecim. Quibus? Vocalibus quinque, semivocalibus sex, mutis duabus. Quare semivocalibus sex, cum septem sint? Quia nullum nomen latinum in f litteram exit. Quae ergo sunt? A e i o u l m n r s x c t, ‖ [exemplum] ut tabula, monile, frugi, ratio, genu, mel, scamnum, flumen, arbor, flos, nox, allec, caput.

DE SYLLABA

Syllaba quid est? Littera vocalis vel litterarum | coitus per aliquam vocalem comprehensus. Syllaba unde dicta? *Ἀπὸ τῆς συλλήψεως.* est

---

18 DE SYLLABA *Charis. 11, 9 Diom. 427, 3 Mar. Vict. 29, 16*

---

1 respondebimus *B A* respondemus *C* quod adspirationis nota non littera extima sed tamen in metro aliquotiens et littera deprehenditur *A*[m] estimatur *C* 3 Int. quae sunt litterae peregrinae. R. s et z. Int. quare peregrinae. R. siquidem nobis propter grega nomina adsumpta sunt ut puta ut ymnus et zephyrus. Int. quae si non adsumpte fuerint ymnus et diefirum diceremus. quarum .ī. inter uocales habemus. z uero inter mutas. ut est duplex. Int. quomodo duplex. R. quae loco duarum apud nos fungitur *A*[m] Literae peregrinae sunt x z et y, quae peregrinae propter Graeca quaedam assumptae sunt, ut Hylas, zephyrus, quae si non essent, hoëlas et depherus diceremus, quarum y inter uocales habetur, inter mutas z duplex, quae loco duarum consonantium apud nos fungitur ς 4 propter grega nomina adsumpta sunt *C*

5 zephyrus (zepherus *C)* quae si non essent *B C* 6 hulas et s[d]epherus *C* hulas et sdephyrus *(corr.* dsephyrus) *B* hoelas et sdephirus *Goth.* Hoelas et Dsephurus *Scioppius gramm. philos. p. 172 ed. Amstelod. a. 1659* Hoelas et sdephoerus *Ribbeckius mus. rhen. XII a. 1857 p. 431* 7 z inter mutas et *(deleto* et) est duplex quia loco *B* z inter mutas est duplex q̄ loco *C* 8 consonantium *om. B* 9 potest illo uerso ubi mezzentius *A*[m]. ubi est Mezentius, *quae tamquam versus expressa sunt in* ς. *ad Verg. Aen. X 897* ubi nunc Mezentius acer *rettulit Lindemannus. Vergilii versum Aen. VIII 7* contemptorque deum Mezentius *pro exemplo posuit [Probus] de ult. syll. p. 222, 14, Verg. Aen. XI 7* Mezenti ducis exuvias *idem p. 257, 3, Donatus p. 423, 5 et plerique grammatici* 11 mesdentium *(corr.* medsentium) scriberemus *B* mesdentium scribemus *C* mesdendius scriberetur *A*[m] 12 extremae partes *C* ς extremitates *B A* 14 cum septem sint *B A* cum septem sunt *C* cum alioqui sint octo ς 15 in ef litteram *C* 16 exemplum *C* exempla *B* harum exemplum *A*, *om.* ς. exemplum, *quod rectius diceretur* da exempla, *ex usu scholasticae institutionis interpositum est* munile *B A* 20 Sillaba unde dicta ab hac concentione *(corr.* conceptione) ἀΠΟ ΤΗCΙλλΕΜCΕΟC (est enim sillaba CΙλλΗΜCΥC *al. m. superscr.)* quaedam litterarum id est conceptio *C* Int. sillaba unde dicta R. apoto sillūm seos est enim sillaba sillensis quedam litterarum id est conceptio et quasi adsumptio *A*[m] dicta est autem syllaba *ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν*. est enim *σύλληψις* literarum quaedam conceptio ς

enim syllaba σύλληψις quaedam litterarum, id est conceptio. Qualitas syllabarum in quot species dividitur? In duas. In quas? Aut enim breves sunt aut longae. Breves quae res efficit? Correpta vocalis. Quid longas? Producta vocalis. In brevi syllaba tempora quot sunt? Vnum. In longa quot sunt? Duo. Longae syllabae quot modis deprehenduntur? Duobus modis. Quibus? Aut natura aut positione. Natura quot modis? Quinque. Quibus? Aut cum una vocalis producitur, ex qua dictio constat, ut o et a, aut geminata, ut ae au eu, aut incipiens, ut en, aut terminans, ut ne, aut in medio posita, ut non. Positione longae quot modis fiunt? Decem. Quibus? Aut cum correpta vocalis desinit in duas consonantes, ut ars; aut cum desinit in unam consonantem et excipitur ab altera consonante, ut arma; aut cum excipitur a duabus consonantibus, ut agri; aut cum desinit in x litteram duplicem, ut nox; aut cum excipitur a duplici, ut axis; aut in z, quae apud Graecos duplex est, ut Mezentius; aut cum desinit in consonantem et excipitur a vocalibus loco consonantium positis u vel i, ut arva et adiuvo; aut cum correpta vocalis desinit in vocalem loco consonantis positam et excipitur aeque a vocali loco consonantis posita, ut 'maiior agit deus' et 'Troiiaque nunc stares' (sic enim ista scribi per geminatam i litteram metri ratio deposcit); aut cum desinit correpta vocalis in consonantem, in qua pars orationis finitur, ut 'at pater Aeneas'; aut cum correpta vocalis ipsa per se partem orationis impleverit, ut amor.

DE VERBO

Qualitas verborum quae est? Qua noscitur finitum verbum aut infinitum. Finitum verbum quid est? Quod habet certum numerum, certum

23 Qualitas verborum *exc. Charis. 561, 25 Charis. 164, 16 Consent. 374, 1*

2 breue sunt *C* 3 breues quae res efficit. correpta uocalis. In brevi sillaba tempora quot sunt II (*corr.* I) longae sillabae (*corr.* in longa sillaba II) quot modis (*superscr.* longae sillabae) deprehenduntur *C* Int. breues quae res efficit. R. correpta uocalis. Int. quid longas. R. producta uocalis. Int. in breui syllaba tempora quot sunt. R. unum Int. quot in longa. R. duo Int. longae syllabae quot modis comprehenduntur *A* breues efficit correpta uocalis in syllaba. Tempora in breui est unum, in longa duo. Longae syllabae duobus modis deprehenduntur ς 7 ex qua dictio constat ς de qua dictio constat *C, om. A*^{m} ut o dea aut geminata ut $\overline{au}$ aurialus aut incipiens *C* ut o. de. a. aut geminata ut ae eurialus aut incipiens *A* ut cum dea: aut geminata, ut Eurialus: aut incipiens ς 9 Quibus *om. C, add. A* 10 desinit *priore loco om. C, add. A* ς 14 est *om. C, add.* ς 17 et excipitur aeque uocali *C* excipitur a uocali *A*^{m} excipiturque uocali ς 18 maior agit deus et troiaque nunc stares *C A*^{m} Maiior egit deus et est Troia quae nunc Stares ς: *Verg. Aen. XII 429. II 56* 20 ut at pater Aeneas *om.* ς *Goth.* 21 ipsa per se ς ipsam per se *C* 22 ut amor *om.* ς *Goth. pertinet autem ad versum Vergilii bucol. 10, 69* omnia vincit amor et nos cedamus amori. *sed id exemplum non in hoc, sed in praecedenti modo longae syllabae recte ponitur: cf. Mar. Vict. p. 30, 4 Charis. p. 13, 4 [Prob.] de ult. syll. p. 257, 8. hoc loco autem in C ita perturbata sunt exempla, quasi nonus modus haberetur, cum desinit correpta vocalis in consonantem, in qua pars orationis finitur, et excipitur a consonante, a qua pars orationis incipit, decimus, cum correptam syllabam, quae partem orationis impleverit, sequitur pars orationis, quae a vocali incipit. diversam ab his rationem sequuntur Audacis excerpta* 23 DE VERBO *om. C* 24 qua quaeritur finitum sit uerbum an infinitum ς nascitur *corr.* noscitur *C* 25 certumque tempus *C*

tempus, certam personam, ut lego scribo. Quid infinitum? Quod nihil horum certum habet, ut legere scribere. haec enim omnibus numeris temporibus personis incerta sunt.

Genera verborum quot sunt? Quinque, activum, passivum, neutrum, commune, deponens. Activa quae sunt? Quae o littera terminantur et accepta r faciunt ex se passivum, ut lego legor. Passiva quae sunt? Quae r littera terminantur et deposita ea redeunt || in activum, ut legor lego. Neutrum quid est? Quod o littera terminatur et non potest recipere r, ut curro vigilo dormio. Eius significationes quot sunt? Duae: aut enim agendi vim habet, ut sedeo curro, aut patiendi, ut algeo vapulo. Commune verbum quid est? Quod r littera terminatur et agendi et patiendi recipit significationem, ut criminor consolor. dicimus enim consolor te et a te, criminor te et a te. Deponens quid est? Quod r littera terminatur et deposita ea latinum non est, ut luctor loquor. deponens autem ideo dictum est per antifrasin, quod r litteram non deponat. huius quoque significationes sunt duae. aut enim vim habet agendi, ut loquor, aut patiendi, ut morior.

Numeri verborum quot sunt? Duo, singularis, ut lego, pluralis, ut legimus.

Quot sunt figurae? Similiter duae sunt, simplex, ut lego, composita, ut relego. Quot modis figurae verborum componuntur? Totidem quot et nominum, ex duobus integris, ut describo, ex integro et corrupto, ut expleo, ex corrupto et integro, ut effero, ex duobus corruptis, ut sufficio.

Personae verborum quot sunt? Tres. Quae sunt? Prima quae loquitur, ut lego, secunda ad quam loquitur, ut legis, tertia de qua loquitur, ut legit.

Coniugationes verborum quot sunt? Tres. Quae sunt? Prima quae indicativo modo tempore praesenti persona secunda a habet ante s, ut amo amas; secunda est quae indicativo modo tempore praesenti persona secunda e habet ante s, ut moneo mones; tertia quae i habet ante s, ut lego legis. Coniugatio quid est? Forma quaedam, qua intellegitur promissivus modus quo modo efferi debeat. Vbi quaerimus coniugationem? In verbis activis et neutralibus o littera terminatis modo indicativo tempore praesenti secunda persona ante novissimam litteram; in passivo autem,

---

4 Genera verborum *exc. Charis. 561, 32 Charis. 164, 21. 168, 19 Donat. 383, 1 Consent. 367, 15* 18 Numeri verborum *Donat. 384, 1* 20 Quot sunt figurae *Donat. 384, 3* 27 Coniugationes verborum *Donat. 382, 10 Charis. 175, 29 exc. Charis. 563, 6 Consent. 381, 1*

---

2 certum habet ς certe habet *C* 7 r litteram terminantur *C* 10 patienti *C* 11 r litteram terminatur *C* agenti et patienti *corr.* agendi et patiendi *C* 12 ut criminor osculor te et a te ς 13 r litteram terminatur *C* 14 deponens aut per antiphrasin dictum est, et catachrysin, quod r litteram non deponat ς 17 pacienti *C* 22 ut describo ς ut disscribo *C* 23 efero *corr.* effero *C* offero ς 23 sufficio] sustineo ς

communi et deponenti, quae r littera terminantur, eodem modo eodem tempore et persona ante novissimam syllabam. Prima coniugatio et secunda futurum tempus, hoc est promissivum modum, in quam syllabam mittunt? In bo, ut amo amas amabo, moneo mones monebo. Quid, si tertia coniugatio, promissivum modum in quam syllabam eicit? Si correptam i litteram habuerit, promissivum modum in am syllabam mittit, ut lego legis legam, scribo scribis scribam. Quid si i producta fuerit? Promissivum modum in am et in bo eiciet, ut scio scis sciam et scibo: Terentius in Phormione 'scies, modo ut tacere possis', item in Heauton timorumeno 'aut scibis cuius sis'. coniunctum huic est illud etiam in Hecyra, 'matris servibo commodis', et in Milite Plauti

† plurimum ad regendum est, quidquid hic mentibitur.

Vbi noscimus, quando in secunda persona i correpta vel producta sit? In imperativo modo: ‖ nam quotiens correpta est i, detracta s littera in e transibit, ut lego legis lege, scribo scribis scribe; quando autem producta est, perseverat in imperativo, ut audio audis audi, servio servis servi.

De modis. Modi verborum quot sunt? Decem. Qui sunt? Indicativus, imperativus, promissivus, optativus, coniunctivus, concessivus, infinitivus, impersonalis, gerendi, hortandi. addunt quidam percunctativum. indicativus modus ut lego, imperativus modus ut lege, promissivus modus ut legam, optativus ut utinam legerem, coniunctivus ut cum legam, concessivus ut legerim, infinitivus ut legere, impersonalis ut legitur, gerendi ut legendo, hortandi ut legat, percunctativus ut legisne.

Tempora verborum quot sunt? Tria, praesens ut lego, praeteritum ut legi, futurum ut legam. Praeteriti temporis differentiae quot sunt? Tres. Quae? Imperfectum perfectum plusquamperfectum, ut legebam legi legeram.

---

17 De modis *Charis. 168, 2 exc. Charis. 562, 21* 24 Tempora verborum *Donat. 384, 10 exc. Charis. 562, 37*

---

1 r litteram terminantur *C* 4 tertia coniugatio promissiuum modum in am et bo syllabam mittit, si correptam literam i habuerit, promissiuum in am syllabam mittit, ut lego legis legam, scribo scribis scribam. Quod si e correptum fuerit in ar syllabam iacit, ut legor legeris legar: Si producta i fuerit, promissiuum modum in am et in bo iaciet ut scio scis sciam et scibo ς 5 adieciet *corr.* ieciet *C* 8 ieciet *C* terrentius in formione *C: I 2, 8* 9 Item in libro astomorom h^oc aut scibis cuius sis co^n inx hu hic est illud etiam ut in hicehera matris seruibo commodis *C* Item in Heautont. Scibis cuius sis coniux. Et in Hecyra: Seruibo commodis ς item in libro autumorfoson st maitomer MAIG) lā scibis cuius sis coniunx hinc est etiam illud in ghiethira maris seruibo commodis *Goth.* 10 in Heauton timorumeno] *V 2, 43* 11 in Hecyra] *III 5, 45* et in Milite Plauti: Assentiendum est ς et in milite plautiat sentiendum est *Goth.*: *Plaut. mil. glor. I 1, 35* 12 mentibitur ς mentipitur *C* 13 ubi nos scimus *C* 14 in e transibit *om. C* i in e transibit ς 17 indicatiuus imperatiuus (promisiuus) optatiuus coniunctatiuus *C* indicatiuus promissiuus imperatiuus optatiuus coniunctiuus ς 19 quidam ς quidem *C* indicatiuus, ut lego: promissiuus, ut legam: imperatiuus, ut lege ς. *idem verborum ordo adpositis ad* imperatiuus *et ad* promissiuus *notis indicatus esse videtur a correctore in C* 21 coniunctatiuus *C* 22 hortandi, ut legamus ς 23 legisne ς *Goth.* legone *C*

Formae verborum quot sunt? Quattuor, meditativa, inchoativa, perfecta, frequentativa: meditativa ut amaturio, inchoativa ut fervesco calesco algesco, perfecta ut ferveo caleo algeo, frequentativa ut ab algeo alsito, ex curro cursito. item defectiva sunt quae cum declinantur, in genere vel persona vel coniugatione vel tempore aut etiam modo uniformiter durare non possunt et ob id defectiva dicuntur. Genere quo modo deficiunt? Cum activa significatione tempore praesenti ad passivam speciem in praeterito transeunt, ut audeo ausus sum, gaudeo gavisus sum, soleo solitus sum et cetera. Persona quae deficiunt? Quae, nisi adiuncto pronomine personam acceperint, declinari per se nequeunt, ut taedet pudet piget paenitet libet oportet. dicimus enim taedet me te illum nos vos illos et cetera. Similia quae sunt alia impersonalia? Quae a perfectis formis descendunt, ut ab eo quod est eo et video venit itur et videtur. dicimus enim itur a me a te ab illo, itur a nobis a vobis ab illis. Coniugatione et praeterito tempore quae deficiunt? Vt fero fers fert: facit enim praeterito tuli, nec apparet, quotae sit coniugationis, cum secundum formam supra dictam indicativi modi nulla vocalis ante novissimam litteram inveniatur. Modis quae deficiunt? Odi memini novi, oderam memineram noveram, quae sola duo tempora praeterita indicativo modo inveniuntur. item cedo cedite, quae sola imperativo deprehenduntur ceteris modis deficientibus. Quae sunt verba quae in tempore praesenti indicativo modo dissimilia in praeterito similia fiunt? Vt cerno et cresco, quae faciunt crevi. item polleo et polluo faciunt pollui.

De pronomine similiter quoniam Donatus exposuit, ideo praetermisimus. ||

DE PARTICIPIO

Quae sunt participia similia appellationibus? Passus visus cultus. Vbi discernuntur? In declinatione. nam quotiens nomina sunt, in genetivo singulari in us syllabam exeunt, ut huius | passus visus cultus, dativo et ablativo in i et u, ut huic passui visui cultui et ab hoc passu visu cultu,

---

27 participia similia appellationibus *Charis. 180, 22 Diom. 402, 25 Donat. 388, 20*

---

3 frequentatiua ut ab ulo *(corr.* alo) alsito cursito *C* frequentatiua alito cursito *Goth.* frequentatiua cursito ς 4 defectatiua *C* 6 et obit defectatiua *C* 14 et praeterito tempore *om.* ς 16 quotae ς quartae *C* 19 quae sola duo tempora praeteriti indicatiuo modo *C* quae sola duo tempora indicatiuo modo ς 22 creui. Item polleo et pulluo faciunt pullui. DE PARTICIPIO (DE PARTICIPIO *in litura)* Similiter qm̄ donatus exposuit ideo pretermissimus Quae sunt participia similia appellationibus *C* creui. Sed illa quoniam Donatus exposuit, ideo dimittimus. DE PARTICIPIO Sunt autem quaedam participia similia appellationibus ς. *de verbis praesenti tempore dissimilibus, praeterito similibus non dixit Donatus. pronominis autem expositionem praetermissam similiter excusavit Asper ed. Hagen anecd. Helvet. p. 48, 7* de pronomine vero nihil apertius fieri potest, quam quomodo in arte legimus Donati. scribere ob hoc pronomen mihi non necesse fuit dupliciter 27 cultus ς gultus *C* 29 cultus ς gultus *C* 30 cultui ς gultui *C* cultu ς gultu *C*

item genetivo plurali in uum, ut horum passuum visuum cultuum, dativo et ablativo in bus, ut his et ab his passibus visibus cultibus; quotiens autem participia, in genetivo singulari in i litteram exeunt, ut huius passi visi culti, dativo et ablativo in o, ut huic et ab hoc passo viso culto, item in genetivo plurali in rum, ut horum passorum visorum cultorum, dativo et ablativo in is, ut his et ab his passis visis cultis.

Regno et vigilo cum verba neutralia sint, quo modo faciunt in praeterito participia regnatus et in futuro vigilandus, ut apud Virgilium 'acri quondam regnata Lycurgo' et 'quae vigilanda viris'? A poetis recte haec figurata sunt, quae cum a verbo originem non habeant, utique non participia dicuntur. Quae sunt participia nominativa seu nomina participalia? Quae quasi speciem participiorum habent, ut comatus galeatus hastatus.

DE ADVERBIO

Adverbium quid est? Pars orationis quae adiecta verbo manifestior et planior redditur, ut docte dixit, pulchre fecit. Vnde nascuntur adverbia? Aut a sua positione aut ab aliis partibus orationis. A positione sua [nascuntur] quo modo? Heri nuper pridie. Ab aliis quatenus trahuntur? Vt doctus docte, sapiens sapienter. adverbiis tria accidunt, significatio comparatio figura. Significationis species quot sunt? Multae: sunt enim quaedam temporis, ut heri nuper et cetera, alia loci, quae quidem in quattuor species dividuntur, aut ad locum, ut huc illuc, aut in loco, ut ibi hic, || aut e loco, ut hinc inde, aut per locum, ut hac illac. sunt quaedam temporis et loci, ut hactenus protenus, alia terminationis, ut ilicet, alia numeri, ut semel bis ter, alia negandi, ut non haut nequaquam, alia adfirmantis, ut prorsus profecto proculdubio et reliqua; alia percunctantis, ut numquid an ne, alia | demonstrantis, ut en ecce, alia optantis, ut utinam, alia aestimantis, ut fere ferme, alia ordinis, ut deinceps deinde, alia interrogantis, ut cur quid ita, alia similitudinis, ut ceu veluti quasi, alia dubitationis, ut fortasse, alia vocantis, ut heus, alia responsionis, ut heu, alia prohibitionis, ut ne [neque nec], alia congregationis, ut pariter una simul,

---

11 participia nominativa *Charis. 180, 20 Diom. 402, 23 Donat. 388, 12* 14 Adverbium *Charis. 180, 28 Diom. 403, 17 Donat. 386, 7*

---

1 cultuum ς gultuum *C* 2 ab his cultibus passibus uissibus *C* quotiens haec participia *C* quoties autem participia sunt ς 3 ut huius passi ς ut passi *C* 4 ut a hic passo *C* huic passo ς 5 ut horum cultorum passorum uissorum *C* 7 cum uerba neutralia sunt *C* cum sint uerba neutralia ς 8 agri quondam *C* ς: *Verg. Aen. III 14* 9 regnatali gurco *C* quae vigilanda] *Verg. georg. I 313* 10 figurata sunt ς figura sunt *C* 12 galiatus astatus *C* 14 quae adiecta verbo significationem verbi manifestiorem et planiorem reddit *Lindemannus* 15 plenior ς 17 pridem *C* pridem ς 23 ilicet] illic et *C* illic ς *Goth.: cf. Don. in Ter. Phorm. I 4, 31* semper ilicet finem rei significat, ut actum est. 24 ut non aut nequaquam *C* ut non nequaquam ς adfirmantis *superscripto* di, *ut esset* adfirmandi *C*. *eadem correctio plerumque in reliquis adverbiis facta est, in quibus priorem scripturam retinui* 30 neque nec *om.* ς

alia separationis, ut seorsum, alia comparationis, ut satius magis potius, alia eventus, ut forte, alia adnuentis, ut vero, alia iuris iurandi, ut edepol mediusfidius ecastor hercle, alia personalia, ut mecum tecum, alia animadvertentis, ut attat, alia iterationis, ut iterum rursus saepius, alia qualitatis, ut male bene, alia quantitatis, ut sat nimium. Dum, gentium, 'ad id locorum' cuius modi adverbia esse dicemus? Ornativa, siquidem adposita orationem inluminant, ablata nihil sensui subtrahunt, ut cum dicimus mane dum, ubi gentium. 'Ad id locorum' cuius rei habet significationem? Et loci et temporis: significat enim 'eo usque': [exemplum] Salustius in Iugurtha de Mario 'tamen is ad id locorum talis vir'. Quae sunt adverbia nominativa vel, ut quidam dixerunt, nomina adverbialia? Veluti cum dicimus fui Romae Capuae Karthagini. Figurae in adverbio quot sunt? Vt in ceteris partibus orationis duae, simplex, ut iuste, composita, ut iniuste. comparationem recipere adverbia possunt, quotiens appellationes, unde transeunt, comparantur, ut iuste iustius iustissime, quia facit iustus iustior iustissimus. adverbiis praepositiones adici [posse] negant omnes technici oportere, quamvis licenter veteres usi sint: Terentius in Hecyra

ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam;

item Lucretius de subito.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio quid est? Pars orationis nectens ordinansque sententiam. Coniunctioni *quot* accidunt? Tria. Quae? Figura ordo potestas. Figura quae est? Quia aut simplices | sunt, ut tamen quando, aut compositae, ut quoniamquidem quandoquidem. Ordo quidem coniunctionum quid est? quo apparet, quae in loquendo praeponi tantum debeant, quae subiungi, quae praeponi et subiungi. Quae praeponuntur igitur? Quamquam quam-

21 Coniunctio *Charis. 224, 24 Diom. 415, 16 Donat. 388, 28*

2 alia iuris iurandi ut epul aemedius efidius ecastor e ercle *C* alia iurandi, ut Pol, Mediusfidius, Ecastor, Mehercule ς 3 animadvertantis ut atat *C* 4 alia iterationis ut dē rursus sepius *C* alia iterationis ut iterum saepius rursus *A* alia interiectionis, ut rursus, saepius, itidem ς 5 dum gentium ad id locorum ornatiua sunt aduerbia, posita enim orationem illuminant, ablata nihil sensui detrahunt: loci enim et temporis habent significationem, id quod Sallustius indicat in Iugurtha de Mario: Ad id locorum talis uenit uir ς 7 ut cum dicimus manendum dum gencium ad id locorum. Cuius rei habent significationem et loci et temporis significant enim eo usque *C* et cum dicimus manendum ubi dum gentium ad id locorum cuius rei significationem et loci et temporis significant enim cuiusque *Goth.* 9 in iugurta de mario his. ad id locorum talis uir *C* in iugurtha de mario tamen his ad id locorum talis uenit uir *Goth.*: *Sallust. Iug. 63, 6* 11 ueluti cum dicimus ueni rome capuae kartagini *C* ut fui Romae, Cariae, Cappadociae ς 16 aduerbiis adiici praepositiones negant omnes technici, quamuis ς adverbiis adieci praepositiones possunt e negant omnes technici oportere quamuis *Goth.*: *cf. Non. p. 517, 10* adieci *C* 17 thetnici *C* sint ς sunt *C* terrentius in echofra *C*: *IIII 1, 3* 19 item lucrescius *C* ita et Lucretius ς: *Lucr. II 265. III 643*
20 DE CONIVNCTIONE *om. C* 22 quot *om. C* ς 24 ordo coniunctionum est, quo apparet quae in loquendo praeponi debeant ς 25 quia apparet quod in loquendo *C*

vis et cetera. Quae subiunguntur? Enim autem praesertim denique. Quae et praeponuntur et subiunguntur? Quoniam quatenus. Potestas coniunctionum in quot species dividitur? In quinque: sunt enim copulativae disiunctivae expletivae rationales causales. Copulativae quae sunt? Atque et at ac ast. Quae disiunctivae? Aut ve vel ne nec neque. Sed si disiungendi vim habent, quo modo coniunctiones recte dici possunt? Disiungunt quidem verborum sensum, ceterum verba copulant, veluti cum dicimus aut hoc aut illud, sive hoc sive illud et cetera. Expletivae quae sunt? Quidem equidem tamen porro et cetera. Quae causales? Si etsi etiamsi sin sive ne et cetera. Rationales quae sunt? Ita itaque proinde proin denique. quae magis adverbia esse mihi videntur praeter illas coniunctiones, quae accentu discernuntur ab adverbiis. adverbia sunt re vera quaedam, de quibus ambigi potest, unde merito quidam adverbia coniunctiva dixerunt vel coniunctiones adverbiales.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio quid est? Pars orationis quae | praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut immutat aut auget aut minuit, ut describo praescribo rescribo. Cui tamen rei praeponuntur? Aliquae casibus et verbis, aliae casibus tantum, aliae verbis. verum ex his quae casibus adiunguntur aliae accusativum regunt, aliae ablativum, aliae sunt in utroque communes. Quae accusativo adiunguntur? Per apud || ante adversum ultra contra et cetera. harum quaedam mutato accentu fiunt adverbia. nam ante, cum gravi accentu pronuntiatur, praepositio est, ut 'ante focum, si frigus erit'; cum vero acuto, fit adverbium temporis, ut

ante quidem summa de re statuisse Latini.

item post praepositio est, cum dicimus 'post tergum'; cum vero significat postea, fit adverbium temporis, ut

post habui tamen illorum mea seria ludo.

harum quaedam verbis etiam adiunguntur, per ad trans ante circum inter

---

16 Praepositio *Charis. 230, 4 Donat. 389, 19*

---

1 denique et quae praeponuntur et subiunguntur *C* 3 disiunctiuae ς distinctatiuae *utroque loco C* 6 habet *C* 8 sunt ut quidem *C* 9 porro saltem (saltim *Goth.*) prorsus duntaxat etc. ς *Goth.* 12 ab aduerbiis nequaquam nusquam quamnis quandoqnidem quinetiam (qui etiam *Goth.*) sin seu siue namque nisi nisisi sedenim propterea interea quatenus quamobrem sane certe nunc. quando non (non *Goth.* tunc ς) magis aduerbium temporis uidetur esse. cum (cum *Goth.* quando ς) acuto accentu effertur aduerbium est (enim *add.* ς) temporis. cum autem graui coniunctio causalis. significat enim quia uel quoniam ut 'quando haec te (haec te *Goth.* te haec ς) cura remordet' *(Verg. Aen. I 261)*. sunt reuera quaedam ς *Goth.* 13 coniunctiua ς coniunctatiua *C* 21 commuues ς omnes *C* 22 ultra] citra ς 23 ante] *Verg. bucol. 5, 70* 24 fit] fiat *C* fiet ς 25 ante equidem ς: *Verg. Aen. XI 302* Latini. Item post praepositio est ς latine dicuntur Item praepossicio est *C* 28 posthabui tam̄ illorum missera ludo *C* posthabuit non illorum etc. ς: *Verg. bucol. 7, 17*

post ob: dicimus enim perlege adfer transvehe antefer circumfer interveni obduc postpone. Quae ablativo casui adiunguntur? A ab abs e ex pro prae de et reliqua. harum aeque quaedam mutato accentu fiunt adverbia, veluti est cum. nam quotiens casui iungitur, praepositio est, ut cum duce cum amico; quotiens verbo, erit adverbium, ut 'cum venit aulaeis' et

cum subit Aeneas concursu ascendere magno.

ex his quaedam verbis adiunguntur, a ab abs e ex de pro prae: dicimus enim amove abrumpe abstrahe emitte expone detrahe produc praefer. Quae accusativo et ablativo? In sub super subter; | accusativo, cum in locum nos ire vel mittere significamus; ablativo, cum in loco nos esse vel fuisse vel futuros esse significamus, quod quidem plenius supra docuimus in [praepositionibus] casibus. hae quoque etiam verbis adiunguntur: dicimus enim infer subtrahe superscribe subterpone. Quae verbis tantum modo praeponuntur? Con dis di re se am o: dicimus enim conduco distraho || dimitto relego amputo sepono omitto. in et con aliquando corripiuntur, sequentibus s vel f litteris producuntur, instans infidus et reliqua. in augendi vim habet aut minuendi: aliquando enim auget, aliquando diminuit, ut instans indoctus et cetera similia.

DE INTERIECTIONE

Interiectio quid est? Pars orationis animi adfectum significans. nam aut laetantis *est* ut va, aut timentis ut ei, aut laudantis ut eu, aut exultantis ut euax, aut admirantis ut papae, aut [admirationem] respuentis ut phi, aut animadvertentis ut attat, aut ridentis ut haha. sunt aliae praeterea partes orationis pro interiectionibus positae, ut 'sequiturque nefas Aegyptia coniux' et 'pecudesque locutae nefandum'. in utroque enim interiectio est exclamantis. item pro, ut cum dicimus pro Iupiter et

---

19 Interiectio *Charis. 238, 29 Diom. 419, 1*

---

1 prelege *C* 4 ut cum duce ς ut circumduce ς 5 cum uenit aulis *C* ς: *Verg. Aen. I 697* 6 cum subit] *Verg. Aen. I 509* 9 quae accusatiuis et ablatiuis *C* 11 supra docuimus. In praepossicionibus cassibus hae quoque etiam uerbiis adiunguntur *C* supra docuimus. In praepositionibus causalibus (casualibus *Putschius Goth.*) haec etiam (hae quoque etiam *Goth.*) uerbis adiunguntur ς *Goth. de differentia accusativi et ablativi in superioribus dictum non est; poterat autem praeter hunc locum ea de re dici in ea parte quae est de casibus, cuius supra posita sunt excerpta, ut scribendum sit* supra docuimus in casibus 14 enim *om. C, add.* ς 16 sequentibus f s litteris producuntur instans infidus et reliqua *C* sequentibus s uel f literis producuntur, ut instans infidus, et caeteris omnibus corripiuntur, ut inconstans imprudens ς 17 augendi uim ς augendi ū *C* 20 effectum *C* nam aut letantis ut ua aut timentis ut ei aut laudantis ut heu *C* sunt autem aut laetantis ut eia, aut laudantis ut heu, aut timentis ut hei, aut dolentis ut eu ς 22 aut respuentis ut phei ς aut admirationem respicientis ut phi *C* 23 animaduertantis ut atat *C* 24 pro interiectioni ini posite ut sequitur qd' nefas ęgipā coiux et pecodesque locute nefandum in utroque enim interiectio est exclamantis. Item pu cum dicimus pro iupiter *C* pro interiectionibus positae, ut fas nefas. item pro Iupiter si dicimus ς sequiturque] *Verg. Aen. VIII 608* 25 pecudesque] *Verg. georg. I 478* 26 et si quo sunt *C*

siqua sunt similia. hem quoque interdum coercentis, ut in Heauton timorumeno 'hem tibine hoc diutius iicere speras facere'; aliquando etiam admirantis, ut in Andria 'hem quid est? scies'. ex his deinceps ceteri animorum motus colligi possunt.

---

1 em quoque *C* ut in iuton timoromeū hem tibi ne hoc dheucius licere *C* ut haec in more meno hem tibi pedentius liquere *Goth.* ut Teren. In Heauton. Hem tibi ne diutius licere ς: *Ter. Heauton tim. I 1, 50* 3 in Andria] *I 1, 89* ex hiis caeteros animorum motus intelligere possumus ς 4 motus] modi *C* FINIT ARS UICTORINI GRAMMATICI DE ANALOGIA AC DE CUSCIONIBUS ALIIS DEO GRATIAS *C* explicit liber Victorini *Goth.* FINIS ς

ARS PALAEMONIS DE METRICA INSTITVTIONE

p. 1955 P. p. 206 L.

Metrum quid est? Rei cuiusque mensura. Metrum poeticum quid est? Versificandi disciplina certa syllabarum ac temporum ratione in pedibus observata. Metrum unde dictum? Quod veluti mensuram quandam praestituat, a qua siquid plus minusve erit, pes sive versus minime constabit. Metro quid videtur esse consimile? Rhythmus. Rhythmus quid est? Verborum modulata compositio non metrica ratione, sed numerosa scansione ad iudicium aurium examinata, ut puta veluti sunt cantica poetarum vulgarium. Rhythmus ergo in metro non est? Potest esse. Quid ergo distat a metro? Quod rhythmus per se sine metro esse potest, metrum sine rhythmo esse non potest. quod liquidius ita definitur, metrum est ratio

---

7 Metro — 207, 3 ducente *Beda de metr. 2380*

C *codex Parisinus 7559*

A *excerpta Audacis in codice Monacensi 6434 Frisingensi 234. in paucis etiam discrepantia codicis Bernensis 336 adscripta est*

Goth. *codex Gothanus 117*

ς *editio Basileensis a. 1527*

ex C integra scripturae discrepantia exhibita est. in A leviora vitia omissa, ex Goth. et ς pauca adscripta sunt

1 INCP ARS PALAMONIS DE METRICA INSTITVTIONE DE EXAMETRO VSV SEV HEROICO *C* DE METRO *A* DE EXAMETRO UERSU SIUE HEROICO *codex Reginensis 1587* De exametro sive heroico versu *codex Gothanus 117* MARIVS (MAXIMVS *Putschius)* VICTORINVS DE CARMINE HEROICO ς *Putschius* 3 cuiuscunque ς *Goth.* 4 uersificandum *C* 5 praestituat ς *Goth.* prestituit *A* prestuit *C*
6 aqua si quis plus minusue uoluerit *C* aquas quid plus minusue est *A* a qua si quis plus minusue erit ς *Goth.* 7 simile *A* quod est *C* 8 sed numerus sanxione *C* sed numero *A* sed numero syllabarum *Beda* sed numeri sanctione ς *Goth.*
9 ut pute *C* uulgarium poetarum *A* 10 ritmus ergo in metro non est nec potes tesse quod ergo distata metro quod rihtmus per se sine metro esse potest sine rihtmo metrum non potest *C* Int. rithmus ergo in metro non potest inesse R. distat ergo quidem a metro uerum tamen rithmus per se sine metro esse potest metrum sine rithmo esse non potest *A* ergo is in metro non est, nec potest ullo pacto inesse, sed hoc distat a metro: quia rithmus sine metro esse potest, sine rithmo metrum non potest ς 12 quod liquidius ita difinitur *A* ς quod lucidius ita difinit *C*

cum modulatione, rhythmus sine ratione metrica modulatio. plerumque tamen casu quodam etiam invenies rationem metricam in rhythmo, non artificii observatione servata, sed sono et ipsa modulatione ducente.

Pes quid est? Compositio duarum vel trium aut etiam quattuor syllabarum secundum rationem sui cuiusque metri. Pedum genera quot sunt? Duo. Quae? Aut enim simplices sunt aut duplices. Simplicium species quot sunt? Duae. Quae? Disyllabi aut trisyllabi. Disyllabi quot sunt? Quattuor. Qui sunt? Spondeus pyrrichius trochaeus iambus. Ex his qui inter se contrarii? Pyrrichius spondeo, trochaeus iambo. Qui deinde est pariambus? Idem qui pyrrichius sive etiam dibrachus. Qui chorius? Idem qui trochaeus. Spondeus cuius modi syllabis constat? Duabus longis, [exemplum] ut heros. Pyrrichius cuius modi syllabis constat? Duabus brevibus, [exemplum] ut Maro Cato. Trochaeus cuius modi syllabis constat? Longa et brevi, [exemplum] ut vita Roma. Quot deinde iambus? Ex brevi et longa, [exemplum] ut nepos bonos. | Pedes trisyllabi quot sunt? Octo. Qui sunt? Dactylus, anapaestus, molossus, tribrachus idem qui brachysyllabus sive pygnomus, amphimacrus qui et creticus, amphibrachus sive mesites, ‖ bacchius, palimbacchius sive antibacchius sive pompicus. Singuli quique eorum quot et qualibus syllabis constant? Dactylus ex longa et duabus brevibus, ut copia Lydia; anapaestus ex duabus brevibus et longa, ut sapiens Erato; molossus ex tribus longis, ut Maecenas heredes; tribrachus ex tribus brevibus, ut Lepidus Catulus; amphimacrus ex longa et brevi et longa, ut caritas veritas; amphibrachus ex brevi et longa et brevi, ut corona marina; bacchius ex brevi et duabus longis, ut Athenae Camenae; palimbacchius ex duabus longis et brevi, ut Latona Lucina. Pedes duplices sive tetrasyllabi quot sunt? Sedecim. Qui sunt? Dispondeus, proceleumaticus, ionicus ἀπὸ μείζονος, ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, ditro-

1 metroca *C* plurumque tamen casus *C* 2 inuenias ς *Goth.* 3 artificii ratione ς artifici modulatione *Beda* sono *A Beda* tono *C* ς 4 trium aut etiam (aut aeque ς) quattuor syllabarum secundum rationem sui cuiusque metri *A* ς trium uel quattuor syllabaque | metra *C* 6 species *om. C, add. A* 7 duae *A* duo *C* dissillabi et trissillabi *A* 8 qui sunt *A* que sunt *C* 9 *in pedibus disyllabis et trisyllabis diversam rationem addita nominum explicatione sequitur A* trocheus iambus qui deinde est periambum id. ē. qui pyrrichius siue etiam dybrachus. qui chorius id. ē. qui trocheus *C* trocheo iambus. Idem est quippe iambus, qui et pyrrhichius, idem etiam tribrachus, qui et chorius, idemque trocheus ς *Goth.* 11 duo longis *C* exemplum] *cf. art. gram. p. 196, 16 de rat. metr. p. 1963* 12 duo breuibus *C* 15 trisyllabi] dissyllabis *C* 17 pygnomus] epithomus *C* epignemus *A* epignomus ς *Goth.: cf. Mar. Vict. p. 45, 9* qui et creticus *A* ς qui crethicus *C* amphibracus siue mesinthehintes bacchius siue amybachrus ponthycus *C* amphibrachus siue mesites, bachius siue amphibachius ς *Goth.* amphibrachus sive mesites, bacchius sive hypobacchius, palimbacchius sive pompenticus *Lindemannus* 18 mesites *A: cf. Caes. Bass. p. 2666* pompicus] *cf. Mar. Vict. p. 45, 27* 19 quod aliquibus syllaba constat *C* quot aut cuiusmodi syllabis constant *Goth.* 22 Lepidus *om. C, add. A* ς 23 amphibrachus ex breui longa et breui, ut corona marina, bachius ex breui et duabus longis, ut Athenae Camoenae ς anpybrachus ex breui et duabus longis ut atthene camene *C* 25 ut latona lucina *Goth.* ut latone lacma *C* ut lacora lucina *A* ut lucerna lacuna ς 26 Qui sunt *om. C, add. A* 27 ionicus apomitonus ionicus apellasonus canoeacuconus distrocheus *C* ionicus apomisonus ionicus apelasonus canoea aacocconos

chaeus, diiambus, choriambus, antispastus, paeon primus, paeon secundus, paeon tertius, paeon quartus, item epitritus sive hippius primus secundus tertius quartus. Horum qui contrarii? Proceleumaticus dispondeo, ionicus *ἀπ' ἐλάσσονος* ionico *ἀπὸ μείζονος*, diiambus ditrochaeo, antispastus choriambo, epitritus primus paeoni primo, secundus secundo, tertius tertio, quartus quarto. Singuli quique horum quot et qualibus syllabis constant? Dispondeus ex quattuor longis, ut oratores saltatores; proceleumaticus ex quattuor brevibus, ut animula memoria; ionicus *ἀπὸ μείζονος* ex duabus longis et duabus brevibus, ut penuria vicinia; ionicus *ἀπ' ἐλάσσονος* ex duabus brevibus et duabus longis, ut Diomedes Palamedes; ditrochaeus ex longa et brevi et longa et brevi, ut aegritudo cantilena; diiambus ex brevi et longa et brevi et longa, | ut benignitas malignitas; choriambus ex longa et duabus brevibus et longa, ut divitiae simplicitas; antispastus ex brevi et duabus longis et brevi, ut valetudo amaturus; paeon primus ex longa et duabus brevibus, ut Oceanus ruricola; paeon secundus ex brevi et longa et duabus brevibus, ut favonius colonia; paeon tertius ex duabus brevibus et longa et brevi, ut Titianus Marianus; paeon quartus ex tribus brevibus et longa, ut cupiditas facilitas; epitritus primus ex brevi et tribus longis, ut Palatini Numantini; epitritus secundus ex longa et brevi et duabus longis, ut conditores funditores; epitritus tertius ex duabus longis et brevi et longa, ut vivacitas indutiae; epitritus quartus ex tribus longis et brevi, ut libertinus Florentinus.

DE HEXAMETRO VERSV HEROICO

Quot sunt genera versuum in dactylico metro? Quinque. Quid est dactylicum metrum? Quod constat dactylo et spondeo. Cur non addis ultimo interdum trochaeo? Quod bono iudicio metrici || complures hunc pedem de versu hexametro excludendum esse censuerunt. quippe omnis syllaba in ultimo versu adiaforos est, id est indifferenter accipitur, nec

---

26 interdum trochaeo *Mar. Victor. 71, 13. 72, 19*

---

ditrochius *Goth.* ionicus apomizonos ionicos appellassonos ditroceus *A. fortasse* ionicus *ἀπ' ἐλάσσονος*, qui et *ἀνακλώμενος*. *idem ὑποκύκλιος dicitur schol. Hephaest. p. 135, 2 ed. Westph. fragm. Ambros. περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας p. 262 ed. Nauck* 2 hippius] epius *C* 3 horum quis cui contrarius *A* ionicus apellasonus ionico apomitono *C* 4 ditrochaeo] disthoabeo *C* 6 singuli quique horum quot et qualibus syllabis constant *Goth.* singuli quoque horum quot et quibus syllabis constat *A* singuli autem eorum quot et qualibus syllabis constat *C* 7 dispondeus IIII longas *C* proceleomaticus IIII breuibus *C* 8 ionicus apomitonus II longas et II breues *C* 9 uicinia *A* ς uenea *C* ionicus appellasonus *C* 10 Palamedes *Goth.* palémedes *A* salamides *C* Palinurus ς distrocheus *C* 11 cantilena ς catilena *C* contilena *A* 14 ualitudo amatus rus *C* ex longa] et longa *C* 15 rurocola *C* 17 ut titatinius marinús *C* ut marianus *A* ς ut titaneus *corr.* ut titianus *Goth.* 19 ut palatini numantini *A* ς ut plantini tinumaniti *C* 21 uiuacitas *A* ς uatiacitas *C* 23 DE EXAMETRO VERSO EROICO *A*, *om. C* ς 24 in dactilo metro *C A* 25 et *om. C, add. A* ς 27 de uerso *C* 28 adiaforos est id est indifferenter accipitur nec interest *A* ς adiaporeus id ē indiferentem accipitur nihil interest *C*

interest utrum producta sit an correpta, siquidem positione longa fiat, cum partem orationis in exitu finit. quo accedit quod vitiosus huius modi versus est, qui trochaeum admittit in fine. nam cum ita ratio exposcat, ut pleno versui XXIIII tempora insint, admisso utique trochaeo coartabitur temporum numerus, et erunt tempora XXIII, qui est versus colobos. Quae sunt ergo quinque genera versuum in dactylico metro? Hexameter pentameter tetrameter trimeter dimeter. Hexameter dicitur an hexametrus? Vtrumque, ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex graeca enuntiatione, alterum ex latina. quippe Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit, 'hexameter' inquit 'versus'. contra quem item Caesius Bassus, vir doctus atque eruditus, in libro de metris 'iambicus trimetrus' ait. nostra quoque memoria Lactantius de metris 'pentameter' inquit et 'tetrameter'. hexameter ergo sive hexametrus versus quot pedibus caeditur? Sex, dactylo et spondeo circum se positis aut | alterna interpositione variatis.

Hexametri versus genera quot sunt? Tria. Quae sunt? Est hexameter dactylicus tantum, est hexameter dactylicus herous, est hexameter iambicus, qui et senarius, cum constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter. Quid ergo, si versus hexameter sex spondeis constiterit, potest dactylicus dici? Erit quidem versus spondiazon, metrum tamen dactylicum. quippe huius modi compositio non nisi in dactylicum metrum cadit. Qui

---

17 senarius *Mar. Victor. 79, 8. 132, 9*

---

1 longa fit cum partem arationis exitu fit ut quo accidit quo diuitiosus huius modi uersus es quod trocheum admittit *C* longa fiat cum partem orationis in exitu finit. eo accidit quod uitiosus eiusmodi uersus est qui troceum admittit *A* 3 exposcet titpleno uersu XXIIII tempora insunt *C* exposcat ut in pleno uersu XXIIII tempora sint *A* 4 admisio *C* coartabitur *C* curtabitur ς *Goth.* minuitur *A* 5 qui est uersus colobos *A* quodam uersus colofus *C* quae sunt ergo quinque genera *A* que sur ergo genera *C* 6 in dactilico metro R. exameter pentameter tetrameter trimeter dimeter Int. exameter dicitur an exametrus R. utrumque ut euander et euandrus quorum unum uenit ex graeca enuntiatione *A* in dactilo metro exametrum pentametrum tethrametrum trimetrum dimetrum exametrum dicitur aut exametrus ut urumque euander et euandrius quorum uenit ex grega nuntiatione *C* 9 epicadus *A Putschius* epidacus *C* epidagus ς *Goth.* 10 exametrum inquid uersus *C* exameter inquid uersus *A cod. Bern.* examĩ inquid *A cod. Mon.* item *C A cod. Mon.* ita *A cod. Bern.* cesius *A* censius *C* 11 iambicus *A cod. Mon.* iambicis *C A cod. Bern.* nostra *om. C, add.* ς *Goth.:* nostra — tetrameter *om. A* 12 pentameter inquit et tetrameter ς pentametrum inquid et tetrhametrum *C* exameter ergo *A* exametrum ergo *C* 13 dactilo et spondeo circum se positis *A* ς spondeo et dactilo circum sese positis *C* 14 uariatis *A* ς uarietatis *C Goth.* 15 exametri *A* exametrum *C* III quod sunt est exametrum dactilus heroicus exametrum iambicus qui et senarius constat ex sūplicibus ē itemque ex duplicibus trimetrum erit quidem uersus quod ergo *C* tria Int. quae sunt R. ameter dactylicus eroicus exameter iambicus qui et senarius qui constat ex simplicibus sex idemque ex duplicibus trimeter Int. quod ergo *A* Tria. Quae? Hexameter dactylicus, hexameter heroicus, hexameter iambicus, qui et senarius, qui constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter. Quid ergo *Aldhelmus de metr., class. auct. ed. Mai V p. 522:* tria: est exameter dactylus tantum est exameter dactylius herous est exameter iambicus qui et senarius cum constat ex simplicibus est item ex duplicibus trimetris *Goth.* 18 exameter *A* exametrum *C* poterit dactilicus dici R. erit quidem uersus spondiazon *A* potest dactilus dici spondeicon *C*

sunt versus hexametri dactylici tantum? Qui sex pedibus dactylicis constant, praeter bella et facta heroum quodlibet aliud continentes, ut puta veluti sunt bucolica et georgica ceteraque huius modi. Qui sunt hexametri dactylici heroi? Qui bella et res gestas heroum complectuntur, ut puta veluti Ilias Homeri et Vergilii Aeneis. Qui est pes quintus? Quintus quidem pes semper dactylus. Quare? Eo quod semper in versu exceptis aliis locis, quibus varie ponitur, quintam regionem obtinet propriam, minusque lenis est versus, qui quinto loco spondeum magis quam dactylum habuerit, et vocabitur spondiazon, veluti est ille,

aut leves ocreas lento ducunt argento.

sicut spondeus quoque a quibusdam quidem imus pes cognominatur, quia regionem sextam semper obtinet, nec umquam dactylus in fine ponitur.

Qui modus est syllabarum in versu hexametro dactylico sive heroo? Omnis versus hexameter dactylicus sive herous a duodecim syllabis crescit usque ad decem et septem. nam qui minimus, ‖ habet syllabas non minus quam duodecim; qui maximus est, non plus quam decem et septem. Quid ergo? plerumque invenies versum decem et octo aut viginti syllabarum, ut sunt hi,

quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui

et

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto

et

---

1 hexametri dactylici tantum *Mar. Victor. 70, 20* 13 Qui modus est syllabarum *Mar. Victor. 72, 12 Diom. 494, 13*

---

1 tantum qui sex pedibus dactici constat *C* qui tantum sex pedibus dactilicis constant *A* 2 bella heroeum et facta quolibet *C* bella et facta heroum et quodlibet *A* ut pute ueluti *C* 3 et *om. C, add. A* 4 qui bella heroum res et gestas conplectantur uti pute ueluti has omeri et uirgilii enias *C* qui bella et heroeum res gestas conplectuntur ut puta ueluti est ilias homeri et uirgilii eneidos *A* qui bella heroum et res gestas complectuntur ut pute ueluti est ilias homeri et uirgilii aeneas *Goth.* 5 qui ē pes quintus idem qui dactilicus quare quintus ē eo quod semper *C* Int. qui est pes quintus R. quidem qui dactylus Int. quare quintus R. quia semper *A* Quis est pes quintus? Dactylus. Quare quintus dactylo competit? Quia semper *Aldhelmus de metr. Mai class. auct. V p. 523* 7 proprie obtinet *A* 8 lenis *A* ς leuis *C* loco *om. C, add. A* 9 spondiazon ueluti est ille *A* spondeicon uelut ille *C* 10 aut] *Verg. Aen. VII 634* ducent argento et ideo nec in fine dactylus debet poni sicut nec spondius in quinto loco spondius autem a quibusdam imus pes cognominatur *A* 12 sextam obtinet numquam a dactilus in fine ponitur *C* sextam semper obtineat nec umquam dactilus in fine ponatur *A Goth.* 13 in uersu exametro dactilicus omnis uersus exametro dactilus siue eroicus *C* inter uersum exametro dactylico siue exametro R. omnis uersus exameter dactylicus siue erous *A* in uersu hexametro dactylico siue hexametro heroico. Omnis uersus hexameter dactylicus siue heroicus *Aldhelmus p. 523* 15 usque ad septem et decem *A* usque aduodecim et nouim *C* qui minimus *A* ς qui minus *C* 16 qui maximus — septem *om. A* non plus quam XVIII *C* non plures quam XVII ς 17 quid ergo nonne plerumque inuenias *A* 18 ut *om. C, add. A* 19 quando si aliquid mihi iam miserere nisi ipsa reliqui *C* quando aliut mihi iam nihil uita reliqui *A: Verg. Aen. IIII 315* 20 et ut hora accipiunt uenientem aut *C* item aut onera accipiunt aut *A* et aut onera accipiunt uenientibus *Goth.* item aut onera accipiunt uenientum et *Aldhelmus p. 523: Verg. georg. IIII 168* 22 et quin morire ut meri aes ferro quea uerte dolorem *C, om. A: Verg. Aen. IIII 547*

quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem

et

cara mihi ante alias, neque enim novus iste Dianae.

Sunt quidem plerique syllabarum decem et octo, et ille quem in ultimo loco posuisti syllabarum viginti, cui nequaquam invenies parem, cum adhuc nullus fere inveniatur, qui decem et novem syllabis constet. verum sciendum est in metrica ratione numquam computari eas syllabas, quas synalipha intercepit. quo fit ut omnes | illi versus, qui supra dictum numerum syllabarum videntur excedere, detractis synaliphis ad decem et septem aut sedecim ac non nulli etiam ad quindecim syllabas redigantur, veluti sunt illi quos supra exempli causa posuisti. unde etiam sciendum est nullum versum dactylicum hexametrum inveniri posse, qui numerum syllabarum decem et septem videatur excedere. itaque omnis versus hexameter, si solis spondeis constiterit, erit duodecim syllabarum; si unum dactylum habuerit, tredecim; si duos, quattuordecim; si tres, quindecim; si quattuor, sedecim; si quinque, decem et septem. itaque quotiens dactylus accesserit, totiens una syllaba adcrescit.

Hexameter versus dactylicus per quot species variatur? Triginta et duas. Quatenus? In versu duodecim syllabarum species una est. quippe hic sine ulla varietate omnes in se spondeos habet et vocabitur spondiazon, ut est

introducuntur legati Minturnenses.

quod genus versificationis usque adeo durum est, ut non invenuste Albinus in libro quem de metris scripsit ita posuerit,

---

18 Hexameter versus *Diom. 496, 11*

---

3 cura mihi ante alias neque enim nouus iste diane *C* cara mini ante alias usque diane *A: Verg. Aen. XI 537* 4 plerumque ς *Goth.* 5 inuenies partem *C* inueneris parem *A* 6 qui XVIII syllabarum constet *C* quindecem et nouem syllabis constet *A* 7 ratione numquam *A* ratione quod numquam *C* sinalifa intercipit quo fit *A* synaypfa interfecit quod fit *C* sinalinpha intercepit quo fit *Goth.* 9 uidentur *A* uidentes *C* ad decem et septem aut sedecim aut tertiam ad quindecim syllabas redigantur *A* ad XVIII ac non nulli etiam ad XV syllabas rediguntur *C* 11 etiam *om. A Goth.* 12 inueniri ς *Goth.* inuenire *C A* syllabarum decem et septem uideatur *A* syllabarum XVIII deatur *C* 13 exameter si solis spondiis constiterit erit duodecim *A* exametra si solus sponde constiterit XII *C* 15 tredecim *A* XII *C* 16 ita quotiens *A Goth.* tocius una syllaba dcrescit *C* totiens una syllaba crescit *A* 18 exameter *A* exametrum *C* 19 in uersu duodecim syllabas *C* in uersu duodecasyllaba *A* quippe his *A* quippe autem *C* 20 uocabitur spondeicon *C* uocatur spondiazon *A* 22 introducuntur ligati in tur menses *C* introducuntur legati minturnenses *A cod. Bern.* hii producuntur legatim inturnis *A cod. Mon.* hii producuntur legati minturnenses *Aldhelmus p. 524* forte ducuntur ligati Minturnenses ς fortitudo ducuntur legati minturnenses *Goth.*, *unde* fortes ducuntur *coniecit Lindemannus. Ennio tribuit Columna Enn. annal. fragm. p. 151 ed. Hessel: cf. Enn. annal. 603 ed. Vahl.*

23 qnod genus versificationis adeo durum et horrens est, ut Albinus in libro quem de metris scribsit vetet spondaeo totum concludere versum. sed adiuncto dactylo quinta regione aptius comitur *Aldhelmus p. 524* non invenuste *om. C* ς *Goth., add. A*

24 de *om. A cod. Mon.* ita posuerit uilem spondeum totum concludere uersum posse fieri iungens. s. dactilā capte *C* ita proposuit quod uetat (quod uitem *cod. Bern.)* spondeo totum concludere uersum (uesum *cod. Bern.)* posse patefieri iungi sed dacty-

† vilem spondeum totum concludere versum
posse fieri iungens sed dactylum apte.

In versu tredecim syllabarum species quot sunt? Quinque. quippe in eo unus dactylus inter spondeos admissus quinque locis invertitur. Quid in versu quattuordecim syllabarum quot species sunt? Decem. Quae sunt? ‖ Aut enim primo et secundo loco dactylus ponitur, aut primo et tertio, aut primo et quarto, aut primo et quinto, aut secundo et tertio, aut secundo et quarto, aut secundo et quinto, aut tertio et quarto, aut tertio et quinto, aut quarto et quinto. Quid in versu quindecim syllabarum species quot sunt? Similiter decem. nam ut in illo qui est quattuordecim syllabarum dactylus decies variatur, ita in hoc totiens spondeus invertitur. In versu sedecim syllabarum species quot sunt? Totidem quot in tredecim, id est quinque. nam ut in illo dactylus quinque locis invertitur, ita in hoc spondeus isdem locis totiensque variatur. Quid in versu decem et septem syllabarum? Similiter ut in duodecasyllabo species una est. quippe is quinque dactylis constat excepto ultimo pede, quem necesse est disyllabum esse, ne contra rationem supra dictam syllabarum amplior numerus adcrescat. Quid ergo? numquamne dactylus in fine ponitur? Ponitur quidem; verum non in eo versu, qui ceteros dactylos habet in se, veluti est ille in georgicis,

et spumas miscent argenti vivaque sulpura,

quem quidam invertentes sic legunt, 'et sulpura viva'. item

bis patriae cecidere manus, quin protinus omnia,

quem quidam per synalipham excludunt, ut fiat scandendo omna, nec intellegunt synalipham tunc esse, cum vocales inter se confligunt seu solae,

---

lum (iunc cis sed dactili *cod. Bern.)* apte *A* ita posuerit uilem spondeo totum concludere uersum posse fieri sed iunges dactylus apte *Goth. unus versus fuit in* ς, ita posuerit: Vilem spondeo totum concludere uersum. Sed iunges dactylum apte in uersu. Tredecim syllabarum *etc. duos sic constituit Lindemannus,* Vilem spondeo toto concludere versum: Posse quidem fieri, sed iunges dactylum *(vel* sed iungi dactylus) apte. *rectius scribi poterat* Vites spondeo totum concludere versum; Posse puta fieri, si iungas dactylon apte. *sed dubitari potest, num integros Albini versus grammaticus posuerit* 3 quippe *om. C, add. A Goth.* 4 inter spondeos *A* uel spondeo *C* inuertitur *A* internertitur *C* ς 5 R. decem Int. que sunt R. autem primo et secundo loco dactylus ponitur aut primo et tertio *A* X aut primo et tertio *C* 10 decem *om. C, add. A Goth.* 11 ita *om. C, add. A* in uersu XVI decimo syllabarum *C* 12 in *om. C, add. A* 13 dactilum *C* ita in hoc spondeus *A* ita ut in hoc spondeus *C* 14 totiens uariatur *A* 15 similiter ut in cludecasyllabo *C* similiter in eo ut in duadecasyllaba *A* quippeis V dactylus ostat *C* quippe hic dactylus quinque constat *A* 16 necesse est dyssyllabum esse *A* necesse.x. syllabum esse *C* 17 contra] eius *C:* coutra rationem supra dictam *om. A* numerus adcrescascat *C* numerum crescat *A* 18 quid ergo numquamne *A* quid ergo quod numq; *C* ponitur quidem uero non in eo uersu *C* potest quidem uerum non in eo uersu *Goth.* potest quidem ut uult uirgilius nos tamen obseruabimus in eo uersu *A* potest quidem, ut vult Virgilius, sed non in eo *Aldhelmus p. 529* 19 qui ceteros omnes dactylos habet ueluti *A Goth.* 21 et spumas *C* aut spumas *A Aldhelmus p. 530: Verg. georg. III 449* sulphora quem quidam *A* sulfura quem quem quidem *C* 22 sic legunt ut sulphora uiua item *A Goth.* sic legunt et sulfura uitantem *C* sic legunt et spumas sulphura uiua, item ς 23 bis] *Verg. Aen. VI 33* quin] quia ς 24 ut fit scandendo *C* ut sit in scandendo *A* omna ς oma̅ *C A* 25 tunc esse cum uocales inter se confligunt *A* tunc inter esse cum uocales cufligunt *C*

ut 'multa quoque et bello passus', seu interposita consonante, ut 'multum ille et terris iactatus', quod nequaquam hoc loco adseri potest. quippe absolutus pes est 'omnia', veluti in illo versu, 'omnia fert aetas' et 'omnia vincit amor'. posset etiam versus esse ex dactylis sex, si modo metrici admitterent, veluti

dicitur in tenero mihi bucula pascere gramine

et

at tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

Ex supra dictis speciebus XXXII quot species deprehenduntur in carmine Vergiliano? Decem et septem. Quae? Ex versu tredecim syllabarum duae species adsumptae. Cuius positionis? Secundae et quintae: nam aut secundo loco unus dactylus tantum invenitur, ut

aut leves ocreas lento ducunt argento, ||

aut quinto, ut

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus.

Ex versu item syllabarum quattuordecim quot species adsumptae? Quattuor: aut enim primo et quinto loco dactylus invenitur, ut

quippe vetor fatis, Pallasne exurere classem;

aut secundo et quinto, ut

felix qui potuit rerum cognoscere causas;

aut tertio et quinto, ut

arcebat longe Latio multosque per annos;

aut quarto et quinto, ut

quarum quae forma pulcherrima Deiopeam. |

Quid ex versu quindecim syllabarum quot species adsumptae? Sex: nam aut primo et secundo loco spondeus invenitur, ut

infandum, regina, iubes renovare dolorem;

aut primo et tertio, ut

---

1 multa quoque *A* multo queque *C: Verg. Aen. I 5* seunterposita *C* sed interposita *A* 2 multum] *Verg. Aen. I 3* nequaque hoc loco *C* nequaquam in hoc loco *A* 3 absolutus pes est *A* obsolutus est *C* omnia fert etas *A* omnia fertatas *C: Verg. bucol. 9, 51* 4 omnia vincit] *Verg. bucol. 10, 69* possit itaque esse etiam uersus ex dactylis sex *A Goth.* 5 admitterint *C* admittens *A* ueluti dicitur in tenero *C* ueluti dicitur: In tenero ς ueluti dictus est ille interea tenero *A* ueluti uersus ille est interea tenero *Aldhelmus p. 530* 6 bucula *A* ς bacula *C* gramine *A* ς grammae *C* 7 et atuba *C* item adtuba *A: cf. Verg. Aen. VIIII 503* 9 in supra dictas *C* in supra dictis ς *Goth.* Ex supra dictis — 214, 22 reliqui *omissa sunt in A* in carmine uergiliane XVI | syllabarum aue species sumte cuius cuius positionis sed ē et quinte nam asecundo *C* in carmine Vergiliano deprehenduntur XVII species. nam ex uersu XIII syllabarum duae species sumptae, secundae aut quintae positionis sunt. nam aut secundo ς 12 ut aut leuis ocreas lento ducunt argento *Goth.* ut leues ocras lento augunt argento *C* ut lenis ocreas ducunt argento ς: *Verg. Aen. VII 634* 14 aut] et *C* ς 15 cum Iuno ς cum in uno *C: Verg. Aen. I 36* 16 syllabarum XIII quod adsumpte *C* 18 quippe] *Verg. Aen. I 39* exurere ς supere *C* classem longe latio aut secundo *C* 19 ut felix qui potuit rerum *Goth.*, *ut videtur*, ut qui rerum potuit *C* ut qui potuit rerum ς: *Verg. georg. II 490* 22 arcebat] *Verg. Aen. I 31* longe Latio *hoc loco om.* *C* 23 aut tres et V *C* 24 quarum] *Verg. Aen. I 72* pulcherrima et deopia *C* pulcherrima deiopea *Goth.* pulcherrima Diopoeam ς 25 Quid] quod *C* 26 ut est infandum *C: Verg. Aen. II 3* 27 iubas *C*

hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse;

aut primo et quarto, ut

Aeneas scopulum interea conscendit et omnem;

aut, secundo et tertio, ut

aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici;

aut secundo et quarto, ut

vi superum saevae memorem Iunonis ob iram;

aut tertio et quarto, ut

gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor.

Ex versu sedecim syllabarum species quot sunt adsumptae? Quattuor: nam aut primo loco spondeus invenitur, ut

urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni;

aut secundo, ut

nulla tuarum audita mihi neque visa sororum;

aut tertio, ut

servitio premet ac victis dominabitur Argis;

aut quarto, ut

imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno.

Quid ex versu syllabarum decem et septem? Vna species adsumpta, quae sola in eo est, cum praeter ultimum pedem ceteri omnes dactyli inveniantur, ut ||

quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui.

Quot sunt species in caesura hexametri versus? Quattuor. Quae sunt? Coniunctus, districtus, mixtus, divisus. Coniunctus qui est? Qui in scandendo ita concatenatus est sibi, ut nusquam finito sensu divisa inter se verba ponantur. quod | genus versificationis laudabile habetur ac melius, ut puta veluti est

infandum, regina, iubes renovare dolorem.

Qui districtus? Qui in scandendo sensum seu partes orationis separatas in se habet, ut puta veluti

---

23 Quot sunt species in caesura — 215, 7 separatique sunt *Beda de metr. 2368*

---

1 hic currus] *Verg. Aen. I 17* 3 Aeneas scopulum interea conscendit (conscindit *Goth.)* et omnem ς *Goth.* netus scopulum inter ciacum scendit et omnem *C: Verg. Aen. I 180* 4 ut accipiunt celsis *C* ut aut capiunt celsis ς *Goth.: Verg. Aen. I 183* 5 Caici ς *Goth.* coicis *C* 7 ui superum saeuae ς *Goth.* ui superium siue *C: Verg. Aen. I 4* ob] ab *C* 9 gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor ς *Goth.* inimica mihi terrenum nauigate equorum *C: Verg. Aen. I 67* 10 nam ut primo *C* 12 urbs] *Verg. Aen. I 12* Tyrii tenuere ς *Goth.* tirique tenere *C* 14 nulla tuarum ς *Goth.* notilla tuarum *C: Verg. Aen. I 326* 16 servitio] *Verg. Aen. I 285* 17 aut quarto ut imperium ς *Goth.* aut III ut implerium *C: Verg. Aen. I 279* 18 iunoque quod ex uersu syllabe X et VII *C* 20 inueniantur ς inueniuntur *C* 22 quando aliud ς *Goth.* qm̄ aliud *C: Verg. Aen. IIII 315* 23 DE CESSURIS Int. Quot sunt species in cessura *A* quod species incisura *C* 24 Int. coniunctus qui est R. qui in scandendo ita concatenatus sibi est ut nusquam *A* coniunctusque est cum scandendo ita cum catmatus est sibi ut numq; *C* 26 ac melius *om. A* 27 ut pate uelut ster. infandum *C* ueluti est infantum *A: Verg. Aen. II 3* 29 quod districtus *C* qui strictus *A* in se *om. A* 30 ut puta ueluti *A* ut pute *C*

dic mihi, Clio, quisnam primus fingere versus.

Quid est mixtus? Qui utrumque in se habet, ut in quibusdam coniunctus, in quibusdam vero separatus sit, ut puta

hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse.

Quid divisus? Qui in priapio deprehenditur metro. Quod est metrum priapium? Cum in hexametro versu primi tres pedes concatenati inter se a reliquis tribus sequentibus divisi separatique sunt, ut puta veluti in bucolicis

aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim

et

utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis

et

est mihi namque domi pater, est iniusta noverca.

Vnde dictum priapium? Quod pleraque huius modi in honorem Priapi ita conscripta sint, propter quod multi volunt hoc genus compositionis bucolico carmini magis convenire.

Pythium item metrum quod est? Idem quod hexameter. Vnde dictum pythium? Quidam volunt ob id, quod hoc genere metri oracula primum ab Apolline sint edita, qui interfecto Pythone Pythius dictus est. aliis tamen videtur pythium metrum esse, quod continet duodecim syllabas spondiazon, ea videlicet ratione, quod, cum in Parnasso Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolae Delphici hoc illum versu hortati sint,

ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν.

Hactenus de hexametro dactylico; de ceteris vero suo loco.

---

5 Quod est metrum priapium *Mar. Victor. 150, 31* 16 Pythium item metrum *Mar. Victor. 50, 19 Diom. 495, 1 Terent. Maur. 1586 Atil. Fortun. 2690*

---

1 dic mihi] *cf. Mar. Victor. p. 91, 29* primus fugere uersus. hic curtus quid est mixtus *C* prima fingere uersus Int. qui mixtus *A* 2 cum iunctus in quibusdam uero separatus ū pute flut hoc regnum *C* coniunctus in quibusdam separatus sit ut puta hic currus fuit hoc regnum *A*: *Verg. Aen. I 17* 5 qui diuisus *A* 6 primi III in pedes cumcatinati *C* 7 diuisu *C* ut pute *C* 8 aut ararim *A* ut ararim *C* aut Ararem ς *Goth.*: *Verg. bucol. 1, 63* germania *A* germana *C* 9 et *om. C A* 10 usque uiro febi duorus adsurrexit omnes *C* ut puero foebi corus adsurrexerit omnis *A Aldhelmus p. 532* ut quae phoebi chorus adsurrexerit omnes *Goth.*, *om.* ς: *Verg. bucol. 6, 66* 12 est mihi] *Verg. bucol. 3, 33* est *posteriore loco om. C, add. A* 13 unde dictum *A* inde dictum *C* quod pleraque carmina huiusce modi in honorem Priapi conscripta sunt *Aldhelmus p. 532* 14 conscripta sint propter quod *A* ς conscripta sunt per quod *C* 15 carmine magis conuenire Int. phitium item metrum quod est R. idem quod exametrum *A* carmine cum uerem magis XX metrica oracula primum pium item metrum quod idem quod ecamet̄ *C* 17 ob id quod hoc genere metri oracula primo apollini sint edicta *A* ab hoc gere ab apollene sint edicta *C* 19 aliis — ratione *om. A* quod continet duodecim syllabas ς *Goth.* quod continet XIII syllabarum *C* 20 spondeicon uidelicet ratione *C* spondiazonica uidelicet ratione ς *et ut videtur Goth.* quod cum in Parnasso Pythea (apollo *corr.* pithon *Goth.*) ς *Goth.* quod cum inerbas sepithonem *C* qui cum in parnaso phitonem *A* 21 acule delfici hoc illum uersum ortati sunt *C* adcoloe delfici hoc illum uersu ortati sunt *(reliquis omissis) A* accolae Delphici hunc ipsum uersu isto hortati sint ς accolae delfici hoc illum uersu ortati sunt *Goth.* 23 *ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν Lindemannus* eta pacienītio *C* iepa iam tertio *Goth.*, *om.* ς 24 suo loco *C* suo loco exsequeremur. finit *Goth.* suo loco exequemur. MARII VICTORINI Afri de metro hexametro dactylico FINIS ς

MAXIMI VICTORINI
DE RATIONE METRORVM
COMMENTARIVS

DE LITTERIS LIQVENTIBVS

Liquentes litterae sunt quattuor, l m n r. liquentes ideo dicuntur, quod fluant et quasi intereant, tum cum sequuntur aliquam brevem syllabam cum quavis alia consonante. sunt autem duplicis potentiae. nam syllabam longam positione facere possunt, si ita poeta voluerit, et brevem non producunt. quod dico huius modi est [exemplum], ut hic Lucreti versus,

nam fierent iuvenes subito ex infantibus parvis.

sic habetur, quasi dixerit subtracta s littera 'infantibu parvis': hic enim s littera interit. Ennius quoque ait 'vita illa dignus locoque', quasi 'dignu locoque' dixerit. similiter Lucilius ait

---

B *codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16*
F *codex Monacensis 6281 Frisingensis 81. b f codicum B F correctores*
C *codex Monacensis 19484 Tegernseensis 1484*
ς *editio Basileensis a. 1527, ex qua pauca adscripta sunt*

1 INCIPIT COMMENTUM MAXIMINI UICTORINI DE RATIONE METRORUM *B* INCPT COMENTARIU MAXIMIANI UICTORINI DE RATIONE METRORU PRIMO DE LITTERIS ET SYLLABIS *F* COMMENTARIU MAXIMI VICTORINI DE RATIONE METROR PRIMO DE LITTERIS SYLLABIS INCIPIT *C* MAXIMI VICTORINI DE RATIONE METRORVM COMMENTARIVS ς 4 DE LITTERIS LIQVENTIBVS *om. B F C* ς 5 Liquentes autem litterae *C* liquentes uero ideo *C* 6 tunc cum sequuntur *F* dum consecuntur *B* tum cum consequuntur *C* aliquam breuem *C* aliam breuem *B F* 7 cum quauis alia *Putschius* cum quauis aliqua *B F C* ς. s *litterae definitio, quam sequentia postulant, sic restitui poterat*, s etiam duplicis potentiae est: nam — facere potest — non producit. *sed grammatico haec neglegentia tribuenda esse videtur.* 8 uoluerit poeta *F* 9 exemplum *ex usu interrogandi et respondendi relictum esse videtur: cf. Victorin. de art. gramm. p. 196, 16 de hexam. p. 207, 11 infra p. 217, 15. 219, 3. 224, 1* lucreti *B* lucretii *C* lucrecii *F: Lucret. I 186* 11 fierent *B* fuerunt *F* fuerant *C f* 12 dixerit (dixisset *F*) subtracta s littera infantib; (*corr.* infantibu *f*) paruis *B F* dixerit ex infantibu paruis substracta s littera *C* 13 interit *B C* interiit *F* ennius quoque ait *C* ennius quod ait *F* ennius quoque (*om.* ait) *B* vita] Lucilius satirarum libro IIII *Nonius p. 393. 257. cf. Quintil. VIIII 4, 38. Lucilii verba una cum Ennii exemplo posuit Cicero Orat. 48, 161* ita enim loquebantur, 'qui est omnibu princeps', non 'omnibus princeps', et 'vita illa dignu locoque', non dignus. 14 quasi dixerit uita illa dignu locoque *C* lucius *F* ait *om. C*

tum lateralis dolor, certissimus nuntius mortis

pro

tum laterali dolor certissimu nuntiu mortis

[sic habetur quasi] subtractis tribus s litteris, quia licentius antiqui et ipsa quasi pro liquenti utebantur inerudita adhuc novitate, quod posteriores poetae non fecerunt, non quod ista defensio rata non esset, sed quod versus suos liquidius decurrere nullis salebris voluerunt.

Liquentes autem cognoscere possumus in illo Vergilii versu,

sed haec lento mos est aptare flagello,

quasi subtracta l littera fagello dixerit. sic et in illo,

Phoebe gravis Troiae semper miserate labores,

quasi subtracta r littera gavis dixerit, non gravis. || mihi autem de his magis videtur illud, quod liquentes litterae, de quibus | diximus, tunc detrahantur, cum brevem syllabam duae consonantes, quarum altera liquens erit, ita sequuntur, ut in duas syllabas se dividant. quod dico huius modi est: 'infantibus parvis', s et p litterae in duas syllabas se diviserunt; nam s ad bus syllabam pertinet, p ad parvis. quotiens ergo se ita dividunt, tunc liquentes erunt. alioquin cum duae consonantes ita aliquam brevem syllabam sequuntur, ut eae ipsae consonantes alterius syllabae sint nec se dividant, tunc illa syllaba, ut poetae voluerint, longa aut brevis erit, hoc exemplo, 'Atridas Priamumque'. a littera positione longa est, quod eam excipiunt duae consonantes t et r. sed quoniam eae consonantes ad alteram syllabam pertinent, non semper positione longam faciunt syllabam, quam excipiunt, ut est 'geminosque in limine Atridas'. hic a brevis est, quoniam consonantes ambas syllaba sibi posterior vindicat, eaeque, ut poetae voluntas est, proinde auxiliantur aut

---

1 lateralis *et* 3 laterali *B C f* latoralis *et* latorali *ut videtur F* 4 sic habetur quasi substractis s s s litteris *C* sic habebitur subtractis s litteris *B* quasi subtractis s s s litteris *F* quia licentius *Putschius B* quia liquentius *C* quia liquentis *F corr.* -tes *f* 5 quasi] quas *F* 6 non gerunt *F C* non gerunt *superscripto* lu *vel* la *B*, *unde* noluerunt *coniecit Lindemannus*, non egerunt *excerpta Bernensia Hagen anecd. Helv. p. CCLII* nam quod *F* defensio rata *B* difinitio rata *C F* 7 decurrere *B* discurrere *F C* nullis salebris (salubris) uoluerunt *B C* ullis salubris noluerunt *F*

9 sed haec lenta mos est *B* sed non lento mos est *C* sed haec iumenta mos est *F*: *Verg. Aen. VII 731* flagello *B C f* flagillo *F* 10 quasi subtracta littera l flagello *superscripta sunt in B* fagello *f* ς flagello *C* flagillo *F* 11 Phoebe] *Verg. Aen. VI 56* graues *F C* 12 quasi subtracta s littera graue dixerit non graues ς granis dixerit non granis *B* gaues (graues *corr.* gaues *C*) dixerit non graues *F C* 13 detrahuntur *F* 14 consonantes] consequentes *B* 15 quod dico huiusmodi est infantib. *B* quod dico huiusmodi est exemplum ut infantib; *C* quod (*superscr.* ex) emplum dico huiusmodi est infantib; *F* 17 ita se diuidant *F* ita se diuidunt *C* 18 alioquin] *superscriptum est* ipsae cons̄ *B* 19 sequuntur *F* consequuntur *C* consecuntur *B* 20 diuidunt *C* 21 hoc exemplo conspiciunt Atridas (atridos *C*) Priamumque *C* ς: *Verg. Aen. I 458* a littera *C* quae a littera *B* a *F* 22 eo quod eam *C* eae consonantes *B* hae duae consonantes *F* consonantes hae duae *C* 24 geminosque Atridas ς geminosque atridos *C*: *Verg. Aen. II 500* 25 consonantes ambas syllaba sibi posterior uendicat eaeque *B* ambas consonantes sibi syllaba posterior uendicat aeque *F* consonantes ambas sibi syllaba posterior uendicat haequae *C* 26 prointe *corr.* proinde *B* auxilientur *corr.* -antur *C*

cedunt, ut illi Vergilii versus, quos supra posuimus, tales syllabas habeant consonantium coitu, non liquentium fluxu.

DE CONIVNCTIS SYLLABIS

Coniunctas quoque syllabas animadvertere nobis intentio est. nam coniunctae syllabae dicuntur, cum longa syllaba in vocali finitur et a vocali excipitur; atque ideo longa illa brevis est, quod eam vocalis et terminaverit et exceperit, hoc exemplo, | 'te Corydon o Alexi'. sic enim scanditur, te cory dactylus, don o a dactylus, cuius media syllaba o natura longa est. sed quia et ipsa vocali constat et excipitur a vocali, coniunctioni syllabarum et quasi cognationi vocalium veluti gratificatur et idcirco brevis est. est huic similis ille versus, 'credimus? an qui amant': credimus dactylus est, an qui a alius dactylus. [sed] 'qui' media syllaba dactyli natura longa ‖ est; sed quia et haec, ut superior, terminatur et excipitur a vocali, brevis est. non enim in hoc aut in superiore versu synalipham facere potes sine vitio: versus erit ex trochaeo, si feceris, qui nisi novissimus in heroo versu esse non potest. si tamen in huiusce modi coniunctis talis synalipha fieri potest, quae e dactylo spondeum faciat, profecto spondeus usitatior inusitato dactylo anteponendus est, ut est illud,

nec tota tamen ille prior praeeunte carina.

scanditur enim sic, nec to spondeus, ta tamen dactylus, ille pri dactylus, or prae spondeus. hic vides posse alios dicere dactylum esse ratione coniunctarum syllabarum, quoniam 'prae' syllaba vocali finitur et excipitur a vocali, quae est e. sed cum synalipha fieri possit faciatque spondeum, cur non eam viam sequamur, quam nobis consuetudo frequentior tritam reliquit? antenovissimus pes est huius versus ente ca, quem ideo prae-

1 supra posuimus *F* praeposuimus *C corr.* supra posuimus *B* habent *C* 2 coetu *corr.* coitu *B* 3 INCIPIT DE CONIUNCTIS.... SYLLABIS *quattuor fere litteris deletis F* DE CONIUNCTIS SYLLABIS INCIPIT *C* DE SYLLABIS CONIUNCTIS *B* 4 nobis ς nobilis *B C f* nubilis *F* 5 cum syllaba o longa uocali finitur *F* a *om. B* 6 longa illa *B* illa longa *F* longa syllaba illa natura *C* et terminauerit *B* exterminauerit *F* terminauerit *C* 7 et exceperit *B f* et excipitur *F* et excipitur a uocalibus *C* te] *Verg. bucol. 2, 65* o alexin *F* 8 don o a alius dactilus *C* 9 uocali constat *Lindemannus* uocalis constat *B F C* ς coniunctione (coniunctiones *F)* syllabarum et quasi cognatione uocalium idcirco breuis est (breuis est *superscr. B)* ueluti gratificatur et (et *om. F)* est huic similis *B F C* 11 uersus ut credimus *B C: Verg. bucol. 8, 108* an qui amant *F C* antiqui amant *B* an qui amant ipsi sibi omnia fingunt *cod. Paris. 7491* 12 dactilus est sed quia *(corr.* qui) *F.* sed *ex eo quod sequitur* sed quia *ortum esse videtur* 13 quia et *om. C* 14 breuis est *superscriptum est in B* non enim hoc uersu aut *(corr.* ut) in superiore *F* in *posteriore loco om. B* 15 uersus enim erit *Putschius* si feceris synalipham *C* quod in nouissimo heroico esse non potest *F* 16 heroico *C* sic tamen *B. cf. Beda de metr. p. 2371* quis enim audiat Victorinum docentem ut scandamus 'ente carina', facientes synalipham in media parte orationis, quod numquam fecere priores 17 talis *om. C* quae a dactylo *B C* quae dactilo *F* perfecto *F* 18 anteponendus] antespondeus *B* 19 nec] *Verg. Aen. V 186* 21 hic autem uides *C* 22 quoniam *F C* quae ς *B* 23 quae est *om. B* 24 frequenter *F* 25 ante (u superscr.) nouissimus pes *B* ente ca *F C* ĕnte ca *B* quam ideo propono *B F* quam idcirco praepono *C*

pono, cum in synalipha haec sit consuetudo, ut anterior vocalis excludatur, tunc tamen non excludi scias, cum sola syllabam facere potest anterior, quae excludi non potest. quod dico, huiusce modi est [exemplum]: praeeunte per duas e scribitur; est ergo spondeus or prae, sequunturque circa se duae vocales, [prae] eunte carina. sed quoniam e littera eadem et syllaba est, u autem, syllaba ut sit, adhibet sibi consonantes n et t, idcirco rectius ente carina quam unte carina per synalipham scandimus.|

DE DICHRONIS

Vocales quinque cum novissimam syllabam verbi aut nominis tenent, tametsi natura breves sint, longae tamen, si ita poeta voluerit, habentur, hoc modo, 'hic amor, hoc studium'. mor syllaba brevis est, sed quia vocalis ibi est, produci etiam potest, ut

omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

scanditur enim sic, omnia dactylus, vincit a dactylus, mor et spondeus: vides superius correptam, hic esse productam. ‖ item

ostentans artemque pater arcumque sonantem.

scanditur enim sic, osten spondeus, tans ar spondeus, temque pa dactylus, ter ar spondeus: vides hic ter syllabam longam esse, alio loco brevem. item 'sanguis hebet': hic guis syllaba brevis est; in Lucano autem longa est, 'dum sanguis inerat'. vides i litteram fecisse hanc potestatem. item

tum sic Mercurium adloquitur *ac talia mandat:*

tur syllaba natura brevis est, sed quia habet vocalem, producitur. quidquid enim in tur syllaba finitur, breve est, ut postea dicemus. nec interest vocales illae, cum in novissima syllaba sunt, solae, an cum consonantibus sint: utroque enim modo dichronae sunt. video tamen dichronas etiam hoc compendio posse tradi, ut in heroo versu cuiuscumque

---

1 cum in synalipha haec sit consuetudo *B F* cum synaliphae haec sit (fit *C)* consuetudo *C b* ut anterior vocalis *Lindemannus* ut interior uocalis *B F* ut interior sillaba uocalis *C*. interior *vix defendi potest iis quae infra p. 1968 scripta sunt,* vide quomodo neque i littera interior synalipha subtracta est et exterior pedis partem cepit 2 cum sola *C* cum solam *F* cum *superscripto* solam *B* anterior *B* interior *C F* 3 huiusmodi est exemplum.e.e. praetereunte *C* exemplum *om. F* 5 ut preterеunte carina *C* 6 et *om. F* u autem *C* e autem *B F* ut fit adhibeat *C* 8 DE DICRONIS UOCALIBUS UEL SYLLABIS INCIPIT *C* 9 teneant *C* 10 poeta uoluerit *C b* poeta uoluit *B* poetę uoluerit *F corr.* -rint *f* 11 hic amor] *Verg. Aen. XI 739* 13 omnium *C: Verg. bucol. 10, 69* et nos cedamus amori *om. B F, add. C* 14 enim *F C* autem *B* 16 ostentas *C ς*: *Verg. Aen. V 521* 17 tans] tas *ς* 18 *post* alio loco brevem *omissum est exemplum* ter *syllabae in v.* pater *correptae* 19 sanguis hebet *C ς* sanguis habet *B F: Verg. Aen. V 396* in Lucano] *Pharsal. II 338* 20 uides enim i litteram *F C* uides litteram *B* 22 tum] *Verg. Aen. IIII 222* ac talia mandat *om. B F C, add. ς* 24 in tur syllaba *C* in tur syllabam *B* tur syllaba *F*. *syllaba* tur *infra in finalibus syllabis verborum omissa est* breuis *corr.* breue *B* breuis *C* 25 uocales | uocales illae cum in nouissima syllaba sunt solae *B* uocales illae cum in nouissima syllaba sint solae *F* uocalis *(corr.* -les) illae cum nouissima syllaba uel sint solae *C*. *fortasse* vocales illae utrum in novissima syllaba sint solae 26 enim *om. F* uideo *B F* uides *C f* 27 tradi *B* trahi *C* trocheo in litura *F* heroo *B* heroico *F C*

pedis syllaba prima, cum a superiore verbo remanserit, promiscue longa sit aut brevis, ut poeta voluerit, quoniam in ea pars orationis impletur, quod quoque ut in versu sic in verbo non attendatur.

DE GRAECIS NOMINIBVS

Quaecumque sunt graeca nomina, id est quae in latinis eadem sunt, ea cum in es syllabam aut in as exeunt, brevia sunt contra naturam et consuetudinem Latinorum. | huius modi enim nomina latina, quae plurali numero in es syllabam exeunt aut in as, longa natura sunt, ut principes arbores milites optimas feminas sarcinas. idcirco, quia in versu esse possunt graeca, et in isdem syllabis brevia sunt, ut 'Gorgones Harpyiasque', et alibi ‖ 'fuso crateres olivo', et Lucretius

lampadas igniferas manibus retinentia dextris.

vides hic es vel as syllabas breves esse, ideo quia graeca sunt nomina.

DE PROPRIIS NOMINIBVS

Nomina propria, quae primam syllabam natura longam non habent, id est quae non ex duabus vocalibus iunctis constant, ut Aeolus Aeneas et alia, quae ergo primam syllabam natura longam non habent, tales erunt syllabae, ut eas ponere volueris, sive longae sive breves, hoc exemplo, 'exercet Diana choros'. hic di longa est, alio loco brevis est, 'tune etiam telis moriere Dianae'. item

armatumque auro circumspicit Oriona.

hic longa est o, alibi brevis est, 'aquosus Orion'. nomina item quae

---

1 prima *B* prior *F C* a *om. F* promiscue (promiscuae *F*) longa erit an breuis *B F* promiscue fit longa erit aut breuis *C* promiscua fiat, longa erit aut breuis ς promiscue longa fuerit an breuis *Lindemannus* 3 quodque ut in versu sic in verbo vox attendatur *Lindemannus. quod si grammaticus voluisset, certe* vox intendatur *scribendum erat. sed potius ab interpolatore adscripta esse videntur verba, ut novissimam syllabam sicut in versu ita in verbo non attendi doceret. cf. Atil. Fortun. p. 2691* in uersu sic (sit *f*) sic in uerbo *F* 4 DE GRECIS NOMINIBUS INCIPIT QUARTUS *C* 5 sunt *priore loco om. F C, add. B* 7 Latinorum] latinarum *B* nomina *om. F* 8 in *posteriore loco om. B* 9 optimas *F* optumas *B* obtimas *C* sarcinas *C* rancinas *F* runcinas *f* runcidas *B* idcirco quia *C* idcirco quae *B F*. *fortasse* idcircoque in uersu esse possunt greca et in hisdem syllabis breuia sunt *C* in uersu esse possunt graeca et in hisdem syllabis sunt breuia sunt *B* in uersu esse non potest (possunt *f*) greca et in hisdem syllabis sunt breuia *F* 10 Gorgones] *Verg. Aen. VI 289* harpyiasque ς *B* arpiasque *C* arpiesque *F* Harpyiaeque *Vergilius, et sic Victorinus scripsisse videtur* 11 fuso *B f* fusso *F C: Verg. Aen. VI 225* oleo *F* Lucretius] *II 25* 13 adeo *corr.* ideo *B* 15 nomina propria *B* propria nomina sunt *F* nomina sunt propria *C* non *priore loco om. F* 16 ex *om. C* Aeolus *Lindemannus* aeuolus *B* eulus *F C* ς 17 et alia horum quae *F*. *fortasse* et alia horum similia quae tales erunt illae syllabae *F* 18 siue longas siue breues *B C* ς siue breues siue longas *F* 19 exercet] *Verg. Aen. I 499* di *om. F* 20 tune *Lindemannus* tunc *B F C* ς*: Verg. Aen. XI 857* telis] talis *B* 21 armatumque] *Verg. Aen. III 517* circumspecit *F* 22 o] on ς, *om. B* alibi breuis est *F* alibi breuis *B* alio loco breuis est *C* aquosus] *Verg. Aen. IIII 52* *fortasse* nomina item quae gentem significant et nominatiuum pluralem in es syllabam mittunt

† genetivum in es syllabam mittunt eadem ipsa syllaba brevia sunt, ut Lingones Mygdones Teutones Vascones, et accusativo 'Vasconas armipotentes'. item graeca nomina, quae in i littera finiuntur, eadem ipsa syllaba brevia sunt, ut 'quo te Moeri pedes'. scanditur enim sic, quo te spondeus, Moeri pe dactylus. videndum etiam hoc est in his nominibus, quae ante novissimam syllabam i littera terminantur, ut est radius gladius. haec enim in genetivo casu per duo i scribuntur, huius radii gladii, et pluraliter per duo i, hi *radii* gladii, || et cum poeta voluerit, in hac eadem novissima syllaba, | in qua duo i esse diximus, [hic] synalipha non fit. quo modo est versus ille Lucretii,

non radii solis neque lucida tela diei.

scanditur enim sic, *non radi dactylus*, i so spondeus. vide quo modo neque i littera interior synalipha subtracta est et exterior pedis partem cepit. sed rursus cum poeta voluerit, synalipham in eodem nomine facit, ut est ille Vergilii versus,

diversi rumpent radii, *aut ubi pallida surget.*

scanditur enim sic, diver spondeus, si rum spondeus, pent radi dactylus. hic enim novissima excluditur, quae longa est.

DE ECTASI

Interdum in nominibus appellativis prima syllaba contra naturam producitur, quia aliter in versu poni non potest, ut 'Italiam contra'. hic enim i syllaba contra naturam producta est, ut esse in versu posset. hoc autem modo brevem intellegimus. necesse enim est ut, qualis est prima syllaba in aliquo nomine provinciali, eadem sit natura in ipsa provincia: ut Afer prima longa est, in Africa eadem natura est prima littera. ergo videamus Italus, prima syllaba qualis sit; dabit Vergilius exemplum,

---

1 mittunt *om. F* eadem in ipsa *B* lingones migdones teutones uascones *B* lingones migdones theutones bascones *C* ligones migdones uascones theudones *F* 2 basconas *C* 3 in i littera finiuntur *C* in i litteram finiunt *B F* eadem ipsa *B* eadem in ipsa *F* in eadem ipsa *C* 4 quo] *Verg. bucol. 9, 1* 6 ante *superscriptum est in F. fortasse* antenovissimam syllabam i littera terminant gladius eandem ipsa syllaba breuia sunt haec, *sed notatis verbis* eandem — sunt *F* 7 haec enim per duo i proferuntur in genitiuo huius radii *C* in *om. B* gladii *priore loco om. F C* 8 radii *posteriore loco om. B F C ς* et cum poeta uoluit *(corr.* uoluerit) in hanc eandem nouissimam syllabam duo i est diximus *B* et cum poeta uoluerit haec eandem nouissimam syllabam in qua duo ii esse diximus *F* ut cum poeta uoluerit hanc eandem nouissimam syllabam ubi duo i esse diximus *C* 9 fit *B F* sit *C* 10 Lucretii] *I 147* 12 non radi dactylus *om. B F C ς* quo modo i littera neque interior *C* 14 uoluit *corr.* uoluerit *B* 16 diversi] *Verg. georg. I 446* aut ubi pallida surget *om. B F C* 17 scanditur enim sic ut *C, om. B F* si rum alius spondeus *F* pent radii *C* 19 DE IECTASI *B* DE IACTASI INCIPIT *C* INCIPIT DE IACTASSI *(corr.* DE ECT. *f) F, om. ς* 20 nominibus *C* omnibus *B F* 21 quia aliter *B C f* qualiter *F* ut *om. B F, add. C f: Verg. Aen. I 13* contra *om. C* 22 hic enim contra naturam syllaba producta est *C* enim *om. F* potuisset *B F ς* patuisset *corr.* potuisset *C* 23 autem] enim *F* qualis sit prima *F* 24 sit natura in ipsa *B* sit (fit *F)* natura ipsa *F C* 25 est *posteriore loco om. F. fortasse* eadem natura est primae litterae

antiqua e cedro Italusque paterque Sabinus.

hic in Italo prima syllaba brevis est, quae nos docet eandem et in Italia servari oportere.

DE BREVIBVS SYLLABIS

Quattuor syllabae breves pro spondeo poni possunt, ut 'genua labant'. hic enim genua la scanditur, in quo pede priores duae breves iunguntur, ut unam longam faciant poetica licentia, quae magis in iambicis versibus est permissa et celebris. ||

DE CONCATENATIS

Interdum in heroo versu novissima syllaba superest, quam sequenti versui adiungi necesse | est per synalipham, ut est ille versus in Vergilio,

iamque iter emensi turres ac tecta Latinorum
ardua cernebant.

scanditur enim sic, iamquiter dactylus, emen spondeus, si tur spondeus, res ac spondeus, tecta la dactylus, tino spondeus. novissima versus syllaba quae superest rum revocatur ad sequentem versum per synalipham, ut dicas rardua cernebant et cetera. huic similis et ille versus est,

inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida
et steriles platani.

syllaba enim novissima, quae est da, ad sequentem versum refertur. quare necesse erit in re istius modi sequentem versum a vocali incipere, ut synalipha fieri possit illa, quam diximus.

DE CASIBVS

Nominativus omnis numero singulari, qui us syllaba terminatur, eadem ipsa syllaba natura brevis est, ut doctus carus sanctus et alia. genetivus omnis, qui i littera terminatur, natura longus est, ut docti cari sancti.

---

1 antiquae cedro *B C* antiq; cedro *F*: *Verg. Aen. VII 178* 2 hic italus *F* eadem et in italia *F C* eandem in italia *B* 5 genua lauant *F*: *Verg. Aen. V 432. XII 905* 6 hic enim genua la (labant *B*) scanditur *B C* scanditur enim sic genua la *F* 8 est permissa celebris *C* permissa est et caelebris *F* 9 DE CONCATENATIS *B C f* DE CATENATIS *F* DE CONCATENATIS SYLLABIS ς 10 in heroo *B* in heroico *C* heroico *in litura F* superest quam *om. C* 11 versus *om. B* 12 iamque] *Verg. Aen. VII 160* latinorum (ardua *add. b*) scanditur *B* 14 iamq: ter *C* 15 nouissima uersus syllaba quae superest ς nouissima cui uersui syllaba quae superest *C* nouissimus cuns (ius *supra*) (Cuius *F*) syllaba quae superest *B F*. *fortasse* novissima quae superest versui syllaba 17 ut dicas *F* ut dicatur *corr.* ut dicas *B* ut si dicas *C* huic similis et ille uersus est *B* huic symilis est et ille uersus *F* est huic similis ille uersus *C* 18 inseritur] *Verg. georg. II 69* ex foetu *B C* ς et foetu *F* arbutus *B f* arbustus *F C* 19 et steriles platani *om. B F C* ς 20 quare (*corr.* qua) in re istius modi sequentem uersum a uocali incipere necesse est *F* 21 in re *om. C* 24 terminantur *B* 25 doctus] dictus *F* et alia *om. F* 26 ut docti sancti cari *B*

dativus omnis, qui o littera terminatur, natura longus est, ut docto caro sancto. accusativus omnis, qui m littera terminatur, positionem expectat aut synalipham, quia nulla syllaba in m litteram exit, quae non alterutrum quaerat. vocativus omnis e littera terminatus natura brevis est, ut docte care sancte. ablativus omnis o littera terminatus natura longus est, ut ab hoc docto caro sancto. numero plurali nominativus omnis, cum in i finitur, longus est natura, ut hi docti cari sancti. * dativus omnis pluralis, qui in is finitur, longus est, ut doctis caris sanctis. accusativus omnis pluralis, qui in os finitur, longus est, ut doctos caros sanctos. vocativus omnis pluralis in i littera finitus longus est, ut docti cari sancti. ablativus omnis pluralis, qui in is finitur, aeque longus est, ut ab his doctis caris sanctis. ‖ item quidquid in is syllabam nominativo | et genetivo singulari exit, breve est, ut lapis apis. quidquid in r finitur in genere masculino, breve est, ut doctor cantor pater frater. numero plurali quidquid in es syllaba finitur, longum est, ut doctores homines arbores, et quidquid sic terminatur. item quod in bus syllabam exit, breve est, ut cantoribus doctoribus.

[De genere feminino] In genere feminino casus nominativus solus sic variatur: haec tabula, *a* brevis est nominativo, ablativo longa est. omnia nomina generis feminini, quae a littera terminantur, novissima syllaba in nominativo brevia sunt, in ablativo longa. omnis autem casus cuiuscumque generis m littera terminatus novissimam syllabam longam natura habere non potest, sed aut positionem aut synalipham expectat. nomina generis feminini, quae in es syllaba finiuntur, si eadem ipsa syllaba in genetivo non producitur, tam in nominativo quam in ablativo brevia sunt. si autem eadem syllaba in genetivo producitur, tam in nominativo quam

---

1 datiuus omnis qui o littera terminatur *F* datiuus omnis in o litteram terminatus *B* datiuus semper qui o littera terminat' *C* natura *om. B F* ut docto sancto caro *B C* 3 alterutrum *B et ut videtur F* alteram *f* utrumque *C* 4 ut care sancte docte *B* 6 numero plurali] nam plūr *C* nam pluralis ꞩ *B* ...plural... *F* pluralis *f* cum in i finitur *F* cum i finitur *C* in i cum fiet *B* 7 natura *om. F* cari sancti *om. B. deinde lacunam indicavi, qua regula genetivi excidit, quae hoc loco omitti non poterat, quamquam eadem de hoc casu praecipienda erant, quae de accusativo singulari scripta sunt.* dat. omnis plur. in is terminatus *C* datiuus plū is terminatus *B* 8 accussatiuus omnis pluralis qui in is (in os *f*) finitur *F* accusatiuus plū in his qui in os finiuntur *B* acc. omnis plūr qui iń os syllabam finitur *C* 9 natura longus est *C* ut caros sanctos doctos *B* uocatiuus omnis (omnis *om. B*) pluralis in i litteram finitus *B C* uocatiuus pluralis i littera terminatus *F* 10 ut cari docti sancti *B* ablatiuus omnis qui in is finitur aeque longus est *C* ablatiuus omnis pluralis aequae longus est qui is finitur *F* ablatiuus aeque longus qui in is finitur *B* 11 ab his caris doctis sanctis *B* 12 in is syllabis *F* 13 breuis *corr.* breue *B* apis] apis *corr.* aspis *B* breue est in genere masculino ut *F* 14 frater nam quicquid in es syllabam pluraliter (pluraliter *om. F*) finitur *B F C* 16 sic *om. F* quod in bus syllabam exit *C* quod exit in bus syllabam *B* quicquid in bus syllabam exit *F* 18 DE GENERIBUS FEMININI INC̄P *C* nominatiuus omnis solus *F* 19 haec tabula breuis est nom. ablatiuo longa est *B* haec tabula breuis est ablatiuo longa est *F* ut haec tabula breuis est ablatiū longus est *C* 20 in nominatiuo breuia sunt (et *add. F*) ablatiuo longa (sunt *add. F*) *B F* breuia sunt in nominatiuo ablatiuo uero longa *C* 21 omnis autem acc̄ casus *C* 24 in es syllaba finiuntur *C* in es syllabam finiunt *B F* ipsa *om. F* 26 quam quae in ablatiuo *F*

in ablativo longa syllaba novissima est. quod dico [exemplum] huius modi est: haec lues, es syllaba brevis est, quia genetivus luis facit: haec fides, des syllaba longa est propterea, quia genetivus producit eam; facit enim huius fidei. quo modo est haec facies: es syllaba longa est, quoniam in genetivo producitur, huius faciei. ergo quas syllabas genetivus producit, hae in nominativo et ablativo longae sunt, ut haec fides, huius fidei, a fide; facies, faciei, a facie. quas syllabas genetivus corripit aut mutat, breves sunt in nominativo et ablativo, ut lues luis lue. quidquid in genetivo is syllaba terminatur, breve est in ablativo. sed hic est genetivus, quo cognoscuntur plerumque novissimae syllabae nominum, quales esse debeant, ut est paupertas et palus. tas enim ideo longa est, quia genetivus eam producit: dicimus enim paupertatis ta producta et paludis media syllaba producta. quo modo est ‖ hic Samnis: longa est nis, facit enim genetivo huius Samnitis media producta: | item amnis brevis est, quoniam syllabam nis non producit genetivus.

DE PARTICIPIIS

Omnia participia, quae in ans syllabam aut in ens mittunt, positione [sua] longa sunt. nam quae in i aut in o mittunt, quasi nomina existimantur, de quibus iam dictum est.

DE ADVERBIIS

Omnia adverbia, quae in e mittunt, exceptis bene et male et fere et prope et pone et paene et saepe, his ergo exceptis illa quae de nominibus manant longa sunt, ut pulchre sancte docte. illa autem brevia sunt, quae nomina nulla habent, unde deriventur, quo modo illa, docte, quia doctus, sancte, quia sanctus. rursum quae a nominibus derivantur, si in er syllabam fiunt, brevia sint necesse est, ut duriter turpiter misericorditer. quae autem in m litteram fiunt, aut positionem aut synalipham expectant. item illa quae in a litteram exeunt longa sunt, ut ultra.

---

1 huiusmodi est exemplum *C* 2 genitiuum luis *C* 3 eam] illam *B* 8 in nominatiuo et ablatiuo ut lues *C* nominatiuo genetiuo et ablatiuo lues *B* nominatiuo et genitiuo ablatiuoque ut lues *F* 9 sed hoc est geñts plerumque nouissimae syllabae quo cognoscuntur nominum *F* sed hic genitiuus quo cognoscuntur nouissimae syllabae plerumque nominatiuum *C* 16 DE PARTICIPIIS omnia participia — 29 ut ultra, *quae hoc loco scripta sunt in B F, in fine libelli post* seque cotidie exerceat *posita habent C ς* 18 sua *om. C ς* exaestimanda sunt *F* 21 et fore prope et pone pene et saepe *B*. *rectius haec scriberentur infra* 24 unde deriventur, ut fere et prope *sqq.* 23 docte iuste illa *C* 24 diriuentur *B f* diriuantur *F C* 25 sanctus iuste quia iustus est *C* quae] quia *F* 26 fiant *F* finiunt *B* exeunt *C* breuia sint *ς* breuia sunt *B F C* 27 in m litteram fiunt *B F* in m litteram finiunt *C f* aut *priore loco om. B C ς, add. F* 28 in a exeunt *F* in a exeunt litteram *C* 29 ut ultra una *C ς*

DE VERBIS

In verbis vel coniugationibus attendendae sunt positiones et tempora et syllabae novissimae, quae his fere regulis colliguntur. primae positionis novissima syllaba similis est in omnibus coniugationibus: omnes enim coniugationes, quae in o littera finiuntur, dichronae sunt, ut canto moneo dico. secundis positionibus discrepant. nam secunda positio primae et secundae coniugationis longa ut sit necesse est, ut cantas clamas mones sedes: hae enim [novissimae] producuntur in infinitivo modo; dicimus enim cantare clamare monere sedere. imperativus quoque modus coniugationum supra dictarum syllaba novissima longus est propterea, quia syllaba ipsa producitur in infinitivo. in tertia autem coniugatione correpta secundae positiones breves sunt, quia in infinitivo produci non possunt: dicimus enim legis legere, ducis ducere. in imperativo quoque eaedem syllabae novissimae breves sunt, quia non producuntur in infinitivo, ut lege scribe. et omnino quae syllabae mutantur breves sunt; mutantur autem sic, legis lege legere [dicis dice dicere], scribis scribe scribere. tertia longa quae dicitur similis est coniugationi primae et secundae, propterea quod, quem ad modum infinitivus producit in illis medias syllabas, sic et in hac. quapropter finis tertia coniugatio est et ideo longa, quia finire dicimus in infinitivo i producta, sicut audis audire. rursus adsis faxis velis: nam is novissima syllaba ideo longa est, quia pluralis numerus eam producit: dicimus enim producta media syllaba adsitis faxitis velitis. quae autem produci media in plurali numero non possunt, brevia sunt, ut dicis dicitis, legis legitis. nam illa longa sunt, ut audis finis, quia producuntur

---

2 uel *B* uel in *C* et *F* et *priore loco om.* *B F* 3 his fere *C* hisdem fere *F* his enim fere *B* primae coniugationis nouissima syllaba similis est omnibus coniugationibus *B F* similis est primae coniuḡ nouissima sylla in omnibus coniugationibus *C* 5 in o litteram finiuntur *C* in o litteram finiunt *B F* canto moneo dico clamo *C* 6 secundis positionibus] sed positionibus *B F C* ς 7 mones] manes *B* 8 hae enim *C* hae (c *supra*) enim *B* haec enim *F*. *fortasse* hae enim antenovissimae producuntur 9 cantare clamare monere sedere] cantare monere clamare sedere *C* cantare monere *B* clamare monere *F* 10 supra dictarum] s̄ scriptarum *B* longa est *B* 11 in tertia coniugatione secundae *B* 13 in imperatiuo modo syllabae *C* eaedem] item *F* 14 in infinitiuo legere scribere *B* in infinitiuo modo ut legere scribere *F* in infinitiuo modo ut legere ducere scribere *C* ς in infinitiuo modo, ut lege duce scribe *Putschius* 15 mutantur autem sic *B* mutantur sicut *C*, *om.* *F* legis lege legere scribis scribe scribere *F* legis (lege *supra*) legere dicis (dice *supra*) dicere scribis scribe scribere *B* legis lege legere dicis dic dicere scribis scribe scribere *C* 16 tertia longa est quae dicitur similis primae coniugationi et secundae *C* quae ducitur *F* quae producitur *f* 18 producit in illis ς producitur in illis *C* producitur illis *B* in illis producit *F* sic producit et in hac quapropter finire dicimus. Tertia coniugatio est et ideo longa est quia in infinitiuo modo finire dicimus i producta *C* 19 finis tertia *B* finires (*vel* -re) tertia *corr.* finis tertia *F* 20 audis] audi *F* rursus adsis faxis uelis *F* rursum faxis adsis uelis *C* rursus faxis adsis *B* 21 numerus eam *F C* numerum *B* 22 media syllaba adsistis uelitis (faxitis *add. b*) *B* media syllaba faxitis adsitis uelitis *C* media adsitis uelitis faxitis *F* 23 produci media *B F* produci mediam *C*: *fortasse* producere mediam 24 quia producuntur in plurali ut auditis *B* quia in plurali numero producuntur ut auditis *F* quia producuntur in plurali numero auditis *C*

in plurali numero, ut auditis finitis. omnes in verbis | novissimae syllabae, quae sunt huius modi, ut res aut ses, longae sunt, quia producit eas numerus pluralis, ut audires audiretis, clamasses clamassetis. omnes infinitivi, ‖ qui syllaba re terminantur, breves sunt, ut clamare monere dicere finire. omnes in verbis syllabae quae huius modi sunt, ut in tis exeant, breves sunt, ut clamastis dixistis fecistis. infinitivi omnes passivorum communium deponentiumque verborum, quoniam in i exeunt, longi sunt, ut clamari moneri dici finiri. et quidquid in verborum declinatione in i exierit, longum est, ut clamavi monui dixi finivi.

Haec de novissimis syllabis dicta sunt. de primis autem inveniendis hoc erit videndum. omnes igitur coniugationes excepta tertia simplici, hoc est longa, in aliquibus verbis primas syllabas temporum ratione permutant. nam quae in praesenti tempore breves sunt, in omni praeterito perfecto vel in omni praeterito plusquamperfecto vel in uno futuro modi tantum coniunctivi producuntur, in reliquis autem modis et temporibus breviantur. ergo prima coniugatio tempore praesenti corripitur, ut lavo; praeterito perfecto vel praeterito plusquamperfecto vel coniunctivo futuri producitur, ut lavi laveram lavero. secunda similiter praesenti tempore corripitur, ut moveo; praeterito perfecto vel praeterito plusquamperfecto vel coniunctivo futuri producitur, ut movi moveram movero. tertia correpta similiter praesenti tempore corripitur, ut odio; praeterito perfecto vel praeterito plusquamperfecto vel coniunctivo futuri producitur, ut odi oderam odero. infinitivus autem modus similiter in aliquibus verbis tempore praesenti corripitur, ut movere legere; tempore praeterito vel futuro producitur, ut movisse, motum ire, legisse, lectum ire. sed sunt plurima verba, quae numquam temporum varietate mutantur hoc modo. est igitur coniugatio prima semper correpta,

---

1 omnes in uerbis nouissimae syllabae *F* omnes in uerbis syllabae nouissimae *B* omnes ubi nouissimae syllabae *C ς* omnes uerbi nouissimae syllabae *Putschius* 2 ut res aut ses *B* ut res et ses *F* res ses *C* 3 clamasses clamassetis *F C b* clamares clamaretis *B* 4 re] rem *B* clamare monere dicere finire *C* dicere finire clamare monere *B F* 5 ut in tis exeant *B C f* ut ritis exeunt *F* 10 sunto *Lindemannus* 11 tertia simplici *B* simplici tertia *F C: fortasse* simpliciter tertia 12 ratione permotant *F C* ratio permutauit *B* nam quae in praesenti tempore breues sunt (breuis est *B*) *B F* nam illa quae in praesenti tempore breuia sunt *C* 13 vel] et *F priore loco* 15 ergo prima coniugatio tempore praesenti corripitur ut lauo p̄to perfecto producitur ut laui tempore p̄to plusquamperfecto ut laueram et coniunctatiuo futuro producitur ut lauero. Secunda similiter praesenti tempore corripitur ut moueo p̄to perfecto ut moui p̄to plusquamperfecto ut moueram uel coniunctatiuo futuro producitur ut mouero. Tertia autem correpta similiter corripitur ut odio (*corr.* odi) p̄to perfecto uel p̄to plusquā in coniunctatiuo futuro producitur ut odi oderam odero *F* ergo coniugatio prima tempore praesenti corripitur ut lauo preterito perfecto uel coniunctiuo futuro producitur ut laui laueram lauero. Similiter secunda praesenti tempore corripitur ut moueo prēt perfecto uel coniunctiuo futuro producitur ut moui moueram mouero. Tertia correpta similiter praesenti tempore corripitur ut odio praēt pērf uel coniunctiuo futuro producitur ut odi oderam odero *C* ergo prima coniugatio tempore praesenti corripitur ut lauo praeterito ut laui et coniunctatiuo. futuri producitur ut lauero. Secunda similiter praesenti tempore corripitur ut moneo praeterito uel coniunctiuo futuro producitur ut monui monuero. Tertia correpta similiter corripitur ut odio praeterito uel coniunctiuo fut. producitur ut odi odero *B*

ut voco; item semper producta, ut munero. est similiter et secunda semper † correpta, ut doleo; item semper producta, ut debeo. est aeque tertia semper correpta, ut †tero; item semper producta, ut munio. sunt etiam aliqua similiter participia, quae in primis syllabis temporum varietate mutantur, ut quae in praesenti tempore brevia sunt, in praeterito vel futuro non quidem natura, sed positione producta fiant, ut legens lectus lecturus.

Nunc dicendum est de trisyllabis, quae sic variantur, quo modo et disyllaba. hoc uno distant, quod indicativo modo specie imperfecta in primis syllabis brevia sunt, ut legebam veniebam: nam in disyllabis hac ipsa imperfecta specie longa sunt, ut ibam nabam. sed ex hac ratione primas syllabas rite cognoscimus, ut praepositionem verbo illi addamus, cuius prima syllaba || cuius naturae sit quaerimus. cum ergo addiderimus verbo praepositionem, sciamus, quo modo [eam] consuetudo pronuntiet, cuius rei exemplum hoc est: dico dicas dicat ab eo quod est dicare. addamus illi praepositionem de et faciamus dedico: videamus, quo modo pronuntiet consuetudo, producta media an correpta; utique correpta, ut dedico. sic invenimus et longas, ut clamo. addamus praepositionem in, ut fiat inclamo; producta media dicimus, non correpta. item sunt nomina quibus praepositio addi non potest, ut halitus. faciamus ex his verbum, et erit halo. huic addamus praepositionem ex, ut fiat exhalo: media syllaba producta pronuntiamus. ibi apparebit etiam halitus qualis sit in prima syllaba. medias ergo syllabas coniugationes docent, extremas verbi ipsius declinationes; primas autem docent exempla vel illae, quas diximus, praepositiones.

Haec prudenti satis sunt, hisque exemplis omnia in promptu habebit. rhetoricam autem eloquentiam, | id est veram, nosse non poterit, nisi qui ad eam hoc vestigio venerit, primum ut discat, quot sint pedes metrorum; deinde quae sit natura syllabarum in verbis, quod hic docuimus;

---

1 semper producta ut munio sunt autem aliqua similiter *omissis iis quae interposita sunt* F munero *cod. Paris. 7491* numero B C ς 2 producta ut debeo B producta ut soleo C ς 3 ut tero] *fortasse* ut fero sunt etiam participia similiter C 6 producta fiant F producta sunt B C ς 8 nunc dicendum est de trissyllabis F nunc de trisyllabis B de trisyllabis nunc item dicendum est C 9 hoc uno (una C) modo distant F C 10 hac ipsa perfecta specie B in hac ipsa imperfecta speciae C in hac specie inperfecta F 11 ex *om.* C 12 ut si praepositionem F C 13 primam syllabam C 14 *fortasse* sciemus eam F eam *corr.* id B eum C 15 dicat *om.* F 16 quomodo consuetudo pronuntiat si producta C 18 addamus illi praepositionem C 20 facimus uerbum alo huic addamus praepositionem ut fiat exhalo C 21 et erit alo F erit halo B praepositionem ex ut fiat exalo F praepositionem fiet exhalo B mediam syllabam productam C 22 ibi apparebat etiam halitus qualis sit C ibi apparebit qualis etiam sit halitus B ibi apparebit qualis sit etiam alitus F 23 ergo *om.* F 24 diximus F dixi B C ς 25 in prumptu tam habebit F 26 uerum C ς. *fortasse* rhetoricam autem, id est veram eloquentiam 27 quot sint metrorum (*om.* pedes) B quid (qui ς) sint pedes metrorum C ς q̄t (t *in litura*) sint metrorum pedes F 28 quod hic docuimus Tum quid sit colon qd' sit comma quid sit perhiodos quid sit numerus syllabarum quid sint orationes solutae quid numerosum F quod iam hic docuimus Tum quid sit periodos Deinde quid sit colon quid comma quid sit numerus quid orationes solutae quid numerosum C

tum quid sit colon, quid comma; deinde quid sit periodus, quid numerus; quid sint orationes solutae, quid numerosum; quae sint praeterea tres primae figurae dicendi, magna temperata subtilis; postremo quae sint figurae verborum, quae sententiarum. his impletis Ciceronis rhetoricam omniaque eius incipiat legere, id est totam rhetoricam, seque cotidie exerceat.

---

1 perhiodus *B* 2 quid orationes solutae quid sit numerosum *B* quae] quid *F* 3 magno temperato subtili *F* magno temperato subtile *C* temperato magno subtili *B* magnopere subtile est ς postremo quid sint uerborum atque sententiarum *F* 4 his conpletis rethoricas cecironis omniaque eius incipiant cogere (legere *f*) id est totam rethoricam seque cotidie exerceat *F* his completis ciceronis sententia rethoricus debet omuia quae lege incipiat id est totam rethoricam nosse seque cotidie exerceat *C* His completis Ciceronis sententias rhetoricas debet nosse, omniaque legere incipiat, id est totam rhetoricam nosse, seque quotidie exerceat ς 5 FIN̄ LIB̄ MAXIMIANI GRAMATICI *F* finit *B*

DE FINALIBVS METRORVM

Quamquam de litteris et syllabis multiplex sit copiosusque tractatus, tamen is | magis appetendus a. nobisque susceptus est, qui ad dimensionem pedum metrorumque perducit.

Igitur litterae aut vocales dicuntur aut consonantes: vocales V, a e i o u; consonantes vero reliquae omnes, quarum aliae semivocales, aliae mutae. semivocales sunt VII, f l m n r s x, mutae VIIII, b c d g h k p q t. sed ex vocalibus i et u pro consonantibus habentur, cum vel secum iunctae fuerint, ut Iuno vita, vel aliis vocalibus praepositae, ut Ianus Venus. hoc etiam i amplius praestat, quod in uno sermone inter duas posita vocales duplicis fungitur loco, ut Troia Maia. ‖ de consonantibus l et r, cum in eadem syllaba consonantibus postponuntur, ut clarus frater, saepe deficiunt. s etiam aliquotiens de metro excluditur. x semper pro duplici habetur, z vero non numquam. h interdum consonantis fungitur loco, interdum adspirationis.

[De syllabis longis et brevibus] Quae cum ita sint, ex his aut unius vocalis enuntiatione, ut a, aut conexione litterarum, ut prae, syllaba

---

B *codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16*
A *codex Palatinus 1753*
b a *eorundem codicum correctores, quorum mutationes et adnotationes partim in adnotatione critica partim in margine separatim positae sunt*
P *codex Parisinus 7530*
Prima pars libri ante eam partem quae est de nomine in P omissa, in A diverso modo scripta est. praeterea pauca ex codice Lavantino 24 (Lav.) et ex codice Sangallensi 876 (Sangall.) adscripta sunt

1 INCIPIT DE FINALIBUS METRORII *B* INCIPIT DE FINALIBUS LITTERIS UEL SYLLABIS METRORII *codex Frisingensis 81* INCIPIT METRORIUS DE MET RATIONE *codex Parisinus 7491* INCIPIT METRORIUS MAXIMINUM *codex Parisinus suppl. 69* incipit Metrorius Maximinus *libri recentes Urbinas 452, 1157 Ambrosianus M 69* Maximi Victorini commentarium secundum de finalibus metrorum *editio Parrhasii Mediol. a. 1504 et Vindobonensis anal. gram. p. 455* Metrorii Maximini de longis et breuibus *editio Romana A. Maii class. auct. III p. 504*   3 a nobis qui *corr.* a nobisque *B*   est '*puncto notatum*' *B*   12 ut clarus frater *in marg. add. B*   15 interdum adspirationis *in marg. add. B*   16 aut una (*corr.* unius) uocalis enuntiatione ut a aut conexione litterarum ut prae *B* aut unius uocalis enuntiatione si natura producat ut i aut conexione litterarum si diptonga sit ut prae *b*

procreatur, scilicet aut brevis aut longa aut communis. brevis est quae correptam vocalem habet, ut amor, [et non desinit in os, quam genetivus producit, et monosyllabum dos] et non desinit in II consonantes, ut ars, vel in unam duplicem, ut pix, | vel in i inter duas vocales constitutam, ut aio. longa vero est cui quattuor ista contingunt, quibus indiget brevis, ut dos ars pix aio. diphthongos sane semper est longa.

[De communibus] Communes syllabae fiunt modis VIII: cum correptam vocalem sequitur subiecta consonantibus liquida; est ‖ enim longa ita, 'vasto Cyclopis in antro,' brevis ita, 'vastosque ab rupe Cyclopas': aut cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h; est enim longa ita, 'terga fatigamus hasta', brevis ita, 'quisquis honos tumuli': aut cum correptam vocalem II consonantes sequuntur, quarum prior s littera est; est enim longa ita, 'unde spissa coma', brevis ita, 'ponite spes sibi quisque': aut cum brevis syllaba partem terminat orationis; est enim longa ita,

nam tibi, Tymbre, caput Euandrius abstulit ensis,

brevis ita, 'hoc caput o cives': aut cum diphthongon vocalis statim sequitur; est enim longa ita, 'Musae Aonides', brevis ita, 'insulae Ionio in magno': aut cum longam vocalem sequitur alia; est enim longa ita, 'o ego infelix', brevis ita, 'sub Ilio alto': aut cum pronomen c littera terminatum vocalis statim subsequitur; est enim longa ita, 'hoc erat alma parens', brevis ita, 'solus hic inflexit sensus': aut cum correptam vocalem sequitur z; est enim longa ita, 'Mezenti ducis exuvias', brevis ita, 'nemorosa Zacynthos'. ‖

---

8 liquida] hoc in una parte orationis observandum *b*. — De l et r liquidis exempla facilia sunt, de m et n rara sunt, ut 'Atridas Priamumque' *(Verg. Aen. I 458)* et 'nec solus tangit A.' *(Verg. Aen. VIIII 138)*. m liquescit saepe inter duas vocales posita, ut 'multum ille' *(Verg. Aen. I 3)*, saepe iuvat, eaeque, ut poetae voluntas est, proinde auxiliantur aut cedunt, ut 'heu nimium virgo' *(Verg. Aen. XI 841) b* 11 longa ita] finita parte orationis in vocali non fit *b* 13 longa ita] hic modus finita parte orationis in vocali fit *b* 18 Musae Aonides] quia longae semper adiectione minuuntur, ut fabricae, quae (fabricaeque *cod.)* adiecto pondere ruunt *b* 23 longa ita] in una parte fit, 'et cui pater ut Mezentius esset' *(Verg. Aen. VII 654) b*

---

1 scilicet aut breuis aut longa aut communis *Lav. Sangall.* scilicet syllaba aut breuis (natura *add. b)* est aut longa aut communis *deleto v.* syllaba *B* 2 et non desinit — dos *in marg. add. B* 6 est longa *B* est longa ut aes *b* 7 modis VIIII *corr.* modis VIII *B* 9 vasto] *Verg. Aen. III 617* vastosque] *Verg. Aen. III 647* 11 terga] *Verg. Aen. VIII 610* 12 quisquis] *Verg. Aen. X 493* aut cum] a cum *B* 13 unde] *Terent. Maur. 1103* 14 ponite spes sibi quisque suas *editio Parrhasii: Verg. Aen. XI 309* 16 nam] *Verg. Aen. X 394* 17 hoc caput] *Verg. Aen. XII 572* 18 Musae Aonides] *verba saepius in exemplis communium syllabarum posita, Serv. in Don. p. 424, 30 Serg. de syll. p. 479, 15 Pomp. p. 118, 30, Cornelio Severo tribuenda esse coniecit I. Beckerus Zeitschr. f. AW 1848 p. 592 coll. Charis. p. 107, 29* 18 insulae] *Verg. Aen. III 211* 20 o ego infelix *B Lav.* o ego infelix quem tu fugis *Sangall. Hor. epod. 12, 25* sub Ilio] *Verg. Aen. V 261* alto *Lav. Sangall.* alta *corr.* alto *B* 22 hoc erat] *Verg. Aen. II 664* solus] *Verg. Aen. IIII 22* 23 mezentii *corr.* mezenti *B: Verg. Aen. XI 7* 24 nemorosa] *Verg. Aen. III 270* zachyntos *B*

Haec de positione dixisse sufficiat. nam quod ad naturam pertinet, licet artis praecepta deficiant, primas syllabas solis confirmamus exemplis, medias in latino sermone accentu probamus; ultimas arte colligimus.| De nomine. A terminatus nominativus singularis brevis est, ut Musa. e finitus in graecis nominibus producitur, ut Euterpe; in latinis corripitur, ut sedile. i terminatus longus est, ut frugi. o finitus in latinis brevis est, ut Cato, licet auctoritas variet; in graecis producitur, ut Dido. u terminatus corripitur, ut cornu. al finitus in his nominibus quae in genetivo a litteram corripiunt indubitanter brevis est, ut Hannibal Hannibalis; in his vero quae producunt naturaliter quidem longus est, sed auctoritate corripitur, ut cervical: ait enim Iuvenalis in satiris

conducunt comites sellam cervical, amicas. ||

el terminatus corripitur, ut mel. il finitus brevis est, ut vigil,

---

2 deficiant] tamen pronuntiatione usu exemplisque firmabimur, in primis scilicet ac mediis syllabis. nam in ultimis monstrabunt subiecta rationem *b* 5 e finitus] graeca nomina e finita longa sunt, quia apud illos η est, ut Helene Ἑλένη. verum (ut helaenae ЄNH urum *cod.)* si fuerint latina, et in a finem faciunt et accentum in prima syllaba (in primam syllabam *cod.)* habent, ut Ἑλένη Helena *a* 6 i terminatus] quia omnis dictio in i desinens producitur paucis quibusdam exceptis. in i desinentia nulla sunt nisi indeclinabilia, ut frugi nauci (nagi *cod.)*, quae et indeclinabilia sunt in singulari numero *a* o finitus] in o desinentia, ut dixit Probus *(cathol. 9, 25)*, si in genetivo (sin genetiuum *cod.)* longa sunt, et in nominativo quoque longa sunt *a*. — O finitus brevis est in latinis, ut apud Lucanum *(Pharsal. III 164)* 'quod Cato longinqua'; Vergilius auctoritate sua produxit. 'quis te magne Cato' *(Verg. Aen. VI 841)*, sicut et virgo. feminina graeca omnia producuntur. latina masculina vel communia corripiuntur, ut Maro mulio latro morio fullo: Iuvenalis *(sat. ~~3, 317~~)* correpte 'mulio consul'. graeca vero masculina sive propria sive appellativa auctoritate confusa sunt, quamvis corripiant genetivum vel producant [ut Manto Erato Dido] *b*. — Ut Cato, licet auctoritas variet: quattuor partes orationis corripuit Vergilius, ego modo duo scio; reliqua omnia produxit *b* 8 u terminatus] in u terminantia neutra sunt et tota quartae declinationis et producuntur (producitur *cod.)* et in genetivo et dativo et ablativo *a*. — Tantum neutra sunt in singulari monoptota *b* in his nominibus] hoc est propriis *b*, 9 a litteram corripiunt] modo IIII liquidas vocalibus iungit *b*

8, 148 B.

---

3 colligimus *B* colligimus hoc modo *b* 4 a terminatus nominatiuus singularis (in omni genere *add. b)* breuis est ut musa (catilina *add. b) B P* nominatiuus singularis a littera terminatus procul dubio breuis est ut musa *A* 5 in graecis omnis producitur *B* in graecis tantum producitur *A P* ut euterpe *A B* ut euterpe danae calliope *b* ut euterpe nerine *P* in latinis corripitur (breuis est *b)* ut sedile (hastile *add. b) B, om. A P* 6 i terminatus longus est (in omni genere *add. b)* ut frugi (gummi *add. b) B* i terminatus longus est ut gummi nihili sinapi *P* i con cluclusus longus est ut frugi *A* o finitus in latinis breuis est *B* o terminatus in latinis breuis est *P* o desinens breuis est *A* 7 in graecis tantum producitur *A* 8 u terminatus producitur ut cornu *Lav.* ut cornu *A B* ut cornu genu tonitru *b* ut cornu genu gelu *P* 9 quae genetiuo a littera corripiunt *A* quae in genetiuo a ante l corripiunt *B* quae in genitiuo singulari a corripiunt *P* 10 ut hannibal. hannibalis *A* ut hannibal *B P* ut hannibal adherbal hiemsal *b* producunt *Lav.* producuntur *A B P* quidem *A P* equidem *B* 11 longus est sed auctoritate corripitur ut ceruical *A* longus est ut ceruical sed auctoritate corripitur *P* longus est sed auctoritate corripitur *B* ait enim iuuenalis in satyris *B* nam iuuenalis in satiricis ait *P* nam iuuenalis breuem posuit sic *A: Iuv. sat. 6, 353* 13 sellam et cervical *editio Romana* 14 corripitur ut mel *A B P* corripitur in appellatiuis ut mel fel *b* breuis est *A* breuiatus est *B P* ut uigil *A B P* ut uigil pugil *b*

excepto uno etrusco nomine Tanaquil. ol terminatus longus est, ut sol. ul finitus corripitur, ut consul. m terminatus brevis est, ut tectum, licet arduum sit huius rei exempla reperire, eo quod haec littera semper inter vocales deprehensa myotacismo subtrahitur. an finitus producitur; † ut Titan. en terminatus in neutris nominibus [vel generibus] brevis ,est, ut carmen; item in alterius generis, ut pecten tibicen, *quae sicut neutra declinantur. in his vero* quae non sicut neutra declinantur et in graecis longus est, ut lien Siren. on finitus longus est, ut Memnon. ar terminatus in monosyllabis tantum producitur, ut Nar far, licet et in his longus accipi debeat, quae a ‖ in genetivo ante ultimam syllabam producunt, sed tamen auctoritate corripitur ut subligar: ait enim Iuvenalis in II satirarum

personam thyrsumque tenent et subligar Acci.

er finitus in latinis corripitur, ut puer, excepto uno monosyllabo ver; in graecis longus est, ut aer. ir terminatus corripitur, ut vir. or

---

1 etrusco nomine] quia proprium est, producitur *b* 2 ul finitus corripitur] tam in propriis quam in appellativis, ut consul exul praesul Muthul Suthul *b* 4 inter vocales] posita deficiat, ut 'multum ille et terris iactatus et alto' *(Verg. Aen. I 3):* n et m excluduntur *b* 8 ut Memnon] Sinon, quia et in ultimis accentum habent et in genetivo producuntur *b* 9 ut Nar] 'sulpurea Nar albus aqua' *(Verg. Aen. VII 517) a* 11 producunt] ut lacunar pulvinar altar lupanar hypar (ypar *cod.)* lasar *b* ut subligar] ut 'subligar Acci' *a* 15 ut vir] et quae ex eo componuntur, ut semivir, excepto uno ir, quod indeclinabile est *a*

---

1 uno etrusco nomine tanaquil *B* uno etrusco feminino ut tanaquil *P* uno tantum tanaquil *A* 2 m terminatus *B P* um terminatus *A* ut tectum *A B P* ut tectum templum *b* 3 exempla repperire *A* exemplar repperire *P* exemplum repperire *B* semper *(corr.* saepe *b)* inter uocales deprehensa mytacismo *(corr.* myotacismo) subtrahitur *B* saepe inter uocales posita deficit (defecit *A*) *A P* saepe inter uocales possita propter moetacismum defecit *Lav.* 4 an terminatus in graecis producitur ut titan pan latinum uero nomen inueniri non potest in hanc syllaba desines *Sangall.* 5 ut titan *A B* ut titan pean *b* ut titan latinum uero nomen inuenire non potest in hanc syllabam *P* en terminatus *B P* en finitus *A*. en finitus in neutris breuis est ut carmen in alterius uero generis nominibus quae sicut neutra non declinantur et in graecis producitur ut lien syren exceptis flamen pecten pollen *Sangall.* in neutris nominibus *A P b* in neutris nominibus uel generibus *B* 6 ut carmen *A B P* ut carmen numen *b* item in alterius generis ut pecten tibicen quae non sicut neutra declinantur sicut *(corr.* et) in graecis longus est ut lien siren *B* in alterius generis *(superscr.* h. e masculinis) uel graecis producitur exceptis flamen pecten pollen lien rien siren *b* in alterius generis quae sicut neutra declinantur et in graecis producitur ut lien siren fidicen *et in marg.* rien tibicen cornicen liticen fidicen tubicen *A* si alterius generis longus est quia non sicut neutrale declinatur ut en et in grecis producitur ut siren sirenos exceptis flamen et pecten et in hoc latinum nomen non inuenio *P* 8 ut memnon *B P* ut chiron memnon *A* 9 ut nar *(superscr.* mar *b)* far *B* ut far nar *A* ut nar *P* licet in his longus accipi debeat quae a in genitiuum ante ultimam syllabam producunt sed tamen *P* licet in his longus sit (licet et in his longus nominatiuus casus accipi debuerat *b)* quae a in genetiuo ante ultimam syllabam producunt (sed *add. b)* tamen *B* licet in his quoque longus appareat in quibus genetiuo ante ultimam syllabam producuntur tamen *A* 11 corripitur] producitur *P* ut sublegar sublegaris ait enim iuuenalis in libro secundum sathyrarum personam thyrsumque tenent et sublegar acci *Sangall.* ait enim — Acci *om. A B, add. P b* 12 in II satyrarum *b* in secunda satyrarum *P* 14 er finitus *A B* er terminatus *P* paer *corr.* puer *B* 15 in graecis uero longus est *A*

finitus brevis est, ut auctor. ur terminatus corripitur, ut murmur, excepto uno monosyllabo fur. as finitus in latinis nominibus producitur, ut facultas; in graecis tunc tantum corripitur, cum genetivus dos fuerit terminatus, ut Arcas Arcados. es terminatus in graecis nominibus longus est, ut Anchises; in latinis, si quintae fuerit declinationis, sine dubio producitur, ut dies; si tertiae, tunc longus est, cum genetivus singularis non crescit, ut labes labis, vel cum crescens e productam ante ultimam syllabam habuerit, ut merces, quies quietis. nam si eam vel in i mutet, ut ‖ miles militis, vel brevem habeat, ut seges segetis, corripitur, exceptis his, Ceres Cereris et pes pedis et quae ab ipso figurantur, ut bipes. is finitus brevis est, ut agilis, exceptis tribus monosyllabis, glis vis lis. os terminatus in graecis tunc corripitur, cum genetivus diphthongo terminatur, ut Delos *Δήλου*; in latinis tunc est brevis, cum genetivus ante ultimam syllabam o non habuerit naturaliter longam, ut os, unde fit ossis. us finitus brevis

1 ut auctor] et in graecis, licet hector ωε (*l.* et in graecis, ut Hector, licet ω sit) apud Graecos *a.* — Et in graecis rhetor, et in propriis graecis Castor Amyntor (mintor *cod.*) *b* 4 ut Arcas Arcados] Pallas Pallados: nam masculina propria producuntur, ut Antas (anas *cod.*) Thoas Gyas Aeneas Maecenas, sicut feminina et communia corripiuntur, ut Pleias (plyas *cod.*) lampas Arcas Menas Foebas *b* 5 ut Anchises] Achates Socrates Thales Alcibiades *b* 6 ut dies] facies fides spes *b* 7 ut labes] pubes vates *b* 10 corripitur] nam abies et paries et aries caesura defenduntur, quando (quia *cod.*) longae sunt ultimae, 'creditur ipse aries n. v. s.' (*Verg. buc.* 3, 95) et 'populus in fluviis (pluuiis *cod.*), abies in montibus a.' (*Verg. buc.* 7, 66). [excipitur unum proprium, ut Ceres, ut seges getis, eques equitis, pedes ditis] *b.* — Exceptis his, Ceres pes (spes *cod.*) et quae ab ipso figurantur, ut bipes tripes quadrupes semipes, et abies aries paries, quae poetae producunt *b* 11 ut agilis] sic et in femininis graecis, Doris Dardanis Cytheris Thetis *b* 12 glis vis lis] glis *μυοξός* (ΜΥΟΖΟϹ *cod.*), dis *πλούσιος*, lis *δίκη* *a.* — Invenitur et vis *a.* — Ab hac vi solum monosyllabum, quod ablativo singulari i terminatur *b* 13 ut Delos] Gyaros Cypros Miconos *b* 15 ossis] natura brevis: nam os oris natura productum est, sicut mons pons fons cos dos mos *b*

1 ut murmur *B P* ut femur murmur ebur *A* 2 monosyllabo *om. B, add. A P b* 3 tunc tantum *B P* tunc *A* 4 arcados *om. A* 5 anchises *B* ancisses *A* achilles *P* fuerit *B P* fuerint *A* 6 sine dubio producitur *P Sangall.* producitur *A B* 7 genetiuus singularis non crescit *B* genetiuo singulari non crescit *A* genitiuo singulari increscit *P* ut labes labis *P* ut labes *B* ut labes nubes pubes *A* e productam ante (e producta manente *P*) ultimam syllabam habuerit *B P* e productam habuerit ante nouissimam syllabam *A* 8 ut quies quietis *A P* ut merces quies *B* 9 nam si eam uel in i mutet ut miles militis *A* nam eandem mutet in i ut miles militis *P* item breuiatur si e (*superscr.* nam si eandem e *b*) in i mutauerit in genetiuo ut miles (militis *add. b*) *B* uel breuem habeat (habeant e *P*) ut seges (segetis *add. b*) corripitur *B P* uel correptam exhibeat ut seges segetis breuis existit *A* 10 exceptis his ceres et pes et quae ab ipso sunt ut bipes *B* exceptis hisce nominibus spes pes et quae ab ipsis sunt ut bipes exspes *b* exceptis his ut ceres pes et ab ipso figurantur ut uipes *P* exceptis his nominibus res pes spes et si quae ab ipsis figurantur ut uulpes bipes *A* exceptis his ut cres cereris pes pedis et quae ab ipso orta sunt ui bipes bipedis ut tripedis paries parietis *Sangall.* 11 ut agilis *B P* ut docilis facilis *A* exceptis tribus monosyllabis *B* exceptis (excepto *P*) monosyllabis tribus *A P* 12 glis uis lis *B P* glis dis lis *A* glis lis dis *Lav.* tunc tantum corripitur *A* 13 diptongon terminatur ut delos deley *B* difthongo terminatur ut delos deloy foebos foeboy *P* exit in dipthongon ut delos andros *A* 14 o non habuerit naturaliter longam ut os unde fit ossis *B* non habuerit o naturaliter longum ut os unde genetiuus ossis effertur *A* os habuerit naturaliter longum ut os ossis exceptis his bos et compos et inpos flos et mos quae producuntur *P*

est, ut doctus, absque his nominibus, quae in genetivo crescentia u productam habuerint ante ultimam syllabam, ut virtus virtutis, et uno indeclinabili pus. t terminatus corripitur, ut caput. c ‖ finitus duo nomina regit tantum, [ut] allec, quod longum est, et lac, de cuius declinatione dubitatur. |

Genetivus singularis in latinis nominibus tunc tantum corripitur, cum is fuerit terminatus, ut matris; in graecis vero, cum os finitur, ut Arcados. dativus singularis in latinis nominibus longus est, ut Pompeio fructui; in graecis tunc corripitur, cum i littera terminatur, ut Palladi. accusativus singularis in latinis brevis est, ut doctum; in graecis tunc tantum corripitur, cum a vel on fuerit terminatus, ut Thesea Delon. vocativus singularis a terminatus in latinis nominibus vel in graecis femininis corripitur, ut o tabula, o Musa; in masculinis graecis longus est, ut o Aenea. ‖ e terminatus in latinis brevis est, ut o docte; in graecis producitur, ut o Tydide, exceptis his quae nominativo in os terminantur, ut Phoebos Phoebe. i terminatus in latinis longus est, ut o Mercuri; in graecis corripitur, ut o Nai.

---

2 ut virtus] excepto uno palus paludis, quod indifferenter positum reperitur, sed non sine ratione: longum est enim, quia et in genetivo producitur, sicut Vergilius ait 'limosoque palus obducat pascua iunco' *(Verg. buc. 1, 48)*, licet quidam hunc versum per caesuram vel communem syllabam stare existiment. corripitur autem, quia solum ex his quae in us desinunt tam in genetivo quam in reliquis casibus ultimam syllabam a d consonanti possidet *incipientem* (?) *a*. — Tellus palus (palus *cod.)* salus iuventus senectus (senecus *cod.)*. palus brevis lecta. nam virus brevis est; rus mus producuntur *b* 3 pus] pus τὸ ἔμπυον (ЄΝΠΟΙΟΝ *cod.) a* ut caput] sinciput *b* 4 et lac] quidam enim hoc lacte declinant: in Plauto positum est: et Probus *(cathol. p. 7, 5)* confitetur se in Varrone de lingua latina legisse lact *a*. — Quia et hoc lacte facit, magis brevis est *b* 5 dubitatur] V vocalibus nominativus finitur, liquidis IIII l m n r, semivocali una s, mutis duabus c et t *b* 9 ut Palladi] Arcadi *b* 11 ut Thesea] Pelea Anthea aëra *b* 12 Delon] Naxon Gyaron Cypron *b* 14 Aenea] Gya Palla Hyla *b* 15 Tydide] Aeacide *b* 16 in os terminantur] ut Dele Gyare, sed in propriis *b* 17 Mercuri] fili *b* Nai] Tibri Amarylli *b*

---

1 ut doctus *B P* ut locus lectus *A* nominibus *om. P* 2 ut uirtus uirtutis *Sangall.* ut uirtus *B P* ut uirtus mus salus tellus *A* 4 ut allec quod longum est *B* ut allec quae longa est *P* ut allec sed alii allex dicunt quod longum est *A* 5 dubitatur *B* ambigitur *A* ante uirgilium dubitabatur nam post ipsum omnis sopita fuit ambiguitas *P* 7 ut matris *B P* ut patris *A* ut matris fratris patris *b* in graecis cum os finitus fuerit ut arcados corripitur *A* in graecis uero cum us finitur longus est ut didus themistus calipsus allectus *b* 8 in latinis nominibus longus est ut pompeio uel fluctui *(corr.* fructui) *B* in latinis nominibus longus est ut fructui senatui *P* in latinis semper producitur ut comiti *A* 10 u accusatiuus singularis terminatus in latinis *P* ut doctum *B P* ut molem *A* 11 fuerit terminatus *om. P* 12 uocatiuus singularis a terminatus in latinis omnibus uel in graecis femininis *A* uocatiuus (singularis a terminatus *add. b)* in latinis nominibus uel graecis (neutris et *add. b)* femininis *B* A uocatiuus singularis terminatus tam in latinis nominibus quam in graecis femininis *P* 13 ut o tabula o musa *P* ut tabula musa *A* ut musa *B* ut musa tabula thema pirata fayma *b* in masculinis graecis *P* in masculinis *A B* 14 ut o aenea *P* ut aenea *A B* 15 ut docte *A B P* ut o tydide *P* ut tydide *A B* quae nominatiuo in os terminantur ut foebos o foebe *P* quae nominatiuo os terminantur ut phoebe *A* quorum nominatiuus graecus os terminatur ut phoebos phoebe *B*. 17 ut o mercuri *P* ut mercuri *A B* ut o nai *P* ut nai *A B* ut nai ambrosi ambraci *Sangall.* ut nai ambrosii *Lav.*

o terminatus in latinis brevis est, ut o Cato, licet auctoritas variet; in graecis longus est, ut o Dido. u terminatus corripitur, ut o cornu. in consonantes vero desinens nominativi sequitur regulam exceptis graecis nominibus, quae saepe mutantur varietate linguarum, ut o Diomedes. ablativus singularis semper producitur, absque cum e terminatus fuerit, in his scilicet nominibus, quae tertiae fuerint declinationis, ut ab hoc pariete.

Nominativus et vocativus pluralis in latinis nominibus, cum generis fuerint masculini vel feminini, producuntur, ut fontes; cum neutri fuerint, breves sunt, ut fata. in graecis | vero, cum es vel a terminati fuerint, corripiuntur, ut rhetores poemata; alias longi sunt, ut Musae. | genetivus pluralis in latinis brevis est, ut doctorum; in graecis longus est, si tamen graece fuerint declinata, ut 'Philaenon arae'. dativus et ablativus pluralis, cum is terminati fuerint, longi sunt, ut doctis; cum bus, breves, ut agilibus. at si graeca sit declinatio, in terminatus dativus corripitur, ut Arcasin; alias longus est, ut Musis. accusativus pluralis in latinis nominibus, cum generis fuerit masculini vel feminini, producitur, ut doctos Musas; cum fuerit neutri, brevis est, ut templa. in graecis vero,

---

1 Cato] Cicero virgo *b* 2 Dido] Manto Allecto *b* cornu] Protheu *b* 3 regulam] producitur, ut vates fides mus vis dos, corripitur, ut miles seges *b* 4 Diomedes] Socrates *b* 5 producitur] in a, in o, in i, in u *b* 7 pariete] excepta fame, quam quintae declinationis veteres dicebant. nam in quinta declinatione producitur *b* 9 fontes] viri Musae fluctus *b* 10 fata] moenia Vulcanalia poemata *b* 11 longi sunt] sed in latinis *b* 14 cum is] in latinis *b* 16 Musis] in latinis videlicet *b*

---

1 ut cato *A B P* in graecis *B P* at in graecis *A* in graecis femininis *b* 2 ut o dido *P* ut dido *A B* u terminatus producitur ut cornu *Lav.* ut o cornu *P* ut cornu *A B* 4 narietate linguarum *A P b* uarietate litterarum *B* ut o diomedes *P* ut diomedes *A B* 5 semper *A P* saepe *corr.* semper *B* absque cum e terminatus fuerit *B* absque cum e terminatur *P* absque e terminatus *A* 6 quae tertiae fuerint declinationis ut ab hoc pariete *B P* quae a tertia declinatione descenduut *A* 8 nominatiuus et uocatiuus *A B* nominatiuus accusatiuus uocatiuus *P* 9 ut fontes *B* ut fontes fluctus *P* ut fontes fluctus musae curae *A* ut fontes fluctus terrae clades *Sangall.* cum neutri fuerint breues sunt *B* cum neutri breues sunt *P* si uero neutri fuerint breues existunt *A* 10 ut fata *B* ut moenia *A P* cum es uel a terminati fuerint *B* cum es uel a fuerint terminati *P* si in e uel in a deponuntur *A* 11 alias longi sunt *B* alias longae sunt *A* aliter longi sunt *P* 12 in latinis breuis est ut doctorum *B et transpositis verbis post* 14 Philaenon *P* in latinis breuis est ut montium cornuum uirtutum graecorum *A* in graecis longus est *B P* in graecis uero producitur *A* 13 si tamen graece fuerint declinata *B* si tamen graece fuerit declinatus *P* si graecae tamen fuerit declinationis *A* ut filen^on^arae *A* ut phylenon *corr.* phylinon *B* ut filenon *P: Sall. Iug. 19, 3* datiuus et ablatiuus pluralis cum is terminati fuerint (terminantur *B)* longi sunt ut doctis (sacris *A)* cum bus breues *A B* is datiuus et ablatiuus plurales terminati longi sunt ut doctis bus uero breues *P* 15 ut agilibus *B P* ut cornibus uocibus *A* at (aut *corr.* at *B)* si graeca sit declinatio in (syllaba *add. P)* terminatus datiuus corripitur ut arcasin *B P* et (si *add. al. m.)* graeca sit declinatione terminatus, datiuus corripitur ut arcadibus *A* 16 alias longus est *B* aliter longus est *P* alioquin longae sunt *A* os accusatiuus *P* 17 fuerit *A P* fuerint *corr.* fuerit *B* 18 ut doctos musas *A B* ut superos terras *A* cum fuerit neutri *B* cum neutri *A P* in graecis uero (uero *om. B*, *add. b)* si as (cum as *A)* fuerit terminatus *A B* as in graecis si fuerit terminatus *P*

si as fuerit terminatus et a genetivo singulari venerit os finito, corripitur, ut Arcados Arcadas; alias productione laetatur, ut Musas.

DE PRONOMINE

Nominativus singularis in omnibus pronominibus corripitur, exceptis duobus monosyllabis tu et qui. genetivus singularis i vel ae terminatus longus est, ut mei meae; aliter brevis est, ut illius. dativus singularis semper producitur, ut nostro, exceptis his, mihi tibi sibi, quae indifferenter ponuntur. accusativus singularis semper corripitur, ut illum, exceptis me te se. ‖ vocativus singularis rationem sequitur nominativi. ablativus singularis semper producitur, ut ab illo. nominativus, accusativus et vocativus pluralis tunc tantum corripiuntur, cum a fuerint terminati, ut nostra. genetivus pluralis semper corripitur, ut illorum. dativus et ablativus pluralis, si is terminantur, longi sunt, ut tuis; si bus, breves sunt, ut quibus. |

DE VERBO

In omnibus verbi modis temporibus numeris personis coniugationibus haec uniformis est ratio. a quaecumque persona terminatur longa est, ut ama. e quae finitur brevis est, ut lege, absque imperativo modo secundae coniugationis, ut doce. i quae terminatur semper producitur, ut nutri. o quae finitur correpta est, ut audio, licet auctoritas variet: monosyllaba producuntur, ut do sto et his similia. u quae terminatur longa est, ut doctu. m quae finitur corripitur, ut legebam. r quae terminatur aeque brevis est, ut legor. s quae finitur, si ante

---

2 Arcadas] Aonas (annas *cod.*) Cyclopas *b* Musas] sed in latinis *b* 6 illius] ipsius *b* 13 tuis] ipsis *b* 18 ama] propera *b*

---

2 ut arcados arcadas *B* ut arcadås *A* ut arcada *P* alias *A B*. aliter *P* 4 in omnibus pronominibus sine dubio incunctanter corripitur *A* exceptis II pronominibus monosyllabis tu et qui *B* exceptis III monosyllabis tu et qui is isdem *b* 7 quae indifferenter ponuntur *B* quamuis inueniuntur communes *A*, *om*. *P* 9 me te se *B* me te et se *P* me et te *A* 11 tunc *om*. *P* 12 semper *om*. *A* 13 si is terminantur longi sunt ut tuis si bus breues sunt ut quibus *B* si bus terminantur (terminentur *A)* breues sunt si is producuntur *A P* 16 in omnibus uerbi modis *Lab*. in omnibus uerbis modis *B P* in omnibus modis *A* 17 a quaecumque persona terminatur *B P* quaecumque persona a littera terminatur *A* 19 i quae terminatur semper producitur ut nutri *B P* in i quae efferuntur semper producta sunt ut nutri sanci serui *A* 20 o quae finitur correpta est *B P* o quae finiuntur correpta sunt *A* 21 monosyllaba producuntur ut do sto (uo flo *add. b)* et his similia *B* exceptis monosyllabis ut do flo sto et similibus *P* exceptis monosyllabis scilicet ut do sto flo et horum similibus quae longae sunt *A* u quae terminatur *B P* u quae concluditur *A* 22 ut doctu *B* ut auditu *A P* m quae finitur corripitur *B P* m quae finiuntur correpta sunt *A* legebam *A b* legeram *B* legam *P* 23 r quae terminatur aeque breuis est *B P* r quoque terminata similiter breuia sunt *A* ut legor *B P* ut loquor legar *A* s quae finitur si ante eam habuerit a uel e *B* s quae finitur si ante eam a uel i habuerit *A* s quae finiatur si aut a uel e habuerit *P*

eam habuerit a vel e, producitur, ut amas doces, excepto uno monosyllabo es et quae ex eo figurantur, ut ades; si vero i ante eam habuerit, corripitur, ut legis, excepta secunda persona indicativi modi temporis praesentis numeri singularis a tertia coniugatione producta, ut nutris, et a verbo volo vis; si vero u ante eam habuerit, brevis est, ut ‖ nutrimus. t quae terminatur brevis est, ut legit. c quae finitur producitur, ut duc.

DE ADVERBIO

Adverbia monosyllaba, ut hic, vel quae ex his fiunt, ut istic illic, duobus his exceptis, bis et ter, omnia producuntur. quae a finiuntur longa sunt, ut una. quae in e desinunt omnia producuntur, ut docte, exceptis his quae aut non comparantur, ut rite, aut comparationis regulam non servant, ut bene male, aut a se originem ducunt, ut impune. quae i finiuntur longa sunt, ut heri, absque ibi et ubi et quae figurantur ex ipsis, ut sicubi, | item quasi. quae o terminantur a se orta brevia sunt, ut modo; ab aliis originem ducentia producuntur, ut falso, licet auctoritas variet in utroque. quae u finiuntur longa sunt, ut noctu. quae l terminantur correpta ‖ habentur, ut semel.

---

1 a vel e] et hoc in secunda persona indicativi modi in prima coniugatione et secunda *b* 7 ut duc] verba modi tempora personae formae coniugationes, ista omnia V vocalibus terminantur, liquidis duabus m et r, semivocali una s, mutis duabus c et t *b* 12 rite] fere, quamvis fere (ferme quamuis ferme *cod.*) longa lecta sit, ut 'iamque fere sicco s. l. p.' *(Verg. Aen. III 135) b*. — Hodie [et cotidie] producitur, quia ex hoc die compositum venit *b* 16 modo] immo ultro citro retro adeo denuo *b* 17 auctoritas variet] sedulo postremo continuo primo vero tacito adeo longa lecta sunt, ut 'multa adeo gelida melius s. n.' *(Verg. georg. I 287)*. et cito brevis lecta, Iuvenalis (*sat. 1, 34*) 'et cito rapturus de nobilitate comesa'. quando brevis lecta, ut 'quandoquidem Ausonio r. s. T.' *(Verg. Aen. VII 547)*; 'si quando sedem augustam' *(Verg. georg. IIII 228)* longa lecta. sero brevis lecta, 'sero memor thalami' Statius *(Theb. I 596) b add. in fine libri*

---

1 ut amas doces *B P* ut uocas mones *A* uno monosyllabo es et quae ex eo figurantur ut ades *P* uno monosyllabo sum es et quae ex eo figurantur ut adsum ades (prosum prodes *add. b*) *B* uno monosyllabo quod ab eo quod est sum es nascitur et quae figurantur ex eo quae similiter breuia sunt *A* 4 ut nutris *B* ut nutrio nutris *P* ut nutris audis *A* 5 a uerbo uolo uis (non uis mauis *add. b*) *B* a uerbo neutrali uolo uis *P* a uerbo uolo quod finitur uis *A* 6 breuis est ut legit *B* forma breuis est ut legit *A* breuis est ut legit pudet piget taedet paenitet miseret *P* 7 ut duc *A* ut fac duc *P* ut produc *B* 9 ut hic uel quae ex hic *(corr.* his) fiunt ut istic illic *B* ut hic uel quae ex his figurantur ut illic *P* ut hic uel quae ex ipsis fiunt ut illic *A* ut hic uel huc uel quae ex ipsis figurantur ut illic uel illuc *Sangall.* 10 duobus his *B* duobus *A P* 12 ut rite *B P* ut iure rite *A* aut comparationis regulam non obseruant *B* aut quae comparationis regulam non seruant *P* aut comparata generalem regulam non sequuntur *A* 13 ut bene male *P b* ut bene *B* ut bene male sed apud uergilium *(Aen. I 220)* praecipue legimus producta e positum ait enim praecipue pius aeneas *A* aut a se originem ducunt ut impune (saepe *add. b*) *B* aut quae a se originem ducunt ut inpune *P* ab se originem ducunt ut forte impune *A* 14 ut heri (uesperi *add. b*) absque ibi et ubi *B P* ut heri abs sineque ibi et ubi *A* et quae figurantur ex ipsis ut sicubi (necubi alicubi *add. b*) item quasi *B P* et quae ex his figurantur ut sicubi itemque quasi *A* 15 quae o terminantur *B P* in o terminata *A* 17 quae in u finiuntur *A* 18 quae *ante* l *om. A*

quae m et n et r terminantur brevia esse constat, ut cursim forsan fortiter. quae s terminantur tunc tantum producta sunt, cum ante eam a habuerint, ut alias. quae c finiuntur producta sunt, ut illac.

DE PARTICIPIO

Omnium participiorum nominativus brevis est in numero singulari, ut lecturus, excepto participio praesentis temporis, ut amans. genetivus et dativus singularis productione gaudent, ut lecturi lecturo, excepto participio praesentis temporis, quod in genetivo corripitur, ut amantis.[1] accusativus singularis et vocativus breves sunt ut lecturum lecture. ablativus singularis tunc tantum corripitur, cum e fuerit terminatus, ut ab hoc amante. nominativus, accusativus et vocativus pluralis sicut in masculini et feminini generis participiis producuntur, ut lecturi lecturae lecturos lecturas, ita corripiuntur in neutris, ut lectura. genetivus pluralis brevis est, ut lecturorum. dativus et ablativus pluralis, si is terminantur, longi sunt, ut lecturis; si bus, breves sunt, ut amantibus.

DE CONIVNCTIONE

Copulativae [et] disiunctivae [aut] et expletivae [equidem] coniunctiones breves sunt. de causalibus et rationalibus quae a terminantur, exceptis ita et quia, longae sunt, ut || propterea interea; quae i terminantur, excepta una nisi, producuntur, ut si etsi. quae in n

1 quae m et n et r terminantur *B* quae m et r et n finiuntur *A* quae m n r finita sunt *P* breuia esse constat ut cursim forsan (forsitan *corr.* forsan *B*) fortiter (agiliter *add. b*) *B P* breuia sunt ut strictim forsan fortiter *A* 2 tum tantum producuntur cum ante eandem a habuerint *P* 3 ut alias *A P* ut foras *B* ut foras alias cras *b* ut illac *A B* ut illic *P* 5 omnium nominatiuus participiorum breuis est in numero singulari *B* omnium participiorum nominatiuus singularis breuis est *A P* 6 excepto participio praesentis temporis ut amans *A B* excepto praesentis temporis qui positione longus esse omnibus patet ut legens *P* 8 ut amans amantis *P* 9 breues sunt ut lecturum lecture *B* breues sunt ut lecturum et o lecture *P* breues esse constat ut lecturum lecture praeter participium praesentis temporis in uocatiuo tantum ut docens *A* 10 tunc tantum *B* tum tantum *P* tantum tunc *A* cum te fuerit *P* 11 amante *A P* legente *B* 12 sicut in (in *om. A*) masculini et feminini generis participiis *A B* sicut masculini uel feminini generis participia *P* lecturi lecturae *om. A* 13 ita in neutris corripitur ut lectura *A* 14 ut lecturorum *B P* ut lecturum *A* pluralis *om. B*, *add. A P* 15 si is terminantur *B P* si in is fuerint terminati *A* ut lecturis *om. P* si bus *B P* si N bus *A* ut amantibus *B* ut legentibus *A*, *om. P* 18 copulatiuae disiunctiuae (et *add. Sangall.*) expletiuae coniunctiones breues sunt *P Sangall.* copulatiuae et disiunctiuae aut expletiuae aequidem (*corr.* equidem) coniunctiones breues sunt *B* copulatiuae et disiunctiuae uel etiam expletiuae coniunctiones ut quidem breues sunt *A* coniunctionum copolatiuae, ut et que, disiunctatiuae, ut ue ne uel, expletiuae, ut quidem uidelicet quamuis, breues sunt *Lav.* 19 de causalibus et rationalibus *B P* causales uero uel rationales coniunctiones *A* 20 ita et quia *A P* quia et ita *B* longae sunt *A B* producuntur *P* ut propterea interea *B* ut prop·erea *A P* 21 etsi *om. A* quae in n desinunt si i ante eam habuerint sin absumpta salus uergilius (*Aen. I 555*) producitur ut sin quin *A*

desinunt, si i ante eam habuerint, producuntur, ut sin; alias breves| sunt. ceteras vero omnes naturaliter correptas esse constat.

DE PRAEPOSITIONE

De accusativis praepositionibus solae quae in a exeunt productione laetantur, ut contra, et una monosyllaba cis. ablativae praepositiones corripiuntur omnes, ut ab, exceptis monosyllabis, quae vel vocalibus constant, ut e, vel vocalibus terminantur, ut de. communes praepositiones correptas esse manifestum est, ut in. de loquellaribus autem praepositionibus ideo taceo, quia nec solae umquam ponuntur nec | coniunctae finem retinent, de quo tantum loquimur.

DE INTERIECTIONE

Omnes interiectiones longae sunt, si monosyllabae fuerint, ut heu; si vero duarum vel amplius syllabarum fuerint, quoniam speciem iam retinent partium orationis, ad exemplum earum quibus similes erunt iudicandae sunt, ut papae attat.

Haec itaque, ut dixi, ad omnes partes orationis in ultimis syllabis observanda sunt, exceptis scilicet positione longis vel diphthongis, quae per se admodum patent.

---

8 de loquellaribus] loquellares sunt praepositiones hae, am con di dis se re au *a*

---

1 alias *A B* aliter *P* 2 constat *B P* manifestum est *A* 4 de accusatiuis praepositionibus *A P* accusatiuae praepositiones *B* 5 et ex monosyllabis una cis *A* ablatiuae praepositiones corripiuntur omnes *B* ablatiuae praepositiones omnes corripiuntur *P* ablatiuae uero corripiuntur omnes *A* 6 exceptis his monosyllabis quae uel uocalibus terminantur ut de uel uocalibus constant ut est communes *A* uel uocalibus constant *P* uel ex uocalibus constant *B* 8 de loquellaribus autem (autem *om. A)* praepositionibus *A B* de loquellaribus autem praepositionibus ut con *P b* 10 de quo tantum loquimur *eadem manu superscripta sunt in B* 12 omnes interiectiones si monosyllabae fuerint longae sunt *A* ut heu *B* ut heu uae *b* ut eus *corr. al. m.* ut heus *A* ut heus uae *P* 13 syllabarum fuerint *B* syllabarum *A P* speciem iam retinent partium (partis *A)* orationis *A P* speciem *(superscr. al. m.* iam) partium orationis retinent *B* 15 ut papae atat *B* ut papae et attat *P* ut papae *A* 16 haec ita ut dixi per omnes partes orationis in ultimis syllabis obseruanda sunt EXPLICIT *P* haec itaque ut dixi ad omnes partes orationis in ultimis syllabis obseruanda sunt *B* hae itaque ut diximus per omnes partes orationis in ultimis syllabis obseruandae sunt *A* 17 uel dipthongis quae per se admodum pateut explicit feliciter *B* aut dipthongis FINAL.REGUL.EXPLICIT FELICITER amen *A*

p. 469 V.

DE CAESVRIS

Caesurae sunt IIII, penthemimeris, hephthemimeris, cata triton trochaeon, bucolice tome. penthemimeris est, ubi post duos pedes invenitur semipes, qui versum dividat et partem orationis finiat, ut 'arma virumque cano'. hephthemimeris est, ubi post III pedes invenitur syllaba, ut 'arma virumque cano Troiae'. cata triton trochaeon est, ubi tertio loco invenitur trochaeus, non quod in medio versu esse possit trochaeus, sed sublata ultima syllaba de dactylo remanet trochaeus. bucolice tome ornatus causa addita, ubi duo versus in uno inveniuntur, ut est illud |

dic mihi Damoeta cuium pecus? an Meliboei? ‖

---

p. 1799. 1800 P.

AD BASILIVM AMICVM SERGII

Vltimarum syllabarum naturam, sicut poposceras, breviter dilucideque digessi. in qua re audacia mea tuo defenditur imperio. nam hoc opus [durum], velut facile ac per se patens dum multi reliquerunt, difficilius reddiderunt.

In omnibus partibus orationis syllabae primae vel mediae quales sint exemplis | facilius est quam arte colligere. quare nos disputemus de ultimis, quibus poetae licet saepe vel licentia vel necessitate metri indiffe-

---

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
F codex Monacensis 6281 Frisingensis 81
C codex Bernensis 338

1 DE CAESURIS *B F* DE CESURIS RATIO UICTORINI *C. cf. Beda de metr. p. 2368* 2 pentememeris et eptememeris *B* pentimemeris eptimemeris *F* pentimimeris eptimimeris *C* catalecton troceon *C* 3 boculico eptomen *corr.* boculiceptome *B* bocolici *(corr.* bucolice) ptomen *F* bucolico eptomen *C* pentememeris *B* pentimemeris *F* pentimimeris *C* 4 uersum *F C* ueruerbum *B* partem orationis finiat *B* partem terminet (terminat *F)* orationis *F C* 5 eptememeris est *B* eptimimeris est *C* eptimemeris *F* 6 catalecton troceon *C* est *om. F C, add. B* 7 non quę *F* trochaeus *om. F C, add. B* 8 sublata ultima sillaba *C* sublata ima *B F* boculiceptomen *B* bocolico eptomen *corr.* bucoliceptomen *F* bucoliceptom̄ *C.* bucolice tome est ubi post quatuor pedes aliquid non remanet, ut est illud *editio Parrhasii* 9 addita *'abrumpitur h. v. cod. Bobiensis'.* addita ubi duo uersus in uno inueniuntur ut est illud *F* additur ubi uersus per medium uel post pedes quattuor secatur ut est illud *C* addita sententia, ubi duo versus in uno versu inveniuntur ut est illud *editio Romana. cf. Mar. Victor. p. 115, 2* 10 dic] *Verg. bucol. 1, 1* meleboei FIN̄. LIB̄. METRORII GRAMMATICI *F* Meliboei. explicit ars Metrorii *editio Romana*

Primam partem libri de finalibus, sic ut in codice Palatino (A) scriptà est, subieci.

13 defendatur *A* nam hoc opus dum velut facile ac per se patens multi reliquerunt *Sangall. et Servius de final. p. 449* 14 relinquerunt *corr.* reliquerunt *A* difficillimum reddiderunt *Sangall.* 16 In omnibus — 241, 3 transire *post tractatum de caesuris scripta sunt in codice Bobiensi (B)* in omnibus orationis partibus *B* quales sint *B Sangall.* quales sunt *A* 17 facile est *corr. recenti manu.* facilius est *A* facile est *B Sangall.* quare nos de ultimis disputemus *B* 18 poetae licet saepe uel licentiam uel necessitatem metri indifferenter utantur non tamen idcirco *B* poetae saepe uel licentia uel necessitate metri indifferenter utuntur *Sangall.* poetae licet differenter utuntur non aliter idcirco *A*

renter utantur, non tamen idcirco qualiter se naturaliter habeant nesciendum est. ergo a nomine sumamus exordium tractantes pariter de latinis et de his graecis, quae in nostram orationem videntur posse transire.

Quamquam de litteris et de syllabis multiplex sit copiosusque tractatus, tamen is | magis aperiendus a nobisque susceptus est, qui ad dimensionem pedum metrorumque perducit.

Igitur litterae aut vocales sunt aut consonantes dicuntur. et vocales quidem habentur hae quinque, a e i o u, consonantes vero reliquae omnes. quarum aliae semivocales, aliae mutae procul dubio nuncupantur. semivocales enim sunt VII, [ut] f l m n r s x, mutae autem reliquae omnes numero VIIII hae scilicet, b c d g h k p q t. sed ex vocalibus excipiuntur i et u, quae saepenumero pro consonantibus ponuntur, id est cum vel secum fuerint iunctae, ceu Iuno vita, vel aliis vocalibus antelatae, ut Ianus Venus. hoc etiam i amplius praestat, quod in uno sermone duabus vocalibus interiecta duplicis fungitur loco, ut Troia Maia. item ex semivocalibus hae quattuor adnotantur, l m n r, quae cum in eadem syllaba consonantibus aliis postponuntur, sive illae sui generis, hoc est semivocales fuerint, sive adeo mutae, interdum deficiunt et consonantis significatione fraudantur, ut clarus frater gnarus Tmolus. s quoque non numquam de metro excluditur. x vero sine controversia duplicem obtinet potestatem, quasi c s in una significatione pronuntians. z etiam [propter graeca vocabula videtur admissa] duplicis aliquotiens habetur in loco. h modo consonans, modo adspirationis nuda dumtaxat creditur nota. et illae quidem quattuor liquidae nuncupantur, quoniam, ut dictum est, non numquam propriam significationem amittunt; itemque aliae quattuor, s x z h, quod supra notavimus, hac inter se varietate discordant.

Quae cum ita sint, aut unius vocalis enuntiatione, ut i, aut duarum triumve sive etiam quattuor litterarum conexione syllaba procreatur, scilicet aut brevis aut longa aut inter utramque communis. brevis syllaba dicitur quae et correptam vocalem habet nec in duas desinit consonantes vel unam scilicet geminatam | vel i duabus vocalibus interpositam. longa vero syllaba nuncupatur cui unum ex his quattuor contingit, quibus indiget brevis, ut dos, quae natura producitur: item ars, quam duarum consonantium positio efficit longam: pix vel fax, quas duplex consonans productas ostendit: aio, quam i littera geminata et inter duas collocata vocales reddidit longam. nam diphthongoe sane semper longae sunt omnes, quae numero quattuor fuisse noscuntur, ae oe au eu.

---

3 et his graecis *B* uidentur posse transire FINALIS *(corr.* -LES) quamquam *A* uidentur posse transferri *B* 5 quae adimensionem *A* 8 habeantur *A* 13 antelatae praepositae *A* praepositiuae *Putschius* 15 interiecta *superscr.* interposita *A* 19 fraudantur *adscr. in marg.* frustrantur *A* 21 Z etiam quae propter *Putschius* 22 in locum *corr.* in loco *A* 25 h] n *A* 26 notabimus *A* 27 sint] sunt *A* 31 uel i duos uocalibus interpositam longā *(corr.* longa) uero syllaba nuncupantur *A* 32 contigit *A* 33 quam duarum *a* quae duarum *A* 36 nam dipthongoe hae sane *A* nam dipthongatae sane *a.* diptongos uero longae semper sunt, ut ae oe au eu neque aliter

p. 1802. 3 P.

Communes syllabae fiunt modis octo sic: cum correptam vocalem sequitur subiecta consonantibus liquida; est enim longa ita, 'vasto Cyclopis in antro', brevis hoc modo, 'vastosque ab rupe Cyclopas': aut cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h, quae interdum adspirationis creditur nota; est enim longa ita, 'terga fatigamus hasta', brevis hoc modo, 'quisquis honos tumuli': aut cum correptam vocalem duae consonantes excipiunt, quarum prior s fuerit; est enim longa ita, 'unde spissa coma', brevis item hoc modo, 'ponite spes sibi quisque': aut cum brevis syllaba orationis terminat partem; est enim longa ita, 'nam tibi Thymbre caput Euandrius a. e.', brevis item hoc modo, 'hoc caput o cives': aut cum diphthongon vocalis statim subsequitur; est enim longa ita, 'Musae Aonides', brevis item hoc modo, 'insulae Ionio in magno': aut cum longam alia vocalis subsequitur; est enim longa ita, 'o ego infelix quem tu fugis', brevis item hoc modo, 'sub Ilio alto': aut cum pronomen c littera terminatum vocalis statim sequitur; est enim longa ita, 'hoc erat alma parens', brevis item hoc modo, 'solus hic inflexit sensus': aut cum correptam vocalem sequitur z; est enim longa ita, 'Mezenti ducis exuvias', brevis item hoc modo, 'nemorosa Zacynthus'.

Haec de positione syllabarum nos dixisse sufficiat. nam quod pertinet ad naturam, primas syllabas, longaene sint an breves, solis confirmamus exemplis; medias | vero in latino sermone accentu dinoscimus. ultimas arte colligimus. qualis ultima syllaba videatur, hoc modo quaeritur; puta amicissimorum, quibus ex syllabis constet. dicimus itaque primam brevem; legimus enim 'nimium dilexit amicum': secundam longam, quoniam, cum dicimus amicus, paenultima cum accentu probatur, quem, si brevis esset, numquam possideret: tertiam positione longam, quartam brevem; cum enim dicimus amicissimus, antepaenultima in accentu invenitur, quo non careret, si longa esset: quintam longam, quoniam, cum dicimus amicissimorum, paenultima cum accentu invenitur. ultima vero per singulas partes orationis rationes subiectae monstrabunt.

De Nomine. Omnia nomina sex casibus declinantur, de quibus singulis disputabimus singillatim.

---

praeter has formas conuenientes uocales dyptongas faciunt *Lav.* 7 excipiaut *A* 15 c litteram *A* 17 imflexit *A* 20 haec de positione syllabarum dixisse sufficiat. nam quod ad naturalem pertinet longitudinem, primam syllabam solis confirmamur (*l.* confirmamus) exemplis, interdum compositione figurae manente et accentu et uocali. medias probamus accentu. ultimas finalium regulis indicamus. quod per singulas docebimus partes: ut cum dico amicus, prima breuis est, quia lectum est 'tantum infelicem nimium dilexit amicum'; media natura longa, quia tenet inflexus accentūs (*l.* in se flexum accentum), qui non nisi in longis naturaliter inuenitur; ultimam breuem casus demonstrat, quia arte corripitur *Lav.* 22 ad naturam primae syllabae longane sit an breuis *A* media uero *A* 25 nimium] *Verg. Aen. VIIII 430* 26 cum accentu inuenitur, quod (*l.* quo) in latinis ut longa utitur ita breuis caret *Sangall.* 33 disputabimus *a* disputauimus *A*

CAESII BASSI

FRAGMENTVM DE METRIS

ATILII FORTVNATIANI ARS

Inter libros latinorum grammaticorum, qui a. 1493 a Georgio Merula Bobii inventi et proximis deinde annis e Bobiensibus codicibus descripti et editi sunt, de qua re dictum est praef. gramm. latin. v. I p. VIII, duo fuerunt de arte metrica libri, qui Atilii Fortunatiani nomine inscripti sunt, unus Caesii Bassi. e quibus Fortunatianus in principe editione Terentiani Mauri a. 1497 Mediolani facta commemoratur. nam in publicis litteris Ludovici Mariae Sfortiae, ducis Mediolanensis, a. 1496 datis et illi editioni praemissis inter sex grammaticos, quos 'auctore doctissimo quondam viro, domino Georgio Merula Alexandrino, Georgius Galbiatus eius amanuensis invenerit atque ex squalore et situ eruerit, atque eos in presenti in communem studiosorum utilitatem tradere impressurae statuerit ex litteris Longobardis in usitatos caracteres sua manu et vigiliis transcriptos', ponitur 'Fortunatianus de carminibus Horatii'. Caesius Bassus a Raphaele Volaterrano in commentariorum urbanorum libro quarto f. 56 ed. Rom. a. 1506 inter libros a. 1493 Bobii repertos, quorum bona pars annis proximis a Thoma Phaedro sit advecta in urbem, nominatur, 'Terentianus Maurus de litteris syllabis et metris omnis generis : Cesius : Bassus : Velius longus de orthographia'.

Primum autem illi libri editi sunt a Iano Parrhasio Mediolani a. 1504: cf. praef. gramm. lat. v. IV p. IX. in hac editione ea quae huc pertinent ita exhibita sunt, *Atilii Fortunatiani ars.* | *De Carmine Sotadaeo fragmentum.* | *Secundus pariambus — facultatibus:* | *De positura.* | *Distinctio est temporis — in tertiam scilicet declinationem.* libro Fortunatiani subiecta sunt excerpta grammatica de positura, de chria, de poemate, de versu, de accentibus et fragmentum Donatiani, quae nos, quoniam hoc loco in vetere codice Bobiensi scripta fuerunt, eodem ordine repetivimus. sequitur deinde epistula Valentini Cati, cuius opera Parrhasius in editione adornanda usus erat ('Valentinus Catus a manu Iani' dicitur in epistula, quae Probi institutis artium in eadem editione subiecta est): *Valentinus Catus lectori. S. D. Potuisset hic Ianus operis initium suspicari: uel ex ipsa praefatione: quam siue Donatiani siue sit Atilii: librarius inscite*

transposuerit. Haec et alia longe plura ueniebant in mentem. sed noluit in alieno (quod ille dicit) opere esse ingeniosus. officio suo satisfecisse ratus: si quae priuati iuris erant: in communem usum publicasset ex fide: et ita: ut antiquissima habeant exemplaria. Sic enim cuique integrum fore: de iis ut uelit existimare. Vale. tum non addita inscriptione sequitur alter liber Fortunatiani et ars Caesii Bassi quae dicitur cum iis quae huic adiuncta sunt, *Etsi scio te omni studio — hi trimetri iambici erunt.* | *Ars Atilii Fortunatiani Explicit.* | *ARS CAESII BASSI DE METRIS.* | *Mecoenas atauis — constiterit ab acuto* | *BREVIATIO PEDVM* | *Pedes disyllabi sunt Numero quattuor — attellana Rhyntonica Mimi* | *FINIS.* hac editione usus est Aldus, qui in grammaticis institutionibus a. 1507 primum editis p. 384 'Atilii Fortunatiani fragmentum de metro Sotadeo' et p. 395 praescripto nomine 'Fortunatianus' commentarium de distinctione exhibuit. eandem postea paucis coniectura mutatis Putschius expressit.

Eodem fere tempore quo Parrhasii editio prodiit, hoc est extremis annis quinti decimi saeculi vel primis annis sexti decimi, manu scripta exemplaria facta sunt, in quae haec de quibus nunc dicimus una cum aliis grammaticorum libris ex eodem fonte ductis transcripta sunt. cuius generis nunc quinque supersunt codices, quorum quidem notitia ad me pervenit.

Codex Vaticanus 3402 f. 69 *Atilii Fortunatiani ars. Secundus pariambus — facultatibus. Distinctio est — tertia s. declinatione. Ars Fortunatiani. Etsi scio — iambici erunt. Ars Atillii fortunatiani exp̄. Ars Caesii Bassi de metris. Maecenas — mimica.* in margine pauca posteriore manu correcta sunt. fuit olim Fulvii Vrsini, cuius nomen in prima pagina scriptum est, '*Ex libris Fuluii Vrsini*'; isque in versibus Anacreontis p. 359 ed. Gaisf. citatis hoc codice usus est carm. novem illustr. fem. et lyric. fragm. p. 135. in meum usum codicem in duobus Fortunatiani libris et in Caesii Bassi libro cum Putschii editione contulit Henricus Brunnius.

Codex Vaticanus 5216 f. 1 *Altilii* (corr. *Atilii*) *Fortunatiani ars. Secundus pariambus — facultatibus. Distinctio est — declinatione. Ars Fortunatiani. Etsi scio — iambici erunt. Ars Altilii* (corr. *Atilii*) *fortunatiani expl. Ars Caesii Bassi de metris. Maecenas — mimica.* huius codicis scripturam cum Putschii editione collatam habuit Gaisfordius in duobus Fortunatiani libris, quos ille emendatiores quam ante ferebantur in scriptoribus latinis rei metricae edidit; multa tamen, quae recte in codice scripta erant, in margine indicare quam in textum recipere maluit. ceterum scripturam codicis non prorsus accurate indicavit. nam in pluribus locis, in quibus de discrepantia codicis nihil adnotatum est, dubitari nequit quin editorum exemplarium lectiones, quas ille retinuit, Parrhasii coniecturae debeantur. praeterea excerpta de positura, de chria, de poe-

mate, de versu, de accentibus ex hoc codice descripta una cum fragmento Donatiani' e principe editione expresso exhibuit in praefatione p. VI sqq.*)

Codex Neapolitanus bibliothecae regiae IV A 11 chart. post Velii Longi de orthographia librum, Adamantii sive Martyrii commentarium, Probi catholica, Arusiani Messi exempla locutionum hi libri Fortunatiani et Caesii Bassi cum fragmentis, quae illis addi solent, eodem modo atque in Vaticanis codicibus, ut videtur, scripti sunt. de quibus Iannellius catalog. biblioth. mus. Borbon. p. 10 haec indicavit, '5. Tractatus de metris absque titulo. Auctor tamen est Atilius Fortunatianus a Putschio editus p. 2671, cuius nomen in Codice ad calcem adpositus; sic enim tractatus clauditur: *Ars Atilii Fortunatiani explicit.* 6. Ars Caesii Bassi de metris'. sequuntur *idiomata nominativa,* hoc est indices nominum latinorum et graecorum ex Charisii codice descripti, deinde '*interpretatio verborum graecorum, quibus usus est D. Hieronymus in suis libris*'.. fuit olim Iani Parrhasii, postea Antonii Seripandi. scripturam codicis ab initio prioris libri Atilii Fortunatiani qui dicitur usque ad p. 263, 21 *necessitudo contingeret,* cum principe editione collatam habui opera Georgii Thilonis, qui scripturas codicis in exemplari eiusdem editionis, quod ipsum quoque olim Parrhasii fuit, nunc in regía bibliotheca Neapolitana est, adscriptas esse mihi indicavit.

Codex Ambrosianus D. 17 inf. chart. continet priorem Fortunatiani librum cum priore parte fragmentorum, quae illi subiecta sunt, f. 1 *Atilii Fortunatiani ars. De carmine Sotadeo fragmentum. Secundus pariambus — facultatibus. De positura. Distinctio est — dignum duxisti.*

Codex Ambrosianus D. 498 inf. chart. continet fragmenta utriusque libri Atilii Fortunatiani et fragmentum Donatiani mutato ordine, qui in

---

*) Quoniam non nihil interest scire, quae in his apographis veteris codicis Bobiensis coniuncta sint, subieci descriptionem utriusque' codicis Vaticani, qualem olim in analectis grammaticis Halis a. 1848 exhibui. Cod. Vat. 3402 chart. 4. saec. XV 'ex libris Fuluii Vrsini' f. 1 *Velii Longi de orthographia. Necessarium — foedi:* p. 2213—2238 P ‖ 22 *Adamantii siue Martyrii de b muta et u uocali. Artem quibusdam — seruare desyderant:* cf. Mai in Front. ed. Mediol. ‖ 37 *Cornelii Frontonis exempla elocutionum. Abundans — esse graecorum:* gramm. lat. ed. Lind. v. I p. 209—266‖ 69 *Atilii Fortunatiani ars. Secundus pariambus — facultatibus:* p. 2671—2685 P‖ 80 *Distinctio est temporis et sensus finitio* sqq. — *de chria* sqq. — *dignum duxisti:* e codice Vat. 5216 edidit Gaisfordius script. lat. rei metr. p. VI sqq. ‖ 81 *Donatiani fragmentum. Ars grammatica accepta ex auditione Donatiani — tertia s. declinatione:* ib. p. VIII ‖ 83 *Ars Fortunatiani. Etsi scio — iambici erunt:* p. 2685—2706 P ‖ 100 *Ars Caesii Bassi de metris. Maecenas — mimica:* p. 2663—2672 P ‖ 106 *Principia artis rhetorice summatim collecta de multis: Ascythomata a Iulio Seueriano. Forsitan me usurpatorem — sculpta permanserint.*

Cod. Vat. 5216 chart. fol. saec. XV vel XVI f. 1 *Atilii Fortunatiani ars. Distinctio — duxisti. Donatiani fragmentum. Ars Fortunatiani. Ars Caesii Bassi. Principia artis rhetoricae.* in his omnibus consentit codex cum Vaticano 3402 ‖ 31 *incipiunt glosae Placidi grammatici:* Mai class. auct. v. III p. 427—503 ‖ 53 *incipit expositio Virgilianae continentiae secundum philosophos moralis. Expetebat — cautius lege. Virgilianae continentiae secundum philosophos moralis expositio a Fabio Planciade Fulgentio uiro clarissimo edita explicit* ‖ 59 *Velii Longi* sqq. 70 *Adamantii* sqq. 77 *Cornelii Frontonis* sqq.: cf. cod. Vat. 3402.

reliquis codicibus est, scripta et pluribus locis recentiore manu suppleta. et huius et superioris Ambrosiani codicis scripturas in margine editionis Gaisfordianae a Studemundo adscriptas habui; posterioris accuratam descriptionem cum scripturae discrepantia olim mecum communicaverat Detlefsenus*).

Sed ex his libris, quibus nunc omnis memoria eorum quae hoc loco edidimus continetur, nullus est, quem ex ipso vetere Bobiensi codice expressum esse demonstrari possit. nam in principe editione multa quae in libris manu scriptis leguntur omissa sunt: non solum pro iis quae in codice graece scripta erant vacuum spatium relictum est, sed etiam in latinis verbis multae inveniuntur lacunae, interdum eadem ratione atque in illis indicatae, saepius nullo defectus indicio relicto. quare credi nequit Parrhasium Bobiensem codicem, ex quo haec omnia supplere poterat, adhibuisse, sed potius apographo a Galbiato neglegentius facto usus esse videtur. duo Vaticani autem codices plane inter se consentientes accurate quidem veterem codicem expresserunt; verum tamen pauca in his quoque sunt, in quibus, cum genuinam lectionem eamque non coniectura inventam, sed ex archetypo ductam, princeps editio praebeat, in utroque pariter peccatum est. unde sequitur communem corruptelam ad illos ex apographo aliquo veteris codicis, ex quo descripti sunt, propagatam esse: cf. p. 314, 336, 341, 343, 354 ed. Gaisf. in Neapolitano codice unum inveni locum, in quo meliora quam reliqui praebeat, p. 314 ed. Gaisf., ubi in principe editione haec leguntur, *cuius exemplum Sella in Curuli struma Nonius sedet. ac pro sedet. sedit erit scazon. Sella in Curuli struma Nonius sedit. rursus permutatione uerborum et hunc faciet Iambicum: et illum scazonta. Nec excitatur classico truci miles;* in Neapolitano codice post *iambicum* addita sunt haec, *metrum rectum sella in curuli*

*) Subieci descriptionem codicis a Detlefseno factam, in qua quae recentiore manu addita sunt adpositis uncis notavi. Cod. Ambros. D 498 inf. f. 1 *Velii Longi de orthographia. Necessarium* — f. 13* *quoniam foedi* ‖ f. 14 *Adamantii sive Martyrii de b muta et v vocali. Artem quibusdam* — f. 24 *servare desyderant. Adamantii sive Martyrii de b muta et v vocali traducta in cons. potestatem lib. singularis exp.* ‖ f. 25 *Cornelii Frontonis exempla elocutionum. Abundans* — f. 44* *maximam esse Graecorum.* ‖ f. 45. *Principia artis rhetoricae sumatim collecta de multis Ascythomata a Iulio Severiano. Forsitan me usurpatorem* — f. 55 *usu sculpta permanserint. finit* ‖ f. 55* *Incipit expositio Virgilianae continentiae secundum philosophos moralis. Expetebat* — f. 65 *pectoris cautius lege* (f. 66) *Virgilianae continentiae secundum philosophos moralis expositio a Fabio Plancide Fulgentio viro clarissimo edita explicit* ‖ f. 67 *[Altilii Fortunatiani ars * secundus Pariambus tertius spondeus quartus Pariambus etc. loquitur de metro sotadeo. Est fragmentum cuius meminit etiam Aldus in Comm. De Archebuleo metro De Hipponacteis.* sequuntur reliqui tituli ex priore libro Fortunatiani usque ad (p. 326 ed. Gaisf.) *De Endecasyllabo Calceico. Distinctio est temporis] et sensus finitio — sensibus lumen accommodat.* f. 67* *[De chria. chria est dicti ..... De accentibus] Donatiani fragmentum. Ars grammatica* — f. 68 *in terna s. declinatione.* f. 68* *[Ars Fortunatiani. Etsi scio te omni studio atque virtute in hoc maxime aborare ut oratorem] te perfici velis et hoc unum in animo volvere* — f. 69* *haec duo coniungemus* (p. 339 ed. Gaisf.) *[De dactylico. De anapaestico.* sequuntur reliqui tituli ex altero libro Fortunatiani usque ad f. 70 *De metris Horatii et in fine huius capitis sunt haec nunc de Epodis] Omnia me metra horatiana persecutum* — f. 70* *utebantur facultatibus* ‖ [f. 71 *Incipiunt glossae Placidi grammatici. Alumna — Vernalis a verno tempore dicitur. Finis].*

struma sedit nonius, quae tamen coniecturae tribui possunt; in duobus Vaticanis lacuna ita corrupta sunt verba, *cuius exemplum sella in curuli struma sedit nonius et illum scazonta nec excitatur classico truci miles.* in ceteris Neapolitanus codex cum duobus Vaticanis et, siquando illi inter se dissentiunt, cum Vaticano 3402 ita consentit, ut in eodem numero habendus sit. ex duobus Ambrosianis alter D 17 inf. tam accurate principis editionis lectionem refert, ut non dubitem quin ex hac descriptus sit; alter D 498 inf. diversis manibus scriptus alium in aliis partibus fontem secutus est. nam in fragmento prioris libri, *omnia me metra — facultatibus*, is quoque prorsus cum principe editione consentit; in posteriore ita cum Vaticanis facit, ut nihil novi, quod alicuius momenti sit, ad illorum fidem adferat.

Itaque ad restituendam codicis Bobiensis scripturam, ad quam solam horum librorum recensio dirigenda fuit, ex iis copiis, quae mihi paratae erant, fidissimum ducem se praebuit codex Vaticanus 3402 (A). ad hunc in duobus Fortunatiani libris qui dicuntur accedebat Vaticanus 5216 (B), cui secundum locum tribuendum putavi, non solum quod eius scriptura parum accurate a Gaisfordio indicata est, sed etiam quod ipsum neglegentius quam alterum scriptum esse videbam. eundem in prima parte eorum quae adhuc Caesii Bassi nomine inscripta ferebantur Brunnius contulerat. quare in his quoque bis eius scripturam commemoravi, sed ita consentientem librum cum altero inveni, ut in reliquis eo facile carere possem. in excerptis grammaticis inter duos Fortunatiani libros positis codicem A praeter pauca, quae ipse olim ex eo descripseram, collatum non habui neque, dum opus perficitur, sicut speraveram, collationem codicis nancisci poteram. quare in priore parte illorum excerptorum alterum Vaticanum, cuius scripturam Gaisfordius expresserat, hoc auctore adhibui; in fragmento Donatiani Ambrosiano codice a Detlefseno cum principe editione collato (C) usus sum. denique praeter manu scriptos libros principem editionem (ς), cuius copiam ex Monacensi bibliotheca mihi fecerat Halmius, adhibui. cuius editionis lectiones in omnibus quae hoc loco edidi ne his quidem, in quibus nullam fidem habet, praetermissis accurate indicavi et, siquae vacuo spatio relicto in illa omissa erant, asteriscos, quod lacunae indicium esse volui, interposui, ut intellegeretur, quem ad modum haec olim in editis exemplaribus expressa fuissent. sed in Vaticanis codicibus, maxime in eo, de quo Gaisfordio fides habenda erat, cum esset ubi dubitari posset, num scriptura recte indicata esset, hanc rationem secutus sum, ut in iis locis, de quibus ii qui codices inspexerunt nihil monuerant, anteposita nota principis editionis ante notas codicum, ς A vel ς B, dissentientem ab edito exemplari scripturam ex manu scriptis libris non indicatam esse significarem; pauca etiam, in quibus error Gaisfordii manifestus erat, correxi. quamquam autem ad plenum et perfectum apparatum instruendum non nulla deesse in his libris maximeque Neapo-

litaui codicis scripturam desiderari posse video (nam Ambrosianos, quos de industria omisi, nemo desiderabit), tamen hoc effectum esse puto, ut de Bobiensis codicis scriptura vix ullo loco dubitari possit.

Atilio Fortunatiano solum priorem librum tribuendum, posteriorem ab hoc grammatico alienum esse primus, ni fallor, Lachmannus in Terent. Maur. p. XV dixit. quo ille hoc certe significare volebat, non esse utrumque librum ab eodem auctore scriptum. nam nomen quidem grammatici non maiore iure priori libro vindicari potest quam posteriori; immo in hoc solo fidem antiquitatis habet, nullam in illo. quamvis enim Atilii Fortunatiani nomen et in principe editione et in codicibus praeter unum Neapolitanum priori libro praescriptum sit, tamen non potuit illud hoc loco ex antiquiore memoria propagari, siquidem magna parte libri defectu membranarum ab initio amissa necessario vetus inscriptio perierat. quare quae nunc fertur huius fragmenti inscriptio, '*Atilii Fortunatiani ars*', olim non fuit, sed ex iis quae posteriori libri subscripta leguntur, *ars Atilii Fortunatiani explicit,* tum demum, cum duo libri neglegentius, quasi unius auctoris essent, coniuncti sunt, facta et ad initium prioris libri translata est. quod sive in Bobiensi codice ita institutum erat, sive is qui primus illum descripsit inscriptionem addiderat, nulla auctoritate factum esse apparet.

Quodsi quaerimus cui haec quae sine nomine auctoris memoriae prodita, postea temere Atilio Fortunatiano adscripta erant, tribuenda sint, magnam eorum partem Caesio Basso deberi intellexit Lachmannus, cum eundem auctorem a Terentiano Mauro expressum esse demonstraret in Terent. Maur. p. XVI. deinde Westphalius, qui omnem Caesii doctrinam accurate exposuit Metr. v. I p. 118 et 167 ed. sec., ex hoc fonte Atilii Fortunatiani disputationem derivatam esse censuit. sed remoto nunc errore de Fortunatiani nomine non est, cur ea quae nunc legimus a grammatico quodam inferioris aetatis e Caesii libro collecta, non ab ipso nobilissimo artis metricae auctore scripta esse credantur. nam primum dubitandum non est quin grammatici, quos Caesio Basso usos esse scimus, in primis Terentianus Maurus, hunc ipsum librum, cuius fragmentum tenemus, usurpaverint, quamvis aliter visum sit iis qui ea quae nunc habemus Atilio Fortunatiano tribuerunt. et illa quidem in quibus solis Terentianus Caesium nominavit, v. 2358 *Exempla ponam, quae locasse Caesium Libro notavi, quem dedit metris super*: *Beatus ille qui procul negotiis: Est creticus pes Socrates, et versus hic, Socrates beatus ille qui procul negotiis* sqq., non minus quam quae Rufinus de metr. Terent. p. 2707 (p. 379 ed. Gaisf.) ex eius libro attulit ex ea parte libri quae de trimetro iambico fuit petita sunt. sed in iis quae nobis relicta sunt et versus quem Rufinus servavit, *heros Atrides caelitum testor fidem*, usurpatur p. 256, 21, *tibi crescit herba caelitum testor genus*, et idem versus Horatii, quo Caesium usum esse Terentianus dicit, adhibetur p. 270, 24, *beatus ille non ebur neque aureum.* Horatii autem versum quod Caesius in deri-

vandis metris pro exemplo posuit et item alium apud Diomedem p. 508, 2, *Socrates trahuntque siccas machinae carinas* (nam hoc quoque exemplum Caesio deberi vidit Westphalius Metr. v. I p. 170, eodemque versu is usus est p. 258, 27), id quam apte huic libro conveniat non opus est dicere. neque ab aetate huius scriptoris, qui Neronis aetate vixit, alienum esse existimo, quod Horatii carmina iam tum ita tractari coepta sunt, ut ad huius poetae artem explicandam studia metricorum dirigerentur: atque adeo initia eius rationis, quae postea plurimum valuit apud magistros artis metricae, a Caesio Basso videntur repetenda esse. sed quae Terentianus v. 1889 de philicio metro scribit Caesium haud dubie respiciens, *Qui multos legere, negant hoc corpore metri Romanos aliquid veteres scripsisse poetas,* ex hoc libro p. 263, 27, *apud nostros hoc metrum non reperio,* translata sunt. porro quod ille in eodem loco *phalaecium metrum* dixit pro philicio eiusque inventorem *Phalaecium* pro Philico appellavit, non fuit quidem ea nominum permutatio apud Caesium neque in his quae nos legimus invenitur, origo tamen erroris nunc etiam e codicibus cognoscitur. in quibus cum recte legatur *philicius versus*, nomen poetae levi vitio scriptum est *Philicius*, in inscriptionem vero, quae postea addita est, iam irrepsit illa corruptela, ut scriberetur *de phalecio metro.* simili errore factum est ut metri phalaecii nomen, quo recte usus est Caesius p. 258, 13. 260, 32. 261, 18, pro ithyphallico, quod ille dixit p. 255, 10 et 258, 30, vel phallico p. 266, 9; 12. 268, 30, quibus locis vario modo in codicibus nomen corruptum est, poneretur. ex quo deinde apud posteriores grammaticos non librariorum culpa, sed ipsorum grammaticorum vitio perpetua trium metrorum confusio orta est. plurima autem, quae ex ea libri parte quae superest Terentianus recepit, multo uberius et doctius in hoc Caesii fragmento scripta esse quam apud illum, id quod ab aliis iam dudum animadversum est, comparatis locis, qui in margine novae editionis indicati sunt, facile intellegi poterit. pauca sunt in quibus plura praebeat Terentianus, quorum pars ita comparata est, ut dubitari possit, utrum haec ex alia libri parte, quae amissa est, petiverit, siquidem veterem rerum ordinem saepe mutavit, an in his ipsis quae restant quaedam omissa sint. ex quo genere sunt haec. de metro philicio v. 1885 addita sunt haec, *Nec non et memini pedibus quater his repetitis Hymnum Battiaden Phoebo cantasse Iovique, Pastorem Branchum cum captus amore pudico Fatidicas sortes docuit depromere Paean,* quae possit quispiam suspicari in loco corrupto p. 263, 26, *quod scilicet est acri salis,* excidisse; rectius tamen aliunde petita esse videbuntur. de trimetro claudo v. 2388 sqq. paulo uberius dictum est et de mimiambis addita sunt haec v. 2415, *Hoc mimiambos Mattius dedit metro: Nam vatem eundem iste attico thymo tinctum Pari lepore est consecutus et metro;* Caesius p. 257, 2 de hoc genere versuum se alio loco dixisse ait. de primo pede versus phalaecii dictum est v. 2551, *Sed primi pedis ante lex tenenda est* sqq., de quo nihil

legitur p. 258. anacreonteum metrum ex ionico a maiore derivatum esse, quod Caesius p. 261 non commemoravit, dictum est v. 2866, sed ita ut ab alio auctore receptum esse videatur, *Non nulli metron hoc magis putarunt Quod sit postera pars ionicorum, Quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos* sqq. alia vero ipse Terentianus se iis quae ab antiquiore auctore accepisset addidisse manifesto indicat, ex quibus praeter eum locum quem supra posui v. 1889 sqq. in primis memorabile est hoc, v. 1969 *Non equidem possum tot priscos nosse poetas, Vt veterum exemplis valeam quae tracto probare. Maurus item quantos potui cognoscere Graios? Quorum praecipue studiis ars musica constat. Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella: Nam et melius nostri servarunt metra minores.* nam respexit haud dubie ea quae in fine huius libelli, de quo dicimus, leguntur p. 272.

Deinde vero ea disciplina artis in hoc fragmento invenitur, quae et ab usu illorum grammaticorum, qui postea Iubam et Heliodorum secuti de metris scripserunt, longe diversa et ad Caesii Bassi rationes omnino accommodata sit. cuius rei gravissima argumenta sunt ea, quae antiquioris doctrinae propria esse subtili disputatione demonstravit Westphalius Metr. v. I p. 111 sqq., quod antispastici metri nulla mentio facta est (neque enim omitti illud metrum in primo carmine Horatii potuit p. 259, 15 et 268, 16, si tum inventum fuisset), et quod antibacchius vel antibaccheus dicitur pes qui ex una brevi syllaba sequentibus longis duabus constat p. 256, 24. 264, 3. 270, 12: nam hoc solum nomen invenitur, non palimbacchius neque bacchius. eodem referendum est, quod de paeonico versu quadrato, quod genus Heliodorus et Iuba, quos Marius Victorinus p. 96, 10 secutus est, e metris exemptum pro rhythmo haberi voluerunt, Caesius p. 264, 21 praecepit cavendum esse ne rhythmus fieret. memorabile de Caesio Basso testimonium est apud Victorinum de hexam. p. 209, 6 *Hexameter dicitur an hexametrus? Vtrumque, ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex graeca enuntiatione, alterum ex latina. quippe Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit 'hexameter' inquit 'versus'. contra quem item Caesius Bassus, vir doctus atque eruditus, in libro de metris 'iambicus trimetrus' ait.* eundem usum autem hic scriptor constanter servavit, qui nominativo casu dixit p. 256, 12 *herous hexametrus* et p. 269, 18 *hexametrus herous,* p. 256, 23 *pentametrus,* p. 269, 3; 9 *trimetrus.* praeterea addi poterant alia complura, quae quamvis non certis indiciis, sicut haec, ad Caesium referantur, tamen probabiliter eidem tribuuntur, veluti quod pyrrichium pedem qui vulgo dicitur constanti usu *pariambum* dixit p. 255, 2. 262, 24. 264, 27. 265, 4 et pentametrum elegiacum, nimirum quia ex hexametro heroo versum derivari volebat, *heroum pentametrum* p. 264, 8; 11 et 268, 14. sed iis quae dixi satis explicatum esse credo, cur hoc fragmentum, quo multa ex antiquissima et praestantissima doctrina petita contineri olim intellectum erat, antiquissimo scriptori tribuendum putaverim.

Iam vero Caesii Bassi nomen in codice Bobiensi, quem sequimur, inscriptum fuit commentario de metris quinque carminum Horatii. nam ad hunc solum commentarium illud nomen pertinebat, non ad ea quae ei subiecta sunt de pedibus, de compositionibus, de generibus versuum et poematum, quamquam haec prioribus vulgo ita continuata sunt, quasi ipsa quoque eiusdem auctoris essent. sed ne illa quidem de metris Horatianis, sic ut nunc scripta sunt, Caesio tribui posse intellexit Westphalius Metr. v. I p. 119. neque dubitari potest quin ea multo inferiore aetate a grammatico quodam, qui breviter metra Horatii exponere volebat, composita sint, sive is ultra quattuor prima carmina libri primi et nonum carmen eiusdem libri opus non produxerat, sive reliqua postea perierunt. sed quod nobilissimi metrici nomen operi imposuit, id ipsum argumento esse potest, eum idem nomen ei libro, de quo modo diximus, in codice quo utebatur inscriptum invenisse, praesertim cum plurima ex his quae ille breviter de Horatii metris disputavit ex eo ipso libro peti potuerint. nam in primo carmine de asclepiadeo metro praeter antispasticam divisionem postea inventam et plerisque probatam, quae in hoc commentario sic, ut aliunde petita esse videatur, commemorata est p. 2663, *alii per dipodias ita, 'Maecenas a' debuit antispastica dipodia esse* sqq., eodem modo dictum est a Caesio p. 259 et p. 268; in tertio carmine de glyconeo octosyllabo p. 259; in quarto carmine de alcaico ἑπτακαιδεκασυλλάβῳ, de quo alio loco uberius dictum erat (cf. p. 268, 29), et in nono carmine de tribus alcaicis versibus p. 268. de uno sapphico metro, quod est in secundo carmine, cuius metri eandem fere divisionem scriptor huius commentarii probavit, quae commemorata est ab Atilio Fortunatiano p. 354 ed. Gaisf., a Diomede p. 519, 17, a Mario Victorino p. 162, 15, a definitione Caesii discessit, quamquam in iis quae nunc legimus p. 266 quaedam omissa sunt. itaque siquid omnino huic libello, cui nomen Caesii Bassi adhaesit, tribuendum est, is qui eum composuit illius libro ita usus est, ut ea quae ad metra Horatii explicanda pertinerent colligeret et additis quibusdam, quae ab aliis tradita erant, componeret, inscriptionem autem, quae est *ars Caesii Bassi de metris*, propterea quod huius excerpta posuerat, repeteret.

De Atilio Fortunatiano, cui alterum librum auctoritate Bobiensis codicis vindicandum esse supra dixi, nihil constat. neque enim contenderim eundem esse Fortunatianum, ad quem Servii libellus de metris Horatii, quem in quarto volumine grammaticorum p. 468 edidi, scriptus est. quod consilium autem in scribendo secutus sit, in praefatione ad nobilem quendam adulescentem missa dixit. nam Horatiana metra accurate expositurus omnem metricam artem breviter adumbravit. in quo ille partim Caesium Bassum partim Iubam auctores secutus est. quo factum est ut et cum fragmento Caesii Bassi et cum aliis artis metricae scriptoribus, qui iisdem auctoribus usi erant, in primis cum Mario Victorino et Diomede et cum

fragmento ex Bobiensi codice in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 516 sqq. edito, saepe consentiret; graecorum autem poetarum exempla complura, quae ab Heliodoro, ut videtur, ad Iubam propagata erant, servaret.

Denique et post fragmentum Caesii Bassi et post commentarium de metris Horatii eidem tributum in codice Bobiensi scripta erant excerpta grammatica. quae quamquam ab illis libris aliena sunt, tamen commodissimum esse visum est ea in editione eodem loco, quo in codice scripta erant, exhibere. sed ex his excerptis quae in priore loco scripta sunt ea pars quae est de analogia Donatiani nomine inscripta, *ars grammatica accepta ex auditorio Donatiani,* ex quibus in codicibus et in principe editione facta est inscriptio *Donatiani fragmentum*, cum Charisii arte grammatica ita consentit, ut ex hac recepta esse videatur. nam primum de nomine analogiae praeter pauca, quae ab initio hic uberius scripta sunt, quam nunc apud Charisium leguntur, eadem ab illo auctore Iulio Romano tradita sunt p. 116, 30. deinde de nominibus a littera terminatis omnia quae hic leguntur apud eundem p. 52, 6 inveniuntur. ea quoque quae ante hanc partem nullo certo ordine scripta sunt de distinctione, de chria, de poemate, de versu, de accentibus, ex ea parte artis Charisii, quae in Neapolitano codice inde a titulo *de lectione et partibus eius* (gramm. lat. v. I p. 5, 8) periit, peti poterant. nam plurima ex his apud Diomedem, Dositheum, Victorinum, qui eundem artis auctorem atque Charisius secuti sunt et cum hoc consentire solent, similiter scripta sunt. quare haud improbabile est illa quoque excerpta, quae posteriore loco post commentarium de quinque carminibus Horatii scripta sunt, ab eadem origine repetenda esse. et de iis quidem quae de nominibus pedum ibi scripta sunt illud suspicatus est Westphalius Metr. v. I p. 118, propterea quod pleraque praeceptis Diomedis, quibuscum consentire Charisius soleret, similia essent.

CAESII BASSI FRAGMENTVM DE METRIS

p. 2671. 72 P. p. 312 G.

* * *

* secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, quintus tribrachus, sextus item tribrachus, ultimus spondeus. et quod magis mirum videri potest, totus sotadeus numerus ex trochaeis potest constare pedibus, ut duo habeat ithyphallica metra et unum trochaeum pedem sic,

Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche.

quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, eiusdem scilicet rationis erit etiam mollior sic,

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche.

nam ithyphallicum metrum saepe recipit hunc tribrachum, ut etiam apud Menandrum in Phasmate et apud Callimachum in epigrammatibus ostendi potest. cuius exemplum subieci, quo notius sit eum, cum sit sex syllabarum, adcrescere modo una syllaba modo duabus, per tribrachum scilicet pedem, sic,

huc ades, [o] Lyaee
Bassareu bicornis
Maenalie bimater,

---

2 Secundus — ultimus spondeus *Mar. Victor. 131, 26* 3 et quod magis — 256, 6 Bacche *Mar. Victor. 92, 13—29*

A codex Vaticanus 3402
B codex Vaticanus 5216
ς editio princeps Iani Parrhasii Mediolani a. 1504.

ATILII FORTUNATIANI ARS *A* ALTILII FORTUNATIANI ARS *B* Atilii Fortunatiani ars. De Carmine Sotadaeo fragmentum ς. *Atilii Fortunatiani nomen ex illius libro, qui sequitur, huc translatum esse videtur. pro hoc Caesii Bassi nomen restituendum esse dixi supra p. 250* 2 Primus spondeus secundus pariambus *Aldus gramm. instit. p. 384 ed. Ven. a. 1575 et Putschius. cf. Mar. Victor. p. 131, 24* huius exemplum 'dicite rogo vos dicite, quid ita rapitur Attis'. nam primus est dactylus, secundus pariambus *sqq. pertinent autem verba ad definitionem versus sotadei ex dactylico hexametro derivati ea ratione, de qua et Marius Victorinus l. c. et Terentianus Maurus 2005 sqq. praeceperunt* 4 totus sotadeus versus *Marius Victorinus p. 92, 13* 5 ut duo habeat *Marius Victorinus* ut duo habet *A* et duo habet ς *B* 6 Bacche *ter scriptum habent A B ς* 12 subiici *B* 13 syllaba *om.* ς 14 sic *om.* ς *B. add. A* 15 huc ades Lyaee *Diomedes p. 511, 30, quod recepit Aldus l. c.* 17 Maenalie *Gaisfordius* maenale *A B* Maenole ς Nyctilie *Aldus*

crine nitidus apto
luteis corymbis:
hedera te coronis
hasta viridis armet,
placidus ades ad aras,
Bacche Bacche Bacche. ||

DE ARCHEBVLEO METRO

Archebuleus accepit nomen versus, non quod Archebulus eum invenerit. | nam Stesichorus, antiquior illo poeta, et Ibycus et Pindarus et Simonides usi sunt eo, sed passim et promiscue. Archebulus autem quia carmen ex hoc uno genere composuit, archebuleum nominatum est. origo eius herous hexametrus est, exemplum

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba,

quem facies heroum hexametrum adiectis duabus syllabis sic,

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et herba.

est autem hic versus anapaesticus, quia, *cum* primus heroi hexametri dactylus syllabam amittit, reliquae duae breves iungunt se longae insequenti et deinceps ceterae in eandem formulam veniunt. nec tantum heroo hexametro se iungit hic versus, sed etiam post tres anapaestos accedit ad trimetrum. nam possis eum sic componere,

tibi crescit herba caelitum testor genus.

hic versus dactylicum melos summa cum voluptate aurium cludit, de quo, cum res coegerit, plura dicentur. est autem pentametrus, ex anapaestis constat fere pedibus, recipit spondeos, cluditur antibaccheo. de ultima syllaba, brevis an longa sit, iam supervacuum est monere.

---

8 Archebuleus — 18 in eandem formulam veniunt *Mar. Victor. 125, 21 — 126, 15 Terent. Maur. 1908 — 1919 Diom. 514, 1 — 5* 21 tibi crescit *p. 258, 24 Mar. Victor. 149, 6 Rufin. 2707*

---

1 apte *et in marg.* f. apta *ut videtur A* apte *B* ς apto *L. Müllerus N. Jahrb. f. Philol. a. 1866 p. 863 verbis ita distinctis*, crine nitidus apto. luteis corymbis hedera te, coronis hasta viridis armet 4 armet *Marius Victorinus, quod restituit Aldus*, arma et *B* ς arma et *et in marg.* f. armate *A* 8 Archebuleus] Archibuleus *B* quod Archebuleus ς 9 poeta Ibycus ς 10 Archebuleus autem ς 12 heroicus *A B* ς 13 crescit herba ς crescit et herba *A B* 16 cum *om. A B* ς 19 se ungit hic *A B* se * hic ς 22 hic uersus dactyli cum mele summa cum uoluptate aurium claudit *(corr.* cludit) *codex Neapolitanus Borb. IV A 11.* hic uersus dactyli cum melle summa cum uoluptate aurium cluditur (clauditur *corr.* cluditur *A*) *A B* hic uersus dactyli cum molle summa cum uoluptate aurium claudit ς. *dactylicam partem cum iambica in hendecasyllabo versu iunctam esse eodem exemplo adposito dictum est p. 258, 17. de iambo in fine dactylici versus posito post definitionem metri archebulei dixit Terentianus 1920* Dactylici finem versus si cludat iambus, Hoc est pro longa brevis ut paenultima fiat, Auribus acciderit novitas inopina meleos 23 coegerit ς cogerit *A B* 24 antibaccheo *A et ut videtur B* antibacchaeo ς antibacchio *Putschius* 25 admonere ς

DE HIPPONACTEIS

Nunc ad hipponactea veniamus. e quis de tetrametri ‖ unius iambici genere, quia res exigebat, nos suo loco diximus. hic auctor trimetron scazonta fecit, id est claudicantem, cuius lex talis est, ut proxima ultimae syllaba utique sit longa et pro iambo pede versus spondeo finiatur aut trochaeo, quoniam nihil interest, novissima syllaba brevis an longa sit. cuius exemplum

sella in curuli struma Nonius sedet:

fac pro sedet sedit, erit scazon,

sella in curuli struma Nonius sedit.

rursus permutatio verborum et hunc faciet iambicum rectum,

sella in curuli struma sedit Nonius,

et illum scazonta,

nec excitatur classico truci miles,

iambicum rectum sic,

nec excitatur classico miles truci.

hoc autem ita fieri observabimus, si aut ultimi duo pedes ex disyllabis absolutis verbis constabunt, aut quartus semipes posterior | cum insequente pede trisyllabum perficit verbum, tamquam Nonius, utique autem sextus pes perfectum habeat disyllabon, tamquam sedit fecit dixit. sed cum facile rectus iambicus admittat quinto loco spondeum, hic scazon pessimus erit, qui habuerit alium quinto loco quam iambum; quo tamen sine religione usus est Hipponax. eius exemplum

---

2 Nunc ad hipponactea — 258, 11 accidere possint *Mar. Victor. 136, 13 — 137, 7 Terent. Maur. 2398 — 2415*

---

2 ad hipponactea *A B* ad Hipponacta ς ueniamus cuius de tetrametri unius iambici (iambice *B)* genere *A B* ueniamus. cuius de tetrametri genere unius iambici ς. e quis *scripsi, ut significaretur tetrameter iambicus catalecticus vel hipponacteus versus iambicus quadratus qui dicitur infra p. 263, 17. de hoc enim Marius Victorinus p. 135, 14 et Terentianus Maurus 2371 sqq. ante trimetrum iambicum claudum et tetrametrum trochaicum claudum praeceperunt. Caesius una cum trimetro iambico eum versum tractavisse videtur* 3 *fortasse* quae res exigebat trimetrum ς 5 syllabae *A B* ς spondaeus finiatur a Trochaeo ς 7 Cuius exemplum Sella in Curuli struma Nonius sedet. ac pro sedet. sedit erit scazon. Sella in Curuli struma Nonius sedit. rursus permutatione uerborum et hunc faciet Iambicum (metrum rectum sella in curuli struma sedit nonius *add. cod. Neap., sed deleto v.* metrum): et illum scazonta. Nec excitatur classico truci miles. hoc autem ς *et codex Neapolitanus* cuius exemplum sella in curuli struma (semina *B)* [struma] sedit nonius et illum scazonta nec excitatur classico truci miles hoc autem *A B. emendationem praebuit Marius Victorinus, cuius rationem accuratius ita expressit Studemundus,* cuius exemplum 'sella in curuli struma Nonius sedet', fac pro sedet sedit, erit scazon, 'sella in curuli struma Nonius sedit'. rursus permutatio verborum et hunc faciet iambicum integrum, ut 'sella in curuli struma sedit Nonius'. similiter permutatio eadem rectum faciet iambicum et illum scazonta, 'nec excitatur classico truci miles' et contra 'nec excitatur classico miles truci' 8 sella] *Catull. 52, 2* 17 ex syllabis ς 19 pede *om.* ς 20 habeat disyllabum ς 22 quam iambicum *A B* ς

nec excitatur classico miles rauco:

at si feceris

nec excitatur classico pedes rauco,

probabilem facies choliambum, de quo plura alias.

Idem fecit Hipponax in scazonte quadrato quod in trimetro, cuius exemplum est ‖

pro pudor sella in curuli struma Nonius sedit;

item aliter

haesitat nec excitatur classico truci miles.

de quo plura dicere supervacuum est, cum omnia quaecumque accidunt trimetro scazonti huic quoque accidere possint.

DE HENDECASYLLABO PHALAECIO

Venio nunc ad hendecasyllabum phalaecium, qui ex simili causa, ut plerique, a cultore suo, non inventore, nomen accepit. nam hic versus apud Sappho frequens est, cuius in quinto libro complures huius generis et continuati et dispersi leguntur. huius hendecasyllabi varia divisio est et omnis aut ex se efficiens aut ad aliquod pertinens metrum. sed prima vulgaris quidem illa divisio, quae docet eum partem habere ex heroo, partem ex iambo, cuius exemplum

castae Pierides meae Camenae.

ex heroo sic dividitur,

castae Pierides sonitum dedit aere canoro;

ex iambico sic,

meae Camenae caelitum testor genus.

Altera divisio est, cuius feceram mentionem, cum de epodo Callimachi dicerem hoc exemplo,

siccas ducite machinae carinas.

nam primi duo pedes reliquis quattuor adsumptis faciunt heroum sic,

siccas ducite remigio subeunte carinas;

reliqua pars ithyphallicum facit,

machinae carinas.

Tertia divisio est ‖

---

13 Venio nunc ad hendecasyllabum — 263, 21 contingeret *Mar. Victor. 148, 9 — 155, 9 Terent. Maur. 2545 — 2913* 17 sed prima — 24 genus *Diom. 509, 11—15* 24 meae Camenae *p. 256, 21 Mar. Victor. 149, 6 Rufin. 2707*

---

2 at si fecerit *B cod. Neap.* nam (?) si fecerit *A* nam si feceris ς 4 choliambum *Gaisfordius* choriambum *A B* ς 5 quod] quam *cod. Neap.* 9 truci miles *A B* miles truci ς 10 quae accidunt ς 11 quoque *om. B* 13 ut plerique ς aut plerique *A B. an* ac plerique? 18 ex heroo ς *B* ab heroo *A* 19 cuius *om.* ς 22 sonitum dedit] *cf. Verg. Aen. VIIII 503* at tuba terribilem sonitum procul aere canoro Increpuit 23 sic *om. A, add.* ς *B* 24 testor] rector *B* 25 altera *B* ς ii (*an* II?) altera *A* cum de epodo Callimachi dicerem] *cf. Terent. Maur. 2940*

castae Pierides meae Camenae.

detracto enim 'Camenae' fit anacreonteon metrum syllabarum | octo, quod musici bacchicon vocant, grammatici choriambicon * qui duplex constat ex longa et duabus brevibus et longa, id est ex choreo et iambo. hoc metrum incrementum accipit et totum ab Alcaeo tractatum est et ab Horatio nostro. nam quod est

castae Pierides meae,

id est apud Horatium

intermissa Venus diu.

demus illi incrementum, id est pro uno duos choriambos, fiet

intermissa Venus *missa Venus* diu

et

castae Pierides Pierides meae.

huic simile

Maecenas atavis edite regibus,
o et praesidium et dulce decus meum.

hic etenim, qui disyllabo verbo absoluto finitur, si amiserit choriambum, erit illi metro par, cuius exemplum

castae Pierides meae:

fiet enim

o et praesidium meum.

rursus adcrescat choriambus, fiet

castae Pierides Pierides meae

et

o et praesidium et dulce decus meum

et

intermissa Venus missa Venus diu. ||

demus etiam nunc illi unius choriambi incrementum, fiet

castae Pierides Pierides Pierides meae,

quale est illud apud Horatium, quod et ipsum ab Alcaeo sumpsit,

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi.

---

1 castae *Atil. Fortun. 293, 12*   2 quod musici bacchicon vocant *p. 263, 23. 268, 21*

---

1 mei ς   3 bacchion ς   choriambon ς. *lacunam indicavi, qua divisio metri anacreontei, in quo medius est pes choriambus, excidit: cf. Terent. Maur. 2613 Mar. Victor. p. 148, 33*   5 ab Alceo *A B* ab altero ς   tractum est et ab Horatio *A B* ς tractum est ab Horatio *Gaisfordius. cf. p. 270, 21* et hoc sumptum ab Alcaeo et ab illo tractatum frequenter   6 nam quod est *Putschius* namque est *B cod. Neap.* ς *et ut videtur A.* nam quod *adscripsit Parrhasius in margine editionis suae, quae nunc est in bibliotheca Neapolitana*   8 id est ς *A* idem *B. fortasse* idem est   9 intermissa] *Hor. carm. IIII 1, 1*   10 *fortasse* duos choriambos ponamus   fiet intermissa uenus diu et castae *A B* fiet intermissa diu uenus et castae ς   14 huic simile erit ς   15 Maecenas] *Hor. carm. I 1, 1*   21 o praesidium ς   23 Pierides *semel scriptum habet* ς   25 o praesidium ς   meum * et Intermissa ς   28 demus] demum *B*   29 Pierides *bis scriptum habent A B* ς   30 ab Alceo *A B* ab altero ς   31 tu] *Hor. carm. I 11, 1*   tibi * hoc ς

hoc ipsum imminuendo paulatim tria haec metra quae rettuli manifestiora faciam,

tu ne quaesieris quem mihi quem tibi:

hoc par est illi,

Maecenas atavis edite regibus.

alterum detraham choriambum, fiet

tu ne quaesieris tibi:

hoc par est illi,

intermissa Venus diu

et

castae Pierides meae.

Dè priapeo metro. Ex hac divisione et priapeus nascitur versus, cuius exemplum apud Catullum

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

nam cum in duo commata hic versus dividatur, superius comma octo syllabarum erit, sequens septem deminuta superioris commatis parte, ut si facias

mater saeva Cupidinum mater saeva Cupido.

sed adeo totus hic ex heroo venit hexametro, ut et apud Homerum nullo immutato verbo complures inveniantur priapei et apud Virgilium, quorum | unum in praesentia posuimus, qui forte succurrit, credo et alios inveniri posse complures,

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

quod apparet ita esse, quoniam ita huius versus exigit natura, ut inter duo commata exiguam pronuntiando interponas moram. nam || 'cui non dictus Hylas puer' par est huic, 'hunc lucum tibi dedico', sequens autem comma 'et Latonia Delos' huic, 'consecroque Priape'. non ignoro autem variari primas et secundas syllabas utriusque in priapeo commatis, ut modo ab iambo incipiat, modo a trochaeo, tamquam

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
libens hoc tibi dedico, libens, sancte Priape.

nam et hendecasyllabus, quem phalaecium vocamus, apud antiquos auctores eodem modo solebat incipere alias a spondeo, alias ab iambo, alias a trochaeo, ut apud Catullum [hendecasyllabus] a spondeo

passer deliciae meae puellae,

a trochaeo

---

9 diu * et castae ς 14 hunc lucum *Catull. 18, 1* consecro dedicoque ς 15 hic uersus ς *B* uersus hic *A* 16 erit sequens] et insequens *A B* ς 18 mater] *Hor. carm. I 19, 1* 21 alios ς *A* alio *B cod. Neap.* 23 cui] *Verg. georg. III 6* 28 commatis *Gaisfordius* commate *A B* ς 30 *fortasse* hunc locum. ***sed potius post alterum versum exemplum priapei a trochaei incipientis excidisse videtur*** consecroque Priape * libens ς 31 libens — Priape *om. B, add. A* ς 33 ab iambo *A* ab iambico ς *B* 34 hendecasyllabus — a trochaeo *om.* ς 35 passer] *Catull. 2, 1*

arido modo pumice expolitum,

ab iambo

meas esse aliquid putare nugas.

quae omnia genera hendecasyllabi Catullus et Sappho et Anacreonta et alios auctores secutus non tamquam vitiosa vitavit, sed tamquam legitima inseruit. ex quibus quoniam priapeus nascitur, necesse est easdem habeat varietates.

Quarta divisio est hendecasyllabi talis,

castae quas veneramur *o* sorores.

nam priore commate Callimachus in epigrammatibus || usus est et Bacchylides in carminibus et alii. heroi autem dactylici pars est hoc modo,

castae quas veneramur Olympia templa tenentes.

Quinta divisio est hendecasyllabi hoc exemplo,

castae Pierides novem sorores.

nam secundum primum spondeum insertus huic hendecasyllabo anapaestus ionicum sotadeum facit sic,

castae dociles Pierides novem sorores.

ex quo non est mirandum quod Varro in cynodidascalico phalaecion metrum ionicum trimetrum appellat, quidam ionicum minorem.

Sexta divisio est hoc exemplo,

cui dono lepidum novum libellum.

pars enim prior est 'cui dono', quae accidit heroo | metro sic,

cui dono titulum Troiae qui primus ab oris.

reliqua pars hendecasyllabi, 'lepidum novum libellum', anacreonteon facit metron octo syllabarum iambicum ab anapaesto incipiens, quale est illud apud Laevium,

mea Vatiena amabo.

De galliambo. Ex hoc nascitur galliambus repetito hoc metro, sed una syllaba detracta, ut habeat semipedem clausulam, quale est hoc,

---

1 arido] *Catull. 1, 2* 3 meas] *Catull. 1, 4* 9 ueneramur o sorores *Santenius in Terent. Maur. p. 373* ueneramur sorores *A B* ς 10 priore] proprie ς Callimachus in epigrammatibus] *Hephaest. p. 59, 21 ed. Westph.* *ὡς τὸ Καλλιμάχειον τοῦτο ποιημάτιον, Ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος, Τὴν οἵ φασι τεκόντες, ib. p. 65, 19, unde* in poematibus *coniecerat Santenius l. c. cf. Mar. Victor. p. 164, 35* 11 pars est *Gaisfordius* par est *A B* ς 18 in scenodidascalico *Lachmannus in Terent. Maur. praef. p. XV* in cynodidascalo *Ritschelius de Varron. logistor. (ind. lect. Bonn. hibern. a. 1845) p. X* phalecion ς *A* falecium *B* 19 appellat et quidem ionicum minorem *Westphalius Metr. v. II p. 242 ed. sec., qui trimetrum ionicum a minore eum versum dici voluit coll. Terent. Maur. 2845 et 2282. rectius Varronis sententiam demonstraverunt Lachmannus l. c. et Weilius Jahrb. f. Philol. a. 1867 p. 132* 21 cui dono] *Catull. 1, 1* 22 pars enim prior est] par est enim priori *A B* ς quae accidit ς quae accedit *A B* quod accidit *Putschius* 24 Anacreontaeon ς anacreonteum *A B* Laevium] lepidum *A B* ς. LEPIDVS siue LEVIVS f. Laevius vide Agellium *in margine A. apud Gellium XVIIII 7 nihil quod ad hunc versum pertineat legitur. sed Laevii nomen ex iis quae infra p. 262, 17 scripta sunt petitum est.* lepidum *autem ex Catulli versu illatum esse videtur* 28 De galiambo *et eodem modo constanter postea A B*

mea Vatiena amabo,

ut faciat

mea Vatiena amabo, mea Vatiena ama,

et illud similiter

lepidum novum libellum, lepidus novus liber.

huic pares sunt apud Maecenatem

ades, inquit, o Cybebe, fera montium dea,
ades et sonante typano quate flexibile caput. |

sed quo magis hic versus, quod matri sacer est Idaeae, vibrare videatur, proximum ab ultimo pedem brachysyllabon fecerunt et Graeci et hic ipse Maecenas iis quos modo rettuli proximum sic,

latus horreat flagello, comitum chorus ululet,

et Catullus

Phrygium nemus citato cupide *pede* tetigit,

et ille alterius auctoris,

o qui chelyn canoram plectro regit Italo:

ut si facias illud ex Laeviano metro ad hanc legem,

mea Vatiena amabo, mea cura, mea Venus.

Catullus in anacreonteo * 'ades inquit o Cybebe'. potest adhuc fieri crispior, si pro uno iambo brachysyllabon posuerimus in hunc modum,

mea vita, mea voluptas, mea cura, meus amor.

hic versus habet primum pedem anapaestum, secundum saepe iambum, non numquam tribrachum, tertium iambum, semipedem accipit medium, quia ex duobus commatibus constat; sequens comma accipit pariambum, trochaeum, brachysyllabum, semipede cluditur. siquis autem quaesierit, quid ita, cum sit galliambicus versus, iambici quoque nomen acceperit, hoc versu, qui est apud Maecenatem, lecto intelleget eum ex iambico quoque trimetro nasci,

---

1 mea Vatiena amabo ut faciat *om.* ς 5 libellum *om.* ς 6 apud Maecenatem] *f. Diom. p. 514, 13* 7 cybele *A B* Cybelle ς fera *om.* ς 8 typano *L. Müllerus de re metr. poet. lat. p. 159* tympano *A B* ς 9 sed quo magis] sed quoniam *A B* ς: *Terent. Maur. 2893* mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachyn hic uersus quod matris acer est deae (dee *B*) uibrare *A B* hic uersus matri sacer est Ideae ut uibrare ς 10 pedem ς *B* pede *A* et graeci *A* ς ut graeci *B* 11 iis ς *B* his *A* 14 phrygium nemus cito cupide tetigit *A B* ς: *Catull. 63, 2* 15 et ille *A B* et illud ς 16 chelyn ς chelym *A B* 17 ex leuiano *A B* ex Lepidiano ς

19 *lacunam indicavi, qua exemplum anacreontei, h. e. prioris commatis versus galliambici, in quo una longa syllaba in duas breves a Catullo soluta erat, excidit. nam Maecenatis versus supra citatus neque errore Caesii Catullo tribui potuit neque apte hoc loco pro exemplo ponitur. iustus autem verborum ordo ita restituendus est,* 'mea Vatiena amabo mea cura mea Venus'. potest adhuc fieri crispior, si pro uno iambo brachysyllabon posuerimus in hunc modum, 'mea vita mea voluptas mea cura meus amor': Catullus in anacreonteo *(63, 91)* 'dea magna dea Cybebe', quod par est huic, 'ades inquit o Cybebe. hic versus *sqq.* o cybele *A B* o Cybelle ς 20 brachisyllabon posuerimus in hunc *A* brachysyllabum posuerimus in hunc *B* brachisyllabum * in hunc ς 26 cum] quem ς. *fortasse* quamvis 28 trimetro *om.* ς *B, add. A*

hic nympha cingit omnis Acheloum senem.

adice syllabam Acheloo, fiet galliambicus sic,

hic nympha cingit omnis Acheloium senem.

esse autem huic metro | cognationem cum sotadeo cognoscamus hinc licet, quia facta translatione modica et sotadeus qui fuit transit in galliambum et ‖ eodem modo galliambus in sotadeum. ex galliambo in sotadeum sic,

Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,
Phrygium cupide *pede* tetigit nemus citato:

contra

Galli timidi semianimes tergora versant,
Galli tergora versant timidi semianimes.

Septima divisio hendecasyllabi talis est,

vivis ludis habes amas amaris.

nam quattuor syllabis prioribus detractis, quae accidere possunt heroo incipienti cuilibet, relinquitur 'habes amas amaris', par anacreonteo metro, quod est syllabarum septem. constat ex tribus iambis et semipede: particula est posterior hipponactei versus iambici quadrati, quem dixi a comicis antiquis et latinis et graecis interponi frequentissime sic,

quid maestus incedis Micon? habes, amas, amaris.

'Puto me satis diligenter persecutum hendecasyllabi singulos articulos, ut ostenderem, cum quot metris ei quaedam necessitudo contingeret.

DE PHILICIO METRO

Philicius versus ex duplici pede constat, quem bacchicon musici, choriambicon grammatici vocant. habet longam et duas breves et longam, id est trochaeum et iambum. hoc autem Philicus conscripsit hymnos Cereri et Liberae, tali genere metri, quod scilicet † est acri salis et arcanae deorum venerationi ‖ credidit convenire. apud nostros hoc metrum non reperio. exemplum eius tale est,

---

10 Galli *Mar. Victor. 53, 1. 91, 19. 128, 19* 22 De philicio metro *Mar. Victor. 86, 16—19. 127, 4—22 Terent. Maur. 1861—1907* 23 quem bacchicon *p. 259, 2. 268, 21*

---

2 fiet ς *A* fit *B cod. Neap.* 3 Acheloum ς 6 galliambus] galliambum ς sic] hinc *A B* ς 7 Phyrgum ς 8 Phrygium cupide — citato *om.* ς pede *om. A B* 11 uersant timide ς 14 prioribus *om.* ς accidere possunt heroo *A* accedere heroo ς *B* 15 amaris par anacreonteo metro *A* amaris: Nam quattuor syllabis prioribus panacreontaeo (Aracreonteo *B*) metro ς *B* 17 posterior est ς dixi] *cf. supra p. 257, 2* 22 De philicio metro *Gaisfordius* De Phalecio metro ς *A B* 23 Philicius uersus *A B* Phhalecius uersus ς Bacchion ς 24 et longam ς et longum *A B* 25 Philicus *Naekius opusc. philol. I p. 30 coll. Hephaest. p. 31, 20 ed. Westph.* philicius *A B* Phalecus ς 26 Liberae *Salmasius in Simmiae alas p. 185* libero *A B* ς: *cf. Hephaest. p. 31, 22* quod scilicet est acri salis et arcanae deorum uenerationi credidit conuenire *A B* quod scilicet est * deorum conuenire uenerationi credidit ς quod scilicet sacris mysticis et arcanae deorum venerationi credidit convenire *Westphalius Metr. I p. 156 ed. sec.* quod scilicet Eleusiniae *(vel Ἐλευσινίοις)* et arcanae deorum venerationi credidit convenire *coniecit Studemundus. malim* tali genere metri usus, quod scilicet sacris cantibus et arcanae deorum venerationi credidit convenire.' *Terentianus 1885 praeterea Callimachi hymnum commemoravit*

frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque Iovi nefasto.

hunc hexametrum ex numero bacchico composuit Philicus, quo usus est etiam Archebulus, de quo auctore supra rettuli; clusit autem antibaccheo. numerus hic frequens est apud lyricos et praecipue apud Alcaeum, Sappho, Anacreonta. nascitur tamen et hic ab heroo, cuius dactylo primo, qui constat ex longa et duabus brevibus, si iunxeris sequentis dactyli vel spondei syllabam primam, facies choriambum hoc modo, 'arma virum', et in sequenti versu 'Italiam'. ad sum|mam pentametrum heroum, qui habet dactylos primos duos, velut hunc,

unde meus veniat mollis in ora liber,

adiectis duabus syllabis longis facies choriambicum ex heroo pentametro sic,

unde meus *nunc* veniat mollis in haec ora liber,

et

dum meus assiduo luceat igne focus

sic,

dum meus *hic* assiduo luceat hoc igne focus.

DE PAEONICO METRO

Paeonicus versus quadratus ab Aristophane comico compositus est ex eo paeone, qui constat longa syllaba et tribus brevibus. cluditur autem cretico, qui et ipse [constat] eiusdem generis et temporum totidem quot ille, una parcior syllaba est, ne, si fluat eodem numero, rhythmos, non metrum fiat. huius exemplum

egregia percoluit ingenia musice,
carminis in ore tenet ingenium*
sic Tiberis implacidus in maria labitur. ‖

DE PROCELEVMATICO

Proceleumaticus constat ex duobus pariambis, id est quattuor brevibus syllabis, cuius exemplum et in pedum demonstratione posui et nunc referam,

---

17 De paeonico metro *Mar. Victor. 97, 34—98, 5. 124, 8 – 19* 25 sic Tiberis *Mar. Victor. 53, 9. 129, 13*

---

2 bacchio ς philicius *A B* Phalecus ς 3 supra] *p. 256, 8* antibacchio ς 5 cuius] quasi *A B* nam si ς 6 breuibus iunxeris ς 8 ex insequenti *A* ex sequenti ς *B* 9 dactylos primos duos adiectis duabus syllabis longis facies choriambicum iambicum (iambicum *om.* ς) uelut hunc unde meus ueniat mollis in ora liber uelut hunc (huc *B*) ex heroo pentametro sic unde meus ueniat mollis in haec (haec *om. A B*) ora liber et dum *A B* ς: *Prop. II 1, 2* 14 dum] *Tibull. I 1, 4* 15 sic — focus *om.* ς: sic *om. B, add. A* 16 hic *om. A B* ς 20 quod ille ς *et ut videtur A B* quo ille *Putschius* 21 syllaba sit nisi fluat eodem numero rythmos non metrum fiet *A B* ς syllaba sit: nisi fluat eodem pedum numero, rhythmos non metrum fiet *Hensius Heliodor. Untersuch. p. 121 coll. Mall. Theod. p. 527 ed. Gaisf. trisyllabo pede finiendum esse paeonicum versum propter eandem causam dixit Caesius, quae de exitu metri proceleusmatici repetita est infra p. 265, 6 et de clausula anapaesticorum Diom. p. 512, 38* alienum autem pedem metra nisi recipiant, modus non facile finitur et magis rhythmus est quam metrum 22 ingenia musici carminis more tenet ingenium *A B* ς 23 *lacunam, qua secundi versus exitus mutilatus est, indicavi.* ingenium amabile *coniecit Studemundus. fortasse* ingenia musici

† sedet ibi Bromia dea pede mulier,
modo pecora rapida caper agitat humi,
caput inanime tepet avida neque manus.

habet hic versus proceleumaticos tres, quartum pariambum, semipede cluditur, ita ut detracta proceleumatico syllaba in tribrachum cadat et insistat, ne, ut dixi, numerus sit, non metrum.

DE SATVRNIO VERSV

De saturnio versu dicendum est, quem nostri existimaverunt proprium esse Italicae regionis, sed falluntur. a Graecis enim varie et multis modis tractatus est, non solum a comicis, sed etiam a tragicis. nostri autem antiqui, ut vere dicam quod apparet, usi sunt eo non observata lege nec uno genere custodito, *ut* inter se | consentiant versus, sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Naevium, quos pro exemplo ponerem. apud Euripidem et Callimachum et quosdam antiquae comoediae scriptores tale inveni genus,

turdis edacibus dolos comparas amice; ‖

apud Archilochum tale,

quem non rationis egentem vicit Archimedes,

et tertium genus,

consulto producit eum quo sit impudentior.

apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant victoriaeque suae titulum saturniis versibus prosequebantur, talia repperi exempla: ex Regilli tabula

d u e l l o m a g n o d i r i m e n d o r e g i b u s s u b i g e n d i s,

qui est subsimilis ei quem paulo ante posui,

consulto producit eum quo sit impudentior;

in Acilii Glabrionis tabula

f u n d i t f u g a t p r o s t e r n i t m a x i m a s l e g i o n e s.

apud Naevium poetam hos repperi idoneos,

---

4 habet — 6 metrum *Mar. Victor. 99, 5 — 10 Terent. Maur. 1466 — 1471*
7 De saturnio versu *Atil. Fortun. 293, 24 Mar. Victor. 138, 30 — 140, 6 Terent. Maur. 2497 — 2524 Plot. 2650*

---

1 sede tibi bromia dea pede mulier *A B* sede tibi bromie deuoto pede mulier ς sedet ibi, Bromie, terete pede mulier. *Santenius in Terent. Maur. p. 111. fortasse* sedet ibi Bromius, id age, pete, mulier 2 modo *om.* ς 6 non metrum *om.* ς 12 custodita inter se consentiant uersus sed *A B* custodito inter se uersus sed ς custodito sed *Marius Victorinus* praeterquam quod ς praeter quod *A B* 15 et quosdam antiquae comoediae scriptores *om.* ς tale inueni *A* inueni tale ς *B* 19 Archimenes ς 24 ex Regilli tabula] *Liv. 40, 52* Regili ς 28 Achilii *corr.* Acilii *B* Achilii *et in marg.* f. Acilii *A* Accili ς 30 Poetam Naeuium ς

ferunt pulchros crateras aureas lepistas,

et alio loco

novem Iovis concordes filiae sorores.

sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Naevio aliquotiens ab eo versu lacessiti,

malum dabunt Metelli Naevio poetae.

hic enim saturnius constat ex hipponactei quadrati iambici posteriore commate et phallico metro. hipponactei quadrati exemplum

quid immerentibus noces, quid invides amicis?

nam 'malum dabunt Metelli' simile est illi, 'quid invides amicis', || cui detracta syllaba prima facit phallicon metrum, 'invides amicis'. ex quibus compositus est hic saturnius, ut sit par huic,

quid invides amicis, invides amicis,

hoc modo,

malum dabunt Metelli Naevio poetae.

DE RELIQVIS HORATII METRIS

Nunc reliqua metra Horatii, quae nondum attigi, persequi volo.

Iam satis terris nivis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus | arces
terruit urbem.

[hendecasyllabus sapphicus fiet phalaecius immutato ordine,

vile potabis modicis Sabinum*]

hoc metrum tria cola habet paria, quartum brevem clausulam. sumptum est ab Alcaeo; Sappho quoque frequenter eo utitur. monostropha vocantur haec carmina, quia ad primam strophen cetera respondent nulla inter-

---

19 Iam satis — 267, 17 pedibus *Mar. Victor. 161, 17 — 162, 16* 26 monostropha — 267, 2 nominant *Atil. Fortun. 294, 24 Mar. Victor. 167, 18*

---

1 ferunt pulchros (pulcros *A)* pateras (f. crateras *in marg. add. A)* aereas lepistas *A B* ferunt pulchras pateras aureas lepidas ς pulchras creterras *Marius Victorinus et Plotius* 3 Nouem ς Nauem *et in marg.* f. nouem *A* nauem *B* 7 malis *B* 9 phallico *Santenius in Terent. Maur. p. 359* phalleco *A* Phalecio ς *B*. phalaecium versum *hendecasyllabum dixit Caesius p. 258, 13. 260, 32. 261, 18; tres trochaeos* ithyphallicum metrum *appellavit p. 255, 10 et 258, 30. utrumque metrum phalaecii nomine comprehendit Marius Victorinus: cf. infra p. 265, 30* 10 quid] *Diom. p. 515, 3* septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale 'quid immerentibus noces, quid invides amicis' 12 phalecon *A B* phalecion ς phallicum *Santenius l. c.* 18 prosequi *A B* ς*: cf. Terent. Maur. 2914* hinc iam cetera metra persequemur 19 iam satis] *Hor. carm. I 2, 1* 24 vile] *Hor. carm. I 20, 1. ex hoc mutatione pedum hendecasyllabum, sed non phalaecium, figurari ita,* 'vile potabis modicis Sabinum', 'potabis modicis vile Sabinum', *docet Marius Victorinus p. 157, 19. itaque lacunam, qua hendecasyllabus mutatione factus excidit, indicavi. praeterea verba non apte hoc loco posita et ex margine, ut videtur, illata seclusi* 25 tria cola] tricola *A B* ς quartam *A* ς quantam *B* 27 nullo interueniente epodo, qui cum a prima strophe differat, faciat eam quam musici et grammatici τριάδα nominant *Chri-*

veniente epodo, quae *cum* a prima strophe differat, faciat eam, quam musici et grammatici triada nominant. composita autem cola huius carminis singula ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex archilochio quadrato nascitur sic,

iam satis terris magisque genibus haerebo tuis:

hoc enim par est' huic,

nunc ita est, magis magisque genibus haerebo tuis.

sequens comma trimetri iambici primam habet partem; componitur sic,

nivis atque dirae genibus haerebo tuis,

ut sit par huic,

magis magisque genibus haerebo tuis.

clausula strophes huius haec est,

terruit urbem,

quae nascitur ab heroo hexametro sic,

arma virumque cano Troiae qui terruit urbem.

nam 'primus ab oris', pro quo hanc clausulam posui, par est huic non tantum numero, sed etiam pedibus: constat enim ex dactylo et spondeo. quae clausulae et per se repetitae et inter se iunctae anapaesticon metron efficiunt sic,

terruit urbem terruit urbem,
terruit urbem primus ab oris,
inclyte parva praedite patria
nomine celebri claroque potens.

Alterum carmen

quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrrha, sub antro?
cui flavam religas comam.

prima duo cola paria sunt,

Maecenas atavis edite regibus;

---

12 clausula — 23 potens *Atil. Fortun. 297, 16* 24 Alterum carmen *Mar. Victor. 152, 14—25. 164, 28 — 165, 5 Terent. Maur. 2793—2813*

---

stius, die Verskunst des Horaz (Sitzungsber. d. baier. Akad. 1868 I 1) p. 41 nullo interueniente epodo quae (q. *B*) a prima strophe differat faciat eam quam musici et grammatici tria denominant *A B* nullo interueniente epodo: Qui a prima strophe differre faciat eam Quam Musici et grammatici * denominant ς 3 Archilochio *Putschius A* archilocheo *B* archilochaeo ς 7 nunc] nam *A B* ς. nunc ita est *scripsi et cum versu qui sequitur coniunxi, ut quadratus archilochius efficeretur* 9 nivis] Huius ς 16 pro qua *A B* ς 19 sic terruit urbem primus ab oris inclyte parua praedite patria terruit urbem primus ab oris nomine celebri claroque potens *A B* sic. Terruit urbem Primus ab oris: Inclite parua p̄ditae patina. Terruit urbem primus ab oris: Inclite parua predite patina. Terruit Vrbem primus ab oris nomine celebri claroque poteus ς 22 inclyte] *Mar. Victor. p. 77, 3* apud Accium inclyte *sqq.* 25 quis] *Hor. carm. I 5, 1* 29 *post* paria sunt *haec fere omissa sunt*, et sunt similia huic *vel* et sunt asclepiadea, ut hic

duo quae subsequuntur commata priapei sunt versus, ut iam docui, sed praepostere posita, quorum ordo hic est,

cui flavam religas comam grato, Pyrrha, sub antro,
hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

De hendecasyllabo alcaico. Tertium genus carminis est |

vides ut alta stet nive candidum'
Soracte, nec iam sustineant onus ||
silvae laborantes geluque
flumina constiterint acuto.

primum et secundum colon paria sunt. constant singula ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex trimetro iambico sumptum est et cum eo compositum sic,

vides ut alta genibus haerebo tuis.

sequitur comma 'stet nive candidum'; ex hemistichio pentametri heroi delibata syllaba compositum est: reddita enim syllaba fit tale, 'stet nive candidulum'. potest etiam videri pars metri illius extrema, quod est tale,

Maecenas atavis edite regibus,

de quo iam disputavimus, ut hoc ita cum illo iungatur,

Maecenas atavis stet nive candidum.

constat enim hoc comma ex choriambo, quem faciunt iuncti trochaeus et iambus, et iambo. ita facile convenit et cum choriambico metro, quod bacchicon musici vocant, quale est

Maecenas atavis edite regibus.

sed qui altius haec non perspexerunt grammatici, hoc putant metrum de curtato pentametro factum, ut reddita syllaba fiat [pentametrum] tale,

Maecenas atavis edite remigibus;

itemque versum illum,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,

non ex duobus metris compositum putant, ut, cum de Archilocho loquebar, ostendi, qui tetrametro heroo || phallicum metrum iunxit, sed hexametrum maiorem syllaba vocant. tertium colon,

---

5 Tertium genus carminis *Atil. Fortun. 301, 12 Mar. Victor. 166, 10* 16 potest — 17 regibus *Diom. 509, 35* 21 quod musici bacchicon vocant *p. 259, 2. 263, 23* 24 sed qui altius haec non perspexerunt — 26 remigibus *Atil. Fortun. 296, 2 Diom. 508, 7 Terent. Maur. 2650 Mar. Victor. 109, 2. 147, 3. 150, 19. 161, 2* 27 itemque versum illum — 31 vocant *Terent. Maur. 2920 Diom. 509, 27 Mar. Victor. 117, 19. 142, 28. 163, 23*

---

1 duo commata quae subsequuntur priapei *A B* ς ut iam docui] *p. 260, 15* 2 quorum ς quarum *A B* 4 hunc lucum] *Catull. 18, 1* consecroque ς commendoque *A* consecro commendoque *B* 5 alcaico] calceico *A B* Phalecio ς 6 vides] *Hor. carm. I 9, 1* 11 antecedit *om.* ς 14 ex *Putschius A (?)* et *B* ς 15 talis ς 16 candidulum *Hensius coll. Atil. Fort. p. 301, 24* candidum *A B* ς 18 de quo iam disputavimus] *p. 259, 15* 21 et iambo] ex iambo *A B* ς cum choriambo metro ς 22 bacchion musici *A B* musici bacchion ς 24 perspexerunt ς *A* prospexerunt *B* 25 *fortasse* faciat pentametrum talem 27 item uersum ς 28 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* Fauoni ς *B* fauonii *A* 30 phallicum *Gaisfordius* phalaecum *B* phalecium ς *A: cf. p. 266, 9*

silvae laborantes geluque,

ex trimetro iambico factum detractis ei tribus syllabis: adice enim ei rursus tres syllabas, id est semipedem longum et iambum, fiet trimetrus,

silvae laborantes geluque frigido.

rursus detrahe syllabam huic colo ultimam, fiet

silvae laborantes gelu,

qui est epodus ex trimetro par illi,

altas maritat populos.

nam quem ad modum * si adieceris idem nomen, erit probabilis trimetrus,

silvae laborantes gelu Simonides.

quartum colon est

flumina constiterint acuto.

haec clausula huius strophes facta est ex tetrametro epodo, cuius auctor Archilochus. exemplum subieci |

aut Ephesum bimarisve Corinthi:

sic,

flumina constiterint et acuto.

nam sive praeposueris duos dactylos pedes sive subieceris, hexametrus herous est: praepositis pedibus sic,

praecipitataque flumina constiterint *et* acuto,

subiectis pedibus sic,

flumina constiterint et acuto frigoris ictu.

sed detrahitur epodo syllaba, ut fiat conveniens clausula sic,

flumina constiterint acuto.

archebuleo quoque metro si detraxeris primum pedem, qui est anapaestus aut spondeus, et proximas ei duas || breves, id est semipedem, reliquum erit par huic clausulae. sic autem divides,

neque nubila nec veteres agitantur orni:

nec veteres agitantur orni

par est huic;

---

25 archebuleo quoque metro *Mar. Victor. 126, 18*

---

2 factum *A B* est ς factum est *Gaisfordius* detractis ei ς *B* detractis eis *A* 3 longam *A B* ς. *fortasse* tres syllabas, longam brevem et longam, id est semipedem et iambum trimetrus] tibi metrus *B* 5 ultimam ς ultima *A B* 8 altas] *Hor. epod. 2, 10* 9 *lacuna quam indicavi ita fere videtur supplenda esse*, nam quem ad modum, si adieceris huic Simonides, trimetrum complebis, 'altas maritat populos Simonides', ita ille, si adieceris idem nomen, erit probabilis trimetrus, silvae *sqq. cf. Mar. Victor. p. 137, 20* 10 geluque simonides ς 13 *fortasse* ex tetrametro heroo: *cf. Mar. Victor. p. 166, 28* 15 aut Ephesum] *Hor. carm. I 7, 2* 16 fit enim integrum sic, 'flumina constiterint ab acuto' [*Caesius Bassus*] *de metr. Hor. p. 306, 26* 17 constiterunt et acuto *A B* constiterint acuto ς 20 praecipitataque *Gaisfordius* praecipitaque *A B* ς praecipitatque *Putschius* constiterint acuto *A B* ς. 24 constiterint ς *B* constiterit *A* 25 archebuleo *B* archibuleo *A* Archibulaeo ς 28 nec (neque *B*) neteres agitantur orni *semel scriptum est in A B* ς: *Hor. carm. I 9, 12*

flumina constiterint acuto.

hoc quoque carminis genus ab Alcaeo lyricus noster accepit.

Quartum metron est Horatii, de quo nihil adhuc diximus,

Lydia, dic, per omnes
te deos oro, Sybarim cur properas amando.

quod metron et ipse Horatius ignorando quale esset laboriosa observatione semel omnino facere conatus est, et in eo tamen parum decenter erravit. nam fecit illud asperius uno immutato pede. quod si scisset choriambicon esse et habere clausulas certas, non in illam salebram incidisset. nam primum comma ex choriambo et antibacchio compositum est, 'Lydia dic per omnes'. secundum colon, quod est longius, tres habet choriambos et unum antibacchium, scilicet clausulae gratia, quod metron Alcaeus sic ordinavit, homo in musicis exercitatissimus. at Horatius primum choriambum durissimum fecit pro iambo spondeum infulciendo sic, 'hoc deos vere Sybarim'. nam si secutus esset Alcaeum, sic ordinasset, 'hoc dea vere'. error tamen illius habet excusationem, quod in ea perseveravit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam partem non mutando. ‖

Restat unum genus carminis, de quo nihil adhuc diximus,

non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar.

et hoc sumptum ab Alcaeo et ab illo tractatum frequenter et ab Horatio semel omnino compositum. | est autem iambicum, et primum quidem comma cum trimetro versu iungitur sic,

beatus ille non ebur neque aureum.

insequens autem metrum archilochium iambicon curtum habet, cuius exemplum

trahuntque siccas machinae carinas,

sic et hoc,

mea renidet in domo lacunar.

Omnia me metra Horatiana persecutum existimo. illud in totum naturam metrorum cognoscere volentes possum admonere, etiamsi non omnia comprehendi, quaecumque apud graecos poetas possunt inveniri metra,

---

3 Quartum metron *Atil. Fortun. 300, 21 Mar. Victor. 87, 12. 165, 23* 18 Restat unum genus carminis *Atil. Fortun. 302, 14 Mar. Victor. 168, 19* 30 Omnia — 271, 4 referatur *Mar. Victor. 173, 19*

---

3 metrum ς 4 Lydia] *Hor. carm. I 8, 1* 5 te deos oro sybarim ς *A B* hoc deos vere Sybarin *Marius Victorinus* 6 metrum ς 8 quod si ς quo si *A B* choriambicon *B* coriambicon *A* choriambicum ς 9 in *om. A B, add.* ς 11 colon *A* colum ς *B* 12 metrum ς 13 excitatissimus *B* at] ac ς 14 infarciendo ς hoc deos uere sybarim *A* hoc deos oro (?) sybarim *B* Te deos oro sybarim ς 16 tamen] tū ς perseuerauit *A* perseuerauerit ς *B* 17 usque ad ultimam asmatis partem *Marius Victorinus p. 166, 8* 19 non ebur] *Hor. carm. II 18, 1* aurum ς 21 tractum ς 23 iungitur sic *A* iunge sic ς *B* 24 aurum ς 25 archilochium *Putschius B* archiloceum *A* archilocharum ς 27 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 28 sic *om. A B* ς 32 poetas *om.* ς

quia sunt apud lyricos *et* tragicos et comicos innumerabiles figurae compositionum, tantum me tamen hoc libro consecutum, quem et paucis composui diebus et memoria tantum modo adiuvante, ut quodcumque metrum novum aliquis se invenisse iudicarit, ad haec quae enumeravi utique referatur, cum omnia metra varientur aut adiectione aut detractione aut concinnatione aut permutatione. esse *et* alias species non ignoro, sed hae sunt praestantissimae. adiectione ita,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni;

accessit enim heroo metro syllaba, quae versum faceret longiorem: detractione, tamquam

trahuntque siccas machinae carinas; ||

detracta enim trimetro syllaba fecit illum minorem: concinnatione, tamquam

iam satis terris nivis atque dirae;

pars enim tetrametri prior cum priore trimetri parte commissa est: permutatione, tamquam

occasionem de die dumque virent genua:

nam cum Archilochus heroi partem priorem cum iambici priore parte commiserit, ita ut antecederet herous in hunc modum,

scribere versiculos amore percussum gravi,

Horatius immutavit, ut antecederet iambici pars, sequeretur heroi sic,

amore percussum gravi scribere versiculos:

et cum ex galliambo sotadeus fit, ex sotadeo galliambus, ut iam demonstravi.

Habet autem metrorum contemplatio, si exercitatio accessit, in cognoscendo voluptatem, cum et quaecumque dicuntur metra celeriter intellegamus unde sint et qua ratione composita, et multa ipsi nova excogitare possimus. nam si loculus ille | Archimedius, *qui* quattuordecim eboreas lamellas, quarum varii anguli sunt, in quadratam formam inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter modo galeam, modo sicam, alias columnam, alias navem figurat et innumerabiles efficit species, solebatque

---

5 cum omnia metra — 16 genua *Atil. Fortun. 294, 10* 23 Habet — 272, 5 deprehendemus *Mar. Victor. 100, 18 — 101, 7*

---

1 quia] quae *A B* quō ς quomodo *Putschius: cf. Mar. Victor. p. 100, 11* utpote cum sint innumerabiles figurae compositionum, *p. 173, 20* sunt enim apud lyricos et tragicos et comicos poetas innumerabiles metrorum species lyricos tragicos *A B* ς 2 quem paucis ς composui diebus *A* diebus composui ς *B* 4 inuenire ς enumeraui ς enumeri *A B* 5 detractionem *B* 6 et *om. A B* ς hae sunt *A* haec sunt ς *B* 8 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* 9 uersum ς *B* rursum *A* 11 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 13 iam satis] *Hor. carm. I 2, 1* 16 occasionem dedit dumque uiuent genua ς: *Hor. epod. 13, 4* 18 composuerit ς heroum ς 19 scribere] *Hor. epod. 11, 2* 20 heroi sic amore percussum graui scribere uersiculos et cum *A B* heroi sic * et cum ς heroi sic, Occasionem de die dumque uirent genua, et cum *Putschius* 22 ut cum *L. Müllerus de re metr. poet. lat. p. 114* sotadeus] spondeus *B* fit] fiat *Putschius* ut iam demonstravi] *p. 263, 4* 23 autem *A B* enim ς summam in cognoscendo voluptatem *Marius Victorinus* 25 nova *om.* ς *B*, *add. A* 26 qui *om. A B* ς 27 quarum uarii singuli sunt *A B* Quarum Anguli uarii sunt ς: *cf. Auson. praef. in centon. nupt.* in *om. A, add.* ς *B* 28 sicam] suam *B* 29 figurat ς *B* figuras *A*

nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam prodesse plurimum, quanto maiorem potest nobis adferre voluptatem quantoque pleniorem utilitatem carmina inter manus habentibus metrorum varia tractatio, cum subinde apud poetas ea quae fallunt imperitos metra inserta numeris et intermixta carminibus || hac arte deprehendemus? de quibus in his libris explicabimus, quos de melicis poetis et de tragicis choris scripturi videmur, quibus necesse erit etiam graeca interponere exempla, quod ne faceremus in hoc libro elaboravimus. nam si volumus de omni ratione carminum dicere, necesse est ad eorum copias manum porrigamus, qui cum essent non tantum poetae perfectissimi sed etiam musici, sine magno labore praeparatis utebantur facultatibus.

1 nobis nobis pueris *B* plurimum prodesse ς 5 hac parte *A B* ς 6 quos de melicis poetis et de Tragicis ς *B* quod de melitis poetis et tragicis *A* 8 elaboraulmus * nam ς

DE POSITVRA

Distinctio est temporis et sensus finitio; subdistinctio est nec temporis nec sensus finitio; mora est requies animi. inter distinctionem et subdistinctionem et moram hoc interest, quod distinctio perfectum sensum declarat, .subdistinctio inferri aliquid significat, mora reficit lectorem simulque sensibus lumen accommodat.

DE CHRIA

Chria est dicti vel facti praecipua memoratio: facti, ut 'Diogenes, cynicus philosophus, cum animadvertisset pueros nobiles inhumane cibum appetentes, paedagogum eorum scipione percussit'. dicti autem chria in tres species dividitur: est enim praepositiva, ut 'Titus † Genetius cyrus dixit viros bonos scire oportere male agere, sed non agere', percunctativa, ut 'M. Porcius Cato interrogatus, quid ita post quadragesimum annum litteras graecas disceret, dixit 'non ut doctus, sed ut ne indoctus moriar''; refutativa, ut 'Antisthenes, cynicus philosophus, cum oluscula lavaret et animadvertisset Aristippum Cyrenaeum philosophum cum Dionysio, tyranno Siculorum, ingredientem, dixit 'Aristippe, si his contentus esses, non regis pedes sequereris': cui respondit Aristippus 'at tu si posses commode cum rege loqui, non his contentus esses''. adicitur his quartum quoque genus, quod graece *δεικτικόν dicitur*, latine demonstrativum dici potest, ut 'Achilles interrogatus, quem ad modum vicisset Hectorem, arma ostendit', quam quidam in facti speciem redegerunt. est item et coniunctiva, ut 'Diogenes, cynicus philosophus, cum manu haurientem rusticum ad potandum aquam vidisset, poculum, quod in pera gerebat, abiecit et dixit 'hoc ego levior esse iam possum''.

---

1 Distinctio est — 6 accommodat *Diom. 437, 9*

B *codex Vaticanus 5216*
ς *editio princeps Iani Parrhasii Mediolani a. 1504*

1 De positura ς, *in lacuna om. B* 7 DE CHRIA *om.* ς, *add. B* 12 percunctatiua *B* percunctatine ς 14 litteras graecas *om.* ς, *add. B* 17 ingredientem *B* gradientem ς 20 graece δεικτικόν latine *B* graece * latinae ς 22 redigerunt ς 23 item et coniunctiua *B* item in coniunctiua ς

DE POEMATE

Poema est narratio numeris et versibus conexa. poesis est poematum series † qualitatis rebus gestis. poetice est facultas versificationibus fingendis. poematum versificationes laudantur gravis et plena, aequalis et temperata, subtilis et circumspecta, florida et venusta, quibus contrariae sunt tumida et dissoluta, exilis et fucosa. poeseos genera sunt tria, actuale, narrativum, coniunctivum. actuale est quod Graeci drasticon dicunt, ubi poeta * lyrica, tragoedia, satyrica, praetextata, comoedia, tabernaria, Atellana, Rhintonica, mimica.

DE VERSV

Versus est pedum certa mensura. genera versuum sunt novem. princeps genus versuum heroicum, quod et epos dicitur et dactylicon; alterum, quod iambicon dicunt, unde graecos versus trimetros nos senarios dicimus; tertium, quod trochaicon appellatur; quartum, quod anapaesticon dicitur, aptum choris et tragicae dignitati; quintum, quod antispasticon dicunt, unde plures meli componuntur; sextum contrarium, quod choriambicon nominant; septimum ionicon ἀπὸ μείζονος aptum sotadicis versificationibus et mollibus versibus; octavum, quod ionicum ἀπ' ἐλάσσονος dicitur, et hoc ad rhythmum tibicinum convenit; nonum, quod paeonicon appellatur.

DE ACCENTIBVS

Accentus sunt tres, acutus gravis et circumflexus. reliqui enim quattuor, longus brevis lenis adspiratus, tenores potius quam accentus dictionis sunt existimandi. nam omnis syllaba, quae aliquem e tribus superioribus sibi vindicat, utique alias ingenitam sibi habet aut longitudinem aut brevitatem aut lenitatem aut adspirationem. quae si accentus essent, pariter duae syllabae in unum constare non possent.

---

6 poeseos genera — 9 mimica *Diom. 482, 13* . 8 lyrica — 9 mimica *p. 2672*
10 DE VERSV *p. 2672*

---

1 DE POEMATE *om.* ς, *add. B* 2 connexa poema est poematum series *B* connexa. est poematum series ς 8 *lacuna, quam indicavi, definitiones trium generum poeseos exciderunt. sequuntur deinde species generis actualis* 9 atellana rhythmica mimica *B* Attellāia Vitinica Mimica ς 10 DE VERSV *om.* ς, *add. B* 13 *fortasse* unde Graeci iambicos versus trimetros dicunt, nos senarios dicimus 16 dicunt] uocant ς 17 septimum ionicon ἀπὸ μείζονος aptum sodalitiis uersificationibus ex mollibus uersibus octauum quod τονος dicitur *B* Septimum Ionicum * aptum sodaliciis uersificationibus: ex mollibus uersibus. Octauum quod tonos dicitur ς 21 DE ACCENTIBVS *om.* ς, *add. B* 23 lenis ς lenis *B* accentus dictionis sunt existimandi ς accentus lectionis existimandi sint *B* 24 aliquod *B* ς

Longum accentum transversa I littera notat, brevem C sursum spectans. sed in illis *sonos, in his* tempora dinosci videmus. adspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem. his adiciunt hyphen fere, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt ◡: utriusque verbi proximas litteras inflexa subter virgula iungunt, ut est 'Turnus ut ante‿volans'. item apostrophon, cum vocalem ultimam subtrahimus: hanc sic notant‹›, ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam quae ad eam spectat apponunt, 'tanton' me crimine dignum duxisti?'

DONATIANI FRAGMENTVM

Ars grammatica accepta ex auditorio Donatiani. artificialia cum contrariis.

Loquendi facultatem usus invenit, ratio comprobavit. ratio digeritur in duas species, quarum alteram etymologiam, alteram analogiam Graeci dixerunt. etymologia est verborum in usu credibilis enumeratio, ideoque quasi † antologia dicta est. analogiam sic Graeci definierunt, *ἀναλογία ἐστὶ συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων*, id est conexus orationum consequentium. huiusce generalis analogiae species quaedam spectantur in rebus, quaedam in † rationibus. hanc analogiam Graeci, quae spectatur in dictionibus, sic definierunt, *ἀναλογία ἐστὶν συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει*, id est co-

---

1 Longum accentum — 9 duxisti *Dosith. 10, 5 Vict. art. gramm. 193, 21*
16 analogiam sic Graeci — 276, 8 comparemus *Charis. 116, 30*

---

1 lougum accentum transversa I littera notant, brevem C sursum spectante. séd in illis sonos, in his tempora dinoscimus *Dositheus* accentum ς momentum *B* breuem sursum spectans: sed in illis tempora ς breuem sursum spectantem sed etiam in illis tempora *B* 3 scripta praestabit *B* scripta praestemus ς his adiciunt hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt, utriusque verbi proximas syllabas *Dositheus* item his adiciunt et hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam hanc faciunt ◡ et utriusque verbi proximas litteras *Victorinus* 4 quasi (quas *B)* in unam pronuntiationem *B* ς
5 faciemus * utrisque uerbis ς faciemus ▬ utrisque uerbis *B* 6 Turnus] *Verg. Aen. VIIII 47* anteuolans ς anteuolans ▬ *B* apostrophe *B* ς 7 notant * ad caput ς notant stare ad caput *B* 9 tanton'] *Verg. Aen. X 668*

C codex Ambrosianus D 498 inf.
ς *editio princeps Iani Parrhasii Mediolani a. 1504*

10 DONATIANI FRAGMENTVM *C* Donatiani Fragmentum. lege cum uenia ς
13 digeritur] dirigitur *C* ς 15 *fortasse* etymologia est verborum in usu credibilis enarratio, ideoque quasi *ἀληθινολογία* dicta est: *cf. Dionys. Thrac. p. 740, 10 ἐτυμολογία ὡς ἂν εἴ τις εἴποι ἀληθινολογία* · ideoque quasi Antologia dicta est. Analogiam sic graeci diffinierunt. Analogia est in symploce. *id est connexus orationum consequentium huiusce generalis Analogiae species quaedam spectantur in rebus: quaedam in rationibus hanc Analogiam graeci quae spectantur in dictionibus sic definierunt: Analogia est * id est connexus orationis in dictione ς Ideo quasi autalogia (*corr.* autologia, *superscr.* dicta) est in symploce greci sic differunt connexus orationum consequentium huiusce generalis (*deletis verbis* in symploce-generalis) Analogiam greci sic diffinierunt. Analogia est simploce......i.connexis orationis in dictione *lacuna punctis notata C* 19 in rationibus] in dictionibus *apud Charisium legendum coniecit Christius Münch. gel. Anz. 1859 p. 222*

nexus orationis in dictione. huic vero analogiae, quae est in verbis, illa quoque analogia subiecta est, quae procedit per similium comparationem, quae sic definitur a quibusdam, *ἀναλογία ἐστὶν συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων ἐν κλίσεσι μερῶν λέξεως*, id est conexus orationum consequentium in declinationibus partium orationis. in *analogia Aristophanes* quinque observationes tradit, per quas possent inveniri similia, ut eiusdem sint generis, casus, exitus, numeri syllabarum, soni. Aristarchus, auditor eius, adicit differentiam, id est ne simplicia cum compositis comparemus. hactenus de nomine analogiae: nunc de ipsa analogia incipiamus.

A littera finiuntur Romana nomina et masculina et feminina et neutralia, sed in multitudine, hoc est pluraliter: singularia enim peregrina sunt neutra. masculina, ut Catilina Pansa, feminina, ut amicitia avaritia, communia et masculino et feminino, ut adsecla conviva ebria: *conviva* feminino Pomponius in Auctorato,

postquam conveni omnis convivas meas,

ebria masculino in eodem Pomponius,

† neque ego sum Memmi neque Cassia neque Munatius ebria.

neutralia in multitudine, hoc est pluraliter, ut Saturnalia compitalia. horum genetivus quamvis varie elatus sit apud auctores (Saturnalium enim et Saturnaliorum, compitalium et compitaliorum dixerunt), dativi tamen mansit regula, ut bus syllaba finiretur. nam neutra quae semper pluralia sunt, si ante novissimam syllabam i litteram habeant in genetivo, dativo bus syllaba finientur, ut Saturnalia Saturnalium Saturnalibus. nam arma castra exta, quia non habent i ante a syllabam, dativo casu in is finientur: armis enim et castris extisque dicemus. singularia autem neutra a littera terminata nulla inveniuntur nisi peregrina, ut toreuma emblema poema, de quibus dubitatur, quem casum genetivum et ablativum habeant. legimus enim toreumatum et toreumatorum, toreumatibus et toreumatis et sic similia. commodius tamen senserunt qui toreumatum et poematum dicendum putaverunt, primum quia haec magis ad Romanum

---

10 A littera — 277, 9 emblemata et similia *Charis. 52, 6 — 53, 6*

---

1 huius uero Analogiae quae est in uerbis illa quoque analogia subiecta est: quae procedit per similium comparationem. quae sic definitur a quibusdam Analogia * id est connexus ς huius uero .... que est in uerbis illa quoque ...... subiecta est que procedit per similium comparationem que sic diffinitur a quibusdam ..... est in simploce .... i.conexus *C* 5 in .... quinque *C et unius fere versus spatio post in relicto* ς 10 sunt et neutralia *Charisius* 12 amicitia *C* Amitina ς 13 conviva *posteriore loco om. C* ς 14 aucturato *cod. Vat. 3402* 16 masculino *C cod. Vat. 3402* in masculino ς 17 Neque ego sume (*corr. al. m.* sum̄e) ni neque Cassia neque Munatius ebria *C* Neque ergo sumēni neq: Cassia neq: Munatius ebria *cod. Vat. 3402* neque sum meni neque castia neque Mimacius ebria ς 19 saturnalium enim et saturnaliorum ς saturnalium enim et saturnalium *C* 24 quia non habent ς quia non sunt *C*
26 inueniuntur nisi peregrina ut toreuma ς inuenientur nisi percornia Toreunia *C*
28 toreumatum et toreumatorum toreumatibus et toreumatis ς toreumatum toreumatibus et toreumatis *C* 29 toreumatum et poematum ς toreumatum poematum *C*
30 putauerunt *C* putarunt ς

colorem videntur accedere, deinde quod quaecumque nomina genetivo plurali apud Graecos per *ων* litteras finiuntur translata in latinum *ω* in u et *ν* in m mutant, ut *Ἑκτόρων Νεστόρων*, Hectorum Nestorum. sic ergo, cum illi dicant *ἐμβλημάτων τορευμάτων ποιημάτων*, nos recte toreumatum emblematum poematum dicemus. similiter in genetivo quoque singulari o graecum in i latinum mutamus, ut *ἐμβλήματος* emblematis, *κηρώματος* ceromatis, *ποιήματος* poematis, *πήγματος* pegmatis. nam nominativum pluralem graece proferimus, poemata ceromata pegmata emblemata et similia. Romana vero nomina nominativo casu in a exeuntia accipiunt e litteram et faciunt genetivum et dativum singularem, ut haec amicitia huius amicitiae; accipiunt m et faciunt accusativum, ut hanc amicitiam. quorum ablativus tantum producitur, quoniam omnia nomina quae a littera terminantur seu singulari seu plurali numero necesse est corripiantur excepto ablativo casu, qui numquam corripitur, nisi cum e littera terminatur, in tertia scilicet declinatione.

---

9 Romana vero nomina — 15 e littera terminatur *Charis.* *53, 30 — 54, 5*

---

2 per *ων* litteras ς per $\overline{\text{cor}}$ litteras *C* *ω* in u et *ν* in m mutatur ut hectorum Nestorum. sic ergo cum illi dicant emblemat*ων* toreumat*ων* poemat*ων* nos ς *ω* et *ν* et u et .... ut hectorum nestorum sic ergo cum illi dicat: Emblematcor Poesmateor (*corr.* Poemateor) nos *C* 5 poematum *om.* ς, *add. C* 6 in a latinum mutamus. ut emblematos emblematis. poematis : ceromatis : poematos poematis : pegmatos pegmatis. nam nominatiuum ς in i latinum mutamus et Emblematos emblematis ceromatos tis pegmatos pegmatis non nominatiuum *C* 8 pegmata emblemata *om. C*, *add.* ς 10 exeunt et accipiunt *C* ς e litteram ς et litteram *C* 13 seu singulari ς se singulari *C* 15 terminantur in tertiam scilicet declinationem ς terminātur in terna.s. declinatione .*C*

ATILII FORTVNATIANI ARS

p. 2685. 86 P. p. 332. 33 G.

Etsi scio te omni studio atque virtute in hoc maxime laborare, ut oratorem te perfici velis, et hoc unum in animo volvere, quo avo et quo patre sis natus, dies noctesque insistere, ut eloquentia senatoriam cumules dignitatem (quid enim pulchrius disertissimo praetore? aut quid sublimius eloquentissimo consule?), tamen arbitror ab illa virtutum omnium via aliquando in diverticula flectendum discendumque esse praeterea aliquid, pedetentim tamen et tantum, quantum oratorem et non valeat avocare et possit ornare. cogita enim te de omnibus bonis artibus iudicaturum et, quanto dignitate omnes homines anteieris, tanto scientia debere praestare. accipe igitur Horatiana metra, quae saepius flagitasti. nam quid refert hunc poetam imitari, tenere, diligere, si non omnes virtutes eius penitus cognoveris? quare necessario altius et ab ovo mihi, || quod aiunt, repe|tenda res est, ut de metris ipsis principalibus ante percurram, quo magis haec quibus intendimus in aperto esse possint. sed, ut ille ait, carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, de multis auctoribus excerpta perscripsi. quod si omnia velis cognoscere et nomina et genera metrorum, cum tibi ab oratoria otium fuerit, veteres lege musicos, id est, ut ait Lucilius, archetypos, unde haec sunt omnia nata.

A *codex Vaticanus 3402*
B *codex Vaticanus 5216*
ς *editio princeps Iani Parrhasii Mediolani a. 1504*

1 ARS FORTUNATIANI *A B*, *om.* ς 3 noluere *A* reuoluere ς *B* 4 senatorum ς 5 diserto ς 6 ab illa uirtutum uia aliquando flectendum ς 9 possit ς *B* posse *A* cogita enim te de omnibus ς cogita enim ex omnibus *A B* 10 anteieris *Putschius* anteire *A B* ς 13 necessario altius et a uiuo mihi quod (a uiuo in quod *B)* aiunt repetenda *A B* necessario et a uiuo quod aiunt in repetenda ς necessario et ab ouo quod aiunt repetenda *Putschius* 14 percurram ς *A* praecurram *B* 15 ut ille ait] *Sallust. Catil. c. 4* sed a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere 16 carptim utique quae memoria *A B* ς de multis *A B* e multis ς 18 lege musicos] legemus *A B* lege ς 19 Archetypa ς archeotypa *B* archeotyra *A et cod. Ambros.* nota *cod. Ambros.*

DE LITTERIS VOCALIBVS

Igitur ut a certo initio auspicemur, de litteris vocalibus pauca dicam, simul ne onerare te videar, cum artem grammaticam et intellexeris apud me et memoriae mandaveris diligenter, praesertim cum satis meminerim me tibi omnem summam metrorum brevitate pollicitum. ergo omissis omnibus quae iam nosti admonendus es vocales nostras dichronas esse, *hoc est* et produci et corripi. apud Graecos enim accepisti separatim natura longas, natura breves et dichronas.

DE CONSONANTIBVS

De consonantibus hoc velim te diligenter tenere, esse apud nos quaedam elementa, quae minus virium habeant et sic in pronuntiatione, ut ita dixerim, liquescant atque solvantur, ut positione longam facere non possint, *et* sunt l m n r (haec Graeci hygra appellant, *λ μ ν ϱ*); ne forte versum illum contra rationem putes factum,

at regina gravi iamdudum saucia cura.

nam in illo pede, qui est gina gra, g littera consonantis vim tenet, r pro nulla habetur. et hygra accipi debet ‖ in secundo loco posita, id est cum alia consonans vocali propior praecedit. verum si aliqua harum litterarum primum locum teneat, id est prope vocalem sit, consonans accipi debet. item cum metri necessitas exigit, consonantes habentur.

DE SYLLABIS

Syllaba est litterarum consensus per vocalem vel vocales comprehensus. aliquando tamen unam vocalem pro syllaba positam abusive syllabam vocamus. syllaba enim a Graecis dicitur *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ στοιχεῖα.* | syllabae aut breves sunt aut longae. breves efficit correpta vocalis. longae autem duobus modis fiunt, aut natura aut positione: natura, cum vocalis extenditur: positione fiunt modis sex, cum aut duae consonantes in eadem syllaba vocalem sequuntur, ut ars; aut in duas syllabas separatae, ut arcus; aut cum duplex littera in eadem syllaba est,

---

1 De litteris vocalibus *in lacuna om.* ς, *add. A B* 2 ut *om. A B*, *add.* ς 3 uideam ς 5 *fortasse* breviter esse pollicitum 6 admonendus es (omnes *add. B* ?) uocales *A B* admonemus Omnes uocales ς dichronas ς *B* dichronos *A* 7 hoc est *om. A B* ς separari *Putschius* 12 positione longam facere non possint *om.* ς 13 et *om. A B* ς ygra *(superscr. al. m.* ὑγρά *A)* appellant λ μ ν ϱ Nec forte *A B* hygra appellant * nec forte ς 15 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* 16 nam in illo ς nam ab illo *A* nam de illo *B* 18 consonans uocali propior praecedit *A* consonantis uocali priori praecedit ς *B* uerum si aliqua litterarum primum *A* uerum si aliqua harum (?) primum *B* caeterum si aliqua harum primum ς 19 sit] sic ς sic ut *Putschius* 22 *fortasse* litterarum consonantium per vocalem vel vocales comprehensio 24 *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ στοιχεῖα in lacuna om.* ς 25 syllabae aut breues ς *B* syllabae autem breues *A* 27 natura cum ς *A* nam cum *B* 28 ut *ante* ars *om. A B, add.* ς aut in duas syllabas *bis scripta habet A*

ut nix, aut in sequenti, ut axis; aut cum sequuntur i vel v loco consonantium positae praecedente alia consonante, ut

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus

et

o nimium, virgo, nimium crudele luisti
supplicium.

brevis syllaba tempus unum habet, longa, sive natura sive positione fuerit, duo.

DE PEDIBVS

Pedes simplices fiunt duabus vel tribus syllabis a sublatione in depositionem certis temporibus terminatis, paucissimis duobus, plurimis sex. sunt autem universi pedes duodecim. ex his disyllabi quattuor, pyrrichius ex duabus brevibus, spondeus ex duabus longis, ‖ iambus ex brevi et longa, trochaeus, quem quidam chorion vocant, ex longa et brevi; trisyllabi octo, dactylus ex longa et duabus brevibus, anapaestus ex duabus brevibus et longa, creticus ex longa et brevi et longa, amphibrachus ex brevi et longa et brevi, bacchius ex duabus longis et brevi, antibacchius ex brevi et duabus longis, molossus ex tribus longis, tribrachus ex tribus brevibus. igitur simplices duplicati faciunt compositos pedes ex se, qui sunt hi, ex spondeo et pyrrichio ionicus ἀπὸ μείζονος, ex pyrrichio et spondeo ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, ex chorio et iambo choriambus, ex iambo et chorio antispastus, ex trochaeo et pyrrichio paeon πρῶτος, ex iambo et pyrrichio paeon δεύτερος, ex pyrrichio et trochaeo paeon τρίτος, ex pyrrichio et iambo paeon τέταρτος, ex duobus trochaeis ditrochaeus, ex duobus iambis διπλοῦς iambus, ex duobus spondeis | dispondeus, ex duobus pyrrichiis proceleumaticus, ex iambo et spondeo epitritos πρῶτος, ex trochaeo et spondeo epitritos δεύτερος, ex spondeo et iambo epitritos τρίτος, ex spondeo et trochaeo epitritos τέταρτος. ergo cum unus pes simplex bis positus compositum pedem fecerit, graece

---

1 nix *A* nux ς *B* sequuntur i uel u loco consonantium positae *A* sequitur i uel u loco consonantium posita ς *B* 3 cum Iuno] *Verg. Aen. I 36* 5 o nimium] *Verg. Aen. XI 841* luisti] uti *B* uti *A* ς (luisti) 10 fiunt *Putschius* sunt *A B* ς 12 autem uniuersi *codex Ambrosianus* autem hi uniuersi *A B* ς disyllabi illi pirrichius *A* disyllabi pirrichius ς *B* 14 uocant *A* appellant ς *B* 15 trisyllabi *A* et trisyllabi ς *B* brevibus *priore loco om. A B, add.* ς 16 Creticus ex longa breui et longa Amphibrachys ex breui longa et breui Antibachius ex breui et duabus longis Bachius ex duabus longis et breui Molossus ς 17 antibacchus *A* 19 ex se] sex *A B* ς. *fortasse* sedecim 20 *ἀπὸ μείζονος et ἀπ' ἐλάσσονος in lacunis om.* ς 22 antispatus *A* ex trocheo et pyrrichio peon * ex Iambo pyrrichio et trocheo * ex pyrrichio * iambo ex duobus trocheis * ex pyrrichio et * ex duobus Iambis * ex duobus spondaeis Dispondius ς poton *πρῶτος et in marg.* paeon *A* ex iambo pyrrichio et trocheo paeon *δεύτερος* ex pyrrichio paeon *τρίτος A B* 26 proceleumaticus ex iambo et spondeo epitritos *δεύτερος* (*δεύτερος in lacuna om.* ς) ex spondeo et iambo epitritos tertius ex spondeo et trochaeo epitritus quartus *A B* ς 29 graece sygyzia * latinae ς

συζυγία, latine coniugatio dicitur. haec autem, cum duos similes iungit, tautopodia, cum diversos, dipodia appellatur.

Hi sunt qui in usum [excepto dactylo] omnium carminum veniunt, qui gressibus alternatis quasi incedunt per versus *et* moventur. hic est motus et ingressio, quam Graeci basin || appellant: de sublatione constat et positione, quae et thesis dicitur, *ut* est 'arma vi'; ar sublatio est temporum duum, ma vi positio temporum duum. pedes qui ex utraque parte paria tempora habent *ἄρτιοι* et *ἴσοι*, qui inaequalia *πέρισσοι* et *πάρισοι* appellantur.

Depositio est, qua perspicitur, qua specie metrum finiatur. depositionis genera sunt quattuor: aut enim *ἀκατάληκτον* est, quando plenum metrum sive versus est; aut *καταληκτικόν*, quando syllaba deest; aut *βραχυκατάληκτον*, quando pes deest; aut *ὑπερκατάληκτον*, quando pes et syllaba deest. *ἀκατάληκτον* est, ut

avete fontes caeruli,

duo [illegible]des integri integrum metrum dederunt; *καταληκτικόν*, ut

quis hic manus tenellis,

syllaba deest quo minus dimetron sit; * *ὑπερκατάληκτον*, ut

vallis per imas,

pes et syllaba deest quo minus dimetron sit. has omnes species invenie-

15 avete *p. 287, 7* 19 vallis *p. 287, 1*

1 duos similes *A* duos pedes similes ς *B* 2 tautopodia ς *A* cautopodia *B* 3 excepto dactylo *adscriptum esse videtur, ut dactylum solum non per syzygias incedere significaretur. quae sententia restitui poterat ita,* hae sunt quae in usum excepto dactylico omnium carminum veniunt, quia reliqui pedes gressibus alternatis quasi incedunt *vel ita,* hae sunt quae in usum omnium carminum veniunt, quia pedes excepto dactylo gressibus alternatis quasi incedunt. *sed quoniam ipsius dactyli exemplum subiectum est, non ad syzygias, de quibus modo dictum erat, sed ad pedes per arsin et thesin alternatis gressibus incedentes haec referenda sunt. quare verba ab hac sententia aliena seclusi* 4 alternatis ς alternati *A B* per uersus moueutur *A B* ς 5 constant ς 6 quae arsis et thesis dicitur *Putschius* dicitur est arma ui *A B* dicitur Armaui ς 7 positio] depositio *A B* ς 8 *ἄρτιοι* et *ἴσοι Gaisfordius* aptioletici *A B* ς qui] quo *B* perissi et paricoi ς pepissos et parisoi *A* pepissos et paricos *B* 10 perspicitur ς *A* prospicitur *B* Depositionis genera sunt quatuor: aut enim * est quando plenum metrum sine uersus est: aut * quando syllaba deest. aut * quando pes deest: aut quando pes est: syllaba deest * est ut Ante Fontes Ceruli. duo. n. pedes integri metrum dederunt * ut qui hic manus tenellis syllaba deest quo minus dimetron sit * ut uallis perimas pes est. syllaba deest quo minus dimetron sit ς depositionis genera sunt quattuor aut enim *ἀκατάληπτον* (*ἀκατάλητον A*) est quando (quandum *B*) plenum metrum sine uersus est aut *καταληκτικον* (*καταλητικον A*) est ut auete (fuete *ut videbatur A*) fontes caerulei duo enim pedes integri integrum metrum dederunt *καταλητικον* ut qui hic (hic *om. B*) manus tenellis syllaba (syllaba *om. B*) deest quo minus dimetron sit ypercatalecton uallis per imas pes est syllaba deest quo minus dimetron sit *A B* 13 brachycatalecticum, quando pes deest: aut quando pes et syllaba deest *Putschius* brachycatalectum, quando pes deest, aut hypercatalectum quando pes et syllaba deest *Gaisfordius. in hypercatalectis eadem ratione usus est grammaticus infra p. 286, 26 sqq.* 15 *fortasse* favete fontes 17 qui sic manus *Putschius* 18 lacunam, *qua exemplum brachycatalecti excidit, indicavi* 20 pes et syllaba deest *Putschius*

mus in his metris, quae per *συζυγίας* ingressionem habent. in dactylico vero, cui nec pes nec syllaba potest in ingressione deesse, quippe cum eius simplicibus pedibus basis constet, non nisi acatalectum invenire poterimus. ideo autem dactylica sola simplicibus pedibus ingrediuntur, quoniam dactylus et spondeus aequalitatem temporum ‖ habent, alia autem per syzgias, *quoniam* diversae potestatis pedibus constant.

DE METRO

Metron est conceptio certis et legitimis pedibus expedita. dicitur autem et unus | pes metrum, unde hexametrum versum appellamus, et una *συζυγία*, unde iambicum sive quem alium ex coniugationibus constantem trimetrum dicimus; similiter et versus unus, unde trochaicum metrum dico et paginam mètra habere decem, cum versus eius numero. unam quoque syllabam metron dixerunt, a qua mensura incipit. ergo et syllaba, a qua pes, et pes, a quo *συζυγία*, et *συζυγία*, a qua comma vel colon, et comma vel colon, a quo versus nascitur, metra dicuntur.

DE RHYTHMO

Inter metrum et rhythmum hoc interest, quod metrum circa divisionem pedum versatur, rhythmus circa sonum, quod etiam metrum sine plasmate prolatum proprietatem suam servat, rhythmus autem numquam sine plasmate valebit. est etiam rhythmus et in corporali motu. cum enim histrio indecenter signum aliquod expressit, arythmos dicimus, *cum* decenter eurythmos. item si fuerit aequalitas corporis modice temperata, eurythmos, inaequalis vero et toris quibusdam confusa arythmos appellatur, unde Virgilius 'tum longo nullus lateri modus'. toris enim extantibus et interrumpentibus latera arythma latera sunt facta. ‖

DE COLO ET COMMATE

Colon est pars sive partes versus integris pedibus impletae, ut 'defecisse videt sua'; habet enim tres pedes integros: comma pars versus sive partes imperfectae, ut 'arma virumque cano'; habet enim

---

1 quae per Basin . i . ingressionem habent ς in Dactylo uero ς 3 constet *om.* ς acatalectim ς 4 ingrediuntur ς ingredimur *A B* 5 alii autem per syzygias diuerse potestatis (p̄tatis *A)* pedibus constant *A B* aliqua autem per syzygias diuerse * ς 7 De metro *om.* ς 9 unus pes metron unde exametron ς 10 syzygia ς 11 uersum unum *A B* ς 13 a mensura ς a quo mensura *A B* 14 et pes a quo *συζυγία* et *συζυγία* a comma uel colon a quo uersus *A* et pes a quo *συζυγία* a quo comma uel colon a quo uersus *B* et pes a qua syllaba syzygia et syzygia a qua comma uel colon a quo uersus ς 16 De rhythmo *om.* ς 18 metron sine psalmate ς. *cf. Prob. in Verg. bucol. p. 6, 32* item Aeneida quoniam plasmate legi volebat, ait 'arma virumque cano'. 20 sine psalmate ς 21 enim *om.* ς cum *ante* decenter *om. A B* ς 23 eurythmo inaequalis ς toris *om. A B, add.* ς. *fortasse* inaequalis vero species et toris 24 tum longo] *Verg. georg. III 54* 25 facta sunt ς 27 defecisse] *Verg. Aen. XII 2* 28 integros] similes ς

duos integros pedes et dimidium. et colon dictum quasi a corpore abscisum integrum membrum, comma vero quasi trunca pars membri a corpore amputata.

Nunc dicere aggredior metra principalia, quae a Graecis prototypa et archigona dicuntur. cetera enim ex his nata sunt, quae mutilata per cola et commata aut partibus adglutinantur similibus aut sola ponuntur, et sumunt vel a pedibus nomina ex quibus constant, ut dactylica et anapaestica; vel ab inventoribus, ut phalaecia | vel sotadica; vel ab his qui ea maxime frequentarunt, ut aristophania et asclepiadia; aut ab usu, ut priapea; aut a numero syllabarum, ut hendecasyllaba, aut a numero pedum, ut versus senarios dicimus, aut a numero syzygiarum, ut trimetros et tetrametros dicimus, aut a passionibus, ut coluros et scazontas, aut a tempore, ut saturnios, quod eodem tempore primum in Italia usurpati sunt, quo Saturnia urbs erat. igitur originalia sunt, ut dixi, numero octo, quae omnia proprio suo pede consistunt, unde nomina acceperunt, || et sunt haec, dactylicum, anapaesticum, iambicum, trochaicum, ionicum *ἀπὸ μείζονος*, ionicum *ἀπ' ἐλάσσονος*, choriambicum, antispasticum. his quidam adiciunt procleumaticum et paeonicum, quae possunt videri non inter prototypa ponenda, sed inter illa quae ex prototypis nascuntur. sed nos post octo prototypa haec duo coniungemus.

DE DACTYLICO

Dactylicum metrum dictum, quod ex omnibus dactylis constat. [sed melius sonat versus dactylicus hexameter, si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedem in ultimo habeat, ut est

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro]

sed admissus in societatem dactyli spondeus, scilicet propter temporum similem potestatem, heroum fecit. volunt enim heroum illo distare a dactylico, quod dactylicus ex dactylo solo sit, herous et ex spondeo. hexa-

21 De dactylico *Mar. Victor. 70, 11*

1 a corpore ς *B* a corporea *A* abscissum *A B* ς 4 *ante* Nunc *unius versus spatium relictum est in* ς. *omissa autem est inscriptio* De metris principalibus quae sunt numero octo *vel* de octo prototypis.*ad quam inscriptionem spectant* 14 igitur originalia sunt, ut dixi, numero octo aggrediar ς 5 archegona ς *B* nata *om.* ς per cola *B* per colo *A* per colos ς 6 aut paribus agglutinantur sibi *Putschius* similibus] sibi *A B* ς 7 ut dactylica aunpaestica ς et dactylica et anapaestica *A B* 8 ut Phalecia sotadica ς 9 ut aristophia et asclepiadia *A B* ut Aristophania Asclepiadia ς 11 aut numero syzygiarum ut trimetros *A* aut ne syzygiarum aut trimetros *B* aut a numero syzygiarum trimetros ς 13 quod eo tempore in Italia ς 17 *ἀπὸ μείζονος et ἀπ' ἐλάσσονος in lacunis om.* ς antispasticum cum his ς 19 ponenda — 20 octo prototypa *om.* ς 22 sed melius — 25 aere canoro, *quae ad quaestionem de ultimo pede hexametri pertinent, non apte hoc loco interposita sunt, neque catalecticum sed acatalectum versum esse voluit grammaticus infra p. 285, 12. quare verba postea, ut videtur, adscripta et ex margine illata seclusi* 23 versus *om.* ς 25 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* aere ς *B* ęra *A* 28 hexametrum autem *Putschius* et exametrum autem *A B* ς

metrum autem et heroum volunt ab eo dictum, vel quod heroum facta primus Homerus hoc versu cecinerit, vel quod vetustissimus et ante omnes primus fuerit hic versus (heroica enim vetera et antiqua dixerunt), vel quod hoc magna et sobria canantur, et heroes magni et sobrii. idem et epicus dicitur, quod sermonum capax, et quod per eius pedes simplicius et facilius verba eant atque decurrant, ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι. hunc Ennius longum vocat, Graeci delphicum, quia hoc genere *metri* Phemonoe, Apollinis vates, vaticinata est, || et pythicum a Pythone. nam cum arcum Apollo in eum intenderet, hoc versu eum nymphae hortatae dicuntur. hexameter autem dictus, quod sex metris, hoc est sex pedibus, feritur. idem tamen, qui herous, etiam dactylicus nominatur, quamvis inveniri possit qui omnes spondeos habeat. recipit, ut dixi, pedes dactylum et spondeum omnibus locis indifferenter, aliquando in ultimo et trochaeum. omnis enim ultima syllaba in versu adiaphoros erit. item diligenter attende quod omnis syllaba, quae partem orationis finit, in omni versu similiter indifferenter accipitur, ut est

invalidus etiamque tremens, etiam inscius aevi:

dus syllaba indifferens. maximus qui est versus, syllabas habet XVII, ut

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro;

minimus habet XII, ut est Ennianus

olli respondit rex Albai longai.

sed hos et eos qui plures spondeos quam dactylos habent, quasi minus bonos et sine dactylo parum teretes et sonoros, spondiazontas appellaverunt. proprium huius est, quod semper a longa incipit et disyllabo pede finitur. optimus habetur, cuius prima caesura penthemimerim habet orationis parte finitam, ut

arma virumque cano Troiae qui primus ab oris,

aut duos pedes et trochaeum similiter partem orationis finientem, ut

infandum, regina, iubes renovare dolorem.

---

3 fuerit hic *A* hic fuerit ς *B* heroica ς *B* heroici *A* 4 canantur ut heroes ς *A* canatur ut heroes *B* 6 decurrant ἀπὸ τοῦ ἕπεσαι hunc *A* decurrant αποτοvεπεσαι hunc *B* decurrant * hunc ς 7 deliciacum *adscripto in margine* f *A* deliciacum *B* deliacum ς. Delphicum, *ut voluit corrector codicis A. Fabricius bibl. gr. I p. 154 et Naekius Choeril. Sam. quae supers. p. 263 coll. Plot. p. 2629* metri *om. A B* ς: *cf. Victor. de metr. p. 215, 15* Phemone ς 8 a *om. B, add.* ς *A* nam cum arcum in eum intenderet Apollo nymphae eum hoc uersu hortatae dicuntur ς *B*. *deinde vel a grammatico vel a librariis omissus est versus* ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν 10 quod sex metris hoc est sex pedibus fertur ς quod ex metris hoc est ex pedibus (hoc est pedibus *A*) feritur *A B* idem tamen qui herous iam et dactylicus *A B* idem tamen quasi herous et dactylicus ς 12 pedes *om.* ς dactylicum *B* omnibus in locis ς 14 item diligenter attende] *cf. Max. Victor. de rat. metr. p. 219, 26. Mar. Victor. p. 71, 22* 17 invalidus] *Verg. georg. III 189* 18 habet XVII *Gaisfordius* habet XVI *A B* ς 19 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 23 spondiazontas ς spondiazuntas *A B* 24 pede] pene ς 25 pentimemerim *A B* ς 26 finitam *coniecit Gaisfordius* finita *A B* ς 27 arma] *Verg. Aen. I 1* 29 infandum] *Verg. Aen. II 3*

haec interim catholica eius tibi erunt. nunc exempla videamus a dimetro. dimetrum acatalectum, in quo clausula est hexametri,

terruit urbem; ||

hoc et choriambicum est: trimetrum acatalectum

caeditur icta securi,

tetrametum catalecticum

Italiam fato profugus,

tetrametrum acatalectum

caelicolae Veneris sacra semina,

pentametrum acatalectum

haec mare canificat nec agit freta caerula,

hexametrum acatalectum

conticuere omnes intentique ora tenebant.

DE ANAPAESTICO

Dactylico contrarium est anapaesticum metrum. huic naturale | catholicum est partes orationis singulis pedibus terminare: hic enim versus optimus est, secundus ab optimo ille qui συζυγίας parte orationis finit. nam sicuti in ceteris metris vitiosum est, si singuli pedes partem orationis finiant, ita hic bonum est quod in aliis contrarium est. recipit pedes, suum, scilicet anapaestum, dactylum et spondeum, raro et proceleumaticum: hos omnes omnibus in locis. dimetrum brachycatalectum

similes nobis volumus,

dimetrum acatalectum

similes nobis volumus pueros.

item, si adicias 'edere', facies trimetrum brachycatalectum,

similes nobis volumus pueros edere;

et fiet sic acatalectum,

similes nobis volumus pueros edere matres.

tetrameter plenus erit, si addas 'tu quoque perge'. hic quoque similiter tetrameter acatalectus est,

operas vobis dedimus, domini, reddite nobis debita similes. ||

---

1 catholica eius tibi *A* catholica qui tibi *B* chatolica tibi ς 2 dimetrum acat catalectum *A B* dimetrum catalectum ς. *dimetrum catalecticum eundem versum dixit Marius Victorinus p. 73, 4* 3 terruit] *Hor. carm. I 2, 4* 4 trimetrum acatalectum ceditur icta securi tetrametrum catalecticum (ceditur — catalecticum *om. B)* italiam fato profugus tetrametrum catalecticum celicolae ueneris sacra semina pentametrum acatalectum conticnere omnes intentique ora tenebant *A B* trimetrum acatalecticum Ceditur Icta securi Tetrametrum acatalecticum. Caelicola ueneris sacra foemina. Pentametrum acatalecticum. Haec mare canificat nec agit freta caerula. Hexametrum acatalecticum. Conticuere omnes intentique ora tenebant ς 7 Italiam] *Verg. Aen. I 2* 13 conticuere] *Verg. Aen. II 1* 17 ab optimo qui syzygias ς 19 est *post* contrarium *om.* ς 22 similes nobis volumus dimetrum acatalectum *om. B* 25 item *A B* idem ς brachycatalectum ut similes ς *B* 27 fiet] si *A B* ς 29 tetrametrus plenus ς 31 operas nobis *A B* Operario bis ς reddite nobis debita similes *A* reddere nobis debita similiter ς *B*

DE IAMBICO

Sequitur ut de iambico dicere debeamus, cuius auctorem alii Archilochum, alii Hipponactem volunt. sed primus Homerus hoc usus est in Margite,

ἦλθέ τις εἰς Κολοφῶνα γέρων καὶ θεῖος ἀοιδός,
Μουσάων θεράπων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
φίλην ἔχων ἐν χερσὶν εὔφθογγον λύραν.

iambica maledica carmina appellant, quod hoc pede [id est metro] olim lacerare et laedere solebant. iambicus trimeter qui est minimus habet syllabas XII, ut

beatus ille qui procul negotiis;

qui maximus, XVII, ut

rapite agite, proceres, rapite [o] iuvenum decus.

hic latine senarius, quod pedes sex simplices habeat, graece trimeter, quod tres *συζυγίας* habeat, appellatur. constat autem iambo suo principe. nam versus qui ex hoc uno est legitimus iambicus erit, quem Graeci *ὀρθόν* vocant, ut ille est,

beatus ille qui procul negotiis.

sed iambus, ut ait Horatius, spondeum in partem recipit, qui pes omnia paene metra ornat atque disponit. item solutio longae in iambo tribrachum facit, alterutrius longae spondei aut dactylum aut anapaestum: utraque enim longa spondei in iambico metro non potest solvi. fiunt ergo hi universi pedes quinque. inveniuntur semper hi omnes in incipientibus locis, id est sublationibus, quae loca imparia quidam vocant, ‖ in desinentibus vero, id est in depositionibus, quae loca paria appellant, non nisi qui a brevibus incipiunt. dimetron hypercatalecton [ut]

---

1 De iambico *Mar. Victor. 79, 7*

---

3 in margite (margine *B) μαθετικεις καὶ οφωνα γερων καὶ θειος ἀοιδος μουσάων θεραπων (θεραπν B) καὶ εκηβολου απολωνος (απολλωνος B) φιλην εχωον εν χερσὶν αφεοντον (αφιοντον B) λυγαρ* Iambica *A B* in margite * Iambica ς. ideoque dicitur homerus in margarite suo miscuisse hos uersus tamquam parens ΟΜΗΡΟΥ ΗⲀΘΕ ΠCΕΙCΚΟⲀΟΦⲰΝⲀ ΤΕΡⲰΝ ΚⲀΙ ΘΕΙΟC ⲀΟΙⲀΟC ΜΟΥCⲀⲰΝ ΟΕΡΠⲰΝ ΚΑΙ ΕRΝΒΟⲀΟΥ ⲀΠΟΜⲰΝΟC ΦΙ ⲀΙCΕΧⲰΝΕΗΧΕΡCΙΝ ΕΥΦΘΟΝΤΟΝ ⲀΥΡΗΝ *codex Berolinensis Santen. 66. 4. in tractatu de heroo hexametro, quem in fragmentis et excerptis scriptorum metricorum postea edemus. Margitae versus primum edidit Lindemannus Lyra v. I p. 82 et hoc auctore Welckerus mus. rhen. v. XI a. 1857 p. 503 (Kleine Schriften v. IV p. 32) et Goettlingius de Margita Hom. Ienae a. 1863 p. 10* 7 *φίλην et λύραν, pro quibus rectius φίλης et λύρην scribitur ex Berolinensi codice, defendit Welckerus* 8 id est *A* hoc est ς *B* olim *om. B* 9 iambicus qui trimeter est *A B* ς habet syllabas *A* syllabas habet ς *B* 11 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 13 rapite o proceres ς 15 *συζυγίας in lacuna om.* ς 16 hoc *om.* ς 17 Graeci *om.* ς *ὀρθόν*] *ορτιον A B* ς ut ille est * sed iambus ς 19 Horatius] *a. p. 254 sqq.* 24 uocant : in desinentibus uero id est in depositionibus quae loca paria appellant : nisi quia breuibus ς uocant non nisi q *(h. e.* quia) breuibus *A B* 26 ut *post* hypercatalecton *om.* ς

valles per imas,

dimetron brachycatalecton [ut]

plenus cadus musti,

dimetrum catalecticum

aquae sonant liquentes,

dimetrum acatalectum

avete fontes caeruli,

trimetrum acatalectum

amare nolo nec dolere Clinia.

iambicum hoc metrum, etiam si defuerit versui iambus vel rarus in eo fuerit, appellabimus. ille enim legitimus solus, quem ὀρθόν dixi, iambo solo constat. sed ut diximus iam dactylicum hexametrum etiam eum dici, qui omnes spondeos habeat, ita et hic iambicus dicetur, quamvis unum iambum habeat,

pavidumque leporem et advenam laqueo gruem.

DE TROCHAICO

Contrarium huic trochaicon metron, quod aeque quinque pedibus constat, trochaeo et ceteris quibus supra. nam trochaei longa soluta tribrachum, alterutra spondei aut anapaestum aut dactylum faciunt. hi pedes omnes ponuntur paribus in locis, imparibus non nisi hi qui brevibus finiuntur. dimetrum hypercatalectum

nympha rorida,

brachycatalecton

fontium sorores;

hoc et ithyphallicum dicitur: dimetrum catalecticum ||

Martium canunt tubae,

trimetrum catalecticum

Sol superna qui regis parens deus,

trimetron acatalecton

---

1 valles *p. 281, 19* 7 avete *p. 281, 15* 9 amare *Mar. Victor. 62, 1*
16 De trochaico *fragm. Bob. anal. gramm. Vindob. p. 516*

---

1 imas ς *A* imas est *B* 2 dimetron brachycatalecton ut plenus cadus musti dimetrum catalecticum Aquae iuete *(sic, ut videtur, A* aque avete *B)* fontes cerulei sonant liquentes (frequentes *B)* Dimetrum acatalectum amare nolo nec dolere clinia *A B* dimetron brachycatalecton ut PLENVS MVSTI. Dimetron catalecticum. Iamque sonant liquentes: Dimetron acatalectum AMARE NOLO Nec Dolere Clinia ς 10 hoc *om.* ς
11 ὀρθόν] *ορτιον A B* ς 13 ita et hic ς *A* ut est hic *B* dicetur *A* dicitur ς *B*
17 huic ς *A* huius *B* trochaicon metron *A* trochaicum metrum ς *B* 18 *fortasse* quibus superius 20 ponuntur *om.* ς 25 dimetrum catalectum ς *B*. *post exemplum dimetri catalectici*, Martium canunt tubae, *exemplum dimetri acatalecti omissum est. deinde trimetri quoque quattuor genera posita fuisse videntur. item in reliquis metris exempla versuum partim librariorum errore partim ipsius grammatici neglegentia minus accurate descripta sunt.* 27 trimetrum catalectum *A* 29 trimetron acatalecton — 288, 1 Diana *om.* ς acatalecton] catalecton *A B*

tu, profunda quae regis, parens Diana,

tetrametrum catalecticum

tale quale vere primo sibilat teres donax:

hic, quia quattuor metris constat, et quadratus vocatur.

DE CHORIAMBICO

Choriambicum metrum constat initialibus locis ipso choreo, id est trochaeo, et tribracho, in sequentibus iambo. dimetrum hypercatalectum

o quis Adonem,

dimetrum acatalectum |

sanguine quis purpureo,

trimetrum catalecticum

heu miserandae volucres Martiae,

tetrametrum catalecticum

quoque vocarit volucer te choriambus ito,

tetrametrum acatalectum

uror amoris stimulo, cor quatit artus pavidos.

DE ANTISPASTICO

Antispasticon metrum Sappho invenit: constat iambo et trochaeo, conceditur tamen in *συζυγίᾳ* prima primo loco pro iambo quovis alio pede disyllabo uti, pyrrichio aut spondeo aut trochaeo. dimetrum hypercatalectum

volant praepetes, ||

trimetrum catalecticum

quae rupes habeant hic et opacae,

tetrameter brachycatalectus

Maecenas atavis edite Pegaee bonis:

item si unam syllabam adieceris, erit catalecticus,

Maecenas atavis edite Pegaee beatis;

acatalectus

Maecenas atavis edite Pegaee Reatine.

---

3 tale *Mar. Victor. 85, 1* 8 o quis *Mar. Victor. 86, 24* 16 uror *Mar. Victor. 86, 5* 22 volant *Mar. Victor. 88, 25*

---

2 tetrametrum ς trimetrum *A B* 6 initialibus] imparibus ς choreo *A* chorio ς *B* 8 adonem *A* adone' *B* Adon iero ς. Adonem *restituendum erat etiam apud Marium Victorinum p. 86, 24, qui rectius monometrum hypercatalectum dixit versum,* o quis Adonem, Spem Cythereae 12 heu miserande uolucris martie *A B* ς 13 tetrametrum catalecticum *om.* ς 14 quoque uocarit te uolucer choriambus ito *A B* quoque te uocarit te uolucer choriambus ito ς 16 uror *Marius Victorinus p. 86, 5* ui *A B* ς artus *Marius Victorinus* ortus *A B* ς 17 De Antispastico. Antispasticon. n. metrum ς De anapestico Anapesticon metrum *A B* 18 conceditur in * prima ς 19 prima] p̂ *A* 23 trimetrum acatalecticum *B* 24 opacae: Mecaenas attauis edite pegee bonis. Item si unam syllabam adieceris. Mecaenas attauis edite pegee beatis. Mecaenas attauis edite pegee Reatine ς 27 item si unam syllabam adieceris erit catalecticus *B* item si unam syllabam adieceris Maecenas atauis edite pegae bonis. Item si unam syllabam adieceris erit catalecticus *A*

DE IONICO A MAIORE

Ionicum metrum quod a maiore dicitur constat spondeo et pyrrichio et trochaeo et praeterea solutionibus spondei, id est anapaesto vel dactylo, et solutione trochaei, id est tribracho, indifferenter in locis omnibus, ita tamen ut omnis coniugatio sex tempora habeat. dimetrum brachycatalectum

veris coma florens,

dimetrum acatalectum

quae Pegaseis fontibus,

trimetrum brachycatalectum

non Idalio sic puer alto,

tetrametrum brachycatalectum

volo litoris in margine solus ambulare:

hoc et sotadicum dicitur: tetrametrum acatalectum, quod apud Cleomachum invenitur, ex duobus colis coniunctum

uvas nitidis frondibus Euan hederis illigat.

DE IONICO A MINORE

Ionicum metrum quod a minore appellatur constat pyrrichio et spondeo et | spondei solutione, anapaesto || et dactylo. hic quoque in singulis coniugationibus sex tempora impleri necesse est. dimetrum acatalectum

Ararim sic super altum:

Horatius

n e q u e d u l c i m a l a v i n o:

trimetrum acatalectum

m i s e r a r u m e s t n e q u e a m o r i d a r e l u d u m,

tetrametrum catalecticum

equus alvo vehit, uber tumet albo latice,

tetrametrum acatalectum

propere qui residens in gremio Faune celocis.

---

7 veris *Mar. Victor. 90, 29* 16 uvas *Mar. Victor. 91, 2* 21 Ararim *Mar. Victor. 95, 20*

---

1 De ionico quod a maiore dicitur. Constat *A B* ς 4 tribrachy *A B* ς 7 coma] comma ς 8 dimetrum catalectum *A B* ς 9 quae pegasius (pegasus *B*) fons fontibus *A B* Que opaco suis fontibus ς quae opaca sacris fontibus *Putschius. ante dimetrum acatalectum exemplum dimetri catalectici*, quae Pegaseo fonte, *excidisse videtur* 11 idalios sic *A B* ς 14 apud cleomacum *A* apud cleomaeum *B* apud. C. lenatem ς apud Maecenatem *Putschius* 16 frondibus *Marius Victorinus p. 91, 2* frontibus *A B* floribus ς euan *A B* euadue ς 18 et spondeo *om. A B, add.* ς 19 in] mihi *B* 20 implere ς 21 sicut super *A B* ς 22 Horatius] *carm. III 12, 1* 24 trimetrum catalectum *A B* ς 26 tetrametrum catalectum *A B* ς 27 equus albo uehit *A B* Ecus albo uelut ς 29 propere ς *A* proprie *B* celocis *A* e locis *B* colocis ς

De anadiplumeno. Anadiplumenon ex hoc minore ionico nascitur, quod ab illo hoc distat, quod a cretico incipit et est tetrametron,

defeci neque amori dare ludum libet ultra.

Est et aliud ex hoc metro ionico, quod galliambon dicitur, quod in fine degenerat, quo minus integrum ionicum ἀπ' ἐλάσσονος faciat,

miserarum est neque amori dare posse remedia.

Ex hoc genere est quod anaclomenon appellatur, quod ordinem pedum naturalem ac solitum amittit et immutatis pedum coniugationibus copulatur. dimetrum acatalectum

Paphias amor columbas.

nam constat pyrrichio et trochaeis duobus et spondeo: quarta enim syllaba, quae debet longa esse, brevis et sequens longa est, quam oportebat brevem esse. || hoc metrum si geminetur, facit tetrametrum ionicum a minore anaclomenon, quod heteromeres sapphicum nominatur, hoc modo,

docuit patens labellum bifido iugare rictu.

simile tetrametrum mensura, non coniugationibus,

viridi Palladis umbra sonat oscinum loquela.

Has tres species ideo iunxi, quoniam paene idem sunt quod ionicus ἀπ' ἐλάσσονος est.

DE PROCELEVMATICO

Quidam adiciunt his octo proceleumaticum, cui nec addi quicquam nec minui potest: omnibus enim brevibus constare debet. dimeter catalecticus

ave nemora silent,

tetrameter catalecticus

maritima itinera peragere cupio.

DE PAEONICO

Paeonicon metron ex ipso pede suo nomen accepit. recipit autem in principio creticum praeter ipsum paeona, ultimum *semper creticum*, duos autem paeonas in medio. exemplum utriusque linguae | sic erit, tetrametrum catalecticum

---

10 Paphias *Mar. Victor. 94, 1* 24 ave *Mar. Victor. 53, 11. 78, 7. 99, 12*

---

1 De Anadiplumeno ς De Anadiplumene *A B* 2 ab illo sic distat ς et est tetrametros ς et i tetrametros *A* et in tetrametros *B* 3 defici *vel* destiti *scribendum erat, si modo recte a cretico, non a molosso, incipere versum dixit grammaticus* 4 ex hoc metro ς exametro *A B* 5 ἀπ' ἐλάσσονος *in lacuna om.* ς 6 posse remedia *L. Müllerus de re metr. poet. lat.* p. 160* possit remedia *A B* possessore inedia ς 7 anachomenon ς 14 anachomenon quod eteromeres apellatur. Sapphicum hoc modo ς 15 bifido *Gaisfordius* diffido *A B* ς 17 viridi] urudi *A* ut rudi ς *B* 18 quod ionicus. Aues nemora silent. | De Paeonico | Paeonicum ex ipso ς 24 aues *A et ut videtur B* 26 itinera] tenera *A B* peragere *B* proagere *A* 29 in principio *om.* ς peona ultima duos ς ultimum semper creticum *om. A B*

p. 2696 P. p. 347. 48 G.

ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττική,
o regere, ne facilis esto magis ad tuos.

Haec sunt, ut dixi, metra originalia. cetera omnia ex his sunt deducta, quae a Graecis paragoga appellantur, de quibus pauca adhuc dicam (nam quaedam suis iam originalibus iunxi), ut videas, quanta horum ‖ quae supra dixi permixtione metra aut facta sint aut fieri adhuc possint. et primo quidem de pentametro epodico dicam, ut ad initia redeamus (nam et hic a dactylico nascitur), cuius divisio duplex traditur. nam prima eius parte duo pedes ex dactylico, *dactylus* et spondeus, sed varie commutatis vicibus inveniuntur; tertius spondeus, ita ut prima eius syllaba hemistichium et partem orationis finiat, sequens hemistichium sequens et partem orationis incipiat. deinde mutat dactylicam condicionem et transit in anapaesticam: nam iam residui erunt duo anapaesti. aut sic, ut media caesura duo penthemimere dividat, in primo varie positis pedibus, ut dixi; in secundo semper duo dactyli erunt. dictum penthemimeres quasi τῶν πέντε τὸ ἥμισυ. habet enim prima pars duos pedes et syllabam partem orationis finientem, secunda item similiter divisa: prima sic, 'hei mihi cum domino', secunda 'non licet ire tuo'. hic et elegus vocatur, quando per vices heroo subiungitur nec seorsum ac solitarium carmen facere potest. subiungitur autem sic,

Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,
invida formosas oderat illa boves.

DE PRIAPEO DACTYLICO

Priapeum dactylicum metrum tertium pedem parte orationis finit, producta tamen in ultimo syllaba ‖ (nam glyconius versus sic habet) et *in* duas

6 et primo quidem — 22 boves *fragm. Bob. anal. gramm. Vindob. p. 519* 23 De priapeo dactylico *p. 297, 28. 299, 23 Mar. Victor. 151, 1*

1 πολι (*om.* ὦ) φιλη κεκροπος αὐτοφυὴς απικης *A B*, *in lacuna om.* ς. *Hephaest. p. 41, 5 ed. Westph.* οὗ παράδειγμα ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Γεωργῶν ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττική 2 o rege te ne *A B* Recte ne ς. o regere ne *scripsi, ut versui sufficeretur. fortasse* corrigite ne 3 Haec sunt] *inscriptionem* De pentametro epodico *addidit Gaisfordius* 5 suis iam *A* iam suis ς *B* 8 a dactylo nascitur *A B* ς cuius divisio duplex traditur *om.* ς nam primae eius partes duae pedes ex dactylico (ex dactylo *A*) et spondeo sed uarie commutatis (communicatis ς) uicibus inueniuntur *A B* ς nam primae eius partis duae sedes et dactylo et spondeo, sed varie commutatis vicibus, ingrediuntur *Santenius in Terent. Maur. p. 287* 11 partem orationis finiat sequens (seques *A*) hemistichius sequentis partem orationis incipiat Deinde mutat *A B* partem orationis incipit: inde mutat ς 14 duo pentimemeri *A B* duo pentimemeris ς 15 pentimemeres quasi των πεντε το ημύσυ habet *A B* pentimemeris quasi * Habet ς 16 prima pars *A* pars prima ς *B* 17 secundo ς prima sic hei mihi cum domino non licet ire tuo Secundo hei mihi quo domino non licet ire tuo *A B* prima sic. Haec mihi cum domino non licet ire tuo. Secunda non Licet ire tuo ς 20 autem *om.* ς *B* 21 Pasiphae] *Ovid. art. am. I 295* 23 De priapaeo dactylico. Priapaeum dactylicum ς *B* De priapeo dactylo Priapeum dactylum *A* 24 parte *A B* partem ς 25 nam glyconius uersus sic habet et duas aequales diuidit partes *A B* nam glyconicus sic habet uersus ut duas equales diuidat partes ς

aequales dividitur partes. quod heroum manifestum esse Homerus et Virgilius probaverunt: Homerus

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι,

et Virgilius

immotamque coli dedit et con|temnere ventos

et

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

prima autem pars glyconius versus est, secunda pherecratius, quae utraeque partes dactylicae sunt. nam Horatii hos duos si iungas, priapeus fiet,

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro.

ergo et glyconium metrum et pherecratium et quod ex his componitur priapeum de dactylico nascitur. est alius priapeus, qui et bucolicus vocatur, ut

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

hic quoque octava syllaba partem orationis finit, ideoque hoc metrum *παρωρισμένον* dicitur.

DE BVCOLICO

Bucolicus similiter ab heroo venit. herous, si quarto pede partem orationis finiat, bucolicum facit, ut

ab Iove principium Musae, Iovis omnia plena.

Theocritus hanc metri legem custodivit, Virgilius contempsit.

DE PENTMAETRO HEROO

Qui autem quintum pedem parte orationis finit, pentameter herous dicitur, ut

incidit ad terram duplicato pondere Turnus. ||

DE LOGAOEDICO

Et de anapaestico nasci logaoedicum metrum videmus, si metrum anapaesticum palimbacchio concluseris, graece

ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν,

latine

agito deus huc, ego me dabo fessa vobis.

---

1 esse et Homerus ς 2 probauerunt (Homerus *add. B*) *κουρῆτες τ' ἔμαχοντο καὶ αἰτωλοὶ μενεχάρμοι (corr. μενεχάρμαι A)* Et uirgilius *A B* probarunt qui hoc usi sunt. Homerus * et Virgilius ς 3 *Κουρῆτες*] *Hom. Il. I 529* 5 immotamque] *Verg. Aen. III 77* 7 cui non] *Verg. georg. III 6* 8 glyconicus ς 9 nam horatio *A B* nam ex Horatio ς: *Hor. carm. I 5, 3* 12 de dactylico ς de dactylo *A B* 14 hunc lucum] *Catull. 18, 1* 15 finit ς *B* finiat *A* hoc metrum * dicitur ς hoc metrum bucolicum dicitur *Putschius* 20 ab Iove] *Verg. bucol. 3, 60* 21 metri *om.* ς 25 Decidit ad terram duplicato poplite Turnus ς: *Verg. Aen. XII 927* 26 logacedico ς 27 logacedicum uidemus ς 28 antibacchio ς graece *ἀγέτω θεὸς οὐ γαρ* et *ὠ αιχαγονωνα ἀεὶ* dein (*αιλαγονωνα αει* dem *B*) latine *A B* graece * latinae ς. *Hephaest. p. 29, 18 ed. Westph. γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ, ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν* 29 *δίχα τῶδ' ἀείδεν Bentleius et Ernestius in Callim. fr. 146 p. 500 ed. Ern.* 31 agato deus *A B* agathocleus ς fessa boues *A B* festa boues ς

DE SCAZONTE

In iambico metro si paenultimam longam feceris, scazon vocatur, quem et choliambon et hipponaction vocant, ut

salax taberna vosque contubernales.

DE PHALAECIO HENDECASYLLABO

Ecce et phalaecium metrum partem | primam de antispastico metro habet, sequentem de iambico, ut

passer deliciae meae puellae.

nam prima syzygia antispastica est, at vero pars sequens, 'ciae meae puellae', dimetrum iambicum catalecticum habet. eadem pars dicitur comma anacreontion. potest prima pars a dactylico nasci, sequens ab iambico sic,

castae Pierides meae Camenae:

divisio erit talis,

castae Pierides, nostris adsistite votis

et

meae Camenae, vos sorores invoco. ||

DE ITHYPHALLICO

Ithyphallicum metrum de trochaico est. nam ex tribus trochaeis constat, quod fit, si ter Bacche dicas, et sic,

conditor vel orbis.

dictum est autem inde, quod in mysteriis Liberi Athenis vates stipitem rectum in modum fascini ciebant, et qui hoc genere metri canebant φαλλοφόροι et φαλλῳδοί dicebantur. hoc et aeschrionium vocant.

DE SATVRNIO

Saturnio metro primum in Italia usi. dictum autem a Saturnia, urbe vetustissima Italiae. et hic versus obscurus quibusdam videtur, quia passim et sine cura eo homines utebantur; maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas huius modi versibus incidebant, [id est sic]

---

12 castae *Caes. Bass. 259, 1 Mar. Victor. 148, 32* 24 De saturnio *Caes. Bass. 265, 7*

---

3 Hipponactycon ς 4 salax] *Catull. 37, 1* 6 de anapesto metro habet *A B* de antispasto habet ς 8 passer] *Catull. 2, 1* 9 nam prima — puellae *om.* ς 11 a dactylo *A B* ς sic] sic ut *A B* ς 19 si ter bacche dicas. Bacche. Bacche Bacche. Vt sit: conditor ς 22 ciebant] tenebant ς *A* tenebat *B*. *cf. Plot. p. 2649* ithyphallicum dictum, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero patri φαλλόν, id est fascinum virilem, ἴθυνον, id est ciebant 23 fallosoroc et fallodoe *A* fallosoroi et fallodor *B* Phallophore et phalodoe ς ascronium *A B* ς, *infra p. 299, 1* escronium *A* ascronium ς *B*. aeschrionium *recepi ex Mar. Victor. p. 105, 11* item si ex duobus iambicis dimetris catalecticis fiat permixtio, fit metrum quod aeschrionion dicitur, ut est 'amore me subegit et igneo furore.' *nam qui ita hoc metrum diviserunt, ut post penthemimeres iambicum et dactylum sequeretur ithyphallicus, ad extremam versus partem nomen metri transtulisse videntur* 25 a saturnia urbe ς *A* a saturna urbe *B* 26 et hic *A B* hic ς 28 id est sic *om. A, add.* ς *B*

summas opes qui regum regias refregit.

habet autem in prima parte iambicon dimetron catalecticon, in secunda trochaicon dimetron brachycatalecton, quod et ithyphallicum diximus, ut

dabunt malum Metelli Naevio poetae.

Cetera partim in Horatio recognosces, partim in archetypis auctorum libris, unde haec nos excerpsimus.

DE METRIS HORATII

Nunc priusquam ad Horatiana metra veniamus, quae partim a veteribus Graecis transtulit, partim sibi ipse composuit, admonitum velim omnia quae paragoga ‖ diximus componi ex illis principalibus | metris aut adiectione aut detractione aut concinnatione aut permutatione: adiectione, ut

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni;

accessit enim heroo metro syllaba, quae versum faceret longiorem: detractione, tamquam

trahuntque siccas machinae carinas;

detracta enim syllaba trimetron fecit minorem: concinnatione,

iam satis terris nivis atque dirae;

huius enim prima caesura trochaica, sequens iambica est: permutatione, sicut cum Archilochus primam partem heroi fecerit, sequentem iambici, ut est

scribere versiculos amore percussum gravi,

Horatius permutavit et fecit priorem iambicam, sequentem heroicam sic,

occasionem de die dumque virent genua.

Haec autem Horatii carmina, de quibus dicere institui, monostropha Graeci appellaverunt, quod prima strophe duobus vel tribus *vel quattuor* colis explicata ceteras sequentes similes habeant, nec in aliqua parte interveniente epodo cola mutentur. colon quid sit iam diximus, a quo *dicola sive* tricola sive tetracola dicuntur haec carmina. in cantionibus autem lyricis legitime scriptis, hoc est monostrophis, haec tria inveniri necesse

---

10 omnia quae paragoga — 23 genua *Caes. Bass. 271, 5* 24 Haec autem — 295, 15 triada appellant *Caes. Bass. 266, 26 Mar. Victor. 58, 6* monostropha *Mar. Victor. 162, 1. 167, 18*

---

2 in prima *A B* prima ς iambico dimetron ς 6 nos *om.* ς 9 ipse sibi ς 12 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* fauoni ς *B* fanouii *A* 13 accessit enim heroo ς *B* accessit in heroo *A* 15 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 17 iam satis] *Hor. carm. I 2, 1* 19 arcelocus *A* archlocus ς 21 scribere] *Hor. epod. 11, 2* 23 occasionem] *Hor. epod. 13, 4* de die] dedit ς 25 vel quattuor *om. A B* ς, *add. Bergkius in commentatione academica beneficii Thielemanniani lege edita Halis a. 1863 p. 7* 26 habeat *A B* ς 27 iam diximus] *p. 282, 27* dicola sive *om. A B* ς, *add. Bergkius* 29 hoc est monostrophis *delevit Bergkius tamquam adscripta ab imperito librario, 'qui existimavit haec quoque, quae Atilius de epodicis carminibus (ita enim graeci magistri appellant, vid. Hephaest. p. 122 [68, 14 ed. Westph.]) adiecit, ad monostropha carmina pertinere, quibus solis Horatius usus est'. scribendum erat potius* id est monopericopis, *cf. Mar. Victor. p. 59, 13: nisi errori grammatici hoc tribuendum est, quod monostropha carmina dixit pro monopericopis, sicut postea* 295, 9 periodos *pro* pericope. *nam pericopae nomine usus non est*

est, strophen, antistrophen, epodon. olim enim carmina in deos scripta *ex his tribus* constabant: circumire aram a dextra strophen vocabant, redire a sinistra antistrophen, post, cum in conspectu dei consistentes canticis reliqua peragebant, epodon, ὅτι τῇ στροφῇ καὶ τῇ ἀντιστρόφῳ ἐπῇδον. hinc translatum nomen est in has epodos, quae binos versus impares habent. nam ut illic epodos canticum finit, ita hic versus secundus|| sensum: hoc est enim legitimum in epodis. ergo secundum haec et elegia epodicum carmen. haec igitur cantio lyrica, quae tres has partes habet, periodos appellatur; eadem trias, si ex his tribus constat. solet enim abundantior et plenior cantio habere * antistrophen periodon, aliquando et in medio, hoc est inter strophen et antistrophen, mesodon. inveniuntur autem in strophe cola vel commata aliquot ex voluntate | scribentis varia metri lege finita: huic antistrophe redditur totidem colis, isdem metris: tertio additur epodos iam quolibet metro. haec est, ut dixi, quam triada appellant. sed quoniam haec accuratius graeci poetae servaverunt, melius te graeci magistri de exemplis graecis docebunt. nunc veniamus ad divisionem metrorum.

I Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius et frequentius sit usus. ante illum enim usus Alcaeus, et Sappho hoc integro usa est libro quinto. inter binos *vel ter-*

19 asclepiadeon metron *Mar. Victor. 160, 33*

2 ex his tribus *om. A B* ς. constabant tribus his, strophe antistropho epodo *Bergkius* a dextra *A B* dextra ς 3 consistentes ς *A* assistentes *B* 4 epodon ὅτι τῆς τροφῆ (στιτης τροφη *B*) κατὰ ἀντισρόφω επη. hinc *A B* Epodon * Hinc ς 6 impares *om.* ς *B*, *add. A* 8 haec igitur cantio lyrica, quae tres has partes habet aut periodos, appellatur trias: solet enim abundantior et plenior cantio habere strophen antistrophon epodon *Hensius Heliodor. Untersuch. p. 135* 9 eadem trias si ex rebus his constet ς *B* eadem si ex his rebus constat *A* eadem trias, si ex tribus his constet *Bergkius* 10 habere antistrophen periodon *A B* ς habere strophen, antistrophen, epodon *Bergkius. conieceram* habere ante strophen et antistrophen proodon. *sed plura omissa esse videntur, quae ad carmina polypericopa a Mario Victorino p. 59, 8 sqq. descripta pertinebunt* 12 aliquod *A* ς aliqua *Putschius B(?)* 18 *numerum* I *om. A B* ς 20 usi *posteriore loco A B* ς, *quod ita defendit Bergkius l. c. p. 3 'orationis scabritiem,* usi Alcaeus et Sappho — usa est, *existimo inde repetendam esse, quod in Iubae commentariis, quos hoc quoque loco videtur grammaticus descripsisse, graecum exemplum additum fuit, velut* usi Alcaeus, ut ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν κτλ. et Sappho—usa est, *ut iam ferendum fuerit inconcinnum dicendi genus.'* usi Alcaeus et Sappho. Sappho hoc integro *sqq. coniecit Hertzius N. Jahrb. f. Philol. a. 1866 p. 580. deinde* integro *non de quinto Sapphonis libro, in quo alia quoque metra fuisse constat (cf. Caes. Bass. p. 258, 15), dictum est, ut voluit Bergkius p. 7, sed de metro asclepiadeo non mutato iis incrementis de quibus postea dicitur: cf. p. 259, 4* hoc metrum incrementum accipit et totum ab Alcaeo tractatum est et ab Horatio nostro 21 usa est in libro ς inter binos uersus decurrunt melica systematica sunt hoc est binis *A B* inter binos uersus decurrunt melica systematica hoc (haec *Putschius*) binis ς *Putschius* intra binos uersus decurrunt mele, quoniam systematica sunt, hoc est binis *Bergkius l. c. p. 3 hac addita interpretatione, 'mele enim dicit partes carminis sive strophas, quae principalis est vocabuli notio, cf. Mar. Vict. I 13, 5 (p. 54, 13) et excerpta post Mar. Vict. p. 241 (p. 184, 7). itaque hic grammaticus plane testificatur Horatianum hoc carmen, quod metro Asclepiadeo constat, non κατὰ στίχον descriptum*

nos vel quaternos versus decurrunt melica: systematica sunt, hoc est binis vel tribus vel quattuor versibus constant. hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. nam habet duo penthemimere, primum acatalectum, secundum catalecticum,

Maecenas atavis edite regibus:

huic si reddas in ultimo syllabam, integer erit pentameter, ut

Maecenas atavis edite regibus o.

ab eo tamen pentametro nascitur, qui XIII syllabas habet, hoc est cuius prima pars de spondeo et dactylo constat. ceterum asclepiadeon duodecasyllabon esse oportet. potest et antispasticon esse trimetron acatalecton, cuius paenultimam affectavit pro longa brevem facere, cuius ingressio est talis,

Maecenas a,tavis edi,te regibus:

tetrametron fecit eius generis

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

quidam volunt adiectis duobus *pedibus*, spondeo ad caput, pyrrichio ad finem, in medio dimetron choriambicon clausum, ut ingressio *sit* talis,

Maece,nas atavis edite re,gibus.

nam si solas duas syzygias pronunties, choriambicum sonant. eius generis trimetron fecit sic,

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

denique si tertium choriambum tollas, remanet asclepiadeus, ut

tu ne quaesieris scire nefas tibi.

alii de hexametro volunt natum. nam si tertio loco adicis pater, quinto regibus, hexametrum facies sic,

Maecenas atavis pater edite regibus altis. |

II Iam satis terris nivis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arces
terruit urbem.

---

2 hoc metrum — 23 nefas tibi *Mar. Victor. 150, 19* 16 quidam volunt — 23 nefas tibi *p. 302, 6*

---

esse, sed binorum versuum strophis decurrere: et quae deinde addidit, ut carminis systematici vim et naturam explicaret, ea omnino ad Horatianorum carminum speciem illustrandam pertinent.' eadem sententia Hertzius l. c. intra binos versus decurrunt mele: ea systematica sunt, hoc est binis *coniecit. de primo Horatii carmine cf. p. 302, 10. non potuit autem grammaticus hoc loco aliud dicere quam Marius Victorinus p. 160, 34. neque verba ad unum carmen referri possunt, sed ad omnium lyricorum carminum compositionem pertinent. quare post* binos *addidi* vel ternos vel quaternos. *abruptum dicendi genus, quo saepius hic grammaticus usus est, neglegentiae excerpendi tribuendum est* 3 pentimemere *A B* ς 6 ut *om.* ς *B* 7 regibus o] regilio *A B* ς 9 constat *A* constet ς *B* 12 est talis *A* talis est ς *B* 14 fecit ς *B* facit *A* 15 tu ne] *Hor. carm. I 11, 1* scire *om. A, add.* ς *B* 16 pedibus *om. A B* ς 17 sit *om. A B* ς 19 solas duas pronuncies • choriambicum ς sonant — 22 choriambum *om. A B, add.* ς 23 scire *A B* esse ς 24 natum] tantum *A B* ς adiicias ς 26 altis. I. I. Iam satis *A* altis. Iam satis ς *B* 28 pater misit ς

hos hendecasyllabos alii alcaicos, alii sapphicos vocant. prima in his caesura trochaica est: nam habet dimetron brachycatalecton, sequens iambica dimetron hypercatalecton; et ingrediuntur sic,

iam satis terris ni,vis atque dirae.

alii faciunt primam syzygiam trochaicam, in qua secunda pars aliquando et spondeum habet, secundam choriambicam, tertia bacchium habet: dividitur sic,

iam satis ter,ris nivis at,que dirae. ||

nasci autem videtur ab alcaico hendecasyllabo,

ὦ ἄναξ Ἄπολλον, καῖ μεγάλω Δίος

et

vides ut alta stet nive candidum.

huius si primam syllabam in ultimum transtuleris, facies hendecasyllabum sapphicum,

des ut alta stet nive candidum vi.

quarto loco clausula est hexametri ex dactylo et spondeo, ut est 'primus ab oris'. denique si hanc tollas et Horatianam adicias, facies integrum hexametrum,

arma virumque cano Troiae qui terruit urbem.

eadem clausula et in anapaesticam syzygiam cadit. nam si iungas hanc illi Virgilianae, dimetrum anapaesticum facies,

primus ab oris terruit urbem.

haec eadem habet choriambicum dimetron hypercatalecton.

III Sic te diva potens Cypri,
sic fratres Helenae lucida sidera.

tertia ode dicolos est, habet primum octosyllabum anacreontium, quem et glyconium vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis. huic si iungas heptasyllabum pherecratium, qui constat ex spondeo et dactylo et spondeo, priapeum facies, qualis apud Homerum

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι

et

immotamque coli dedit et contemnere ventos.

---

16 quarto loco — 22 terruit urbem *Caes. Bass. 267, 12* 26 tertia ode *p. 299, 22* 28 huic si iungas — ventos *p. 291, 23*

---

2 sequens Iambica habet dimetron ς 3 ingredimur *A B* ς: *cf. p. 282, 4* 4 dirae grandinis pater Alii ς 10 ὠ ἄναξ ἀπολλῶν τὶ μετια ωμιλοις *A B, in lacuna om.* ς. *Hephaest. p. 45, 14 schol. Hephaest. p. 219, 14 ed. Westph.* καὶ ἔστι τῆς μὲν πρώτης ᾠδῆς ἀρχὴ ὦ 'ναξ Ἄπολλον, καῖ μεγάλω Δίος 12 vides] *Hor. carm. I 9, 1* 15 des ut alta stet nive candidum vi *Gaisfordius* uides ut alta stet niue candidum *A B* ς 17 facies ς *B* facis *A* 21 facies ut Qui primus ς 27 glyconicum ς *A B* 28 qui constat ex spondaeo et dactylo ȟt • et Immotamque ς 30 κορῆτες τ' ἔμαχοντο καὶ αἰτωλοὶ μενεχαρμι *A* κουρητες τε μαχοντο και αιτωλοι μενεχαρμε *B*: *Hom. Il. I 529* 32 immotaque *B*; *Verg. Aen. III 77*

anacreonteon est ‖

γουνοῦμαί σ' ἐλαφηβόλε.

usi sunt hoc genere metri Alcaeus, Sappho, Alcman. secundus versus,

sic fratres Helenae lucida sidera,

asclepiadeus, de quo iam dictum est.

IIII Solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,
trahuntque siccas machinae carinas.

quarta quoque dicolos ad exemplum Archilochi facta,

οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη.

differunt primi | hoc uno, quod in graeco secundus spondeus, in latino tertius est. neque tamen ordinem in omnibus Flaccus servavit, sed varie et licenter, dummodo ne ab heroo recederet. habet ergo prima caesura heroum tetrametrum, et talis est haec pars, qualis illa Homerica, '*ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε*', *vel haec* Virgiliana, 'solve metus feret haec aliquam tibi'. quorum alteri deest *Φοῖβος Ἀπόλλων*, alteri 'fama salutem', quae si adicere Flacciano et Archilochio volueris, implebuntur et fient solidi heroi sic,

solvitur acris hiems grata vice fama salutem,

οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα Φοῖβος Ἀπόλλων.

posterior pars, 'veris et favoni', ithyphallicus versus est ex tribus trochaeis. talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo detracta priore parte, 'pumice expolitum', idque si adieceris ad Horatiani partem superiorem, fiet archilochius,

solvitur acris hiems grata vice pumice expolitum. ‖

---

1 Anacreonteon est *Γουνοῦμάε (corr. -μαί) σ' ἐλαφ$\overset{H}{\text{τι}}$βολε* *εαφηβολε* Usi sunt *A* Anacreonteum est *γουνο μαε σελαφ τβολε* usi sunt *B* Anacreonticon est * usi sunt ς. *Hephaest. p. 69, 26 ed. Westph.* καθάπερ τὸ πρῶτον Ἀνακρέοντος ᾆσμα, Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε, Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν 3 Alcman ς *B* Alcmeon *et in marg.* f. Alcman *A* 6 fauohi ς *B* fauonii *A* 7 siccas *bis scriptum habet* ς 8 facta *οὐκετομος* (*δοκετομος B*) *ἄλλοις απολλων*. Differunt *A B* facta * Differunt ς. *Hephaest. p. 21, 4 ed. Westph.* ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ ἐπίσημον καὶ τὸ δίμετρον βραχυκατάληκτον, τὸ καλούμενον ἰθυφαλλικόν, ᾧ πρῶτος μὲν Ἀρχίλοχος κέχρηται συζεύξας αὐτὸ δακτυλικῷ τετραμέτρῳ οὕτως, οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη *id. p. 24, 1. 50, 19. a latino grammatico subiectus erat versus epodicus, idem, ut videtur, qui repetitus est 357, 22* 11 neque tamen ordinem *A B* neque cum ordinem ς in omnibus flaccus *A* Flaccus in omnibus ς *B* 13 homerica *ὡς ἔφατ' ευχομενος* (*εὐχ$\overset{o}{\text{α}}$μενος* *A*) *τοῦ δ' ἔκλυε* Quorum alteri deest *Φοῖβος ἀπόλλων* alteri fac saluam. Virgiliana solue metus feret heo aliquam (aliquem *A*) tibi quae si adicere *A B* homerica * Virgiliana. Solue metus feret haec aliquam tibi. Quorum alteri deest * alteri Fama salutem quae si adicer̄ ς 14 *ὡς ἔφατ'*] *Hom. Il. A 43. 457. Π 527* solve] *Verg. Aen. I 463* 16 archilochaeo ς 17 heroi sic] heroici *A B* ς 18 salutem *οὐκ ἔθ ὁμρ* (οῖος *superscr.*) *ἄλλοις ἀπόλλων χρόα φοῖβος ἀπόλλων* Posterior *A* *ουκ εθομε αλλοις απολλων χερσα φοιβος απολλων* posterior *B* salutem * posterior ς 22 pumice] *Catull. 1, 2* 23 archilochaeus ς 24 grata uice pumice ς *B* grata uice ueris et fauonii pumice *A*

graecus est talis *. quod metrum quidam et aeschrionium vocant. plerique versum totum ex heroo factum per adiectionem unius syllabae tertiae ante ultimam dixerunt; et parte sublata sive mutata formam hexametri recipit, ut

solvitur acris hiems grata vice veris et anni

vel

solvitur acris hiems grata vice vere favoni.

secundus versus,

trahuntque siccas machinae carinas,

syllaba brevior est quam trimeter iambicus, qua reposita sic expletur,

trahuntque siccas machinae carinulas;

vel si malis scazonta facere,

trahuntque siccas machinae carinatas.

Archilochus

ὄγμος κακοῦ δὲ γήρας καθαιρεῖ:

reliquum in Archilocho attendendum. hunc quidam hendecasyllabum archilochium dixerunt.

V Quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrra, sub antro?
cui flavam religas comam?

quinta ode habet duos primos asclepiadeos, tertium *pherecratium*, quartum anacreontium, qui et glyconius, de quibus iam diximus. *pherecratius* priapei erit pars, praeposito tamen glyconio sic,

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro:

talis hic qualis | ille,

immotamque coli dedit et contemnere ventos.

item hos si iungas, idem fiet,

---

1 plerique — 7 favoni *Mar. Victor. 117, 19. 163, 23 Diom. 509, 27* 22 quinta ode *p. 291, 23. 297, 28*

---

1 *lacuna, quae relicto spatio indicata est in A B* ς, *tetrameter Archilochi οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα cum extrema parte hendecasyllabi coniunctus excidit* Escronium *A* Asceronium ς *B: cf. p. 293, 23* 5 ueris et anni *Putschius A B* ueris annui ς ueris et oni *Marius Victorinus* 7 uere fauoni ς *B* uere et fauonii *A* 14 Archilochus *ολμον* ʽ*κακὸν* in Archilocho attendendum *lacuna complurium verborum post κακὸν relicta A* Archilochum *ολμον κακον* In Archilocho est attendendum *B* Archilocus * In Archiloco attendendum ς. *Hephaest. p. 18, 7 ed. Westph. τρίμετρον δέ, οἷον τὸ Ἀρχιλόχου ὄγμος κακοῦ δὲ γήρας καθαιρεῖ, schol. Hephaest. p. 150, 3.* 15 *κακῶν Bergkius Archil. fragm. 116* 16 reliquum *addidi, coll. p. 302, 23* reliquum in Euripide attendendum. *ab auctore quem grammaticus secutus est eadem videntur addita fuisse, quae scripta sunt apud Marium Victorinum p. 117, 30 et 164, 17* quidam ς *B* quidem *A* Archilocum ς 18 V Quis] ut Quis ς *B* Quis *A* 22 V quinta *A* tertium anacreontium quartus glyconicus de quibus iam diximus priapei *A B* ς 24 glyconico ς *A B* 27 immotamque] *Verg. Aen. III 77* 28 fiet *Γουνοῦμὰσ (corr. — μαὶ) σε* utraque *A* fiet *γουνομαισε* utraque *B* fiet * utraque ς: *cf. supra p. 298, 1*

γουνοῦμαί σ' ἐλαφηβόλε δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν.

utraque haec pars Anacreontis est. ||

VI Scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.

tres primi asclepiadei, ut

Maecenas atavis edite regibus;

quartus glyconius, ut

γουνοῦμαί σ' ἐλαφηβόλε

[utraque haec pars Anacreontis est].

VII Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen
aut Epheson bimarisve Corinthi.

primus herous, secundus item herous, sed tetrameter, cui si reddas duos pedes, erit solidus hexameter sic,

aut Epheson bimarisve Corinthi primus ab oris

vel

sic tristis affatus amicos Cynthius auctor.

VIII Lydia dic per omnis
te deos oro, Sybarim cur properas amando.

hoc totum choriambicum est metrum. primum colon dimetron catalecticum est. sed quo minus choriambicum esse videatur integrum, facit ultimus bacchius: nam similiter in secundo colo affectavit in ultimo bacchium habere. in hoc etiam recessit ab Alcaeo, quod primum choriambum durum fecit [secundum] pro iambo spondeum ponendo. nam si secutus fuisset Alcaeum, sic ordinasset,

hoc dea vere Sybarim cur properes amando.

sed affectasse potius quam errasse Horatium apparet, quod eadem lege usque ad finem eglogae perseveravit. erit ergo et secundum colon tetrametron || catalecticum. ex hoc hendecasyllabum sapphicum facies sic,

---

21 hoc totum choriambicum — 29 perseveravit *Caes. Bass. 270, 3 Mar. Victor. 166, 23*

---

9 glyconius ut *γουνομα (corr. γουνοῦμα A) σε* utraque haec pars *A B* glyconicus ut * utraque pars haec ς. utraque haec pars Anacreontis est *ex superioribus* 2 *repetita sunt* 12 Mutylenem ς Mitylenem *Putschius A B* 13 epheson *A* ephesum ς *B* corinthi moenia ς 15 sicut Ephesum ς *A B* 16 primus ab oris *om.* ς 18 sic tristis] *cf. Hor. carm. I 7, 24* 19 omnes ς *B* 22 sed quominus choriambicum esse uideatur integrum *A* sed quamuis Integrum choriambicum esse uideatur ς *B* 24 choriambum *A* choriambicum ς *B* 25 secundum, *quod de secunda parte pedis compositi dici non potuit, ex glossa ad* primum choriambum *adscripta,* secundum *vel* in secundo versu, *ortum esse videtur* 27 properes *A* properas ς *B* 28 Horatium hoc apparet ς 30 *hendecasyllabi sapphici exemplum ante phalaecium, quod sequitur, omissum ita fere restitui potest,* ex hoc hendecasyllabum sapphicum facies sic, 'quaerimus te Lydia dic per omnes'; hendecasyllabum phalaecium sic, 'quaeso Lydia dic deos per omnes.'

quaeso Lydia dic deos per omnes;

de secundo hexametrum sic,

hocne deos vere Sybarim cur quaeris amando.

apud Anacreontem

εἶμι λαβὼν † εἰσάρας,

Sappho

πάρθενον ἀδύφωνον.

secundum colon Anacreon sic,

ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιρόου παρ' ὄχθας,

Sappho sic,

δεῦτέ νυν ἄβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῦσαι.

VIIII Vides ut alta stet nive candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
silvae laborantes, geluque
flumina constiterint acuto.

iocunda confusio horum metrorum aut permixtione facta aut detractione. nam in duobus primis prima tome dimetron habet iambicum hypercatalecton, secunda clausulam asclepiadei, id est duos da|ctylos (nam sic est 'stet nive candidum', ut est 'edite regibus'), et dividuntur sic,

vides ut alta, stet nive candidum
Soracte nec iam, sustineant onus.

alii hendecasyllabos appellant factos ex iambico trimetro detractione unius syllabae, quam si restitues, facies trimetron acatalecton, ||

vides ut alta stet nive candidum

et

Soracte nec iam sustineant onusti.

tertium colon trimetron *iambicon* hypercatalecton: *nam additis tribus syllabis fiet trimetron acatalecton,*

---

12 Vides ut alta *Caes. Bass. 268, 5 Mar. Victor. 166, 10*

---

2 de secundo *A* de secunda ς *B* 4 Apud Anacreontem *εἰμὶ λαβὼν εισάρας σαπφὼ παρθένων (corr. -ον) ἀδυφώνων (corr. -ον)* secundum colon *A* apud Anacreontem *ειμι λαβων εισαρας σαφω παρθενον αδυφωνον* secundum colon *B* Apud anacreontem * Secundum colon ς 5 *εἶμι λαβὼν ἐς Ἥρης Bergkius Anacr. fr. 34 poet. lyr. p. 1020 ed. tert.* 8 Anacreon sic *ἀσπίδα ῥιψ' ἐσ ποταμὸν ιλλιροου* (supra *ιλ* scr. *κα*) *τροχοάς.* Sappho sic *Δεστενῦν* (supra *στ* scr. *εῦ*) *ἄβραὶ χάριτες καλλίκομοί τε μοῦσαι* VIIII Vides *A* Anacreon sic *ασπιδα ριψεσ ποταμον ιλλιροον τροχοας* Sappho sic *Δευτενυν αβραι χαριτες καλλικομοι τι μουσαι* VIIII Vides *B* anacreon sic * Sappho sic * VIIII. Vides ς 9 *ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιρόου παρ' ὄχθας Bergkius Anacr. fr. 28 poet. lyr. p. 1020 ed. tert. ἀσπίδα ῥίψ' ἐς ποταμοῦ καλλιρόου προχοάς ediderat Ursinus carm. novem illustr. femin. et lyric. fragm. p. 135* 11 *δεῦτε] Hephaest. p. 31, 5 schol. Hephaest. p. 181, 13 ed. Westph.* 18 id est ς *A* idem *B* 19 diuiduntur *A* diuiditur ς *B* 23 *trimetri acatalecti una syllaba addita fieri possunt ita*, 'vides ut alta stet nivesque candidum' et 'Soracte nec iam sustinebit hoc onus.' *catalecticos autem si esse voluit grammaticus, scribendum erat* nive candidumque *et* sustineant onusti 24 candidum et soracte *A* candidum soracte ς candidulum Soracte *Putschius B (?)* 27 trimetron hypercatalecton siluae *A B* ς

silvae laborantes geluque candido.

quartum compositum est ex penthemimeri et bacchio. hexametrum de hoc facies redditis quibuscumque partibus sic,

flumina constiterint scopulo pugnantia acuto.

X Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi: heccedecasyllabus sapphicus. de hoc iam supra dictum est, adiectione spondei ad caput et pyrrichii ad finem in medio esse choriambicum trimetrum, ut illud dimetrum diximus habere,

Maecenas atavis edite regibus.

et nota quod et in hac et in illa egloga strophen in singulis versibus expedivit. his et Alcaeus usus,

Νύμφαις, ταὶς Δίος ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις.

Cetera quae sequuntur eadem metra sunt, de quibus iam dictum est. in secundo libro metrum novum est

non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar.

hoc semel omnino usus Horatius, Alcaeus frequenter. ab iambico natum est: nam si reddas huic partem suam, integrum trimetrum facies sic,

beatus ille non ebur neque aureum.

Philoxenus ait hoc heptasyllabon choriacon vocari et esse dimetron catalecticon euripidion. ille inquit sic,

νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων:

reliquum in Euripide attendendum. et sequens pars talis est qualis illa,

trahuntque siccas machinae carinas, ||

iambicum curtum, quod et hendecasyllabon dicunt, et facit trimetrum plenum,

mea renidet in domo lacunular,

sicut

trahuntque siccas machinae carinulas.

---

14 in secundo libro metrum novum est *Caes. Bass. p. 270, 18 Mar. Victor. 168, 19*

---

2 pentimemeri *A B* ς 3 quibuscunque ς *B* quibusque *A* 6 hic endecasyllabus *A B* ς iam supra] *p. 296, 14* 7 ad finem *om.* ς 10 quod et in hac ς *B* quod in hac *A* (ας *superscr.*) 11 usus *Νυμφαις αιοσε ξαἰτιόχω φασὶ τε τυγμένας* cetera *et in marg.* f *Διὸς ἐξ A* usus *νυμφαις αιοσε ξαι τιοχω φασι τε τυγμενας* cetera *B* usus * Caetera ς. *Hephaest. p. 35, 7 ed. Westph. πολλὰ δὲ καὶ Ἀλκαίου ᾄσματα, Νύμφαις ταὶς Δίος ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις* 15 non ebur] *Hor. carm. II 18, 1* aurum *A B* ς 17 usus *A* usus est ς *B* 18 integrum ς *B* integram *A* 19 aurum *A B* ς 20 choriacum *Marius Victorinus* choriambicon *A B* ς catalecton *A B* ς 21 sic *νεν δε μοι πόρος εχομνος* (*πορογεχομος B*) reliquum *A B* sic * reliquum ς *Hephaest. p. 20, 7 ed. Westph. δίμετρον μὲν καταληκτικὸν τὸ καλούμενον Εὐριπίδειον ἢ Ληκύθιον, οἷόν ἐστι Νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων Θούριος μολὼν Ἄρης. inde versum Euripidis Phoen. 239 recepit Gaisfordius* 24 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 27 lacunar *A B* ς. lacunular *ad similitudinem v.* carinulas *finxisse videtur grammaticus* 29 carinas ς

Miserarum est neque amori dare ludum
neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae.

omnes ionici ἀπ' ἐλάσσονος sunt acatalecti, duo primi trimetri, tertius tetrameter.

Diffugere nives, redeunt iam gramina campis
arboribusque | comae.

primus hexameter herous; secunda pars penthemimeres habet, quod iteratum integrum pentametrum faciet sic,

arboribusque comae arboribusque comae.

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

hi omnes quo minus heroi hexametri dici possent commutatio quarti pedis fecit: nam pro dactylo anapaestum habent. simul et illud videndum, quod nullam habent varietatem pedum, sed ordo idem omnibus, ut primum et tertium spondeum habeant, secundum et quintum et sextum dactylos, quartum anapaestum, per quod et syllabarum XVI numerus in omnibus perseverat.

Nunc de epodis, quoniam supra originem nominis dixi, metra eorum quamquam simplicia sint et intellectu facilia, tamen breviter excurram.

ibis liburnis inter alta navium,
amice, propugnacula.

ambo iambici acatalecti, primus trimeter, secundus dimeter; et deinceps omnes eglogae quae sequuntur consimiles sunt usque ad illam quae sic incipit,

Petti, nihil | me, sicut antea, iuvat
scribere versiculos amore perculsum gravi.

primus iambicus trimeter, secundi prima tome penthemimeren habet, sequens dimetron iambicon.

quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris?
munera cur mihi curve tabellas.

primus herous hexameter, sequens tetrameter similiter dactylicus, qui bucolicon facit, si illi duos pedes reddas sic,

munera cur mihi curve tabellas omnia plena;

qualis est

ab Iove principium Musae, Iovis omnia plena.

1 Miserarum] *Hor. carm. III 12, 1* 2 examinari ς 4 omnes in Ionici * sunt ς catalectici *A B* ς 6 Diffugere] *Hor. carm. IIII 7, 1* 8 pentimemerim *A B* ς 9 faciet. Arboribusque Comae. O Crudelis ς 11 O crudelis] *Hor. carm. IIII 10, 1* 12 heroici *A B* ς 13 anapaestum habet ς 14 omnibus et primum et tertium spondaeum habent ς 18 supra] *p. 295, 3* 19 *fortasse* percurram 20 ibis] *Hor. epod. 1, 1* 22 acatalecti ς *B* acatalectici *A* 23 similes sint ς 25 Peti ς: *Hor. epod. 11, 1* 27 pentimemeren *A B* ς 29 quid] *Hor. epod. 12, 1* 31 dactylus ς *B* 35 ab Iove] *Verg. bucol. 3, 60*

horrida tempestas caelum contraxit et imbres
nivesque deducunt Iovem, nunc mare nunc siluae.

primus hexameter, secundus compositus ex dimetro iambico et penthemimeri.

mollis inertia cur tantam diffuderit imis
oblivionem sensibus.

hexameter primus, secundus iambicus dimeter.

altera iam teritur bellis civilibus aetas,
suis et ipsa Roma viribus ruit.

hexameter et iambicus trimeter.

iam iam efficaci do manus scientiae.

omnes hi trimetri iambici erunt.

---

1 horrida] *Hor. epod. 13, 1* 3 ex dimetro iambico et pentimemere ς ex dimetro et iambico et pentimemeri *A* ex dimetro et iambico et pentimimeri *B* 4 molis ς: *Hor. epod. 14, 1* tantam ς *B* tantas *A* diffunderit ς 7 altera] *Hor. epod. 16, 1* 9 trimeter Iam efficaci domamus scientiae ς: *Hor. epod. 17, 1* 11 erunt Ars Atilii (Altilii *corr.* Atilii *B*) fortunatiani expl. *A B* erunt. Ars Atilii Fortunatiani Explicit ς

[CAESII BASSI]
DE METRIS HORATII

p. 2663. 64. 65 P. **Maecenas atavis edite regibus.** p. 302. 303 G.

Asclepiadeon duodecasyllabon, cuius divisio varia. quidam sic, Maece spondeus, nas atavis choriambus, edite re idem, gibus pyrrichius vel iambus propter indifferentiam syllabae. alii per dipodias ita: Maecenas a, debuit antispastica dipodia esse, sed produxit syllabam primam et fecit epitritum quartum ex tribus longis et brevi: tavis edi antispastus est ex brevi duabus longis et brevi: | te regibus, paeon secundus ex brevi et longa et duabus brevibus, vel si longa fuerit ultima, erit iambus. si vero ad paenultimam partem ultimae dipodiae brevis syllaba addatur, fiet elegiacus versus pentameter sic,

Maecenas atavis edite remigibus.

dividitur prioribus aut dactylo et spondeo aut spondeo et dactylo, tamen medius spondeus debet semper esse sequentibus anapaestis.

Iam satis terris nivis atque dirae.

sapphicon hendecasyllabon, quod est trimetron choriambicon catalecticon, cuius | syllabam tertiam produxit in prima dipodia, quam corripere debuit. oportuit enim ita esse, iam satis est, posuit autem iam satis ter, pro choriambo epitritum secundum, id est ‖ ex longa et brevi et duabus longis. secunda dipodia choriambica est, ris nivis át. tertio, que dirae, positus

---

A codex Vaticanus 3402
ς editio princeps Iani Parrhasii Mediolani a. 1504

1 Ars Caesii Bassi de metris *A ς* 3 Maecenas] *Hor. carm. I 1* 4 uaria quidem sic ς 5 spondeo *A ς* choriambo *A ς* pyrrichio vel iambo *A ς* 7 antipastica podia *A ς* sed] et *A ς* 8 antipastus est *A* Anapestus est ς 13 remigibus ς regibus *A*: *cf. Terent. Maur. 2657* 15 anapaesticis *A ς* 16 Iam satis] *Hor. carm. I 2* 19 satis est] satis ter *A ς*

pes pro dipodia bacchius, aut propter indifferentiam syllabae hoc metrum clauditur amphibracho, id est ex brevi et longa et brevi.

Sic te diva potens Cypri.

glyconion octosyllabon et genere asclepiadeon est. huic enim si addideris dipodian choriambicam, facies asclepiadeon sic,

sic te diva potens *diva potens* Cypri.

dividitur autem spondeo, choriambo, pyrrichio vel iambo propter syllabae indifferentiam, sic te diva potens Cypri.

Solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

alcaicon ἑπτακαιδεκασύλλαβον [ithyphallicon,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni]

commissum est ex heroico et ithyphallico: 'solvitur acris hiems grata vice', huc usque heroicum; 'veris et favoni', hoc ithyphallicon. 'trahuntque siccas', portio iambici, sequitur ithyphallicon, 'machinae carinas'.

Vides ut alta stet nive candidum.

alcaicon hendecasyllabon, cuius divisio ita est: 'vides ut alta', ex duobus iambis et syllaba et sequentibus duobus dactylis vel propter indifferentiam syllabae dactylo et amphimacro, 'stet nive candidum'.

Soracte nec iam sustineant onus,

sicut prior scanditur. ||

silvae laborantes geluque,

enneasyllabon, silvae spondeus, labo iambus, rantes spondeus, gelu iambus, que syllaba.

flumina constiterint acuto:

hoc constat ex quattuor pedibus heroicis syllaba detracta brevi in tertio pede. fit enim integrum sic,

flumina constiterint ab acuto.

---

2 amphibrachio id est ex breui *A* amphibracho .i. et breui ς 3 Sic te] *Hor. carm. I 3* 4 gliconicon ς et genere *A* ex genere ς 5 dipodian choriambicon *A* dipodiam coriambicon ς 6 diva potens *semel scriptum est in A* ς 9 Solvitur] *Hor. carm. I 4* 10 alchaicon *επτα καὶ δεκα* syllabon ithyphallicon *A* alcaicon * Ithyphalicon ς. *nomen* ithyphallicon *ex iis quae postea de compositione versus scripta sunt ortum esse videtur* 12 commissum *A* commixtum ς 14 sequitur ithyphallici *A* ς 15 Vides] *Hor. carm. I 9* 27 constiterit ab acuto ς constiterit ab acuto *A* (ab superscript)

BREVIATIO PEDVM

p. 2665. 66 P. p. 304. 305 G.

Pedes disyllabi sunt numero quattuor. pyrrichius ex duabus brevibus temporum duum, ut deus; sed hunc alii hegemona appellaverunt, alii dibrachyn, alii pariambum. | spondeus ex duabus longis temporum quattuor, ut heros. iambus ex brevi et longa temporum trium, ut dies. trochaeus ex longa et brevi temporum trium, ut Roma; sed hunc alii chorium appellaverunt, alii cordacem.

Pedes trisyllabi numero sunt octo. tribrachys ex tribus brevibus temporum trium, ut Helena; sed hunc alii trochicum appellaverunt, alii pygnoma, alii brachysyllabon: Cicero eundem in Oratore etiam trochaeum appellavit. molossus ex tribus longis temporum sex, ut Aeneas; hunc alii hippion appellaverunt. bacchius ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut Athenae. palimbacchius ex duabus longis et brevi temporum quinque, ut natura. anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut nebulae. dactylus ex longa et duabus brevibus temporum quattuor, ut Romulus. ‖ amphibrachys ex brevi longa et brevi temporum quattuor, ut dicaris; et hunc alii mesiten, alii scolium appellaverunt. creticus ex longa brevi et longa temporum quinque, ut sanitas; et hunc alii amphimacrum appellant.

Tetrasyllabi pedes *sunt* numero sedecim. proceleumaticus, qui fit ex duobus pyrrichiis, id est ex quattuor brevibus syllabis, et est temporum quattuor, ut habilior. dispondeus, qui fit ex duobus spondeis, id est ex

---

4 duobus *A* 6 ut Roma *A* ut coma ς ut comma *Putschius* 7 cordacem] chordacē ς chordiaceu *A* chordiacon *codex Vaticanus 5216*. *Cic. orat. 57, 193* trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat. *Aristot. rhet. III 8 ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος: cf. Quintil. VIIII 4, 88* 8 Pedes trisyllabi sunt. N. octo ς 10 piguoma *A* ς Pygmona *Putschius: cf. Mar. Victor. p. 45, 9* Cicero enim de oratore *A* ς: *Cic. orat. 64, 217* par choreo trochaeus, qui habet tres breves, sed spatio par, non syllabis. *cf. Quintil. VIIII 4, 82* tres breves trochaeum, quem tribrachyn dici volunt qui choreo trochaei nomen imponunt, totidem longae molosson efficient etiam] esse *codex Vaticanus 5216* 12 hippiona ς ippiona *A* temporum quinque *priore loco om.* ς 15 Nebula ς et duabus ς ex duabus *A* 17 et *ante* hunc *om.* ς scolum *A* stolan ς: *cf. Diom. p. 479, 11* 18 ex longa breui et longa ς ex longa breui longa *A* 20 sunt *om.* *A* ς sexdecim *A* ς 22 Dispondius qui fit duobus spondaeis ex quattuor ς

quattuor longis syllabis, temporum octo, ut Maecenates. ionicus minor, qui fit ex pyrrichio et spondeo, id est ex duabus brevibus syllabis et duabus longis, temporum sex, ut Diomedes. ionicus maior, qui fit ex spondeo et pyrrichio, id est ex duabus longis et duabus brevibus syllabis, temporum sex, ut Iunonius. antispastus, qui fit ex iambo et trochaeo, id est ex brevi duabus longis *syllabis* et brevi, temporum sex, ut Clytaemnestra.| choriambus, qui fit ex trochaeo sive chorio et iambo, id est ex longa duabus brevibus syllabis et longa, temporum sex, ut nobilitas. diiambus, qui fit ex duobus iambis, id est ex brevi et longa et item brevi et longa syllabis, temporum sex, ut propinquitas. ditrochaeus, qui et dichorius, qui fit ex duobus trochaeis sive choriis, id est ex longa brevi et item longa brevi syllaba, temporum sex, ut dimicare. epitritus primus, qui fit ex iambo et spondeo, id est *ex* brevi et tribus longis syllabis, temporum septem, ut venenati. epitritus secundus, qui fit ex trochaeo et spondeo,|| id est ex longa et brevi et duabus longis syllabis, temporum septem, ut Nicomedes. epitritus tertius, qui fit ex spondeo et iambo, id est ex duabus longis brevi et longa syllabis, temporum septem, ut heroici. epitritus quartus, qui fit ex spondeo et trochaeo, id est ex tribus longis et brevi syllabis, temporum septem, ut nutritura. paeon primus, qui fit ex trochaeo et pyrrichio, id est ex longa et tribus brevibus syllabis, temporum quinque, ut Demodocus. paeon secundus, qui fit ex iambo et pyrrichio, id est ex brevi longa et duabus brevibus syllabis, temporum quinque, ut idoneus. paeon tertius, qui fit ex pyrrichio et trochaeo, id est ex duabus brevibus longa et brevi *syllabis*, temporum quinque, ut Menedemus. paeon quartus, qui fit ex pyrrichio et iambo, id est ex tribus brevibus et longa syllabis, temporum quinque, ut celeritas. his adiciunt multi unum pentasyllabum, quem Cicero dochmium vocat, qui constat ex brevi duabus longis brevi et longa syllabis, ut est senatoriae et, ut idem Cicero posuit, 'amicos tenes'.

DE COMPOSITIONIBVS

Ex trochaeo et molosso, id est ex longa et brevi et tribus longis, ut dolore compulsum. ex trochaeo et ionico minore, id est ex longa et brevibus tribus et longis duabus, regina superorum. ex trochaeo et chori-

---

2 syllabis *om.* ς 4 ex duabus longis syllabis et duabus breuibus ς 6 syllabis *om.* *A* ς 8 syllabis *om.* ς disiambus *A* ς 11 qui *ante* fit *et hic et in sequentibus pedibus om. A, add.* ς et item longa et breui temporum sex ς 13 id est breui *A* ς syllabis *om. A, add.* ς 15 ex longa breui ς 22 syllabis *om. A, add.* ς 24 syllabis *om.* *A* ς 26 multi adiiciunt ς 27 quem Cicero docmium uocat *A* Docinium uero ς: *Cic. Orat. 64, 218* dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc 'amicos tenes', quovis loco aptus est, dum semel ponatur 28 et breui et longa ut Senatoriae ς 29 amicos tenes | Breviatio pedum exp̄: | Incipit de compositionibus *A* Amicosthenes | Breuiatio pedum explicit. Nunc De Compositionibus ς 32 compulsi ς

ambo, id est ex | longa una et brevi una et lònga una et brevibus duabus et lònga una, indigna perpetior. ex trochaeo et ionico maiore, id est ex longa una et brevi una et longis duabus et brevibus duabus, astra caelestia. || ex trochaeo et pentasyllabo, cuius media longa est, id est ex longa una et brevibus tribus et longa una et brevibus duabus, maiestate miserabili..

Ex tribrachy et molosso, id est ex brevibus tribus et longis tribus, deserere compellor. ex tribrachy et ionico minore, id est ex longis quinque et longis duabus, incredibilia tolerando. ex tribrachy et choriambo, id est ex brevibus tribus et longa una et brevibus duabus et longa una, varia concupiens. ex tribrachy et ionico maiore, id est ex brevibus tribus et longis duabus et brevibus duabus, rapior in turbines. ex tribrachy et pentasyllabo, cuius media longa sit, id est ex brevibus quinque et longa una et brevibus duabus, temere revocabitur.

Item secundum genus compositionis. ex spondeo et bacchio, id est ex longis duabus et brevi una et longis duabus, hostes subacti. ex spondeo et paeone quarto, id est ex longis duabus et brevibus tribus et longa una, bellum reficiunt. ex spondeo et paeone secundo, id est ex longis duabus et brevi una et longa una et brevibus duabus, armis repleverat.

Ex anapaesto et bacchio, id est ex brevibus duabus et longa una et brevi una et longis duabus, aditus sonantes. ex anapaesto et paeone secundo, id est ex brevibus duabus et longa una et brevi una et longa una et brevibus duabus, iaculis frequentibus. ex anapaesto et paeone quarto, id est ex brevibus duabus et longa una et brevibus tribus et longa una, pedites refugiunt.

Ex amphimacro et spondeo, id est ex longa una et brevi una et longis tribus, obvios sternunt. ex amphimacro et anapaesto, id est ex longa una et brevi || una et longa una et brevibus duabus et longa una, comminus gladiis. | ex amphimacro et dactylo, id est ex longa una et brevi una et longis duabus et brevibus duabus, victoria praediti. ex amphimacro et bacchio, id est ex longa una et brevi una et longa una et brevi una et longis duabus, hostibus repulsis.

Ex palimbacchio et spondeo, id est ex longis duabus et brevi una et longis duabus, praeclara virtus. ex palimbacchio et anapaesto, id est ex

---

1 id est *post* choriambo *om.* ϛ et breui et longa una ϛ et breui una *A* 2 indigna] Mihi ϛ 3 et brevibus duabus *om.* ϛ 5 et *ante* brevibus *om.* ϛ, *add. A. in reliquis compositionibus* et *modo in codice, modo in principe editione omissum est. sed cum codicis scripturam non constanter indicatam haberem, coniunctionem non adnotata librorum discrepantia addidi* 6 *fortasse* miserabilis. *videtur tamen grammaticus in ultimo loco propter indifferentiam syllabae saepius longam pro brevi syllaba vel brevem pro longa posuisse* 15 compositionis genus ϛ 16 et breui una — 17 ex longis duabus *om.* ϛ, *add. A* 19 repleuerat | Ex spondaeo et paeone secundo .i. ex longis duabus B. una long. una B. duabus | Ex anapaesto et bacchio ϛ 25 pedites fugiunt ϛ 33 Ex palimbacchio et spondeo — 34 virtus *om. A*, *add.* ϛ

longis duabus et brevibus tribus et longa una, prudentis animo. ex palimbacchio et dactylo, id est *ex* longis duabus et brevi una et longa una et brevibus duabus, laudanda iugiter.

Ex paeone tertio et spondeo, id est ex brevibus duabus et longa una et brevi una et longis duabus, repetebat actus. ex paeone tertio et anapaesto, id est ex brevibus duabus et longa una et brevibus tribus et longa una, superatus animus. ex paeone tertio et dactylo, id est ex brevibus duabus et longa una et brevi una et longa una et brevibus duabus, aliena quaeritans.

Ex amphibrachy et spondeo, id est ex brevi una et longa una et brevi una et longis duabus, repulsus hostis. ex amphibrachy et anapaesto, id est ex brevi una et longa una et brevibus tribus et longa una, repente capitur. ex amphibrachy et dactylo, id est ex brevi una et longa una et brevi una et longa una et brevibus duabus, parantur agmina.

Ex spondeo et iambo, id est ex longis duabus et brevi una et longa una, causas videt. || ex spondeo et tribrachy, id est ex longis duabus et brevibus tribus, sumptus temere.

Ex anapaesto et iambo, id est ex brevibus duabus et longa una et brevi una et longa una, fremitus gravis. ex anapaesto et tribrachy, id est ex brevibus duabus et longa una et brevibus tribus, trepidi fugiunt.

Ex spondeo iambo et spondeo, id est ex longis duabus et brevi una et longis tribus, cuncti cavent bellum. ex spondeo iambo et anapaesto, id | est ex longis duabus et brevi una et longa una et brevibus duabus et longa una, victi malis trepidant. ex spondeo iambo et dactylo, id est ex longis duabus et brevi una et longis duabus et brevibus duabus, rostris secant gurgites.

Ex duobus iambis et spondeo, id est ex brevi una et longa una et brevi una et longis tribus, bonos docet cives. ex duobus iambis et dactylo, id est ex brevi una et longa una et brevi una et longis duabus et brevibus duabus, manu struit moenia.

Ex trisyllabo cuius media brevis sit, id est [ex] cretico, iambo et spondeo, id est ex longa una et brevi una et longa una et brevi una et longis tribus, proelium cupit fortis. ex trisyllabo cuius media brevis sit, id est [ex] cretico, iambo et dactylo, id est ex longa una et brevi una et longa una et brevi una et longis duabus et brevibus duabus, turbines timet fluctuum. ex trisyllabo cuius media brevis sit, id est cretico, iambo et anapaesto, id est ex longa una et brevi una et longa una et brevi una et longa una et brevibus duabus et longa una, gurgites secant trepidi. ex

---

2 ex *om. A* ς 8 una *ultimo loco om.* ς, *add. A* 15 et longa una *om.* ς, *add. A* 21 iambo et spondaeo ς iambo spondeo *A* 25 et brevibus duabus *om.* ς, *add. A* 29 et longis duabus et breuibus duabus Manu struit maenia *A* et longis duabus struunt moenia ς 31 cretico et iambo ς 32 longa una brevi una *ter scriptum est in A, bis in* ς 34 iambo et dactylo ς iambo dactylo *A*

trisyllabo cuius media brevis sit, id est cretico, trochaeo et spondeo, id est ex longa una et brevi una et longis duabus et brevi una et longis duabus, † laribus auget urbem. ||

Ex spondeo et epitrito primo, id est ex longis duabus et brevi una et longis tribus, pacem repromisit. ex spondeo et epitrito secundo, id est ex longis tribus et brevi una et longis duabus, bellum suscitavit.

Ex trisyllabo cuius media brevis sit, id est cretico, et epitrito primo, id est longa una et brevi una et longa una et brevi una et longis tribus, hostibus resistentes. ex trisyllabo cuius media brevis sit, id est cretico, et epitrito secundo, id est ex longa una et brevi una et longis duabus et brevi una et longis duabus, exercitum compulerunt.

Ex iambo et epitrito primo, id est ex brevi una et longa una et brevi una et longis tribus, fugam capessebant. | ex iambo et epitrito secundo, id est ex brevi una et longis duabus et brevi una et longis duabus, faces sustulerunt.

Ex spondeo et pentasyllabo cuius duae primae breves sint, iustus rationalis, id est duae primae longae, duae consequentes breves et tres ultimae longae, cuius exemplum sursum. ex spondeo et pentasyllabo cuius secunda brevis sit, multum praeferebantur, id est tres primae longae, quarta brevis et tres ultimae longae, cuius exemplum sursum.

* Ex trisyllabo cuius media brevis sit, id est cretico, et pentasyllabo cuius secunda brevis sit, instantia comprobaturus, id est ex prima longa, secunda brevi, tertia et quarta longa, quinta brevi et tribus ultimis longis, cuius exemplum sursum est. |

Ex iambo et pentasyllabo, cuius duae primae breves sint, rates reparabantur, id est ex prima brevi, secunda || longa, tertia et quarta brevi et tribus ultimis longis, cuius exemplum sursum est. ex iambo et pentasyllabo cuius secunda brevis sit, bonus consulebatur, id est ex prima

---

3 Laribus *A* Lateribus ς. *fortasse* laureis 5 tribus pacem repromisit — 6 et longis *om.* ς, *add. A* 7 primo hoc est L. una et B. una et L. una et B. una et L. tribus ς primo .i. longa una et breui una longa una et longa una breui una et longis tribus *A* 17 duae consequentes *A* duae sequentes ς 19 praeferebantur *Gaisfordius* praeferebant *A* ς 20 et *ante* tres *om.* ς, *add. A* 21 Ex trisyllabo cuius media breuis sit id est cretico et pentasyllabo cuius secunda breuis sit instantia comprobatur id est ex prima longa secunda breui tertia longa quarta breui et tribus ultimis longis cuius exemplum sursum est *A* Ex trisyllabo cuius media breuis sit .i. cretico et pentasyllabo cuius secunda breui tertia et quarta longis quinta bre. et tribus ultimis L. exemplum sursum. | Ex trisyllabo cuius media B. sit .i. cretico et pentasyllabo cuius secunda breuis sit Instantia comprobatur .i. ex prima L. secunda B. tertia L. quarta B. et tribus ultimis L. cuius exemplum supra ς. *ea quae primo loco in principe editione omisso exemplo cum parte definitionis exhibita sunt ex emendatione eorum quae deinde sequuntur orta esse videntur. sed desideratur praeterea definitio compositionis ex cretico et pentasyllabo, cuius duae primae breves sint, factae. quare lacunam indicavi* 27 et tres ultimae Ex iambo et pentasyllabo cuius secunda breuis sit bonus consulebatur .i. prima breui et II longa et tertia quarta uero breui et tribus ultimis longis cuius exemplum sursum est *A* et tres ultimae L. Bonus consulebatur. | Ex iambo pentasyllabo cuius secunda B. sit prima et secunda et tertia L. et quarta B. et tribus ultimis L. Cuius exemplum supra ς

brevi, secunda et tertia longa, quarta vero brevi et tribus ultimis longis, cuius exemplum sursum est.

GENERA VERSVVM

Epos, quod dactylicum dicitur, iambicum, trochaicum, anapaesticum, antispasticum, choriambicum, ionicum *ἀπὸ μείζονος*, ionicum *ἀπὸ ἐλάσσονος*, quod ad rhythmum tibicinum convenit. nonum paeonicum dicitur.

POETICAE SPECIES LATINAE

Epos sive dactylicum, epigramma, iambica, lyrica, tragoedia, satira, praetextata, comoedia, tabernaria, Atellana, Rhintonica, mimica.

---

3 GENERA VERSVVM *exc. de versu p. 274, 10* 7 POETICAE SPECIES LATINAE *exc. de poemate p. 274, 8*

---

5 choriambicum ionicum tonos quod ad *A* ς 9 praetextata ς predicata *A* tarbernaria ς attellana rhyntonica *A* ς mimica *A* Mimi FINIS ς

TERENTIANI MAVRI

DE LITTERIS DE SYLLABIS DE METRIS

LIBRI TRES

GEORGIVS GALBIATVS PONTREMVLENSIS IACOBO ANDREAE FERRARIENSI S. D.

CVM Bobii in coenobio diui Columbani, iussu eruditissimi Merulae, chronica et Caesarum diplomata euoluerem, ut uberiorem gentis Vicecomitum historiam conscriberet, multa nobilium scriptorum uolumina (reliquiae erant Longobardorum) ex carcere perpetuo et tenebris in lucem eduxi et ad uitam reuocaui atque ex contemptu et fastidio in dignitatem et expectatam cognitionem non sine difficili labore restitui. sed dum mecum miseram horum calamitatem conspicis, et multorum auctorum perniciosam cladem defles, et subinde subdubitas ne iterum hi libri emoriantur, qui aliquando intermortui fuere, Terentianum ex omni numero emittere impressionique tradere constitui. excultum sane opus. miraberis statim in praefatione ingenium doctrinam et facilitatem in carmine. de litteris, syllabis, genere metrorum et permutatione, non prosa oratione, sed numeris tantum, praecepta tradit et exempla. huius Terentiani uersiculum Augustinus in ciuitate dei in laudem Varronis profert, quem eruditum appellat. nihil in hoc genere aut eruditius aut exquisitius Latinis litteris proditum. pereleganter quidem et non illepide docet quemadmodum Catullus in senariolo syllabas permutauerit; quamvis alii aliter interpretati sint. Caeterum ne studiosi lectores in hoc uario carmine ambigui reddantur, longis litteris ea insignire curaui' quae hic auctor fulgidula milto notauit: et paucula quedam, quasi rerum indices, ex libro apposui, culpam uero errorum, si qui erunt, non mihi, non denique impressoribus, sed ipsis Longobardis omnem ascribes: hi nanque peruerse litteras et dictiones collocabant, et quod aegrius erat, uerba aliquando intercipiebant. ita cum ex charactere Longobardo in nostrum hos libros traducerem, saepius diuinare oportuit. nunquam tamen ausus sum litteram immutare aut dictionem ex ingenio supponere. malui potius cum Longobardo codice errare quam temerarii nomen subire. Doleo tamen, quanquam adhuc in nostra lingua multa desideramus, siue negligentia et inscitia hominum siue inuidia temporis hoc effecerit, particulam nobis in fine operis ereptam. ita imperfectum et mancum opus consumatissimi undecunque Terentiani habuimus. quod uero nobis superfuit, diligentia et acri iudicio Merulae et nunc nuper Ioannis Placentini peremendatum accipies. uale.

In fine libri subiecta sunt haec, 'Impressum mediolani per magistrum Vldericum scinzenzeler Anno a partu Virginis salutifero .M.CCCC.XCVII. pridie Nonis Frebuarii'. sed in hac editione ea quae nos in tres libros distributa exhibuimus uno opere comprehensa erant titulis quibusdam interpositis vel spatiis singulorum versuum, quibus partes operis distinguerentur, relictis, quae nos, ne quid de fide antiquae distinctionis desideraretur, suis locis in adnotatione subiecta indicavimus. praeterea breves indices earum rerum de quibus agitur in marginibus additi sunt.

Terentiani libros a. 1493 Bobii inventos et quattuor annis post Mediolani a Georgio Galbiato editos esse supra p. 245 dictum est. eius editionis titulus hic est, TERENTIANVS DE LITTERIS SYLLABIS ET METRIS HORATII. sequuntur duae epistulae, altera publica Ludovici Mariae Sfortiae ducis Mediolanensis, altera editoris ad Iacobum Andream Ferrariensem data, quas propter memoriam codicum Bobiensium hic repetendas curavimus.

Ludovicus Maria Sfortia Anglus, dux Mediolani etc., Papiae Angleriaeque comes, ac Ianuae et Cremonae dominus. In omni genere negotiorum eo magis ingenia acui et operi homines alacrius incumbere certum est quo fructuosiorem suam sibi quisque operam et industriam sentit. haec causa nos mouet ut cum superiori anno, auctore doctissimo quondam uiro, domino Georgio Merula Alexandrino, Georgius Galbiatus eius amanuensis inuenerit atque ex squalore et situ eruerit sex annotatos infra grammaticos, atque eos in presenti in communem studiosorum utilitatem tradere impressurae statuerit ex litteris Longobardis in usitatos caracteres sua manu et uigiliis transcriptos, ad officium nostrum pertinere censuimus cauere ne noua alterius impressura et emulatione meritissimo lucello fraudetur. itaque per has nostras publicas litteras decernimus declaramus statuimus et edicimus ne quis in dominio nostro eiusmodi uolumina separata aut cum aliis operibus commista imprimat uel alibi impressa in dominio nostro uendat aut uenales inducat aut sub quocunque alio titulo importet, sub pena uiginti quinque aureorum camerae nostrae applicandorum pro singulis uoluminibus quae sic contra hanc nostram declarationem impressa importataue inuenientur, praesentibus annos quinque proxime futuros ualituris. Datae Vigleuani sub fide sigilli nostri, die quinto septembris, anno M.CCC. lxxxx.sexto.

Terentianum de metris et syllabis Horatii
Fortunatianum de carminibus Horatii
Velium Longum de orthographia
Adamantium de orthographia.
Catholica Probi
Cornelii Frontonis elegantias.

B. CALCHVS.

Ex hoc igitur exemplari, postquam et Bobiensis codex et apographum a Galbiato factum periit, reliqua omnia, quae postea edita sunt, originem duxerunt. primum autem princeps editio repetita est Venetiis a. 1503, deinde Mediolani a. 1504 una cum aliis grammaticis a Iano Parrhasio editis, de qua editione dictum est gramm. lat. v. IV p. IX. nam Parrhasius quoque praeter pauca, quae in prima parte emendavit, accurate principem editionem repetivit. huius editio mox expressa est in editione Parisina a. 1510. antea tamen Aldus Pius Manutius in grammaticis institutionibus a. 1507 primum editis multos Terentiani versus a se emendatos dederat, de quo instituto in fine operis p. 398 ed. Ven. a. 1575 haec scribit, *Sed iam receptui canamus. Si prius illud monuerimus, multa in his lucubrationibus nostris, quae in Terentiano, et aliis quibusdam adeo mendosa erant, ut uix corrigi posse uiderentur, nos non sine summa difficultate emendasse.* deinde duae secutae sunt editiones, in quibus et Aldi coniecturae receptae et plura, quam olim factum erat, coniecturis editorum mutata sunt, altera Brissaei cum eiusdem commentario edita Parisiis a. 1531, altera Iacobi Micylli Francofurti a. 1532. e quibus Brissaeus multa quidem veterum exemplarium vitia primus correxit, sed idem neque sermonem Terentiani neque rationem metrorum, quibus usus est, intellexit eaque licentia et pravo emendandi studio fuit, ut interpolatum potius quam emendatum scriptorem exhiberet. Micyllus autem, qui illius editionem non noverat, multo prudentius rem gessit. nam non solum aperta vitia scripturae saepe eodem modo atque Brissaeus emendavit, sed etiam occultiora quaedam partim in ipsis versibus partim coniecturis in marginibus additis correxit. praeterea tres libros, qui antea uno opere coniuncti ferebantur, recte distinxit. qua de re in praefatione haec scribit, *At praecipue quidem in partitione operis, aliud quam superiores secuti sumus. Cum enim illi totum opus unum esse, atque cohaerere uoluissent, nos eam partem, in qua de syllabarum ratione agitur, scorsim ab aliis iungendam putauimus, Non quia non idem autoris consilium, aut eadem dictionis qualitas, quae in aliis, hic quoque appareret, sed quod uidebam, non modo huic parti et Prohoemium et Epilogum, secus quam caeteris, autorem addidisse, uerum etiam pleraque illa, quae de literis in prima parte tractata erant, in hac denuo repetita esse. Vt neque cum hac, quia certo ac suo Epilogo clausa erat, sequens coniungi, neque haec cum praecedenti, quoniam tam longa atque nova praefatione ordiretur, apte cohaerere posset.* Micylli editionem uno anno post addito commentario, sed omissis inscriptionibus librorum, quas ille addiderat, repetivit Iacobus Petrecinus Venetiis a. 1533: nam plurima, quae postea Petrecino tributa sunt, non ipse invenerat, sed a Micyllo receperat. similiter Brissaei exemplum descriptum est in editione Sanctandreana una cum Marii Victorini libris et paucis editoris adnotationibus vel aliorum exemplarium lectionibus in fine adiectis edita a. 1584. hanc et Putschius

secutus est et reliqui fere omnes, qui huic scriptori operam dederunt, solam vulgo usurpaverunt. quo factum est ut neglectis prioribus exemplaribus Terentianus Brissaei interpolationibus depravatus diu legeretur. neque Santenius, cuius editio aliquot annis post mortem eius a Lennepio edita est a. 1826, satis paratus ad rem accesserat. nam neque quam fidem exempla olim impressa haberent vel unde incorruptae scripturae memoria petenda esset intellexerat, neque omnino operi satis difficili par erat. plurima autem, quae in amplissimis commentariis de metrica arte disputavit, a re prorsus aliena sunt. quamquam omittendum non est multas Brissaei interpolationes a Santenio remotas et quaedam recte emendata esse. unus Lachmannus, cuius editio prodiit Berolini a. 1836, quid res postularet perspexit. nam cum solam principem editionem, cuius exemplum ex bibliotheca gymnasii Ioachimici Berolinensis acceperat, fontem genuinae lectionis esse vidisset, ad huius fidem textum recensuit, ea quae in vetere exemplari corrupta esse deprehendit emendavit, denique principis editionis scripturam ita repraesentavit, ut, ubicumque vel sua vel aliorum coniectura ab illa recederet, eius discrepantiam in margine accurate indicaret. eodem fere tempore novam editionem paraverat Ahlwardtus, cuius epistula de ea re post mortem eius edita est in Seebodii bibliotheca critica a. 1830 p. 319. schedas autem ab eo relictas acceperat Lindemannus, qui ipse quoque in corpore grammaticorum latinorum Terentianum edere volebat multaque huic operi paraverat, quae cum reliquis Lindemanni schedis ad me delata sunt. sed in his omnibus pauca quae aliquam utilitatem praeberent inveni. postremo Terentianus una cum Hephaestione in altera editione Gaisfordii Oxonii a. 1855 editus est. Gaisfordius autem ipse nihil novi ad emendationem vel interpretationem attulit, sed in priore volumine exemplum Lachmanni paucis locis, in quibus scripturam principis editionis restituit, exceptis descripsit et adnotatione subiecta omnem priorum exemplarium discrepantiam diligenter a se collatam et coniecturas doctorum virorum de singulis versibus prolatas indicavit; in altero volumine integros Brissaei et Petrecini commentarios repetivit.

Ex iis qui praeter editores in emendandis Terentiani versibus operam collocaverunt maxime memorabilis est Ricardus Dawesius, qui in miscellaneis a Burgessio editis de multis locis accurate disputavit et quaedam recte emendavit. sed cum Sanctandreano exemplo interpolationibus Brissaei corrupto uteretur, fieri non potuit quin saepe frustra in emendandis scripturae vitiis laboraret vel a vero aberraret. inutiles plerumque fuerunt coniecturae Hotchkisii, quarum magnum numerum Gaisfordius adscripsit. nam ut huic tribuerem quae ab illo in adnotatione addita H littera posita sunt persuasit coniectura ad v. 1893 prolata *bina tuens* pro *Iane tuens*, quam coniecturam idem Gaisfordius in priore editione Hephaestionis p. 297 (nam in posteriore editione haec omissa sunt) adscripto Hotchkisii nomine exhibuit. pauca emendavit Reinertus in duabus com-

mentationibus de Mauro Terentiano Lemgoviae a. 1797 et de vita Terentiani ib. a. 1808 editis, ex quibus quaedam excerpsit Lindemannus. eidem debeo notitiam paucarum coniecturarum, quas Reizius margini editionis Sanctandreanae adscripserat. nimium Santenius tribuit quibusdam coniecturis Patricii, quas Laguna cum non nullis suis coniecturis ad eum miserat, propterea quod in his veteris codicis a Patricio adhibiti mentionem factam invenerat. neque enim dubitari potest quin ea omnia partim illius coniectura inventa, partim ex antiquis editionibus petita sint.

In nova editione ut pauca emendanda relinquerentur praeclaris Lachmanni studiis effectum est. neque ego denuo edendi Terentiani consilium cepissem, nisi inter reliquos artis metricae scriptores hunc aegre desiderari vidissem. itaque Lachmanni editionem ita secutus sum, ut exceptis non nullis versibus, in quibus ab eius scriptura recedendum esse videbatur, verba sic ut ab illo edita erant repeterem iisque discrepantiam principis editionis a Lachmanno adnotatam adponerem. orthographiam tamen vocabulorum, in quo genere Lachmannus principis editionis scripturam vel in ipsis versibus expresserat vel in adnotatione indicaverat, saepius mutavi neque veteris exemplaris rationem, praesertim cum illa non e codice propagata, sed editoris consilio inita esset, ubique memoriae prodendam esse existimavi. denique ut constaret, a quo quidque emendatum esset, nomina eorum quibus emendata scriptura debetur adscripsi. in quo non nulla, quae in antiquis exemplaribus correcta inveni neque a quo primum ita scripta essent constabat, communi signo ς significavi. ex reliquis editorum vel doctorum virorum coniecturis, quae in textum receptae non sunt, eas quae propter aliquam causam memorabiles esse videbantur commemoravi. nam omnia quae olim sine consilio et ratione in hoc scriptore temptata sunt indicare et operosum et inutile erat. et ex his ipsis quae commemoravi multa omitti poterant, nisi vulgatam olim et multis probatam scripturam novisse saepe utile esset.

De ipsis Terentiani libris pauca dicam. tres igitur libros post Micyllum, cuius verba supra posui, distinxit Lachmannus eosque neque in unius operis continuitatem apte coniunctos neque omni ex parte integros vel ab ipso auctore absolutos esse docuit in praefatione p. VIII sqq. uberius de iisdem disputavit Westphalius in libro de arte metrica v. I p. 139 sqq. horum rationes secutus suum cuique libro vel carmini titulum praescripsi, quamquam titulorum quidem memoriam incertam esse scio.*)

*) In principe editione inscriptio universi operis posita est bis, in prima pagina, sicut supra indicavi, *Terentianus de litteris syllabis et metris Horatii*, et post praefationem ante v. 85, *Terentiani Mauri de litteris syllabis et metris ad filium et generum liber*. deinde ante v. 1580 inscriptione *de metris* reliqua pars libri videtur significata esse. nam in prioribus partibus quae praescripta sunt, ad materiem singulis locis tractatam pertinent. sed ex his omnibus quid e codice receptum, quid ab editore additum sit non constat. ipse Terentianus autem de secundo libro haec scribit v. 279,

in primo autem libro, qui sotadeis versibus scriptus est de litteris v. 85—278, unus versus excidit post v. 264, et fortasse Marius Victorinus, qui praescripto titulo de enuntiatione litterarum p. 32, 17 plurima ex hoc libro recepit, de quibusdam litteris, de q v. 206, de m v. 235, de z v. 247, paulo plura quam nunc habemus legit. ceterum omnia et inter se apte cohaerent et addita conclusione v. 274—278 ita absoluta sunt, ut nihil deesse appareat. secundum librum de syllabis partim trochaicis tetrametris partim heroicis versibus scriptum v. 279—1299 a superiore certis indiciis auctor separavit. nam et prologum praeposuit v. 279—341 et epilogum subiecit v. 1283—1299, quibus Bassino filio et Novato genero operam suam commendaret. deinde ipse hanc partem librum dixit v. 1282 et post priorem commentarium de litteris hunc alterum de syllabis se scripsisse significare videtur v. 348. denique quaedam, quae in illo breviter de natura litterarum disputaverat, uberius exposita et partim iisdem verbis repetita tractavit in hoc. iam vero praefatio glyconeis versibus scripta v. 1—84 neque ad tres libros neque ad primum, sed ad solum secundum pertinet. nam huius argumentum indicatur v. 59 sq., *Quid sit littera, quid duae, Iunctae quid sibi syllabae*, et de ratione operis suscepti similiter in hac parte atque in iis quae commentario de syllabis praescripta sunt disseritur. quare Terentianus quidem eam praefationem libro de syllabis destinaverat; sed postquam vel hic cum priore de litteris vel cum utroque tertius propter similitudinem argumenti coniunctus est, illa in initio operis locum obtinuit.

Sequitur tertius liber de metris vario versuum genere scriptus inde a v. 1300, in quo tres versus 1329, 1411, 2393 contra legem trochaici tetrametri in secundo libro v. 308—310 scriptam et diligenter in eodem

---

Syllabas, quae rite metro congruunt heroico, Captus ut meus ferebat, disputatas attuli, et v. 997, *Nunc per ipsas ire pergam syllabas, quae versibus Scrupulum solent movere, ratio si non cernitur.* et verum est non omnem de syllabis doctrinam consueto grammaticorum more hoc libro tractatam esse, sed natura litterarum et syllabarum exposita accuratius de syllabis heroici versus disputatur. generaliter tamen argumentum libri descriptum est v. 348, *hoc opus de syllabis quod recepi nunc loquendum*, et v. 59, *Quid sit littera, quid duae, Iunctae quid sibi syllabae.* in tertio libro exposita pedum regula de metris se dicturum esse auctor promittit v. 1579; sed eorum metrorum, quibus Horatius usus esset, se in primis rationem habuisse, sicut mos fuit grammaticorum, significat v. 2914 sqq. ex quo loco inscriptio principis editionis peti potuit. e grammaticis, qui postea Terentiani libris usi sunt, Priscianus versibus quibusdam ex tribus libris adlatis hos posuit titulos, l. XIII. p. 10, 25 et 27 *de litteris* v. 183 et 234, l. VII p. 305, 14 *de syllabis* v. 283, de metris Terent. p. 419, 17 *de iambico metro* v. 2228 sqq. praeterea in scholiis ad Stat. Theb. III 479 versus 1886 sqq. citati sunt ita, *Terentianus de metris.* eodem modo adposito versu 85 universum opus indicatum est Serg. explan. in Donat. p. 487, 11 *ut Terentianus metra docens ait.* nam reliqui aut simpliciter nomen grammatici posuerunt aut hoc quoque omisso verba eius expresserunt.

custoditam sine caesura factos esse adnotavit Lachmannus. septem autem versus 1306—1312 e libro de syllabis v. 358 sqq. omisso uno versu 359 repetiti sunt. sed eius libri partem extremam, quae est de metris Horatii in superiore parte libri nondum tractatis, non superesse integram certissime apparet ex his quae illi parti praemissa sunt v. 2913—2919, *Hinc iam cetera metra persequemur, Quae Flaccus varie suis epodis, Nunc unum recinens dato priori, Nunc binos geminis, tribus vel unum, Aut binos varie dedit sonantes, Vt sit tertius atque quartus impar.* nam ex quattuor metrorum generibus, quae his versibus indicata sunt, in iis quae sequuntur unum, quod primo loco positum erat, tractatum est, et ex hoc ipso genere carmen primi libri octavum, de quo Terentianus se tractaturum esse promiserat v. 2535 sqq., omissum est. ex reliquis tribus generibus sapphicum metrum significatum est v. 2917 *tribus vel unum,* alcaicum v. 2918 et 2919 *aut binos varie dedit sonantes, Vt sit tertius atque quartus impar:* nam de his quoque duobus metris antea dictum non est. tertium autem genus his verbis significatum, *nunc binos geminis,* de illo metro intellegendum est, quod ex duobus asclepiadeis versibus, tertio pherecrateo, quarto glyconeo componitur, quale in libri primi carmine quinto invenitur, quamquam de hoc iam dictum est supra v. 2793 sqq. gemini autem versus dicuntur pherecrateus et glyconeus, qui v. 2807 dicti erant commata versus priapei. iam quattuor metra quae dixi, quae sunt in carminibus Horatii I 2, 5, 8, 9, et praeter haec quintum, quod in uno carmine secundi libri duodevicesimo reperitur, ad primum genus Terentiani pertinens, de quo ille dixit v. 2465 sqq., in fragmento Caesii Bassi p. 266 sqq. separatim tractata sunt. Caesii autem exemplum imitatus est Terentianus, cum Horatiana metra antea nondum tractata in fine operis componeret. itaque de duobus quidem metris carminum I 5 et II 18 antea iam a Terentiano, sed aliter atque a Caesio Basso, tractatis num denuo hoc loco dictum fuerit, non plane constat; reliqua tria, choriambicum metrum carminis I 8, sapphicum, alcaicum, quae sola de Horatianis metris restabant, de quibus nihil adhuc dictum erat, haud dubie in fine libri exposita erant. quin etiam Marius Victorinus hanc partem legisse videtur. is enim cum de metris Horatianis p. 160 sqq. Terentianum auctorem secutus sit, videndum est an ea quoque, quae de tribus metris quae dixi habet cum Caesii Bassi praeceptis consentientia, ab illo receperit.

In ipso libro quamquam non nulli versus exciderunt v. 597, 1335, 1837 et fortasse etiam v. 1784 et 2470, tamen eorum locorum nullus est, quem maiore lacuna adfectum esse probabile sit. neque lacunae indicium inesse puto in his quae Servius ad Verg. Aen. VI 792 adscripsit, *c littera pro duplici non nisi in monosyllabis habetur, ut 'hoc erat alma parens', per eorum scilicet privilegium. unde falsum est quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel simplicem. nam si*

hoc esset, etiam in disyllabis pro duabus haberi debuerat, quod nusquam invenimus. litterae enim naturam servari et in polysyllabis convenit. quae quoniam in iis quae de *hic* pronomine scripta sunt v. 1655 sqq. non extarent, Lachmannus praef. p. IX ex versibus post v. 1335 omissis petita esse coniecit. verum tamen et exemplo a Servio posito usus est Terentianus v. 1667 et de natura c litterae illo loco ea praecepit, quae ille non prorsus accurate locutus ei tribuit. restant duo loci quorum memoria in iis quae nunc legimus non superest, Mar. Victor. p. 83, 27 *quamquam Terentianus, non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor, sedulo refragetur: nam secundam sedem in trochaico versu trimetro acatalecto velut legitimum iambo adsignat* sqq. et Serv. in Verg. Aen. VIII 96 *ostendit adeo perspicuam fuisse naturam fluminis, ut in eo apparerent imagines nemorum, quas Troianae naves secabant. Terentianus 'Natura sic est fluminis, Vt obvias imagines Receptet in lucem suam'.* sed ex his illud quod Marius Victorinus dicit, Terentianum in trochaico trimetro acatalecto secundam sedem iambo adsignasse, quo pertineat omnino non intellegitur neque accurate a grammatico videtur relatum esse. nam catalecticum, non acatalectum trimetrum trochaicum e iambico trimetro ductum posuit v. 2419 sqq. neque usquam iambum pro trochaeo positum esse dixit. poterat autem eius opinionis mentionem facere in metro Horatii carminis I 8, ita ut alterum eius metri colon, quod ex tribus choriambis et antibacchio compositum esse voluerunt metrici, e trochaico trimetro derivaret. tres versus a Servio citatos post v. 2451 pro exemplo dimetri iambici positos fuisse coniecit Westphalius l. c. p. 149. quamquam num illi versus ex hoc libro petiti sint et num recte Terentiano tribuantur prorsus incertum est.

Ex duobus Terentiani libris, primo et tertio, Marius Victorinus vel potius Aphthonius, quem ille secutus est, plurima descripsit, quae, sicut reliquorum grammaticorum loci, in margine editionis indicata sunt. secundum autem librum de syllabis a Victorino usurpatum non esse animadvertit Lachmannus. unde conicere possumus eum Terentiani libros nondum eo ordine quo nunc sunt dispositos habuisse. Augustinus quoque, qui semel primo libro, saepius tertio usus est, ex secundo nihil protulit. ex tertio libro petita sunt quae pluribus locis apud Diomedem leguntur. et hi quidem antiquissimi auctores sunt, qui Terentiani mentionem fecerunt. deinde Servius, Cledonius, Consentius, Pompeius, Mallius Theodorus, Rufinus et post hos alii inferioris etiam aetatis grammatici vel ex tribus libris vel ex singulis versus quosdam adscripserunt. Sidonius Apollinaris carm. 9, 261 varietatem metrorum significans de ipso poeta dixit *sed nec centimeter Terentianus.* Priscianus autem tres libros titulis, quos supra p. 320 posui, distinctos legit. postremo is qui explanationes in Donatum in quarto volumine grammaticorum editas scripsit unum Terentiani opus habuit, cum primi libri versum 85 citaret p. 487, 11,

ut Terentianus metra docens ait Elementa, rudes quae pueros docent magistri, et deinde tertii libri versus 1300 sq. et 1580 sq. solo scriptoris nomine adposito p. 520, 5 et p. 523, 33.

De aetate Terentiani cum olim diversissimae sententiae prolatae et inanibus argumentis commendatae essent, quas Santenius in praefatione p. III sqq. collegit, certiora primus Lachmannus praef. p. XI sqq. docuit. nam ante scriptores saeculi quarti, Diomedem, Marium Victorinum, Augustinum, apud nullum, de cuius quidem tempore constat, eius memoria invenitur. inter poetas autem, quorum versus ipse pro exemplis posuit, Annianus fuit aequalis Gellii, qui eum in agro Falisco fundum possedisse scribit l. XX 8. hunc enim quamvis nominatim non appellaverit, tamen certo significavit v. 1816 *atque ille poeta Faliscus.* deinde similes illi et argumento carminum et varietate metrorum poetas, Alfium Avitum v. 2448 et Septimium Serenum v. 2891 et 1973, sua aetate scripsisse indicat eiusdemque generis poetam, sive is Serenus sive Avitus sive alius fuit, novellum dicit v. 2528. praeter quos locos Sereni versus posuit v. 1464 et 2627 et *docta Falisca* eidem Sereno ab aliis grammaticis tributa v. 1998, quae Anniano vindicare studuit L. Muellerus Annian. fragm. post Rutil. Namat. p. 35. similis autem poetae, sed ab illo diversi, versus adscripsit v. 2632. de horum igitur poetarum aetate quamvis nihil memoriae proditum sit, tamen aliquot annis post Annianum, quem imitati esse videntur, eos fuisse probabile est. nullam autem vim in hac quaestione habent versus Petronii Arbitri v. 2489 sqq. positi, quibus commotus Lachmannus, cum Niebuhrii rationes secutus Petronium medio saeculo tertio vixisse poneret, et Terentianum et aequales illi poetas circa finem eiusdem saeculi fuisse pronuntiavit. sed tametsi Petronii quidem aetatem ab his temporibus longe remotam esse satis exploratum est, non minus certum esse puto Terentianum saeculo tertio non fuisse superiorem. nam ut novelli poetae, quorum saepius mentionem fecit, ad hoc tempus iure referuntur, ita neque genus dicendi quo ipse usus est antiquiorem aetatem admittit, et varietas metrorum quae adhibuit tum maxime probata fuit. Maurum se fuisse origine Terentianus profitetur v. 1971, *Maurus item quantos potui cognoscere Graios*, eandemque appellationem in nomine eius posuit Augustinus de utilitate credendi c. 17, *nulla imbutus poetica disciplina Terentianum Maurum sine magistro attingere non auderes: Asper, Cornutus, Donatus et alii innumerabiles requiruntur, ut quivis poeta possit intellegi.*

Ex quibus fontibus praecepta Terentiani ducta sint, hoc loco non quaeram. nam plurima eum Caesio Basso debere demonstravit Lachmannus. quae cur ex eo libro, cuius fragmentum olim Atilii Fortunatiani nomine inscriptum superest, petita esse credam, dixi supra p. 250. exempla autem recentium poetarum se ipsum adposuisse dicit 1973, *Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella: Nam et melius nostri servarunt*

metra minores. neque est cur non reliqua quoque, quae veteris scriptoris praeceptis addita sunt, vel omnia vel plurima ipsi Terentiano potius tribuamus, quam ab alio auctore petita esse credamus. Iubae libros, quibus plurimi qui post illum latine de metrica arte scripserunt usi sunt, eum adhibuisse nullo exemplo probari posse video neque eos tum, cum Terentianus scriberet, editos fuisse puto. apparet autem haec omnia, quae dixi, ad metricam doctrinam in tertio libro expositam pertinere. ea enim quae de litteris et de syllabis in primo et secundo libro praecepta sunt unde petita sint non constat.

TERENTIANI MAVRI PRAEFATIO

p. 2383 P.

Audivi veterem virum
vulgo dicere fabulam
quendam, qui ter Olympia
vicisset Iove praeside,
postquam accedere lividum
virtuti senium videt,
dum victor cluet omnium,
maturasse resolvere
legem pulveris et cibi.
sed ne corpoream repens
labem arcesseret otium,
tale exercitii genus
commentum sibi dixerat,
quod solus gereret domi.
nervis mollibus invicem
iunctis in teretem struem,
ceu Parthus solet aut Scythes
arcus cornibus extimis
levem nectere lineam,
tales assidue ligat,
dum sit funiculi modus,
aptus qui puteo foret.
haustos hinc igitur cados
imis ab tenebris aquae
tam filo tenui trahens,
quod stringi nequeat vola,
nisus undique corporis

M editio princeps Mediolanensis a. 1497

ς veteres editiones post principem factae, e quibus editiones Brissaei a. 1531, Micylli a. 1532, Petrecini a. 1533 plerumque adscriptis nominibus indicatae sunt

TERENTIANI MAVRI PRAEFATIO *M* 6 uirtuti *Parrhasius et Barthius adv. 15, 2* uirtutis *M* 11 accerseret *M* 13 commentus *Parrhasius* 20 tales *Lachmannus* talem *M* talemque *Micyllus* 21 funiculi is modus *Laguna* 25 tam filo *Parrhasius* tantillo *M* 27 nissus *M constanter*

summos in digitos agit;
angustoque tenaculo
donec lubrica sarcina
tanti per spatium cavi
in lucem superam exeat,
alterna vice pollicum
certat vincere ponderis
in praeceps facilem fugam.
nil magnum gerere hunc putes,
et tantum in digitis opus;
cunctis visceribus tamen
occultus trepidat labor,
totum cernere nec palam,
quo totum geritur queas.
caecis flatibus intimi
tenduntur laterum sinus,
et poples tremit et genu,
nec plantae stabiles manent,
nil immune relinquitur.
et parva est via viribus:
mos certaminis et modus,
sudor dum solitus cadat
nulla mole palaestrica.
  Sic nostrum senium quoque,
quia iam dicere grandia
maturum ingenium negat,
nec spirant animas fibrae,
angustam studii viam
et callem tenuem terit,
tantum ne male desidi-
suescant ora silentio.
quid sit littera, quid duae,
iunctae quid sibi syllabae,
dumos inter et aspera
scruposis sequimur vadis.
fronte exile negotium
et dignum pueris putes;
adgressis labor arduus
nec tractabile pondus est.
at mens tenditur acrius,

---

31 tanti per *Parrhasius* tantisper *M* 40 motum cernere *Laguna* 41 quod totum *Lachmannus* 43 tunduntur *Hotchkisius* 49 cadit *Brissaeus* 60 iunctae quae sibi syllaba *Laguna*

p. 2386 P.

ne contenta sit obviis,
rimantemve recondita
subtiles fugiant notae,
neu discretio falsa sit
rerum tam gracili modo.
instat callida cautio,
ne sermo ambiguum sonet,
ne priscum nimis aut leve,
vocum ne series hiet,
neu compago fragosa sit,
vel sit quod male luceat;
dum certo gradimur pede,
ipsi ne trepident pedes.
par examinis aestus est,
ceu sublimia disseras:
par est iudicii mora:
pompae gloria vilis est.

---

80 ne trepident *Lachmannus* neu trepident *M*

DE LITTERIS

p. 2385. 86 P. Elementa, rudes quae pueros docent magistri,
vocalia quaedam memorant, consona quaedam;
haec reddere vocem quoniam valent seorsa,
nullumque sine illis potis est coire verbum:
at consona quae sunt, nisi vocalibus aptes,
pars dimidium vocis opus proferet ex se,
pars muta soni comprimet ora molientum.
illis sonus obscurior impeditiorque
utcumque tamen promitur ore semicluso,
vocalibus atque est minor auctiorque mutis:
his caeca soni vis penitus subest latetque,
ut non labiis hiscere, non sonare lingua,
ullumve meatum queat explicare nisus,
vocalia rictum nisi iuncta disserarint.
res cum tenuis, difficile est probare verbis:
exempla solent sensibus admovere lucem.
B cum volo vel C tibi vel dicere D G,
E, quae sonitum commodat hisce, si negetur,
et labra prementur simul et revincta lingua:
haec vim tacitam sponte sua nimisque mutam
coniuncta potentem sonitus facit latentis,
geminumque refert auribus ex utraque sensum,
si proprietas tradita, si regula nota est.
  Nunc singula quam possideant in ore sedem,
ictusque suos concipiant et unde rumpant,
ut quivero, versu blaterabo sotadeo.
A prima locum littera sic ab ore sumit:
immunia rictu patulo tenere labra

85—145 *Mar. Victor. 32, 18—33, 13* *Serg. explan. in Don. 487, 11* ut Terentianus metra docens ait, Elementa *sqq.* 89—93 *Augustin. de mus. II 21*

85 TERENTIANI MAVRI DE LITTERIS SYLLABIS ET METRIS AD FILIVM ET GENERVM LIBER *M* TERENTIANI MAVRI DE LITTERIS CARMEN SOTADAEUM *Micyllus* 107 si— si] sic—sic *coniecit Santenius*

p. 2386 P.

linguamque necesse est ita pendulam reduci,
ut nisus in illam valeat subire vocis
nec partibus ullis aliquos ferire dentes.
E quae sequitur vocula dissona est priori,
quia deprimit altum modico tenore rictum,
et lingua remotos premit hinc et hinc molares.
I porrigit ictum genuinos prope ad ipsos
minimumque renidet supero tenus labello.
O Graiugenum longior altera est figura,
alter sonus est et nota temporum minori,
compendia nostri meliora crediderunt,
vocalibus ut non nisi quinque fungeremur;
productio longis daret ut tempora bina,
correptio plus tempore non valeret uno.
hinc ἦτα minus scribimus, hinc et ω supremum;
una quoniam fas habitum est notare forma,
pro temporibus quae geminum ministret usum.
igitur sonitum reddere cum voles minori,
retrorsus adactam modice teneto linguam,
rictu neque magno sat erit patere labra.
at longior alto tragicum sub oris antro
molita rotundis acuit sonum labellis.
Y quam memorant, vocibus avia est latinis:
vocalibus autem quoniam iugata graecis
in nostra etiam verba dabat frequenter usum,
subiecimus illam, cui nomen U dederunt,
vocale sonantes sibi quae iugaret omnes
et sola sonum redderet ex sua figura;
quam scribere Graius, nisi iungat ου, nequibit.
hanc edere vocem quotiens paramus ore,
nitamur ut U dicere, sic citetur ortus:
productius autem coeuntibus labellis
natura soni pressior altius meabit.
Hanc et modo quam diximus I simul iugatas
verum est spatium sumere vimque consonantum,
ut quaeque tamen constiterit loco priore.

116—134 *Pompei. 102, 2—18* 135—140 *v. 369—372* 146—181 *v. 520—664 Mar. Victor. 35, 22—36, 6*

122 temporum minori *Micyllus* temporum minor *M. an* temporis minoris? 128 fas habitum *Lachmannus* sat habitum *M.* satis habitum *coniecit Santenius* 139 uocale *Micyllus* Vocalem *M* 141 iungat *ου Micyllus* iungat Y *M*: *cf. Mar. Victor. p. 33, 13* 148 constiterit *Micyllus* constiterint *M*: *cf. v. 521. 546*

p. 2387 P.

nec tunc modo cum iungimus hoc valebit ipsas,
sed siqua erit his altera vocalis adhaerens,
vis haec manet illis, quasi cum simul iugantur.
nam si iuga quis nominet, I consona fiet,
U qualis erat permanet in loco sequenti:
et cum iaculum aut dico iecur Iovem iuvencum,
nil ordo secundis tribuit, prior iuvatur.
versa vice si sit prior U, sequatur illa,
cum dico vide, contulit I sonum priori,
ast ipsa manet tempore quo sonabat ante.
vocalibus hoc et reliquis praedita servat,
ut vade veni, vota refer, teneto vultum:
crevisse sonum perspicis et coisse crassum.
unde Aeoliis littera fingitur digammos,
quae de numero sit magis una consonantum,
vocalis in istum mage quam versa sit usum.
sed ut, altera quo differat altera sciamus,
I cum medio nomine sic erit locata,
vocalis ut illam ex latere utroque coartet,
Baiana velut, peior, item Troia vel huius,
ipsa, ut docui, consona fiet a sequenti,
et si brevis est quae posita est loco priore,
longam faciet non minus hanc consona sola,
ceu longa fit olim, quotiens duae sequuntur.
aut si nimium est hoc dare, vocalis ut una
fiat similis tempore consonis duabus,
atque I geminum scribere nos iubent magistri,
I consona fiet simul et sequens priorem,
et quae prior est auxilio posterioris.
hoc U, simili si fuerit loco, nequibit:
cum dico lavor, dico nives pluvia novales,
sola consonans ipsa fit, ut prius notasti:
perstat brevitas, quae fuit ante collocatis.
  Iam cetera non ordine quo solent loquemur,
verum ut cuique est proximitas vocis sonore,

182—248 *Mar. Victor. 33, 14—34, 22* 183 *Prisc. l. XIII p. 10, 25* Terentianus de litteris Verum *sqq.*

151 uis haec ς uis hac *M* 152 quis ς qui *M* 159 praedita *Brissaeus* praelata *M* 162 Aeoliis ς aeolis *M* 165 altera quo differat altera *Laguna* altera quo referat alteram *M.* referat *pro* differat *dictum defendit Santenius v. 2117, ubi* sed refert illo *est in M: cf. v. 520* quo differant 167 ex latere *Lachmannus* latere ex *M* 177 et quae prior est *Santenius* Et cum prior est *M* et cui prior est *Lachmannus* quae tum prior est *Micyllus* 179 pluuia *Brissaeus* pluVIam *M* 183 vocis sonore *Marius Victorinus p. 33, 14* loci soniue *M* locis oriri *codices Prisciani l. XIII p. 10, 26*

p. 2387. 88 P.

ne dicta prius me subigat referre rursum
vicinia vocum modico dirempta puncto.
B littera vel P quasi syllabae videntur
iunguntque sonos de gemina sede profectos:
nam muta iubet portio comprimi labella,
vocalis at intus locus exitum ministrat.
compressio porro est in utraque dissonora:
nam prima per oras etiam labella figit,
velut intus agatur sonus; ast altera contra
pellit sonitum de mediis foras labellis.
utrumque latus dentibus applicare linguam
C pressius urget: dein hinc et hinc remittit,
quo vocis adhaerens sonus explicetur ore.
G porro retrorsum coit et sonum prioris
obtusius ipsi prope sufficit palato.
at portio dentes quotiens suprema linguae
pulsaverit imos modiceque curva summos,
tunc D sonitum perficit explicatque vocem
T, qua superis dentibus intima est origo,
summa satis est ad sonitum ferire lingua.
K perspicuum est littera quod vacare possit,
et Q similis. namque eadem vis in utraque est;
quia qui locus est, primitus unde exoritur C,
quascumque deinceps libeat iugare voces,
mutare necesse est sonitum quidem supremum,
refert nihilum, K prior an Q siet an C.
aut G quoque vel C simili parique lege
addi, quasi desit, numero potest priorum.
nulli dubium est faucibus emicet quod ipsis
H littera, sive est nota, quae spiret anhelum.
quin hanc etiam grammatici volunt vacare,
quia non adicit litterulis novum sonorem,
sed graecula quaedam scholicae nitela vocis
vocalibus apte sedet ante posta cunctis,
hastas hederas cum loquor, Hister hospes huius.

204—209 *v. 797—804* 212—221 *v. 784—788*

194 linguae *Petrecinus* 195 dein hinc et hinc remittit *Santenius* dehinc et dehinc remittit *M* 206 '*uidendum an aliquid exciderit: Marius Victorinus p. 2455 (p. 33, 30)* nam muta et otiosa parte, qua c incipit, pro qualitate coniunctae sibi uocis supremum exprimit sonum' *Lachmannus* 214 uacare *Parrhasius* uocare *M* 215 adicit ς adiicit *M* sedet anteposta *Petrecinus* sed et ante post a *M*

solas patitur quattuor ante consonantes,
graecis quotiens nominibus latina forma est,
si quando choros Phyllida rhamnos thyma dico.
Septem reliquas hinc tibi voce semiplenas
vix lege solutus pote nominare sermo.
has versibus apte quoniam loqui negatur,
instar tituli fulgidula notabo milto:
ut quamque loquemur, datus indicabit ordo,
F L M N R S X.
imum superis dentibus adprimens labellum,
spiramine leni, velut hirta graia vites,
hanç ore sonabis, modo quae locata prima est.
adversa palati supera premendo parte
obstansque sono quem ciet ipsa lingua nitens
validum penitus nescio quid sonare cogit,
quo littera ad aures veniat secunda nostras,
ex ordine fulgens cui dat locum sinopis.
at tertia clauso quasi mugit intus ore.
quartae sonitus figitur usque sub palato,
quo spiritus anceps coeat naris et oris.
vibrat tremulis ictibus aridum sonorem
has quae sequitur littera. mox duae supremae
vicina quidem sibila dentibus repressis
miscere videntur: tamen ictus ut priori
et promptus in ore est agiturque pone dentes,
sic levis et unum ciet auribus susurrum:
mixtura secundae geminum parat sonorem,
quia c simul et quae prior est iugando nisum,
retrorsus adactam solidant premuntque vocem.

222—226 *v. 822—825* 234 *Prisc. l. XIII p. 11, 1*

---

219 solas *Santenius* sola *M* solum *Brissaeus* 221 rhamnos *Micyllus* RHAMNES *M* rhamnum *infra v. 788* rhombos *Marius Victorinus p. 34, 6* 223 pote nominare sermo *Lachmannus* potest nominare sermo *M* pote nominare sermo est *Santenius* 228 vel ut *h. e.* sive ita ut *Dawesius misc. crit. p. 139* *versibus* 229. 233. 235. 236. 238. 242. 244. 245. 246 *litterae de quibus agitur in M praemissae sunt,* F. hanc, L. quo, M. at, N. quartae, R. uibrat, Ṡ. promptus, X. mixtura, S. quia, X. retrorsus

232 quid inire cogit *M* quid cogit inire *Brissaeus* quid tinire cogit *Lachmannus.* 234 ex ordine fulgens cui dat nomen sinopes *Priscianus l. XIII p. 11, 1* fulgens *ex Prisciano Brissaeus* puluis *M* 235 *de* m *littera plura legisse videtur Marius Victorinus p. 34, 12* 238 sonorem] fragorem *Marius Victorinus p. 34, 15*

241 tamen ictus ut prioris Praeruptus in ore est *Hotchkisius:* ita tamen, si prioris ictus pone dentes excitatus ad medium lenis agitetur *Marius Victorinus* . 242 et *om. M, add. Lachmannus* pone = poene *M*

p. 2389 P.

Nil Ausoniis esse opus Y sonare dixi
et ζῆτα supremum, nisi graia verba cogent.
Sed quorsum, ais, hoc discere vel docere refert?
tradunt homines, secta quibus Pythagorea est,
arcana secuti physicis remota causis,
summas numeri non ita litteris valere,
graecus pueros ut docet insonans magister,
cum tollere cunctos iubet altius sinistras,
unum sit ut alpha et duo beta et tria gamma.
diversa volunt, alia docent ordine nullo:
referre putant, quae cui sit sub ore sedes,
ut nos modo temptabimus expedire raptim.
aiunt aliquas faucibus exilire ab imis,
γάμμα ut penitus κάππα sonat, ξῖ simul et χῖ;
ictam gravius vocis opus fingere linguam,
si ζῆτα loquor λάβδαve, νῦ vel hispidum ῥῶ,
et σίγμα, quod istis parili sede vibratur;
dentes sonitum fingere δέλτα· θῆτα, tum ταῦ;
* * *
itidem parili sede sequi φῖ quoque, tum ψῖ.
hinc et numeri non similes habere summas,
et nomina tradunt ita litteris peracta,
haec ut numeris pluribus, illa sint minutis,
quandoque subibunt dubiae pericla pugnae,
maior numerus qua steterit, favere palmam,
praesagia leti minima patere summa.
sic Patroclon *olim* Hectorea manu perisse,
sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.
haec sunt quoniam viribus altiora nostris,
si tam tenues res tibi sic dissero versu
vitem ut tenebras, quas solet et soluta versu,
oratio parvis minus explicare rebus,
sat duco meas hactenus occupasse nugas.

---

247 Nihil *M* dixi] *v. 135. de z littera in superioribus dictum non est, et plura hoc loco legisse videtur Marius Victorinus p. 34, 20* 255 ganma *M* 256 diuersa nolunt *Lachmannus* Diuersa ualent *M* diuersa ualere *Micyllus* ordine nullo Referre *sine distinctione M* 258 temptabimus *Lachmannus* temptauimus *M* 260 γάμμ' ut penitus *Micyllus* ταυ ut penitus *M* 262 λάβδαue νῦ *Lachmannus* αλφα ue νυ *M* λαμβδα ue μῦ *Micyllus* βῆτα ue νῦ *Brissaeus* 265 '*ante hunc periit versus, in quo caeterae labiales β π μ' Lachmannus. sine lacuna M* 271 leti ς laeti *M* 272 sic Patroclon olim Hectorea *Brissaeus* Sic Patroclon Hectorea *M* sic et Patroclen Hectorea *Micyllus*

DE SYLLABIS

Syllabas, quae rite metro congruunt heroico,
captus ut meus ferebat, disputatas attuli
versibus, sane modorum quo sonora levitas
addita stili levaret siccioris taedium.
haec prius, Bassine fili et tu gener Novate mi,
perpolite, quam potestis, crebriore limula.
non pater tamquam socerque, sed velut sim extrarius,
intueri vos oportet, an satis sit litteris
singulis discreta recte, quae cui est, nativitas;
syllabarum, quas duabus iungimus vocalibus,
num minus sit scrupulose vis reperta et prodita;
consonans si praelocatur una, quantum differat,
una vocalis duabus praedita est si consonis;
ne parum vel diligenter lucideve expresserim,
quanta sit quae comparatur pedibus hinc diversitas.
sermo si planus pedestri se tenet modestia,
disputandi quem tenorem doctiores imperant;
verba si non appetita nec remota plurimis,
sed fere communis usus et tamen non obvia,
carminis servant honorem, non iacentis cantici
quo supersidens trapeto signa gyris temperat
(sufficit vitare labes et carere sordibus,
pro statu rerum domare lineam fandi parem,
liberam scholae nitore, vatis exutam stola,

---

283 *Prisc. l. VII p. 305, 14* Terentianus de syllabis Haec *sqq.* 299 *Serv. in Verg. georg. II 519*

---

279 *sine inscriptione, sed maiore spatio inter hunc versum et praecedentem relicto M*, TERENTIANI MAVRI DE SYLLABIS CARMEN TROCHAICVM *Micyllus* 283 haec prius tu Bassine *Priscianus l. VII p. 305, 15* Nouate mi ς Nouatemi *M* 284 qua potestis *Lachmannus* 287 quae cui est *Aldus inst. gramm. p. 379* quae cuique est *M* 299 quos super sides trapeto *codex Vaticanus 3317 Servii in Verg. georg. II 519* quos super insidens trapetos *editiones Servii et codex Parisinus 7959* 301 domare] '*requiritur* tenere' *Lachmannus*

quae tropos omnes relinquat et superba schemata,
neglegens ut semet ipsa laudem ab incultu ferat;
dum tamen rebus minutis, quas pedum liber quoque
vix queat proferre sermo noster offensa sine,
labili versu ministret inretusos exitus,
regulam servans ubique, finis ut quarti pedis
nominis verbive fine comma primum terminet:
hac enim tome probatur metron hoc trochaicum);
hunc modum si competenti pertulit ductu stilus,
sive proviso tenore cessit effectus labor,
acrius vos pendite ista, quam malignis moris est.
hoc domi clausum manebit, nec sinam nosci prius,
scrupulum quam vestrà demat hunc mihi sententia,
opera nobis haec inanis anne in usum impensa sit.
sed labor vobis ferendus in legendo est maximus:
non enim cursim aut remisse tam minuta acumina
adsequi quicumque poterit, sed morosa intentio
tam legenti debet esse, quam fuit nobis quoque,
qui laborem provocando, perdomando taedium,
forsitan nec lecta multis e latebris scalpsimus,
ardui laudem expetentes, non favorem ex obviis.
corrigenda siqua sane visa vobis hinc erunt,
non ero stulte repugnans aut amans prave mea,
quin statim culpanda delens praebeam rectis locum.
 Litteris autem latinis, graeca quibus et formula,
quo statim discriminentur, ne sit haesitatio,
indices supra locavi nominum primas notas.
quando graece *γάμμα*, supra suà latinis littera est.
ε vel o graecum putetur ne Latinorum E vel O,
neu vicissim, quae latina, proferas graeco sono,
haec erunt utrimque bina quae parent caliginem,
quia pari forma notantur et soni sunt simplicis:
ceterum *ἦτα* et *ω* latinis a figuris discrepant.
A latine saepe ut *ἄλφα*, saepe *λάβδα* scribitur:
I similiter *ἰῶτα* credi et C potest quod *σίγμα* sit:
versibus sed cum loquamur, quando graeca ponimus,
ἄλφα ἰῶτα λάβδα σίγμα lege metri cogimur

---

304 ipsam *Petrecinus* ipso *Santenius* 305 quas *Brissaeus* quam *M* 307 irretusos *Santenius* in retusos *M* 310 trochaeicum *M* 416 anne *Santenius* an *M* 320 legenti *Dawesius misc. crit. p. 7* legentis *M* 322 neglecta *Hotchkisius* 331 E uel O graecum *Micyllus* C uel O graecum *M* Latinorum *Lachmannus* latinum *M* 335 caeterum *ἦτα* et *ω̃* *Lachmannus* Caeterum *ητα* et Y et *ω* *M* *ἦτα* et *T* et *ω* (*om.* caeterum) *Santenius* 336 A latina *Lipsius de recta pronunt. lat. ling. c. 18*

p. 2391 P.

syllabis perscriptitare, non figuris singulis;
nequis hoc culpet, latina si notata non erunt.

Artium parens et altrix graeca diligentia est:
litterarum porro curam nulla gens attentius
repperit, polivit usque finem ad unguis extimum.
quod Latinus aemulando nec satis fidens suis
(exitus nam nostra lingua non capit tam plurimos),
attamen fandi paravit non secundam copiam.
congruens idcirco duxi in hoc opus, de syllabis
quod recepi nunc loquendum, litterarum origines
inde deductas locare, quo probarem planius,
et simul quam multa graecis nostra non respondeant,
quaeque respondent, ab ipsis esse nobis tradita.
artis inde origo manat, lingua non tantum patet.
Ergo graecis esse septem scimus e vocalibus
η et *ω* quae bina pedibus subministrant tempora,
ε et *ο* breves vocari singularis temporis.
ceteras tres, quae supersunt, *διχρόνους* cognominant,
corripi quod saepe eaedem, saepe produci valent:
ἄλφα primum est, inde *ἰῶτα*, tertium quod *υ* vocant.
porro cunctas nostra lingua quinque vocales suas
corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
utitur longis et isdem brevibus aeque fungitur,
nec brevem semper requirit, semper aut quae longa sit,
omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis.
inde multa syllabarum nascitur diversitas,
quia nec illae *δίχρονοι* tres, graeca quas vox nuncupat,
litteris nostris eosdem semper exhibent sonos.
ἄλφα nos A nominamus, *ἰῶτα* sic I dicimus:
tertiam Romana lingua, quam vocant *υ*, non habet.
huius in locum videtur U latina subdita,
quae vicem nobis rependit interim vacantis *υ*,
quando communem Latino reddit et Graeco sonum.
interim vocale et ipsum, sumpta propter quod *fuit*,
non tuendo syllabarum saepe mutat regulam.
scilicet non consonantem quando vocalis ligat,

354—364 *v. 1308 —1313 Pompei. 106, 7* 369 - 372 *v. 135—140*

ante v. 342 maius spatium relictum est in M 345 suis *Lachmannus* sui *M* 62 et eisdem *M hoc loco*, sed isdem *v. 1310* 373 uocale *Lachmannus* uocalem *M* fuit *om. M, add. Petrecinus*

p. 2398 P.

syllabam sed cum duabus edimus vocalibus,
si prior locetur ipsa, consonans tunc redditur;
porro vocalem secuta vim tenet vocalium
et sonos utrosque iungit; unde diphthongos eas
Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul
syllabam sonant in unam vique gemina praeditae
semper effectum duorum temporum custodiunt,
sive producto efferantur sive correpto sono.
fronte quod prima videri forsitan mirum potest,
esse correptam duorum temporum quod dixerim:
sed pedum exequendo formam res erit probabilis.
non minus namque et latinas saepe correpto sono
promimus, quamquam duabus editas vocalibus,
quae pedibus aeque ministrant bina et ipsae tempora.
Planius quo fiat istud, ante diphthongos loquar,
graeca lingua quas frequenter quasque raro interserat:
ita patebit nostra graecis cum sonis diversitas.
ἄλφα et *ε* et o priores *ἰῶτα* diphthongos creat,
αι et *ει* et *οι* parentur ut duabus litteris:
sic et *υ* sequens easdem reddit *αυ* et *ευ* et *ου*.
ἰῶτα tantum et *υ* videmus subditas vocalibus:
his enim solis duabus quinque praeponi solent,
quando et *ἄλφα*, quod videtur dichronon, praeponitur.
neutra porro de duabus ante tres istas data,
ἄλφα et *ε* et o, valebit esse diphthongi soni,
syllabam nec edet unam, sed duae voces erunt.
esse diphthongos et alias rariores diximus,
υ sibi tantum iugantes, *ἰῶτα* quis non subditur,
ὠὐτός ut tradunt magistri: sic et *ηὖδα* copulant.
esse sed longas utrasque litteras primas palam est,
nec fuit longis iuganda vel brevis vocalium
syllaba, ut diphthongos ulla temporum fieret trium.
non ita est, nec prima longis *υ* dedit nativitas
utriusque, verum origo iure diphthongos fuit;
tempore instanti quod *αὐδᾷ*, *ηὖδα* infecto facit:
sic *ὁ αὐτός* separatim, *ὠὐτός* immixtum sonat.
ergo diphthongo creata *υ* sibi adnexam tenent,
det licet longam priorem flexa declinatio
vel duas partes in unam contrahat confusio.
quin et *υ* loco priore, *ἰῶτα* si subiunxeris,

---

406 uel breui *edidit Lachmannus*, et ex breui *coniecit idem* 410 infecto facit *Lachmannus* perfecto facit *M*

effici diphthongon unam posse nec plures reor;
υἷες ut dicunt *Ἀχαιῶν, γυῖα μυῖα* et talia.
Porro diphthongos Latini quattuor fixas habent:
quattor ideo separavi, quinta quod sit rarior,
ex quibus statim videbis non, ut in graecis sonis
ἰῶτα subiungi necesse est, alteram vel *υ* dari,
semper I vel U latinas posse subdi ceteris.
ἄλφα semper atque *ἰῶτα* quem parant Graecis sonum,
A et E nobis ministrant: sic enim nos scribimus.
οι similiter OE, et E fit, *ἰῶτα* quod graecum fuit,
AU et EU cum copulamus, U secundam iungimus,
in vicem graecae quod *υ haec* subdita *est* vocalis U.
graeca diphthongos sed *ου in* litteris nostris vacat,
sola vocalis quod U *iam* complet hunc satis sonum.
ε, deinde *ἰῶτα*, graeca quod diphthongos *ει* sonat,
non erit semper necesse copulatas scribere,
seu latina seu iugetur graeca longa syllaba,
ἰῶτα solum quod videmus saepe produci vel I.
Ἴλιον nam sic iubemur scribere et producere;
d i c o sive f i d o, longae sunt priores syllabae:
nec tamen nos E necesse est posta *et* I subnectere.
nec potest diphthongus aliter e duabus litteris
ista componi, nisi ante principali in corpore
E subesse ratio monstret atque origo nominis.
Δεῖμος inde sic notamus, quia *δέος* deprenditur,
inde *Μήδειανque* oportet scribere isdem litteris,
quia *δέος* non minus et istic, ut videre propalam est,
ipsa demonstrat subesse compositio nominis.
scribimus si quando *νῖκος*, *ἰῶτα* solum sufficit,

---

417 *υἷες* ut dicunt *Ἀχαιῶν, γυῖα μυῖα Lachmannus* υιες ut dicunt *αηλογγυια μυια M υἷες* ut dicunt Achaei, *γυῖα μυῖα Taylorus lect. Lys. p. 333 ed. Reisk. coll. v. 458. 482. 658* 419 Quattuor ideo *M* quattuor eo *Lachmannus* 425 *OI* similiter OE *Santenius OI* similiter O *M: cf. v. 499* 427 graece *M* *ῦ* haec subdita est *Lachmannus* Y subdita (*om.* haec *et* est) *M υ ψιλὸν* subdita est *Brissaeus T* sic subdita est *Dawesius misc. crit. p. 13 T* sic subditur *Eldikius apud Santenium* 428 sed *OT* in *Santenius* sed OY *M* sed *ο ῦ divisim Lipsius de recta pronunt. lat. ling. c. 10 et Lachmannus* sed autem *OT Dawesius* sed ideo *Eldikius* 429 quod u iam complet *Eldikius* quod V complet *M* quod u *ου* complet *Lachmannus* quod ista complet *Dawesius misc. crit. p. 497* quod hunc u compleat satis sonum *Wassenberghius apud Santenium* 430 diphonos *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 314: cf. v. 475* 436 nec tamen post E necesse est nos et I subnectere *Wassenberghius* posta et i subnectere *Lachmannus* post. I. subnectere *M ἰῶτα* post connectere *Santenius* 440 quia *δέος* deprenditur *Lachmannus* quia *δεμος* repraehenditur *M* 441 *Μήδειαν*que *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 288 μηδειαν M Μήδειαν* te *Lachmannus* iisdem *M*

p. 2393. 94 P.

nulla praecedens origo quia subesse monstrat *ε*.
porro diphthongon notamus, quando *νεικεῖν* scribimus,
ἦτα quod compago ficti comprehendit nominis:
νή et *εἴκειν* namque iunctis conditum est vocabulum;
quippe non cedendo semper quaeritur victoria.
litteram namque *ε* videmus esse ad *ἦτα* proximam,
sicut *ο* et *ω* videntur esse vicinae sibi:
temporum momenta distant, non soni nativitas.
inde vertunt hanc in *ἦτα* saepe diphthongon Grai,
quando quos *ἱππεῖς* solebant aut *Ἀχαρνεῖς* dicere,
levigant *ἱππῆσ*que potius aut *Ἀχαρνῆς* nominant.
nosque Medeam latine sic in usum vertimus,
nomen et regina gessit quod furens Amazonum:
sic et *Αἰνείαν* Achaeus, noster Aenean vocat.
sic erit nobis et ista rarior diphthongos EI,
E videmus quando fixam principali in nomine:
'eitur in silvam' necesse est E et I conectere:
principali namque verbo nascitur, quod est eo.
sic oveis plures et omneis scribimus pluraliter:
non enim nunc addis E, sed permanet sicut fuit;
lector et non singularem nominativum sciet
vel sequentem, qui prioris saepe similis editur.
AU et EU, quas sic habemus cum Grais communiter,
corripi plerumque possunt temporum salvo modo,
sive graecis seu latinis inserantur versibus.
'aut age' inquit ille vates, saepe dixit 'aut ubi,'
dixit 'Aurunci', quod aeque barbarum est producere:
pes ubique lege constat, prima cum correpta sit,
consonans et una plenum non queat tempus dare.
et 'lupi ceu' dixit idem: finis est versus quidem,
pes tamen non est trochaeus, quia diphthongos extima est:
dactylus nam pes et ille est, nube nati ceu duo.
αὐέρυσαν inquit poeta, sic et *αὐτάρ* corripit:
Εὔπολιν πεύκην et *εὔνουν* aut poetam *Εὐριπίδην*
syllabas primas necesse est ore raptim promere;

459—462 *Cledon. 29, 14 Pompei. 115, 15*

---

453 graii *M constanter* 457 *Verg. Aen. I 490* ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens 461 eitur] *Verg. Aen. VI 179* 465 lector ut non — sciat *Wakefieldius in Lucret. I 3* 470 aut age] *Verg. Aen. I 70* 474 lupi ceu] *Verg. Aen. II 355* 475 diphonos *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 314: cf. v. 441.* 476 nube] *Verg. Aen. VII 674* ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto Descendunt Centauri

p. 2394 P.

tempus at duplum manebit, nihil obest correptio.
AU tamen capere videtur saepe productum sonum,
auspices cum dico et aurum, sive Graecus *αὔριον*.
mira nec putanda nobis talis alternatio est,
dichronon quod *ἄλφα* notum est, sicut A nostratibus;
inde communem ministrat sola diphthongus sonum.
EU manet correpta, semper est quod *ε* graecum breve:
litteris *et* E latinis saepe cum sit dichronos,
facta diphthongos nequibit esse producti soni,
nec pedes idcirco fraudat temporum iusto modo.
hanc enim si protrahamus, A sonabit, E et U,
syllabam nec invenimus ex tribus vocalibus.
sic Aristaeum notamus quattuor per syllabas,
quod sibi diphthongos AE iam tertiam non iungit U.
His ita exceptis duabus, AU et EU, quas rettuli,
I et O duae supersunt quinque de vocalibus.
Ante vocales locari littera O tres non potest,
A vel I vel U cohaerens duplicem ut reddat sonum.
ceterum quod E, secundo copulata cum loco est,
reddat OE diphthongon', esse traditum supra tenes.
Diximus rarum esse Graecis *ἰῶτα* post *υ* subdere:
verum enim nec praelocari sic apud Graios potest,
edat ut diphthongon unam de duabus voculis.
litterae nam nomen ipsum, *ἰῶτα* quod Graius vocat,
siquis in metro locabit, syllabae ut fiant duae,
non potest diphthongos esse *ιω* duabus litteris,
consonans prior locata quia fit et Graios apud.
quod tibi exemplo probare versus herous potest,
οὗτος ἰῶτα γράφει versus si principium sit,
pes erit primus trochaeus: sed facit spondion hunc
prima vocalis, notari *ἰῶτα* qua Graium incipit;
syllabas licet videri potius has Graeci velint
esse communes, easque dictitent *κοινάς* magis,
quaeque vocalis sequetur quando supremam brevem.
I magis Romana lingua non potest praemittere,
edat ut diphthongon ulli nexilis vocalium,
consonans quod semper haec fit ante vocales data.
quippe iacula quando dico vel iecur Iovem aut iubam,
consonans effecta ubique est, quae fuit vocalis I:

487 litteris et E latinis *Santenius* Litteris E latinis *M* litteris E in latinis *Wassenberghius apud Santenium* 499 supra] *v. 425* 500 diximus] *v. 415* 502 uoculis *Dawesius misc. crit. p. 7* uocalibus *M* uocibus *Micyllus* 515 ulli *Santenius* nulli *M* 517 Iouem aut Iubam ς IOVEM an IVBAM *M*

p. 2394. 95 P.

quae sequuntur, vim tenebunt. quam prius, vocalium.
Quin et ipsae cum iugantur I et U, quo differant,
ut prior quaeque est locata, proderit distinguere.
I prior si collocetur, U sequens correpta sit
an soni prolixioris, nulla differentia est,
consonans quia semper ista iuncta fit vocalibus.
Iuno cum dico aut iuvencus, nulla differentia est:
quippe IU diphthongos esse graeca nequaquam potest,
quod soni tres implicentur e tribus vocalibus,
quando sic graece notatur, ut sit *ο* et *υ* simul;
ἰῶτα quis si praelocetur, tres videmus voculas,
e quibus constare supra syllabam negavimus.
sic *ἰοὺ ἰού* tragoedus Graius et ceryx sonat,
sic io matres Latinae, sic Iulum dicimus;
quia duas edat necesse est syllabas, cum praedita est,
quas videmus separatas esse vocales duas,
vim vel amittat priorem, cum fit una syllaba:
consonans namque invenitur, quando dico Iulius
sive Iuno sive iustus. porro cum praecedet U,
consonantis vim ministrat omnibus vocalibus.
nexa semper haec necesse est syllabam nec dividat
et sonum mutet priorem, vade quando dicimus
vel venito vel videto tot volatus vulturum.
ante consonam U reperta sola sive in syllaba,
unus aut ubi vel unde et umbo quando dicimus,
obtinet vocalis usum, sicut I cum praedita est.
Quanta vero sit potestas singulis iunctis sibi,
ut prior quaecumque curret, hoc pedes discriminant,
scandimus si quando versum quolibet metro datum.
namque si momenta quae sint litterarum examines
consonantum aut quas necesse est consonantes effici,
tempus unum iam tenemus esse correptis datum,
bina productas habere nec minus compertum erit.
tempus autem consonantes dividunt unum duae:
inde quae duplex habetur, tempus integrum dabit.
ergo correptae iugatur una quando consonans

520—664 *v. 146—181*

527 e tribus *Santenius* et tribus *M* 528 notatur ut *Burgessius apud Santenium* notatur OY ut *M* 530 supra] *v. 407* 532 io] *Verg. Aen. VII 400* clamat io matres, audite, ubi quaeque, Latinae 537 praecedet *Brissaeus* procedet *M* 549 consonantum aut *Petrecinus* Consonantem aut *M* 551 compertum erit *Lachmannus* compertum est *M* compertum habes *Ahlwardtus* 554 correptae *Brissaeus* correpta *M*

sive vocalis, referri quae potest in consonam,
sescuplum tempus necesse est edere istam syllabam,
quae duplex habere posset ab duabus consonis.
ac per hoc producta per se, quae duorum temporum est,
consonae cum subiugatur vel relatae in consonam,
temporis parte atque duplo sit necesse est praedita.
hoc sub exemplis videbis esse planum nominum,
syllabas ex his duabus quae parant vocalibus,
Iuno vita quando longas, vel iuba aut vigor *breves*.
consonas fieri necesse est hic priores litteras;
quae sequuntur, ut fuerunt, esse vocalis soni.
temporis momenta longae possident partem et duo:
sescuplum breves habere parte et uno convenit.
pars enim ista non sequenti prorogat tempus suum,
sed priori, pleniore si indigebit tempore.
syllabam nam iam peractam cum sequetur I vel U,
illa porro brevis in unam consonantem desinet,
I sequens partem rependet, quam ministrant consonae.
hoc et U praestare poterit, cum tenebit hunc locum.
rursus exemplis agendum est. ergo quo sit planius,
syllabam brevem ante ponam desinentem in consonam,
at iubam pes ut paretur, sit vel alter at vigor:
sic enim partem videbis huc redire temporis.
A brevis dum consonanti T propinquae iungitur,
tempori suo ex eadem consona partem trahet.
sescuplum quod dico sic fit. plena quo sint tempora,
I dabit partem residuam, quam ministrant consonae:
hoc et U, pedem locare si velimus at vigor.
longa fit si prima positu tunc duorum temporum
et breves ambae manebunt insequentes syllabae,
quattuor pedem peractum cernis esse temporum.
Iuno porro sive vita cum pedem primum occupat,
consonans effecta cum sit quae prior locatur I,
et sequens, producta quippe, bina praestet tempora,
parte censeri videmus atque duplo syllabam.
hinc pedem si coeperimus edere iterum dactylum,
quia brevis vocalis extat in sequenti syllaba,
tertiam addamus necesse est utique correpti soni.
pes quidem reddetur ipse; non tamen pars temporis

557 a duabus *Micyllus* 563 breves *om. M, add. Santenius.* uetus *addiderat Brissaeus* 571 breuis in *Lachmannus* breuis quae in *M* 579 Tempori suo ab eadem *M* tempori suo de eadem *Lachmannus* consona *Brissaeus* consonae *M* 583 fit si prima *Lachmannus* fit sic prima *M* 593 reddetur *Brissaeus* redditur *M*

p. 2396. 97 P.

consonae factae prioris cernimus quo cesserit.
ergo ut effectus probetur, consonans cum fiet I,
non erit locanda prima, quando versus nascitur,
syllaba sed in secunda: * quae brevis cum consona
esse poterit T, priores qua pedes adiuvimus,
sescuplum quae sola praestat, temporis parte indiget;
ut sit at iu pes, et inde versus ortum sumpserit.
ergo iu quia nunc secundo conlocatur in loco,
I sua, quam consonantem non negamus redditam,
at facit longam, tenebat sescuplum quae temporis.
nec secus partem retrorsus U dabit, cum consona est.
fiet at iu pes solutus, fiet at vi par ei:
syllabas longas habebunt hi pedes binas ita,
dum situ prior iuvatur et sequens producitur.
porro cum producta prima est, si sequatur consonans,
efficit duplum atque partem; non, ut illic diximus,
ante partem et inde duplum; prima quod non sit brevis.
sol tibi velut poeta signa cum dicit dabit,
sufficit producta prima temporis duplum dare:
pars residua consonantis unius vel proximae
ita vacabit, ut vacabunt, quando plures consonae
sponte productam sequentur, non egentem subsidi;
trans mare atque insignis auster si in pedem convenerint.
  Est adhuc quo separatae I et U dissentiant.
I media cum conlocatur hinc et hinc vocalium,
Troia sive Maia dicas, peior aut ieiunium,
nominum primas videmus esse vocales breves,
I tamen sola sequente duplum habere temporis.
ergo vel loco duarum consonantum fungitur,
vel gemella si locanda est, ut videtur pluribus,
bis tibi vocalis eadem praebet usum consonae,
ante vocalem sequendo, cum priore syllaba,
praedita et mox insequenti, iure quo fit consonans.
hoc in his tantum invenimus nominum vocalibus,
I secundo conlocata consonae ut valeat loco;
ante vocales quod alias cum locatur exhibet.

* 597 '*post* secunda *excidit versus: nam quae sequuntur, ad primam syllabam pertinent*' *Lachmannus. sine lacuna M.* quae brevem cum consona Et sequi poterit priores *coniecerat Santenius* 598 esse poterit t priores *Lachmannus* Esse poterit priores *M* esse poterit hac priores *Micyllus* 600 at iu *Brissaeus* AT VI *M* 604 u dabit *Micyllus* T dabit *M* 605 fiet at iu pes solutus *Lachmannus* Fiet At VI pes absolutus *M* pes et absolutus at iu *Santenius* 611 sol] *Verg. georg. I 463* sol tibi signaodabit. 615 egentem subsidi *Dawesius misc. crit p. 8* egent Subsidii *M* egent quia subsidi *Micyllus* 618 cum conlocatur *Dawesius misc. crit. p. 9* cum locatur *M*

p. 2397 P.

U similiter si locetur, ut favor cum scribimus,
nil iuvabit A priorem media facta consonans,
temporis quia parte tantum fungitur, cum praedita est.
vel licet ponas gemellas, sicut est verbum iuvo:
ante quae locatur I fit ab sequenti consonans,
ipsa vocalis manebit U brevis, sicut fuit,
U secundam in consonantem transferet vocalis O.
sic prior vocalis U, quae tempore uno praedita est,
temporis parte adiuvatur *ab* sequenti consona:
sescuplum tempus videmus, longa cum poscat duo:
proderit nil ergo gemina, sicut I bis profuit,
cum facit longam priorem Troia Maia et talia.
perdere U quia sic videtur usque vocalem sonum,
alteri cum praelocatur (nam facit vita et valens),
sordidum quiddam videmur absonumque excludere.
Aeolica gens tunc digammon denique illam scriptitat,
mutet ut situm figurae, quando mutabit sonum.
nominum multa incohata litteris vocalibus
Aeolicus usus *ita* vertit, et digammon praeficit:
Aeolica dialectos autem mixta ferme est Italae.
hesperum quem dico graece, vesperum cognominat:
'Εστία sic Vesta facta: vestis *ἐσθής* dicitur:
ἶνα quam graece vocamus, vim iubet me dicere.
εἶαρ est multis in usu, sed magis poeticum est:
ἦρ enim nativa vox est; ille ver hoc dictitat.
quos Homerus dixit *'Ενετούς*, ille Venetos autumat:
et viola flos nuncupatur, quem Grai vocant *ἴον*:
et Iolaus ille Violens: crede Marco Tullio.
quamque *ἴτυν* dicunt Achaei, hanc vitym gens Aeoli.
plura Sappho comprobavit, Aeolis et ceteri.

---

630 si locetur *Dawesius* si conlocetur *M* 633 sicut est uerbum VIVO *M* sicut in uerbo iuuo *Brissaeus*. 634 fiat ante quae locatur a sequenti consonans *Micyllus* fit ab sequenti *Lachmannus* fiat ab V sequenti *M* fit ab u sequenti *Santenius* 638 ab sequenti *Lachmannus* sequenti *M* a sequenti *Micyllus* 644 uidemur *Lachmannus* uidemus *M* 648 usus ita uertit *Lachmannus* usus uertit *M* usus reformat *Brissaeus* ususque vertit *Santenius* 649 Aeolica etiam dialectos fere est mista Italiae *ediderat Brissaeus*. Aeolum dialectos etiam ferme mista est Italae *G. I. Vossius etymol. v. vestis*. 'Aeolum *Bentleius*. *immo* Aeolică zalectos' *Lachmannus*. Aeolis dialectus *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 157* italiae *M* 651 εστης dicitur *M* 653 εἶαρ *Micyllus* εαρ *M* sed magis *Micyllus* et magis *M* 655 Homerus] *Il. B 852* 657 et 'Ιόλαος ille Violas *Dawesius misc. crit. p. 115 et Ruhnkenius apud Santenium*. et Iolaus uiolens fit *edidit Brissaeus*. Violens *defendit Huschkius de Annio Cimbro p. 59* 658 quamque *Micyllus* Quanquam *M*. quamque Itun dicunt Achaei, hanc Vitem gens Aeoli *Sanctius Minerv. IV 16, 13* 659 Aeolos *Micyllus*

U latina sic obesa sordet, a vocalibus
prorsus ut * segregandas sic utrasque existimem,
momen I quod consonantis, U vicem solam gerat.
hanc enim sensu per artem tradito dinoscimus:
illius conversionem et vox et aures arguunt.
Haec erit lex his duabus, I et U, quas rettuli,
syllabam per semet ipsae quando nudam copulant,
consonans nec ulla iunctis quaelibet praeponitur.
nam media post consonantem cum datur vocalis I,
U dein si consequatur, syllaba una non erit,
ut p i u s cum dico, d i u s o c i u s vel C a e l i u s.
Nulla diphthongos quod ante *ἰῶτα* praemitti sinit,
media porro si locetur U, fit una syllaba,
ecce rursum discrepare litteras istas vides.
namque c u i si quando dico, non erit disyllabon:
nec tamen diphthongos ista consonante praedita
poterit esse, quae videri non potest, cum libera est.
hoc enim solum adsequetur, quod digammos non erit,
ante posta cum sit ipsa, tum sequens vocalis I:
nam nisi insequatur aliqua consonantum littera,
c u i brevis manebit, atque longa fiet addita.
c u i s u p e r n o n d i g n a dixit h i e m i s e t s o l i s m a l a,
dixit et c u i t u f a v o s: pes hinc mihi primus sat est.
sic enim vel prima longa vel prior fit syllaba:
dactylus nam c u i s u p e r, c u i t u sequens spondeus est,
consonans quia post secuta tempus adiuvit breve.
hanc brevem sed ante nobis pervidendum est syllabam
una consonans secuta quatenus longam creet:
ipsa nam vel secum habere consonantem debuit,
vel duarum post sequentum sublevari tempore.
ante quod nobis liquere non potest, si non prius,
consonans quae prima in ista syllaba c u i scribitur
C magis vel Q notari debeat, dispexeris;
saepius quia C locare plurimis iam moris est:
sic enim constare poterit, e duabus quae magis
nunc locum vocalis habeat, U prior vel I sequens.

---

661 *sine lacuna M.* ut ego segregandas *Micyllus* ut ui segregandas *Lachmannus* 662 momen *Lachmannus* Nomen *M* 670 dius ocius ς DIVES OCIVS *M* dius ocium *Micyllus* 671 praemitti *Petrecinus* permitti *M* 677 digammos *Brissaeus* digammon *M* 681 *Verg. georg. II 373* cui super indignas hiemes solemque potentem 682 *Verg. georg. I 344* cui tu lacte favos et miti dilue Baccho 692 c magisne an q notari debeat *coniecit Santenius ad v. 1062*

namque si Q praeferatur, syllabae fient duae,
tertia his quod implicari nulla vocalis potest,
sed duae fient seorsae syllabae per se breves.
quī super sic inveniri dactylus iam non potest,
syllabas sed pes habebit quattuor totas breves.
principale sed videmus esse quis, quo nascitur
quī, dativum quando casum ratio sermonis petet.
casus et secundus ante, qui facit quius, probat
Q duarum praeditam esse syllabae vocalium.
quartus et casus priori non repugnat regulae.
nec minus Q perseverat, cum loquor pluraliter,
casibus cunctis iugamus quando vocales duas:
qui facit, quorum deinde, mox quibus, quos, a quibus.
usque Q numquam revelli propalam est pronomini.
dubius autem quia videri numerus et casus potest,
cum dativo singulari prima Q praescribitur,
et potest plurale quī lector aliquis credere
ac simul nutante casu tardius sensum sequi,
usus, ut solet, reliquit veritatis regulam,
litteram et dedit propinquam, dum studet compendio.
ergo per C iam videmus cui notandum litteram:
hanc enim U post insecuta praeditam docet sibi
et cohaerens I, secundo quando conexa est loco.
quippe Q non constat aliter quam duabus C et U,
B velut vel K quod esse Q vides muti soni;
Q velut et U, C quoque et UU plenius quod postmodum
sic in unam Q redactae congruerunt litteram,
portio ut nunc consonantis U videri rectius,
litterae vocalis habitum quam tenere debeat.
namque Q praemissa semper U simul iungit sibi,
syllabam non editura, ni comes sit tertia
quaelibet vocalis illis. hoc et exemplis proba.
namque equos vel aequos, aequor aut aquam cum scribimus,

---

696 si C praeferatur *M* si cu praeferatur *Aldus inst. gramm. p. 354.* '*scribendum uel* q *uel* quu. *litterae nomen est* quu, *id est* cvu, *non* cu' *Lachmannus* 699 CVI SVPER *M.* qui *duabus brevibus syllabis et hic et v. 702 dixit Terentianus pro eo quod rectius scribendum erat* quui, *sicut* quius *pro* quuius *dixit v. 703. 774* 700 totus *coniecit Santenius* 702 qui datiuum *Lennepius in editione Santenii p. 410*, CVI datiuum *M* 703 quiius *Brissaeus* quuius *Petrecinus* 712 QVI *M* qu i *divisim Lachmannus. an* qui sic? hoc qui *Santenius.* et potest plurale qui lector aliquis credere facile *ediderat Brissaeus* 721 q uelut et u c quoque et uu *Lachmannus* Velut Q et C quoque et V *M* q uelut, ita c et u quoque *Santenius* 728 Nanque EQVOS uel AEQVOR an AQVAM cum scribimus *M* nanque eques vel aequus aequor aut aquam cum scribimus *Santenius* nanque equos uel aequor, Aequos aut aquam cum scribimus *Lachmannus*

p. 2399 P.

et queo et querela, quercus et quater, Q praedita est.
et vides qui quoque similiter esse vocales duas.
unde si dematur I, et sola sit vocalis U,
non erit iam Q necesse syllabae praeponere,
sicut illic, cum querela et aequor aut aquam notas,
sed magis C: sola namque subditur vocalis U,
curo cum vel cupio dicis, curro vel custodio.
unde nomen qui sequondi rectius scribi putant,
si prius Q collocarint, U et O subiunxerint,
quia sequor *et* easdem habebat, unde nomen nascitur,
non videntur obtinere veritatis regulam;
quia sequor duas videmus esse vocales simul,
et merito tunc Q locamus exigente syllaba:
at secundus ut sit, una ponitur vocalis U:
C locari debet ergo, quando solam copulat:
quippe origo prima verbi non manet iam nomini.
ceterum vocalis illis si iugetur tertia,
Q necesse est prima detur et sit una syllaba,
nomina ut supra relata iam satis nobis probant.
non tamen prior U videri facta consonans potest,
consonans quia de duabus effici prior solet,
nuda sed priorque quando nec subacta est consonae,
quando et *hispidam* digammus sumit et formam et sonum.
nunc sonus vocalis illi, qui solet, cum libera est,
praedita est vel consonanti: nunc enim est vocalis I.
et tamen videmus illam consonae vim sumere,
tenvia ut dixit poeta nubis ire vellera:
longa fit nam prima TEN nunc, cum sequatur U et I.
nec minus, vocalis una si sequatur hanc, potest
consonae praebere vires et digammos effici,
genva cum labant Daretis, aeger est anhelitus.
nec potest et hoc liquere, an I putemus consonam,
longa cui super paretur ceu duabus consonis;

729 Q *om. M, add. Brissaeus.* u praedita est *Micyllus* 733 illic *Brissaeus* illi *M* aequor aut aquam *Brissaeus* AEQVOR an AQVAM *M* 735 cupio *Micyllus* CVPIDO *M* 738 et *om. M, add. Santenius* 746 ut sit *Hotchkisius* 750 priorque *Santenius* prior quae *M* 751 hispidam *om. M, add. Lachmannus.* quando non digammi sumit neque figuram neque sonum *ediderat Brissaeus,* quando semper haec digammi sumit et formam et sonum *coniecit Santenius* 755 *Verg. georg. I 397* tenuia nec lanae per caelum vellera ferri 758 et digammos *Brissaeus* nec digammos *M* 759 *Verg. Aen. V 432* genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus
761 ceu] *fortasse* ut

alteram quia consequendo semper I vocalis est,
tertiam et casus sequentes esse vocalem docent:
imo si nunc U putamus esse vocalis soni,
I magis vocalis esse iudicanda est subsequens.
numquid hanc diphthongon ergo ex U et I sic dicimus,
non ut U nunc sit latina, sed magis graecum sit υι,
γυῖα cum dicunt et υἷας, tale quid cui ut sonet,
temporum et per se duorum non requirat consonam.
cui super sed tale fiat, quale dudum trans mare,
longa cum reddit vacantes quae simul sunt consonae?
an magis cuii nos oportet per duas I scribere?
quia sequens casus videtur hoc sonare, qui facit
quius, ut Troia atque Maia, de tribus vocalibus;
cui super nil ut iuvetur a propinqua consona;
quando quius longa prior est, facta cum sit consonans.
haec putavi colligenda: tu sequere quod voles.
Nec minus natura varia est consonis in litteris.
digerunt quidem magistri, quando pueros imbuunt;
sed rudes ne praegraventur, parcius discriminant.
nam novem mutas vocarunt, semivocales item
esse septem tradiderunt: ordo uterque notus est.
De novem tres, ut vacantes, separandas convenit.
una nam spiramen addit omnibus vocalibus,
hasta quando et hedera dicis, Hister hospes atque humus.
quattuor solis adhaeret consonantum litteris,
inserit si quando graeca sermo noster nomina,
cum choros rhamnum necesse est, Phyllida aut thymum loqui.
sola nec vocalis usum nec tuetur consonae,
tempus aut ministrat ullum brevibus usquam syllabis;
et tamen vim consonantis adimit, una in syllaba
praedita est quotiens duabus U et I vocalibus.
huius aut huic solemus nam frequenter dicere:
U digammon esse nunc iam non sinit nec consonam,
esse quam semper necesse est, cum carens spiramine

784—788 *v. 212—221*

---

762 semper u uocalis est *Lachmannus, qui v. 764 ante v. 763 collocavit. ut* i *non posse pro consonante esse demonstret, hac ratione uti videtur Terentianus, quod et post* u *in eadem syllaba positum semper vocalis sit (v. 516), et* u *consonantem,* i *vocalem esse reliqui casus doceant* 766 nunquid *Petrecinus* Nunc quid *M* nunc quidem *Santenius* 770 sed tale *Brissaeus* et tale *M* trans mare] *v. 616* 788 aut *Micyllus* an *M* 793 huius aut huic *Brissaeus* huius an huic *M* huius aut huic sic *Lachmannus* 794 nunc h non sinit *coniecit Lachmannus* 795 esse quam *Santenius* Esse quia *M*

ante vocalem locatur, ut vigor valens vetus.
K similiter otiosa ceteris sermonibus,
tunc in usu est, cum kalendas adnotamus *aut* kaput:
saepe Kaesones notabant hac vetusti littera.
Q vacare prorsus omni diceremus syllaba,
C quod eius invenitur posse subdi pro sono,
casus unus ni probaret rectius poni semel,
syllabam iunctis duabus cum facit vocalibus,
ut satis sumus locuti iam priore pagina.
Nunc loquar natura quae *sit* omnibus, quae et singulis.
nulla nam mutis facultas ad sonum edendum data est:
labra fixa, vincta lingua est, exitus nullus patet,
nexa si non adiuvetur cuilibet vocalium.
namque B vel C sonare, porro D G et ceteras
quis queat, si non resignet labra vocalis comes,
syllabam fingas ut ante, litteram quam proferas?
semivocales videmus oris exprimi sono
posse vel solas, adhaerens nulla vocalis licet
exitum plenum ministret nuncupandae litterae.
verum enim binae ligari non queunt mutae simul,
syllabae si quando binas postulabunt consonas,
nominis verbive cuius quae tenent primordia:
C modo aut P copulare subditam T sic solent
non priore sed secunda dum latina in syllaba,
nactus ut dicas vel aptus, sanctus aut Neptunius.
ceteris natura non est ut duae iungi queant.
Semivocales oportet segregare attentius;
quas quidem quia nominatim versus indi non sinit,
ordinis signabo numero, quae sit haec quam disseram,
titulus *ut* praescribet iste discolor sinopide,
F L M N R S X.
prima mutas nec sequetur nec potest praecedere,
ipsa gemina nec locari simplici in verbo potest.
suffice et suffer vel offer est quidem duplex sonus,

822—825 *v. 222—226*

---

798 aut *om. M, add.* ς 804 sumus ς summus *M* 805 sit *om. M, add. Brissaeus* 810 quis queat *Micyllus* Quisque at *M* 811 quam proferas *Petrecinus* qui proferas *M.* cui praeferas *coniecit Lachmannus* 813 solas ς sola *M* 817 cuius quae *Brissaeus* cuiusque *M* cuiusque ut *Micyllus* 818 C modo ς E modo *M* 819 non priore sed *Petrecinus* non priores et *M* 825 titulus ut praescribet *Dawesius misc. crit. p. 497,* Titulus praescribet *M* titulus et praescribet *Santenius coll. v. 1055* F L ς E L *M*

p. 2401. 2 P.

partibus sed ex duabus verba coniungi vides:
et prior non hac eadem terminatur littera,
sed sonum confundit ipsa partium conlisio.
quattuor post hanc locatas Graecus udas nominat:
lubrica est natura in illis namque et alternus vigor.
nunc enim vocalis usum, nunc ministrant consonae,
et pedum vel hinc vel inde sublevant discrimina.
hinc sibi primam atque quartam semivocalis potest
subdere ista quam loquebar, quando flabra et flosculos
atque item frugem atque frondem nominas et talia.
non item potest secundam copulare et tertiam,
quia secunda mugit intus abditum et caecum sonum,
tertiam nec ullus illi sermo Romanus ligat.
nec sinas errare puerum, quando Daphnin scripserit,
semivocalem locandam primam ut istam existimet:
quippe nos, si quando graecum φ necesse est exprimi,
P et H simul solemus, non latinam hanc, ponere,
cuius a graeca recedit levis atque hebes sonus:
phosphoron Phrygasque nam vel Pamphilum sic scribimus.
Consonas autem per omnes, quae quibus iungi queant,
quas vetet natura iunctas convenire in syllabam,
ire iam nunc ideo nobis visum erit consultius,
in breve ut redacta silva demeret caliginem;
neu subesse praeter istos quos loquar casus putes,
qui pedum turbare normam, laedere aut metrum queant.
Praeter udas ergo, supra iam duas quas rettuli,
haec sibi nullam ligare semivocalis potest.
Quattuor post hanc loquemur ordine udas debito.
quas priores ante nullam consonam praeponimus,
ut caput verbi incohare conditae simul queant;
subdimus mutis earum plurimis tantum duas,
scilicet primam atque quartam, quod palam exemplis erit.
namque B C G, deinde P, priores ponere
singulas possis, ut uda prima sic subiecta sit,
blandior cum dico, cludo gleba plebs aut Plinius.

856—906 *v. 1208—1257*

---

837 ista ς istam *M* flosculos ς FLOSCVLVS *M* 838 nominas et *Micyllus* nomina sed *M* 841 nec ullus illi *Santenius* nec ullus illis *M* 847 uel Pamphilum *Micyllus* uel PHILVM *M* 850 uisum erit *Lachmannus* uisum est *M* 852 putes *Petrecinus* plures *M* 853 aut ς autem *M* 855 haec] '*immo* prima' *Lachmannus* 856 post hanc *Santenius* post hac *M* 860 scilicet *om. M, add. Lachmannus.* litteram primam *coniecit Ahlwardtus*

p. 2402 P.

D cum ea numquam coibit, Q magis numquam potest;
T potest, si quando graeca mixta sunt vocabula:
Tlepolemus Atlas solemus invenire in versibus.
uda quarta praeter istas quattuor, quas rettuli,
amplius D T priores subsequetur, ut puta
Brutus et Crassus fuerunt, Drusus et Gracchus, Procas,
Trossulus. iam sex habemus ante mutas redditas,
ceterae quia tres in usum syllabarum non cadunt:
semivocalis quod una praefici possit, tenes:
uda quarta praeter istas ceteris non subditur.
et secunda paene solis convenit vocalibus,
seu loco prior locetur, seu iugetur alteri,
mane cum dicis vel umbra mensis ambo et talia.
tertiam udam sibi videtur posse solam iungere,
sic tamen, non in priore sed sequenti syllaba,
omnis ut dicas vel amnis, uda quaeque cum sequi
alteram non possit udam, dum sit una syllaba,
omnis uda cum gemella rite coniungi queat,
Gallus ut vel Ammianus annus et Tyrrenius.
nec secus mutas videmus posse geminas currere,
obba et ecce redde et agger Attiusque et Appius.
hanc tamen Graecus secundam tertiae sic praeficit,
syllaba prima latine quod nequire diximus,
quando *μνήμην* atque *μνᾶσθαι* dictitatque *Μνεσθέα*.
interim compellit illam *δέλτα* nunc, nunc *ταῦ* sequi:
δμῶας et *Τμῶλον* videmus namque graeca nomina.
tertia uda sic videtur posse G mutam sequi,
graia verba quando in usum sermo noster suscipit,
Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis.
scribimus praenomen unum et C quidem praeponimus,
G tamen sonabit illic, quando Gnaeum enuntio;
asperum quia vox sonorem leviore interpolat,
vel priores G Latini nondum ab apice finxerant.
Gaius praenomen inde C notatur, G sonat.
sic amurgam, quae vetuste saepe per C scribitur,

---

864 cum ea *Lachmannus* cum hac *M* huic *Hotchkisius et Ahlwardtus* 866 Atlas solemus *Santenius* ATLAS: nam solemus *M* 871 *fortasse* ceteraeque tres 874 poene *M* 878 sic tamen non *Brissaeus* Sic tamen ut non *M* 882 TYRRHENIVS *M* Tyrrhenicus *Santenius* Turranius *Lachmannus* 887 Quando *μνήμην* atque *μνᾶσθαι* dictitatque *μνεσθέα* *Brissaeus* Quando MNEMEN atque MNASTHAE dictitatque MNESTHEA *M* 895 laeuiore interpolat *Brissaeus* leuiorē interpollat *M* 896 nondum ς nundum *M* 897 Gaius et *Ahlwardtus: cf. v. 988* 898 sic amurgam quae *Lachmannus* Sic AMVRGA quia *M* sic amurca quae *Brissaeus*

p. 2403 P.

esse per G proferendam crediderunt plurimi,
quando *ἀμόργη* graeca vox est, *γάμμα* origo *ut* praeferat:
ille contra dicat, unde C sonare debeat.
G tamen, mox tertia uda, rarius componitur,
quando **gnatum** nominare, dicere aut **gnarum** voles:
namque **magnus dignus agnus signa pugna** et talia,
syllabae cum sint secundae, non ita impugnant pedes;
quis iugatis impediri, cum caput verbi tenent,
saepius pedes videmus, ut suo promam loco.
Ammonet nunc ordo sextam semivocalem loqui,
quae sonum nobis ministrat, *σίγμα* quem Graecis solet.
vivida est haec inter omnes atque densa littera:
ἀρκτικόν Graeci vocarunt, adseruntque exordiis,
et probant mutis eandem paene cunctis praefici,
cum *σβέσον σθένος*que dicunt, *σκῆπτρον*, et quando *σπάθας*
στέμμα dicunt, *σφίγγας* aeque, *σχήματα*: atque udae quoque
posse praeponi secundae sic apud Graios vides,
σμῆγμα si quando aut *σμάραγδον*, *σμιλίον* vel nominant.
γάμμα solum non videtur posse subdi, quia loco
intimo fauces prope ipsas littera haec excluditur,
dentibus *σίγμα* atque labris proximam sedem tenet.
σίγμα quis possit negare quod det adiunctum sonum,
cum sonis utrisque constet *ζῆτα*, quod graecum duplex?
nomen etsi non videbor tradere exempli loco.
syllabis sedet secundis, quando prosa oratio est,
versus ut quadrae resistat, nec propaget terminum.
Nestoris si forte nomen dividendum incurrerit,
νῦ et E versus prioris obtinebunt extimum,
sigma versus insequentis atque *ταῦ* exordium.
nos tribus mutis eandem possumus praeponere,
nulla cum sic possit ante semivocalis dari:

928—930 *v. 1058. 59*

---

899 proferendam *Lachmannus* proferenda *M* 900 ut *om. M, add. Lachmannus* 903 aut *Brissaeus* an *M* 907 suo promam loco] *v. 1228 sqq.* 909 quem Graecis *Dawesius misc. crit. p. 11,* quod graecis *M* 912 poene *M* 916 aut *σμάραγδον σμιλίον Lachmannus* an *σμαραγδον σμαιον M* an *σμάραγδον σμηνίον Brissaeus, ubi* aut *pro* an *Micyllus* 917 *γάμμα* solum *Micyllus* N solum *M.* M enim solum uidetur *ediderat Brissaeus* 918 littera haec ς litteras: haec *M* 920 *σίγμα*] *δέλτα Micyllus* 921 *ζῆτα* quod *Micyllus* ζ quod *M ζῆτα* quis *Santenius* zaeta quot *Lachmannus. malim ζῆτα* Graecorum duplex. *nam duplici Graecorum littera z, quam ex* s *et* d *constare voluerunt grammatici, hoc probari voluit Terentianus,* s *ante consonantes positum adiunctum sonum edere* 924 quadrae *Lachmannus* quadre *M* 926 *νῦ* et e *Lachmannus* N et E *M*

p. 2403. 4 P.

scuta namque spatia dico, stamina aliaque hoc genus.
et duas simul ligare sola consonans potest,
scrinium struemve quando splendidumve dicimus.
tres tamen numquam coibunt, uda ni sit tertia.
Semivocalis suprema duplicis restat soni.
praefici in verbis latinis ista nec vocalibus
poterit umquam: tantum abest ut consonis *,
ipsa cum constet duabus comparata consonis.
syllaba quacumque sane subditur vocalibus,
quando rex calixve dicis, pax latex apex senex.
ante vocales locatur in sequenti syllaba,
faxo si dicas vel axis nexus uxor noxia.
tantum apud Graecos videmus inchoantem nomina,
qui *ξένον ξανθόν* loquuntur, *ξουθόν* et *ξεινήϊα*.
consonis praefertur autem, si dirempta syllaba est
nominis verbive, cuius cum Latinis sermo sit;
expuli cum dico et exta, seu quis excussam comam
dicat aut exlex, et illud, hoc sine exquiram prius:
adde et exsortem, vel istis simile siquid finxeris.
muto vel partem prioris, si fit hirtum, syllabae,
ecfer ut dicam, vel illud, hoc tibi effectum dabo.
verba contra separata quando sic conectimus,
hanc ut ante desinentem subsequatur consonans,
E sat est solum locare. quia duplex est consona,
tres videntur syllabam unam consonantes edere:
hispidum quod porro ne sit, dico et e bello viros,
dico et e pago reversos, dico et e foro domum.
ast enim Graius locabit quandocumque hanc ultimam
sive in uno comprehensam sive verbo separi,
consonam numquam iugabit, quia sono levi studet:
nam nisi *et* vocalis adsit, vertit hanc in simplicem:
κάππα enim solum sonabit, *σίγμα* vero excluditur.
sic et *ἐκπλῆξαι* loquuntur, sic et *ἐκπέρσαι πόλιν*,
sic et illud, *εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη*,

---

930 aliaque *Lachmannus* atque *M* atque alia *Micyllus* 931 *fortasse* consonas 933 ni sit *Lachmannus* nisi *M* nisi sit *Micyllus* 936 ut consonis *sine lacuna M* ut praelocetur consonis *Brissaeus* 940 locatur in *Micyllus* locatur ut in *M* 943 et *ξεινήια Micyllus* et *ξηνιηα M* 950 ECfer *M* effer *Brissaeus* 958 siue uerbo pari *M*. siue uerbo separi *vel* dispari *coniecit Micyllus*, siue uerborum pari *Dawesius misc. crit. p. 16.* siue in uerbo pari *ediderat Brissaeus* 959 nunquam iugabit *Micyllus* nun qui iugabit *M*. non x iugabit *ediderat Brissaeus* leni *Dawesius* 960 et *om. M, add. Lachmannus* 962 *ἐκπέρσαι*] *Hom. Il. A 19* 963 *εἰς τὸ κάλλος ex Eurip. Orest. 1287 (1279 ed. Pors.) Dawesius*, εκστομοατος *M*

p. 2404 P.

sic et ἐκ πάντων solute, sic et ἐκ νήσου facit.
Litteras autem receptant saepe ternas syllabae,
nec minus saepe et quaternas, porro quinas parcius.
esse quia vocalis una debet una in syllaba
vel duae, diphthongos edit quando vocalem sonum,
inde rarum est consonantes addere uni quattuor;
quia vetat natura mutas iungere una in syllaba:
semivocales iugari saepius deprendimus,
in quibus iam scimus udas computari quattuor.
syllaba ergo quando quinque litteris componitur,
consonas duas necesse est et tot udas copulet,
possit ut vocalis una syllabam talem dare.
ergo frons et glans videmus esse quinas litteras:
consonans nam prima et uda, postmodo uda et consonans,
O tenent utrimque iunctam: sic et A, cum glans erit.
est et uda quando sola, dantur et tres alterae,
consonans cum sit bis una, sitve duplex tertia:
stant enim cum dico verbum, T secunda et ultima est:
strixve si dicam, supremam duplicem esse perspicis.
porro cum diphthongos inerit, fraus velut scribi solet,
e tribus videmus unam quae sit uda consonis.
nempe et esse litterarum syllaba una sex potest,
graeca cum duplex duabus solvitur nostratibus,
dixerit si forte quidam scrobs abunde fossa erit,
stirps velut dixit disertus Gracchus alter Gaius.
Graecus hoc casu nequibit syllabam talem dare,
nec dabit per se seorsam, sed residuam nominis
eque diphthongo coactam promet et pluraliter.
namque declinare Graeci saepe sic αἰσχρούς solent:

987. 88 *Serv. in Verg. georg. II 288*

966 quatternas *M* 981 t secunda et ultima est *Brissaeus* T secunda T et ultima est *M* 983 uelut ς ut *M* 984 e tribus — quae sit *Micyllus* Et tribus — quae est *M* 985 nempe et esse *Lachmannus* Nec monet esse *M* esse nec non *Micyllus*. *an* namque et esse, *ut v. 1154?* 987 *Serv. in Verg. georg. II 288* ut etiam supra diximus, scrobes sunt masculini generis. nam et Cicero in oeconomicis sic dicit, et Plautus ait 'sexagenos scrobes'. minor autem est Lucani et Gracchi auctoritas. nam Lucanus ait *(VIII 756)* 'exigua posuit scrobe', Gracchus 'abunde fossa scrobis est ('*immo* scrobs erit' *Lachmannus*)', quod exemplum in Terentiano est. *et de Gracco, cui nominativus* stirps *a Terentiano tribuitur, Servius erravit, et verba corrupit* fossa erit *Lachmannus* fossa est *M* fossus est *Micyllus*. scrobis abundae quod fossa est *ediderat Brissaeus* 990 sed *Micyllus* et *M* 991 eque diphthongo *editor Sanctandreanus* Aeque diphthongo *M* Atque diphthongo *Brissaeus* 992 Graeci ς graecis *M*

αι prior si separetur, sex erunt superstites:
ἀρτικόν nam cernis esse σίγμα primum et ultimum,
alteram diphthongos auxit copulando litteram,
consonans et uda complent syllabam senariam.

Nunc per ipsas ire pergam syllabas, quae versibus
scrupulum solent movere, ratio si non cernitur.
Sed quoniam exemplis heroi carminis uti
res monet, ut pedibus sistat sua regula iustis,
seu vitium incessit, metri ratione probemus,
aptius est nobis simili decurrere norma,
discolor alternos referat ne pagina versus.
Spectandis pedibus quae sunt nimis obvia, mittam:
natura longas quid enim tractare necesse est,
aut facili positu et plana ratione patentes?
quae pueris etiam promptum est occurrere parvis.
nec mihi Graecorum ratio est attingere κοινάς,
quarum rarus inest nostris in versibus usus,
nec tanta in pedibus venia conceditur uti.
e brevibus quotiens longae redduntur, oportet
versificatorem, quid littera quaeque ministret,
dispicere atque aptas natura iungere secum,
vel discordantes mutatis vincere verbis.
consona sed sane gemina est cum praedita verbo,
seu medio in pede sunt, sive has pes proximus infert,
quam dubias pedibus soleant adferre figuras,
ut possum, paucis nitar discernere verbis.
Syllaba prima brevis quemcumque pedem generabit,
longa fit a geminis, quibus indita consona vis est,
seu pariter iunctae, suberuntve in parte sequenti,
seu sunt divisae finemque caputque tenentes.
exemplis manifesta magis reddenda videntur.
'postquam res', prior est iunctis adiuta duabus:
subiectis aeque fiet, cum dicimus agros:
'at tu sume pedum', divisas cernis utrasque.

1010 *Serv. in Verg. Aen. V 467*

---

ante v. 997 maius spatium relictum est in M 1000 sua] seu *Petrecinus* 1010 pedibus] metris *Servius in Verg. Aen. V 467* 1019 breuis quēcunque *M* breuis quaecunque *Aldus inst. gramm. p. 247 et ς* breui quecunque *Lachmannus. primam pedis syllabam natura brevem, sive dactylus sive spondeus pes sit, positione longam fieri Terentianus dicit* 1024 postquam] *Verg. Aen. III 1* 1026 at] *Verg. bucol. 5,88*

dactylon haec eadem poterit totiens dare forma,
quando brevem mediam brevis aeque tertia claudet.
nunc age, nescio quis, nec non et Belgica collo,
uda etiam quocumque loco, seu subdita detur,
libera seu, verbo quasi consona curret in uno,
'arma virumque cano', 'duris agrestibus arma'.
Si sit longa prior, mox hanc correpta sequatur
vocalis verbi pariter cum fine resistens,
syllabaque adiaceat geminis exorta sonoris,
non semper videas spondeon posse creari;
quia mutas ita coniungi natura recusat,
ut pariter poni possint in parte sequenti:
udas nec possis umquam praeponere mutis:
nec tempus praestant udae, cum subiciuntur
nominis in capite aut verbi. superest igitur quid?
ut sint divisae, subduntur quando trochaeo;
unam detineat sequitur quae syllaba primam,
atque ita vocalis superet non sola trochaeo;
altera succedat, qua proximus exoritur pes.
'et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae':
'postquam res Asiae': geminum hoc exemplar habebis.
Ergo ut vocalis remanens in fine trochaei
et verbi finem faciat, spondeon et edat,
unicus efficiet casus, si qui sequitur pes
nascatur certis, quas debet habere, sonoris,
dum caput obtineat fortissima littera verbi.
haec quae sit, iam scire potes, si prima tenebis,
quae tibi, cum loquerer septem quoque semisonantes,
discrevi titulo et numero signante notavi.
haereat ergo animo sexta hinc tibi vivida perquam
littera de numero, quam dixi, semisonantum;
quae sibi tres tantum poterit subiungere mutas,
si quando scutum spumas vel stamina dico.
haec sola efficiet, nudo ut remanente trochaeo
spondeum geminae possint firmare sonorae.

1058. 59 *v. 928–930*

1027 forma *Aldus* formam *M* 1029 Belgica] *Verg. georg. III 204* Belgica vel molli melius feret esseda collo 1032 arma] *Verg. Aen. I 1* duris] *Verg. georg. I 160* 1035 syllabaque *Aldus* syllaba quae *M* 1040 subiiciuntur *M* 1043 quae *Brissaeus* qua *M* 1046 *Verg. georg. III 102* 1051 sonoris *Aldus* sonoras *M* 1056 hinc] haec *Aldus inst. gramm. p. 291* perquam *Lachmannus* parque *M* parsque *Aldus* 1057 dixi] *v. 910*

p. 2406. 7 P.

exemplis, an prava sequar vel recta, probato.
quisque scire cupit vel quisque scribere curat,
ante stare decet cum dico et separo verbum,
ante Stesichorum vatem natura creavit,
ultima vocalis remanens finisque trochaei
excipitur geminis, quis proximus exoritur pes;
quae quamquam capite alterius verbi teneantur,
sufficiant retro vires et tempus oportet,
consona quod debet geminata referre priori.
nam cur spondeo credas non reddere tempus,
quae tali positu, cum dactylus incidit, obstant?
incipe si dicas et scire aut scribere iungas,
creticus efficitur. quis viribus ergo nocebit
subdita praeteritae, cur isdem viribus aeque
tempora non praestet, cum sit subiecta priori?
quin mirum magis invenias, ut tempore duplo
semisonans istaec pariterque et muta cohaerens
correptam retro nequeant augere trochaei.
nam nisi vocalis producta sequatur utrasque
tertia, quas dixi nullum poterunt dare tempus.
scire etenim cum dico et stare spumeus amnis,
tertia vocalis producta adiungitur illis,
atque inde accipiunt vires prosuntque priori:
si fuerit correpta, nihil praestare valebunt,
cum scapulam spatium stimulum subiungo trochaeo.
quippe pedem primum nisi pes comitabitur alter,
desinit esse caput versus, est prosa loquela.
pes etenim speciem metri numquam facit unus,
quia et variis pedibus loquimur sermone soluto,
nec metrum facimus, quia fungimur ordine nullo.
adde quod hic primum cernis nutare trochaeum,
quem tantum in fini sumunt heroica metra.
cui si dactylici generis subiungitur alter
a geminis ortus, cui sit quoque tertia longa,
cum fit dactylus ipse, simul quoque reddat oportet
spondeum, pleno qui tempore solus egebat.
cum correpta adeo vocalis tertia curret,
si positu longa efficitur, pedis efficit orsum,
dactylicumque parat iam rite effingere metrum,

1062 sequarue an recta probabo *coniecit Santenius* probabo *Aldus* 1064 Ante-STare *M* 1075 hisdem *M* 1088 est prosa loquela *Lachmannus* et prosa loquela *M* et prosa loquela est *Petrecinus* 1099 positu ς posito *M*

p. 2407 P.

suggerit et tempus, quantum producta solebat.
quod nos exemplis aeque firmare decebit:
unde scissa coma est aut unde spissa corona,
ecce stagna madent: triplici sic syllaba pacto
temporis accessu non tantum est reddita longa,
sed dedit et vires geminis augere trochaeum.
Dactylus in brevibus vocales quando supremas
servabit verbique simul cum fine resistet,
si pedis alterius primordia consona et uda
subnectent, pes incolumis vegetusque manebit:
'consona si gemina est, qua proximus incipiet pes,
cuius principium sexta haec, quam dico, tenebit,
dactylus ille prior, quamvis sermone peracto
discretus liberque pedis compage secundi,
sentiet accessum momenti et temporis auctum.
exemplo versus unius utrumque probabis,
'ante supinatas aquiloni ostendere glebas'.
tendere cum verbi finem simul et pedis explet.
nil obstant pedis alterius modo consona et uda.
syllaba si contra veniat, qualem modo dixi,
temporibus vitiatus erit pes integer ante,
ante supinatas aquiloni ostendere strages:
tertia sic longa efficitur, pes creticus exit.
vel tu finge aliud, dum talis syllaba detur:
sed nullam invenies, nisi littera sit prior ista,
quae sexto praescripta loco est atque ordine earum,
dimidium vocis quas edere diximus ante.
Syllaba difficilis quotiens correpta secunda
indiget auxilio, quo tempora bina ministret,
dactylus inde magis, spondeus rarior exit.
nam cum finitur vocali sermo trochaeum
destituens, iam pes in dactylon ire videtur,
inque breves geminas longam laxare secundam,
spondeus quo more solet dare dactylon ex se.

1103 *Serg. de syll. 479, 5 Serv. in Don. 424, 18 Cledon. 29, 26 Pompei. 117, 23 Consent. 399, 22 [Victor.] de final. 230, 13 Marcian. Capell. III 278 p. 69, ed. Eyss.*

1103 *Verg. Aen. VIIII 478* scissa comam muros amens atque agmina cursu Prima petit, *ib. 508* interlucetque corona Non tam spissa viris 1104 *Verg. georg. III 428* et dum Vere madent udo terrae ac pluvialibus austris, stagna colit 1117 *Verg. georg. II 261* 1118 stendere *Brissaeus* 1123 sic longa *Brissaeus* si longa *M* 1126 praescripta *Brissaeus* proscripta *M* 1129 quo tempora bina ministret *Lachmannus* quo tempora bina ministrat *M* quod tempora bina ministrat *Brissaeus*

p. 2407. 8 P.

quippe ubi sola manet verbi vocalis in imo,
et brevis haec abscissa etiam comitemque requirens
nullaque consona iuncta parat dare temporis auctum,
nil iam spondeo videas superesse relictum.
vel tu ruricolae primum decurre Maronis.
Liber et alma Ceres: et ferte simul Dryadesque:
munera vestra cano: et studium cui prima frementem:
ipse nemus: tunc dique deaeque: atque arva tueri:
quique novas: et quique satis: et teque sibi: mox
nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
anne novum: tunc ipse tibi: plus parte relinquit:
vere novo gelidus canis: et taurus aratro:
et quid quaeque ferat regio: et quid quaeque recuset.
bis decies unumque supra, nisi fallimur, ecce
dactylon efficiet talis, quem dico, trochaeus,
spondeum at nullum potuit dare versibus isdem.
  Namque etiam duplex quae nobis una relicta est,
principium verbi quoniam proferre latini
non valet et tantum vocali subdita currit,
cum graecum inciderit nomen, quo possumus uti,
si post dactylon accedat, nil tempore duplo
officiet. gemini poterunt quod pandere versus,
pontibus instratis coniunxit litora Xerxes,

1160. 61 *Cledon. 27, 31 Pompei. 119, 26* 1160 *Serg. de syll. 479, 29 Beda de metr. 2355*

1136 etiam] aliam *Aldus inst. gramm. p. 282* 1140 *sqq. exempla trochaeorum ex Vergilii georgicorum libro primo petita leguntur duodeviginti, v. 7* alma, *11* ferte, *12* vestra *et* prima, *16* ipse, *21* dique *et* arva, *22* quique, *23* quique, *31* teque, *32* anne, *34* ipse, *35* parte, *37* dira, *43* vere, *45* taurus, *53* quemque *bis. quibus si adduntur eiusdem generis exempla tria, quae in eadem libri parte restant, v. 30* sola colant, *47* illa seges, *52* cura sit, *efficitur numerus exemplorum viginti et unius. praeterea addi poterat v. 3* cura boum; *pro v. 45 autem* taurus aratro *(v. 1149) scribendum erat v. 44* gleba resolvit. *retinui scripturam principis editionis praeter ea quae errori grammatici tribuenda sunt etiam neglegentia librariorum corruptam* 1141 et studium] tuque o *Brissaeus ex Verg. georg. I 12* 1141—1144 frementem Fudit equum magno tellus percũssă trĭdenti. Īpsĕ nĕmus. Tegeaēĕ făuens oleaĕque Mĭnerua Dīquĕ dĕaeque omnes, studium quibus ăruă tŭeri *Aldus, quem editores ante Lachmannum secuti sunt* 1145 teque] quaeque *Aldus* 1146 nec tibi *sqq. post. v. 1147* anne *sqq. transposuit Lachmannus* 1147 tunc *Aldus* nunc *M* 1148—1150 Vērĕ nŏuo gelidus canis cum montibus humor Liquitur et Zephyro putris se glēbă rĕsoluit Et quid *sqq. Aldus et editores ante Lachmannum* 1150 QVEQVE REcuset M 1153 at *Lachmannus* et *M* 1155 *et* 1156 *rectius post v. 1157 legerentur* 1156 uocali *Brissaeus* uocalis *M* 1158 tempore duplo *Micyllus* tempora duplo *M* tempora duplex *Brissaeus* 1160 *versum a Terentiano, ut videtur, fictum collato versu Ennii apud Varronem de ling. lat. VII 21 Ennio tribuit Columna Enn. fragm. p. 129 ed. Hess., in annalium libro XIII posuit Merula Enn. ann. fragm. p. 537* littora *constanter M*

p. 2408. 9 P.

sanguine turbatus miscebat litora Xanthus.
litora pes longa constat brevibusque duabus:
tempora nec laedit duplex, quin dactylus extet.
pro duplici contra gemina est si consona, laedit,
pontibus instratis coniunxit littora Sciron.
in tantum vegeta est et vivida littera sexta,
cum prior est, et muta loco subiecta secundo:
arcticon idcirco stoechion Graecia dixit.
sed non principium nunc nominis incohat ipsa,
cum duplicem reddit, sequitur sed pone priorem,
cum Xanthum Xerxen aut Xuthum et talia pono.
nam ξσ; quod Graecis commune videmur habere,
κάππα et *σίγμα* facit, non *σίγμα* et *κάππα* secundo:
nec sonus est illis idem nec littera prima;
quae cum mutatur, mutatur origo sonandi.
sic *Ξέρξης* duplicem praestat, *Σκείρων* aliquid plus;
ut supra ostendi, cum scire et scribere curat
vel scutum spatium spumas aut stamina dixi.
Imo velim spectes, quam multa occasio detur,
cum remanet nutans etiam dubiusque trochaeus,
dactylus ut crebro, spondeus rarior extet.
syllaba vocali quando est finita secunda,
tertia vocalem si subicit, hiscere credas:
est tamen exemplum, vocalis consona si fit,
'ante Iovem nulli subigebant arva coloni'.
vocalem mediam si consona suscipit una,
dactylus incolumi constabit lege sonoque,
'ante tibi eoae Atlantides abscondantur'.
consona si mediam determinat, altera porro
vocalem adnectit, simili pes lege probatur,
'venit et upilio, tardi venere subulci'.
si mediam vocalis habet, quam consona et uda
excipiunt, nequeunt geminae vexare priorem,
'unde tremor terris' aut hoc, 'percussa tridenti'.

1192—1200 *Pompei. 118, 15*

1162 breuibusque ς breuibus quae *M* 1163 dactylus ς dactylos *M* 1169 nunc tunc *Micyllus* 1172 Nam ξ quod *M* 1173 et *κάππα* secundo ς et *K* secundo *M* 1174 est illis *Lachmannus* ex illis *M* 1176 *σκείρων Micyllus σκηρων M* 1177 supra] *v. 1063. 1059* curat *Brissaeus* curas *M* 1178 spatium] sputum *Brissaeus* 1183 subiicit *M* 1185 *Verg. georg. I 125* 1188 *Verg. georg. I 221* 1190 adnectit *Brissaeus* aduectet *M* 1191 *Verg. bucol. 10, 19* bubulci *Brissaeus ex Vergilto* 1194 unde] *Verg. georg. II 479* percussa] *Verg. georg. I 13*

p. 2409 P.

dactylus efficitur: nam longa est reddita prima,
et mediam nil uda iuvat, quae subdita currit:
sic manet unde brevis, sic et percussa tridenti.
syllaba si contra fortisque et vivida detur,
unde scire potes, percussa spumat harena,
reddet spondeos iusta ratione locatos.
nec modo quia verbo finem facit unde, putato
sic cecidisse: magis sermone notabis in uno
congruere ut cassae pariter sint consona et uda,
'et solem geminum et duplices se ostendere Thebas'.
et duplices mediam non possit reddere longam.
perspicis udarum quam vis modo fiat inanis,
subiectae quotiens et iuris sunt alieni.

Hoc et diversa melius ratione patebit.
vocalis mediae nam quando residet in udam,
tertiaque accedens similem geminaverit udam,
spondeus plenis reddetur temporibus pes,
'attollitque animos: Poenorum qualis in arvis':
'et Tyrrhena pedum circumdant vincula plantis'.
nec non vocalis primae si quamlibet udam
contineat, veniensque aliam subiecerit udam
praepositam longae, spondeon cernimus edi,
'Pallenen: hunc et Nymphae veneramur, et ipse'.
'Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos'.
si fuerit correpta sequens, et tertia talis
iungenda est, pes sic geminis fit dactylus udis,
spondeum qualem geminae fecere priores,
'Palladia gaudet silva vivacis olivae',
'Parrhasio dictum Panos de more Lycaei'.
cur tantum valeant udae, modo reddita causa est:
consona quia vis est illis. nunc libera namque
utraque complexu alterius nec subdita currit:
inter vocales positas nam cernimus ambas.

Quattuor udarum primam quartamque videmus
in pedibus varias effingere posse figuras:
uda secunda sed his et tertia dissimiles sunt,

1208—1257 *v. 856—906*

1204 *Verg. Aen. IIII 470* ut solem *Micyllus* 1205 et duplices *Aldus inst. gramm. p. 281* Et DVPLicem *M* possint *Aldus* 1206 quam uis ς quanuis *M* 1211 plenis *Santenius* plenus *M* 1212 *Verg. Aen. XII 4* 1213 *Verg. Aen. VIII 458* 1217 *Verg. georg. IIII 391* ipsae *M* 1218 *Verg. Aen. VII 426* 1222 *Verg. georg. II 181* 1223 *Verg. Aen. VIII 344*

consona nulla potest quoniam sociare secundam
sermone in nostro, sicut positum ante tenemus;
tertia non aliter mutae subiungitur uni,
quam quotiens Gnaeum gnarum gnatumque loquemur,
syllaba dum primas habeat geminisque creetur.
has etiam geminas pedibus similes dare formas
invenies, geminae quot prima et quarta dedere,
'talia flammato secum dea corde volutans',
'non anni domuere decem, non mille carinae',
'quam multa in tectis', 'una cum gente tot annos'.
dactylus hinc etiam reddetur talis, ut illinc,
'quem mea carminibus meruisset fistula caprum',
'annuus exactis completur mensibus orbis'.
nec non et mutas geminas componere possis,
obba et Tucca velut, muris velut additur agger,
Oppius advenit, comes est quoque Tettius illi.
uda igitur numquam praebebit subdita tempus?
praebebit verbo deprensa aut nomine eodem:
replet cum dico, subiecta est uvida mutae:
Atlas ut graeca, sic profero voce latina.
uda secunda utinam nostra sic voce sederet!
exemplo sat erit qui dixit 'membra Pyracmon'.
tertia tum cycnus. sed quarta frequentior his est:
nam mutis docui subiectam hanc omnibus esse.
Fabricium dixit, 'sacrum qui', 'limite quadret',
agricola et vepres, dixit 'saluere per utres'.
tempora sic praebent udae, cum subiciuntur.
Si pars sermonis perstat nec fine trochaei
finitur, geminae praebebunt tempora mutae,
quae secum iungi possunt, ut diximus ante,
siqua prior seu posterior correpta locatur:
sermonis dixi, non hanc pedis esse priorem.
cum prior est, duplici exemplo contentus abito.
'et genus invisum et rapti': prior hic brevis est RA,
longa fit a geminis, quas proxima syllaba praebet

1237 quot *Santenius* quod *M* 1238 *Verg. Aen. I, 50* 1239 *Verg. Aen. II 198* 1240 quam multa] *Verg. georg. I 449* tam multa *Brissaeus ex Vergilio* una] *Verg. Aen. I 47* 1241 ut illinc *Santenius* ut illic *M.* hic etiam — ut illic *coniecit Luzacius apud Santenium* 1242 *Verg. bucol. 3, 22* 1243 *Verg. Aen. V 46* 1252 membra] *Verg. Aen. VIII 425* 1253 cyCNus et *M* cygnus sed *Brissaeus* 1255 Fabricium] *Verg. Aen. VI 844* sacrum qui] *Verg. Aen. II 230* limite quadret] *Verg. georg. II 278* 1256 saluere] *Verg. georg. II 384* 1257 subiiciuntur *M* 1258 si pars ς Si par *M* 1264 *Verg. Aen. I 28*

p. 2410. 11 P.

eiusdem verbi: nam P sequitur simul et T.
'quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto':
pro geminis duplicem recte subiungere possis.
sic reddunt longas, quod dudum posse negavi,
finitur quoniam pleno tunc sermo trochaeo,
vivida nec praesto est totiens tibi littera nota:
nunc sermo incolumis sibi vires ipse ministrat.
at quotiens correpta sequens est syllaba, posse
spondeum fieri, si syllabá tertia tales
substituat geminas, exempla tibi totidem do,
'efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto',
'hunc illa exceptum'. correptas cernimus ambas
sermonum voces positas in parte sequenti;
sed tamen has etiam reddet tibi syllaba longas
tertia, quae geminis constat subiecta sonoris,
quia sermo ipse manet nulloque est fine recisus.

Forsitan hunc aliquis verbosum dicere librum
non dubitet; forsan multo praestantior alter
pauca reperta putet, cum plura invenerit ipse;
deses et impatiens nimis haec obscura putabit:
pro captu lectoris habent sua fata libelli.
sed me iudicii non paenitet: haec bene vobis
commisi, quibus est amor et prudentia iuxta,
et labor in studiis semper celebratus inhaeret:
vos sequar, in vestro satis est examine cautum.
haec ego cum scripsi, bis quinis mensibus aeger
pendebam ambiguum trutina sub iudice corpus,
alternum nutans et neutro pondere sidens:
nam neque mors avide nigros pandebat hiatus,
nec vitam forti retinebant stamine Parcae.
sic varios tam longa dies renovando dolores
duxit ad hoc tempus semper sine fine minando.
cum potui tamen, obrepens incepta peregi,
quo vitae dubius vel sic vixisse viderer.

1296. 99 *Serv. in Verg. Aen. IIII 413* sic Terentianus 'ut vitae dubius varios renovando dolores'

1267 *Verg. Aen. XI 721* 1271 vivida *sqq. post v. 1272* nunc *sqq. habet M, transposuit Lachmannus* 1276 *Verg. Aen. I 160* 1277 hunc *Santenius* Nunc *M*: *Verg. Aen. XI 684* *v. 1282 cum superioribus sine interstitio coniunctum habet M, separavit Lachmannus*

DE METRIS

Nulla vox humana constat absque septem litteris,
rite vocales vocavit quas magistra Graecia:
quicquid audis praeter istas, pars soni, non vox erit.
quinque contenta est figuris Romuli latinitas:
η et ω longas enim nos non habemus litteras,
nec breves semper vocamus his duas contrarias.
ceteras tres, quae supersunt, dichronas cognominant,
corripi quod saepe eaedem, saepe produci valent.
porro cunctas noster usus quinque vocales suas
corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
utitur longis et isdem brevibus aeque fungitur,
nec brevem semper requirit, semper aut quae longa sit,
omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis.
in brevi sed tempus unum est, bina longae possident.
  Vna vocalis iugata consonanti aut pluribus
syllabam reddat necesse est. syllabam Graeci vocant,
ore quod simul profectae copulant unum sonum:
vinculum nam signat ista congregale dictio.
et tamen vocalis una quando pars sermonis est,
syllabam dici necesse est, cum sit una littera.
  Cum brevis duas habebit adiacentes consonas,
sive secum vel sequenti copulatas syllabae,
singulae vel dividentur, longa fiet e brevi,
non secus producta quam si temporis dupli foret.
nec minus longam probamus, una cum duplex erit,

1300—1334 *Mar. Victor. 31, 17—32, 6* 1300—1313 *v. 354—364* 1300. 1301 *Serg. explan. in Don. 520, 5* 1300 *Mall. Theod. p. 548 ed. Gaisf.* 1317 *Pompei.* 111, 21.

DE METRIS] DE VOCE *M* TERENTIANI MAVRI DE METRIS OPVS VARIO CARMINE COMPOSITVM *Micyllus* 1301 rite quas vocales vocat et magistra Graecia *Sergius explan. in Don. p. 520, 7* 1310 et eisdem — fungitur *supra v. 362*, sed isdem — fungitur *hoc loco M* 1314 DE SYLLABIS *M* 1320 DE POSITIONE LONGIS *M*

p. 2412 P.

quia duarum consonantum vim suo praebet sono.
vel gemellis cum iugamus syllabam vocalibus,
misceant sonum necesse est, iure distent temporum.
A et E simul iugatae sive cum illa singulae,
quinta quae vocalis est, longam creabunt syllabam.
I et U non hoc valebunt, sive praesint alteri,
vel sibi cum copulantur; quia prior fit consonans,
illa quae remansit inde tempus unius tenet
sive duplum, quale et omnis, quando producta est, habet.
O cum E tantum iugatae longa semper syllaba est.
Cum duas sermonis usus comprehendit syllabas,

* * *

hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara sit,
ante quae natura quaeque ratio sit dicam pedum.
sed prius nitar docere simplices quos nominant,
una vis quod syllabarum est, quando binos scandimus.
Ergo cum duas videbis esse iunctas syllabas,
effici pedem necesse est, sint breves ambae licet:
una longa non valebit edere ex sese pedem,

1340—1347 *Diom. 475, 1—4*

1326 cum iugamus *Brissaeus* coniugamus *M* 1328 a et e simul iugatae siue cum illa singulae *Lachmannus* V et E simul iunctae uel cum illa singulae *M* a et e iunctae simul uel utraeque cum illa singulae *Micyllus* a et e simul iugatae uel cum illa singulae *Santenius* 1329 quinta quae uocalis audit, syllabam longam creant *et in addendis p. 421* quinta quae vocalis, ex se syllabam longam creant *coniecit Santenius.* 1334 o sed e tantum iugatae *Lachmannus. fortasse* o cum e tantum iugata *omissa ante* e *litteram singularem elisione* 1335 *lacunam post v. 1335 indicavit Lachmannus. idem praef. p. IX ea quae Servius in Verg. Aen. VI 792 de* c *littera communem syllabam in metris faciente Terentiano tribuit huc referenda existimavit,* '*nec negauerim Terentianum post uersum 1335 inter caetera de communibus syllabis dixisse, quamuis de syllabis uersu 1009 rariorem earum in Latinis uersibus usum esse scribat. itaque uidendum est an Marius Victorinus in his quoque quae habet p. 2474 (p. 31, 3—16) Terentianum secutus sit*'. *Servii locum ad v. 1667 adscripsi. Marius Victorinus autem in ea parte quae est ante p. 31, 17 Terentiani libro usus non est; neque post hunc locum, in quo versus Terentiani exscripsit, reliqua quae de litteris consonantibus subiecit p. 32, 6 sqq. e versibus hoc loco omissis eum petivisse dixerim. nam de vi consonantium dictum est v. 1320 sqq. quare pauca excidisse videntur, quibus duabus syllabis comprehensis pedes per sublationem et positionem gradientes fieri dictum erat: cf. Diom. p. 474, 30. versu 1335 disputationem de pedibus, quae versu 1340 recipitur, indicari vidit Westphalius Metr. v. I p. 143, quamquam supplementum lacunae parum probabile proposuit hoc,* Cum duas sermonis usus comprehendit syllabas Sive tres simul iugatas, simplices fiunt pedes; Simplices duo gemellum procreant disyllabi. Latius tamen patescat nostra disputatio, Hoc ut exemplis probemus resque ut omnis clara sit. Sed prius nitar docere simplices quos nominant, Ante quae natura quaeque ratio sit dicam pedum, Vna vis *sqq.* 1340 uinctas *M*

p. 2112. 13 P.

ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
brevis utrimque sit licebit, bis ferire convenit:
parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit
(ἄρσιν hanc Graeci vocarunt, alteram contra θέσιν):
una porro bis feriri quando poterit syllaba?
temporum momenta sane lege certa dividunt,
seu duas pes quisque iunget sive plures syllabas.
aut enim quantum est in ἄρσει, tantum erit tempus θέσει,
altera aut simplo vicissim temporis duplum dabit,
sescuplo vel una vincet alterius singulum:
quicquid istis discrepabit, absonum reddet melum.
latius tractant magistri rhythmici vel musici:
nos viam metri studemus parte ab aliqua pandere.
ergo cum reddenda rursus haec erit distinctio,
qua pedum natura poscet, satis habebo attingere.
nunc pedes accedo primos, quos vocant disyllabos.
  Primus ille est, iure primus, ἡγεμών qui dictus est,
auctor et ductor melorum, qui duas breves habet.
ante enim breve est creatum, redditum longum dein,
sicut unum numerus ante quam secundum prodidit.
ergo natura repertus iure princeps dicitur,
ante quem non est creatus, quem sequuntur ceteri.
δίβραχυν dixere Graeci, quod sit ambabus brevis.
πυρρίχιος idem vocatur: quippe et aptus pyrrhichae
tam cito motu recursat, quam breves hi sunt soni.
tertium detrecto nomen: lege nam metri vetor:
παρίαμβον namque dicunt, si probatis ἔκτασιν,
ars vetat primae negare spatia bina syllabae.
reddere autem pedibus isdem plura cogor nomina,
nequis erret, quando nomen aliud alibi invenerit,
ac putet pigrum vel artis usque ad ista nescium.
huius exemplum videbis esse, cum dices h o n o r.
est huic adversus ille qui duas longas habet,
syllabis compar priori, temporis duplum merens;
qui quod in templis canorus a sono vocis malae
auribus libantis obstat et favet, spondeus est.

1352 *Prisc. l. VI 228, 9*   1359—1565 *Mar. Victor. 44, 10—48, 23*   1359—1369 *Diom. 475, 9—51*

1346 DE ARSI ET THESI. Arsin hanc *M*   1355 nos uiam ς Non uiam *M*   1357 quae pedum *Brissaeus*   1359 DE PEDIBVS DISYLLABIS *M*   1365 DE PYRRHICHIO ET SPONDEO *M*   1368 det recto *M*   1369 *παρίαμβον Micyllus* *παριαμβος M*

p. 2413 P

hunc sonabis, sive **r e g e s** sive **c i v e s** dixeris.
verum uterque quantum in arsi, tantum habebit in thesi:
temporum mensura dispar, lex soni communis est.
qui brevem primam tenebit, deinde longam syllabam,
erit iambus, pes virilis acer et raptim citus.
nec minus currit trochaeus, lege versa temporum,
syllaba longus priore, parcior novissima:
χόριος idem nuncupatur a magistris plurimis.
terna rite partientur ambo vicibus tempora:
ἄρσις unum possidebit, quando iambum partior;
fiat alternum necesse est, cum trochaeum divides.
vis iambum, dic **p a r e n s**; *si* vis trochaeum, **R o m a** dic.
hactenus vicissitudo vertitur disyllabum:
nam quater reciprocantur numerus et tempus duplex.
Octo porro procreantur, quos vocant trisyllabos.
τρίβραχυν primo loquemur, tunc sequentur ceteri,
ut pedes sibi recursant temporum adversi vice.
namque huic adversus ibit qui tribus longis patet:
hunc molossum nominarunt, hunc et *ἵππειον* vocant.
temporum tria ille habebit, iste duplo tenditur;
quae tamen cum partieris, simpla duplis reddito.
forma talis est minoris, **a n i m a** quando dicimus:
hic trilongus tunc sonabit, quando **R o m a n o s** loquor.
qui breves primas habebit atque longam tertiam,
is erit *ἀνάπαιστος*: sat audis quot sit iste temporum
(versus hic nusquam vacillat, hoc suo reddam loco):
huius exemplum tenebis, quando **p o p u l o s** nominas.
dactylum post hunc loquemur: nam priori adversus est,
ordinis situ repugnans, temporum consors modo:
nam breves longam sequuntur, quando dico **R o m u l u s**.
horum uterque tempus aequum librat arsi cum thesi.
cum duas longas sequetur una brevior syllaba,
pes erit *βακχεῖος*, *ἀντίβακχος* autem tunc erit,

1380 *Diom. 476, 17*

1380 habebit ς habet *M* 1386 *χοριος Aldus inst. gramm. p. 333*, *χορεῖος M* 1390 si *om. M*, *add. Lachmannus. idem in margine editionis Venetae scriptum indicavit Santenius.* parens, uis tu *τροχαῖον Aldus* 1391 *δισυλλάβων Aldus* 1400 minoris *Aldus* minori *M* 1401 Romanos *Aldus* ROMANVS *M* 1403 sat audis quot sit iste temporum *Lachmannus* satis uides quot sit iste temporum *M* uides quod iste pes sit temporum *Aldus* 1404 suo reddam loco] *v. 2351 sqq. cf. v. 1452* 1409 arsi *Lachmannus* arsim *M*. horum utrunque tempus aequum librat *ἄρσιν* cum *θέσει ediderat Brissaeus. cf. Mar. Victor. p. 45, 19* horum in arsi et thesi tempus congruit, etiamsi in percussione discrepent syllabae 1411 *ἀντίβακχος Aldus αντιβακχειος M*

p. 2414 P.

cum brevem primam locabis et duas longas dein:
nomina aut vertens vicissim, cum priorem dixeris
antibacchum, nominato qui redit contrarius.
temporum mensura par est: bina ternis appara,
ut pedum natura poscet ante vel retro brevem.
forma ut est R o m a n u s illi, sic C a t o n e s alteri.
septimum pedem loquemur, quem vocant ἀμφίβραχυν,
cum duae breves utrimque, media longa ponitur,
quale si velis a m o e n u s aut a m i c u s dicere.
arsis hinc sumat necesse est tria priora tempora
et thesi relinquat unum: vel licet vertas retro,
arsis uno sublevetur, deprimant thesin tria.
par pari figura non est, pugnat unum cum tribus,
nec modum dupli rependit, nec tenetur sescuplo:
exigunt idcirco talem qui sequuntur musicam.
pes adest supremus unus octo de trisyllabis,
ἀμφίμακρος: hunc priori perspicis contrarium:
nam duae longae receptam continent intus brevem,
R o m u l o s si nominemus, A p u l o s aut D o r i c o s.
sescuplo metimur istum: quinque nam sunt tempora:
nunc duo ante tria sequuntur, nunc tribus reddes duo,
Italum si quando mutat Graius accentus sonum.
A p u l o s nam quando dico, tunc in arsi sunt duo:
Σωκράτην Graius loquendo reddet in thesi duo.
creticum appellant eundem, forte Curetum genus
quo modos ludo sub armis congruentes succinat.
primus iste pes locatur his ubique in versibus,
optimus pes et melodis et pedestri gloriae.
plurimum orantes decebit, quando paene in ultimo
obtinet sedem beatam, terminet si clausulam
dactylus spondeus imam, nec trochaeum respuo:
bacchicos utrosque fugito, nec repellas tribrachyn
(plenius tractatur istud arte prosa rhetorum):

1439—1444 *Rufin. de metr. p. 2721* Terentianus de cretico, hoc est amphimacro pede, sic dicit, Optimus *sqq. cf. id. p. 2714*

1413 uertens *Lachmannus* uertes *M* 1414 antibacchum *Micyllus* Antibacchium *M* *ἀντίβαχχον Aldus* 1417 illi *Aldus* ille *M*. 1426 *Mar. Victor. p. 41, 16* unde minus aptus pes in metris, musicis autem consentaneus existimatur 1427 unus octo de trisyllabis *Aldus* uno acto de tribus syllabis *M* 1435 SOCRATEM *M* *Σωκρατον Aldus* 1439 pedestris *codices Rufini de metr. p. 2721* 1440 orantis *Rufinus* pene in ultimo | QVI PEDES IN VLTIMO ESSE DEBEANT | OPTINET sedem *M* 1443 bacchios *et* refellas *codices Rufini* 1444 DE SOLVTIONE PEDVM *M. versum 1444 post v. 1446 positum habet Rufinus, quem secutus est Brissaeus*

p. 2414. 15 P.

nam solet longam trochaeus solvere in duas breves;
unde et appellant trochaeum, quem vocamus tribrachyn.
nec minus frequens iambus tribrachyn ex sese creat.
solvit et spondeus imam, cum propagat dactylum:
cum prior solvetur, edet dactylo contrarium.
amphimacros saepe primam, saepe solvit tertiam;
quin et ambas saepe solvens quinque componit breves,
versus est ut ille noster, quem probare debeo.
regulam reddemus omnem debito metri loco.
nulla enim *non* longa solvi per duas breves potest:
dum suo pedi reservet praestituta tempora,
syllabarum nil nocebit longior progressio.

Nunc incipiam bis geminos pedes referre,
quasi si repetam quos docui disyllabos iam,
unum ut faciant duo pariter pedes iugati.
προκελευσματικός primus erit: breves habebit
hic quattuor omnes, duo quia sunt pariambi:
hunc efficiet **Minucius** ut quis vocitetur.
versum dabo, quo regula nota fiat omnis,
perit abit avipedis animula leporis.
hunc nos pedibus scandere convenit iugatis:
tetrametrus erit, tribrachys in fine resistet,
pariambon habebit simul et semipedem unum,
detracta sit ut quarta pedi syllaba quarto.
catalexis enim dicitur ea clausula versus,
quam syllaba vel pes numeri datus minoris
ita terminat, ut discrepet id quod inde restat.
adversus huic tempora bis quaterna sumet:
δισπόνδιος hic dicitur: ecce nomine ipso
debent duplici tempora singuli quaterna.
rhythmis magis hic iugiter invenitur aptus:
anapaestica nec non variantur inde metra,
quasi si duo sint, tempora qui quaterna reddunt.

1460 *Caes. Bass. 264, 26* 1464 *Mar. Victor. 99, 14. 147, 18*

1447 ex sese creat *Lachmannus* ex se creat *M* ex se procreat *Aldus* 1448 imam] unam *M* 1449 edet *Aldus* eo: et *M* 1452 versus est ut ille noster] *v. 1403* 1453 debito metri loco] *v. 2351 sqq.* 1454 non *om. M, add. Aldus* 1456 nil *Aldus* nihil *M* 1457 DE DVPLICIBVS PEDIBVS *M* 1464 auipedis *Brissaeus* ALIPEDIS *M* 1465 hunc *Aldus* Nunc *M* 1466 tetrametrus erit *Aldus* Trimeter erit *M* tetrameter erit *Micyllus* 1467 unum *Lachmannus* imum *M* *versum 1469 ante v. 1468 habet M, transposuerunt Reinertus de Mauro Terentiano comment. Lemgoviae a. 1797 p. 28 et Lachmannus* 1471 restat *Lachmannus* praestat *M* 1473 δισπόνδιος ς δισπονδειος *M* 1477 quasi si duo sint *Aldus* quasi si duos in *M*

p. 2415. 16 P.

cum prima brevis, longa dein, tertia longa,
post quarta brevis syllaba continebit omnes,
hunc promit iambus, geminum facit trochaeus:
pes nomen habebit, quod in hoc referre metro
longae prohibent ordine tres simul locatae:
ἀντίσπαστον enim mage lex heroica promet:
est forma, Tarentina velut moenia dicas.
claudunt medias quando breves utrimque longae,
est ante trochaeus, sequitur dehinc iambus:
idcirco gemellum vocitarunt χορίαμβον:
nam qui chorios dicitur et trochaeus idem est:
exemplar in isto facile est locare versu,
si Romulidas dicere quis velit Quirites.
sin prima brevis, longa sequens, itemque rursus
sibi consimiles ordine quo duas locavi,
hunc rite vocant, quia geminatur, diiambon,
duplicemque trochaeum vocitarunt διτρόχαιον.
est forma prioris, quasi si Corinthios quis,
itidemque sequentis, quasi Gallicane dicat.
nunc reddo duos, nomine quos Ἴωνας ambos
discrimine signant, dedit ordo quod locorum:
longas siquidem quando prius locamus ambas,
exinde breves subdimus, ut putes priorem
spondeon oriri, comitem mox pariambum,
ἀπὸ μείζονος illum memorant ionicorum:
at qui brevibus praepositis deinde longas
acceperit, ἀπ' ἐλάσσονος hunc iubent vocari.
nomen tibi quid deligo, quo notes priorem,
cum versibus istis totiens recurrat hic pes,
longas geminat qui prius et iugat minores?
Lavinia cum dicimus, haec tamen figura est,
metrumque facit, sotadicon quod vocitarunt
qui multa ferunt hoc pede Sotaden locutum.
ἀπ' ἐλάσσονος autem cui nomen indiderunt,
in nomine sic est, Διομήδης. metron autem
non versibus istud numero aut pedum coartant,
sed continuo carmine *quia* pedes gemelli
urgent brevibus tot numero iugando longas,
idcirco vocari voluerunt συνάφειαν.
anapaestica fiunt itidem per συνάφειαν:

1487 χορϊανβον *M* 1500 exinde *Lachmannus* Deinde *M* ac deinde *Brissaeus* 1510 qui] quia *coniecit Santenius* 1512 Diomedes *Santenius*: *cf. v. 2059* 1514 quia *om. M*, *add. Aldus*

p. 2416. 17 P.

versus tamen et non minus inde comparatur,
qui saepe pedes tres habeat vel ille plures,
catalectica quos syllaba terminat frequenter,
solet integer anapaestus et in fine locari.
ἀπ' ἐλάσσονος umquam numero non cohibetur,
sensum quotiens terminat aut carmina finit.
longas ratio est ponere, non breves in imo,
pes ut integer sit geminus, simulque in aure
dulcem sonitum tempora longiora linquant.
ἀπὸ μείζονος autem brevior quod est secundis,
versus male ne desinat, adhibentur in imo
quas prima pedis portio longas habet ambas:
ita versus erit de tribus et semipede uno:
tres dico iugatos fieri, semipedem unum.
et paeonici nominis ambo sunt quaterni.
is primus erit, longa cui locata prima est,
quam continuo tres aliae breves sequuntur:
tu pone trochaeum prius et mox pariambon,
Caecilius erit consimilis pedis figurae.
παίωνα secundum faciet secunda longa:
fiet hinc iambus prior et dibrachys alter,
dicat quasi siquis magis hunc Horatius vult.
hoc ordine fit tertius, ut sit pariambus
prior et socium post sibi copulet trochaeum:
Menelaus ei nomen erit simile locatum.
quartum quoniam quarta facit syllaba longa,
subiungit iambum prior hic pes pariambus:
apto similes nomine Πελοπίδαι sonabunt.
et ἐπίτριτος aeque genus est paeonicorum,
totidem pedibus quia varius tempore differt:
septena etenim tempora singuli tenebunt,
cum paeonici possideant quina priores.
cum prima brevis syllaba, longae veniunt tres,
is primus habetur, pedibusque post secutis
ex ordine sunt nomina, quem breves tenebunt.
spondeus iambum sequitur quando priorem,

1525 pes integer ut sit *Aldus* 1526 linquant ς liquant *M* 1532 at paeonici *Petrecinus* 1534 *Mar. Victor. p. 48, 5* igitur paeon primus erit prima longa, cui tres continuae breves adhaerent 1536 figura *coniecit Santenius coll. v. 1484* 1538 hinc fiet *Aldus* 1539 '*minus absurde* melior Horatius an res?' *Lachmannus* 1544 '*praestat* sibi iungit' *Lachmannus* 1551 is primus *Petrecinus* His primus *M* hic primus *Aldus*

p. 2417 P.

prima si brevis, *ἐπίτριτος* hic primus habetur.
migrante brevi consequitur pedem trochaeum;
idcirco secundus vocitatur alter hic pes,
ut tertius ille est, brevis ubi tertia currit:
spondeus in hoc fit prior, est sequens iambus;
idemque manet, cum faciet quarta trochaeum,
quartum quoniam perspicis hunc epitriton esse.
versus similes non sinit hic dari figuras;
ut quibo tamen disparili notabo metro.
primus Agyllinos pes efficit, alter *Ἀρχιμήδην*,
Δημοσθένης fit tertius, quarto loco
qui currit, poterit quasi *Δωδωναῖος* haberi.
Ἄρσιν quotiens in geminis *θέσιν*ve quaeres,
προκελευσματικός bina dabit, sequens quaterna.
sex aequa pedes tempora dividant oportet,
binas pariles qui sibi syllabas habebunt.
qui sena tenent tempora, terna partientur.
at quando genus finditur hoc ionicorum,
longis dare nos tempora convenit quaterna,
et bina duabus brevibus dari necesse est:
servare vices ammonet ordo longiorum.
impar numerus paeonicis utrisque coget
aptare duobus tria vel quaterna ternis,
sesquata fere quod numeros pars secat istos.
Perspecta pedum regula si satis videtur,
iam possumus ipsis animum adplicare metris.

Hexametros tradit genitos duo prima vetustas:
herous ille est, hunc vocant iambicum.
nam pedibus senis constare videmus utrumque,
diversa quamquam lex sit ambobus pedum.

1580—1595 *Mar. Vict. 50, 19—24 Victor. de metr. 215, 16—23 Diom. 495, 1 Isidor. orig. I 38, 13* 1580. 81 *Serg. explan. in Don. 523, 34*

1554 prima si breuis *Santenius* Prima si brevis est *M* si prima breuis *Aldus* 1558 Spondeos *M* 1559 quarta trochaeum *Micyllus* QVARTO TROCHAEVM *M*

versum 1567 post v. 1569 in M positum transposui, ut eodem ordine, quo supra pedes tractati erant, divisio pedum definiretur. poterant autem versus etiam hoc ordine collocari, 1567. 1570. 1568. 1569 1577 Sesquata *et in margine* Sesbualtera *M.* Sesqualtera *in margine Parrhasius* 1578 pedum regula *Aldus* regula pedum *M* 1580 DE METRIS | HEXAMETRI DVO | HEXAMEtros tradit *M. Cassiodor. var. II 40* poetis etiam Terentiano testante duo primum metra principalia sunt attributa, id est heroicum et iambicum, unum quod erigeret, alterum quod placaret. ex quibus ad oblectandos animos audientium diversa progenita sunt 1581 herous *Aldus inst. gramm. p. 358,* Heroicus *M*

p. 2418 P.

additur haec gemino non absona fabula metro,
seu vera res est: spectet auctorem fides.
cum puer infestis premeret Pythona sagittis
Apollo, Delphici feruntur accolae
hortantes acuisse animum bellantis, ut illos
metus iubebat aut propinqua adoria.
tendebat geminas pavida exclamatio voces,
ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν:
spondeis illum primo natum cernis sex.
ex parte voces concitas laeti dabant,
ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν:
et hinc pedum tot ortus est iambicus.
Haec sibi quaeque prius distinguere metra paramus,
heroa primo, mox adire iambica,
alternae nequem impediat confusio silvae;
quae lex sit ipsis, quae sit his quae procreant,
partibus adiectis detractis quae varientur,
post hinc deinde quanta compages novos
alternet varietque modos, mutatio quantum
commendet. et si non valebo plurima,
attingam vel pauca tamen: nam pandere prima
prodest frequenter artium vestigia.
Vim propriam pedibus fida cito reddito mente,
ne, dum requiris, tarda sit dispectio.
spondeus, versum quo primum diximus ortum,
suam tuetur hexametris heroum
nomine nunc proprio, nunc debita tempora reddens
sub alterius consonat vocabulo.
ex geminis longam solvet si quando sequentem,
fit dactylus trisyllabus, tempus manet.
si prior in geminas solvetur longa minores,
tum pes recurret dactylo contrarius.
tempora sed quamquam totidem defendat uterque,
heroa fiunt pulchriora dactylo.
haec contra vitiant incurrentes anapaesti
post dactylum, ne quattuor iungas breves:

1606—1668 *Mar. Victor. 70, 20—73, 2*

1584 absona *Aldus* obsona *M* 1589 iubebat *Lachmannus* habebat *M* tenebat *Reinertus de Mauro Terentiano p. 33* 1591. 94 *ιηϊε παιαν semper M, correxit Aldus* 1596 tibi *coniecit Santenius* 1599 his quae *Brissaeus* iis quae *M* 1609 suam tuetur hexametris heroum *Lachmannus* Vim suam tuetur hexametris heroum *M* heroou, hexametris tuetur vim suam *Aldus* 1613 trisyllabus *Lachmannus* trisyllabis *M*

p. 2418. 19 P.

post autem spondeum veniens sic mutet oportet,
ut iste versus iam docet, legem metri.
ergo spondeus plerumque in dactylon ibit,
nec interest vel quo loco vel quam frequens:
nam saepe alterni gemini, nunc saepius alter,
species reformant plurimas in versibus:
quas longum credo perscribere, cum sibi cunctas
legendo possit annotare quilibet.
hoc sat erit monuisse, locis quod quinque frequenter
iugem videmus inveniri dactylum:
sed non et sextum pes hic sibi vindicat umquam,
nisi quando rhythmum, non metrum, componimus.
namque metrum certique pedes numerusque coercent,
dimensa rhythmum continet lex temporum.
spondeus partem semper sibi vindicat imam,
dat et trochaeo qua disyllabo locum;
nec damnum importat, tria qui sua tempora subdit,
quae quattuor spondeus expleret magis:
debita nam spatii recipit quasi tempora versus,
dum iungit imis consequens exordium.
omnibus in metris hoc iam retinere memento,
in fine non obesse pro longa brevem.
  Praeterea pes nullus erit qui rite locetur,
laudem mereri si voles poeticam.
hexametron dicunt sed non heroicon omnem:
nam sex pedes inesse non erit satis;
leges quippe datas heroica carmina poscunt,
quas, acta Homerus heroum cum scriberet
versibus, ostendit, quas aeque sermo latinus
custodit omnes, et pedes solos probat,
quos supra posui. Graecis et creticus aptus;
bacchius etiam ponitur pro dactylo.
creticus in nostris, si levia carmina pangas,
raro invenitur, qualis hic Maronis est,
'insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno':
creticus offendit pes primus et asperat aures.
dabo et latentem, sed notandum creticum,
'solus hic inflexit sensus'. nam primus et istic

1620 post spondeum autem ueniens sic *Aldus* post spondeum sic ueniens *Dausqueius misc. crit p. 18* 1647 heroum Homerus acta quas cum scriberet *Castalio observ. IX 8* heroum Homerus acta quis cum scriberet *Barthius adv. XV 2 p. 794* quas] Quis *M* 1654 *Verg. Aen. III 211* 1657 *Verg. Aen. IIII 22*

p. 2419. 20 P.

pes longiorem tertiam dat syllabam:
c geminum, quoniam sermonis regula poscit
ut flat hicce plena vox, *si* excluditur
vocalis, dabitur. nec consona pellitur ulla,
nisi quae duabus obstat una vocibus,
cum venit in medium vocesque oblimat adhaerens:
bis senus istam litteram monstrat locus.
aut geminum in tali pronomine si fugimus c,
spondeus ille non erit, qui talis est,
'hoc illud germana fuit,' sed et 'hoc erat alma';
iambus ille fiet, iste tribrachus.
  Has autem leges heroicus omnis habebit.
cum post duos pedes relicta syllaba est,
si plenum absolvet verbi vel nominis instar,
orationis ista vel quae pars erit,
hoc *πενθημιμερές* medium de quinque vocatur:
hanc et tomen dixere. forma talis est,
'Tityre tu patulae': concludit syllaba nomen,
duos pedes secuta *quae* fit semipes.
talis in heroo laudatur regula versu,
locumque primum possidet, quia prima fit.
nec minus hanc laudant, quam dat mensura secundam,
post tres pedes ut una nomen terminet:
hanc hephthemimerin numeri de parte vocarunt,
quia tres pedes et una septem dividunt.
'inde toro pater Aeneas' exemplar habebis:
post tres pedes reperta nomen integrat.
horum si nihil est, specta ne forte trochaeus
sit tertius finemque det vocabulo,
'infandum regina': datur locus ecce trochaeo,
quem post duos pedes videmus tertium.
nec vitium medio in versu deprensus habebit,

1669—1704 *Mar. Victor. 64, 34—65, 29*

1660 si *om. M, add. Lachmannus* 1667 hoc illud] *Verg. Aen. IIII 675* hoc erat] *Verg. Aen. II 664, de quo versu Servius in Verg. Aen. VI 792* c littera pro duplici non nisi in monosyllabis habetur, ut 'hoc erat alma parens', per eorum scilicet privilegium. unde falsum est quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel simplicem. nam si hoc esset, etiam in disyllabis pro duabus haberi debuerat, quod nusquam invenimus. 1675 *Verg. bucol. 1, 1* 1676 secuta quae fit *ς* secuta fit *M* secuta fiet *Lachmannus. Mar. Victor. p. 65, 4* verbum enim post duos pedes concluditur ac determinatur syllaba, quae in metro semipes habetur 1679 quam dat *Micyllus* qui dat *M. an* cui dat? 1683 *Verg. Aen. II 2* 1686 finemque *Brissaeus* finesque *M* 1687 *Verg. Aen. II 3*

p. 2420 P.

quem dactylum secuta faciet syllaba:
nam sequitur 'regina iubes'. prior inde trochaeum
I U brevis secuta reddit dactylum;
BES, hinc quae remanet, conectit cetera versus
membra: at trochaeus tantum erit novissimus.
et quartum tradunt simili ratione trochaeum,
exemplum at eius vix et ipsi conlocant:
namque ex praedictis paene est ut regula quaevis
inventa versum comprobet, qua sic vacet
quandoque, ut quartum contingat habere trochaeum.
exemplar eius tale confici potest,
quae pax longa remiserat, arma novare parabant:
quartus trochaeus arma fit, rarum est tamen.
harum si nulla est species deprensa, magistri
versum recusant nec vocant heroicum.
sed fortasse putes nullum contingere versum,
qui in ullam earum regulam non incidat.
rarum concedam, fieri non posse negabo.
apud Maronem talis incurrit mihi,
'magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile':
species in istum nulla praedicta incidit.
magnanimi Iovis est etenim tantum geminus pes,
sequiturque nullus qui probatur semipes;
inde duas longas pes tertius efficit INGRA,
orationis plena nec pars editur;
et quartus TASCEN, nec portio plena relicta est,
et D sequens longam priorem perficit.
quintum nulla iubet lex observare trochaeum,
nec est notandus unus in tot milibus.
Hae faciunt formae variari plurima metra:
quae potero, tangam; tu mihi leges tene.

Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor:
quidam non dubitant dicere Callinoum.
hexametro cum quinque pedum subiungitur iste,
partes heroi dupliciter recipit,

1695—1702 *Diom. 498, 4—6* 1707 *Serv. in Verg. Aen. XII 144* 1721—1800 *Mar. Victor. 107, 5—110, 19*

1696 at eius *Micyllus* et eius *M* 1697 poene *M* 1698 quam sic uacet *M* quis si uacet *Santenius* 1703 deprehensa *M* 1706 qui in ullam earum regulam *Lachmannus* Qui nullam earum regulam *M* quin ullam earum in regulam *Brissaeus* 1709 *Verg. Aen. XII 144* 1711 est etenim ς est enim *M* 1716 et d *Santenius* Et DE *M* 1721 DE PENTAMETRO VERSV | QVI ET ELEGIACVS DICITVR | PENtametrum *M*

p. 2421 P.

quas penthemimeris possit disiungere forma:
has siquis geminet, pentametrum faciet.
sed refert duo sint an dactylus unus in illa.
cum duo sunt, eadem bis repeti poterit:
subiungam exemplum, quo flat planius istud,
desine Maenalios, desine Maenalios;
dactylus ut duplex, non bis sententia currat,
desine Maenalios, Musa, referre iocos.
hoc nec praepositum peccat nec parte sequenti:
talis utrique loco convenit una tome.
si primo spondeus erit, tum dactylus alter,
stabit comma prius, non poterit repeti:
talis erit versus haec portio, quam modo tracto,
'postquam res Asiae': claudicat, ut repetas.
ut stet comma sequens, bis dactylus adsit oportet,
postquam res Asiae, desine Maenalios.
dactylus in primo positus, spondeus adhaerens,
non oberit primis, officiet reliquis.
exemplum ponam, parti quod congruat isti,
'Musa mihi causas': discrepat hoc iterum.
dactylus ergo duplex redeat mihi parte sequenti,
Musa mihi causas, desine Maenalios.
spondeum duplicem quae pars prior est bene sumet:
peccat enim tantum posteriore tome:
spondeos ante ergo dabis, pars cetera curret,
o fortunati, desine Maenalios.
pars prior ergo pedum admittet quemcumque duorum,
dactylus in reliqua bis repetendus erit.
   Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam,
ut pedibus binis semipedes superent;
hos sibi coniunctos spondeum reddere quintum,
postquam, res Asi,ae, desine, Maenali,os,

1753—1810 *Diom. 503, 9—22*

1730 *Verg. bucol. 8, 61* desine Maenalios, iam desine, tibia, versus MENALIOS *semper M* 1738 *Verg. Aen. III 1* 1740 POSQVAM *hoc uno loco, in reliquis* POSTQVAM *M* 1744 *Verg. Aen. I 8* 1750 o fortunati ς O FORTVNATE *M.* o fortunati *etiam apud Marium Victorinum p. 109, 12 restituendum erat. Verg. Aen. I 437* o fortunati, quorum iam moenia surgunt 1752 repetundus *M* 1756 POSTQVAM RES ASIAE DESINE MENALIOS | POSTQVAM RES ASIAE DESINE MENALIOS | At quidam *eodem versu bis posito M. alterum versum omiserunt editores post Aldum inst. gramm. p. 366. pro hoc pentametrum dactylicum dedi quinto pede spondeo ex duabus syllabis coniunctis facto, quod in alio exemplo fecit Marius Victorinus p. 109, 35*

p. 2421. 22 P.

postquam res Asi desine Maenalios ae.
at quidam in medio spondeum reddere malunt,
semipedem et primum cum capite alterius
iungunt, dactylico quae fit de commate longa:
inde duas promptum est sic remanere breves:
his longam adnectunt, qua dactylus incipit alter.
cernis et hinc alias tot remanere breves:
has ad semipedem iungunt in fine relictum,
ultima nec refert longa sit anne brevis.
sic spondeus erit medius, duo post anapaesti,
postquam, res Asi,ae de,sine Mae,nalios.
idcirco primo curabis commate semper,
ne brevis incurrens syllaba semipedis
spondeum mediis nequeat coniungere longis
et fiat talis, 'incipe Maenalios'.
nam LIS, quae brevis est, iungat sibi sive supremam
OS, vel quae prima est IN (caput hoc etenim est),
quia nec producta est, geminat nec consona vires,
spondeus minime pes, sed iambus erit.
exemplum idcirco vocali a parte locavi,
longa foret ne LIS, 'desine Maenalios'.
quidam, quia gemino constat de commate versus,
cludere comma prius non timuere brevi,
ut sit pentameter talis, qualem modo fingo,
hoc mihi tam grande munus habere datur,
aut qualis supra versus peccare videtur,
si fiet talis, 'incipe Maenalios'.
nam referre nihil, sit qualis syllaba fini,
commataque hoc ipsum iuris habere volunt:
idcirco et verbo numquam uno cola ligari,
ut constet parti finis utrique suus.
nam vitiosus erit sic pentameter generatus,
inter nostros gentilis oberrat equus.
spondei duo sunt, quos dixi commate primo
posse dari: verum syllaba quae sequitur
nec penthemimerin verbi cum fine relinquit,
quae data pentametris regula prima sonis,

1770 *Verg. bucol. 8, 21* incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus 1782 fiat *Aldus* 1783 nam *Aldus* Nanque *M* qualis *Aldus* qua lis (*non* LIS) *M et Lachmannus* quali *Petrecinus*. qualis *legit Marius Victorinus p. 110, 14; sed idem plura habuisse videtur*, adfirmantes nihil interesse, cuius modi in fine sit syllaba, idque ipsum iuris ac legis commata retinere voluerunt, quod in omni metro et in quocumque versu catholice praeceptum est 1788 ecus *M* 1789 Spondii *M*

p. 2422. 23 P.

nec post dactylico debet quae commate iungi
esse caput versus dactylici patitur.
hoc ipsum melius mutata parte coibit,
gentilis nostros inter oberrat equus.
tantam nostra nequit mensura absolvere litem,
malo tamen longa cludere comma prius.
hos elegos dixere, solet quod clausula talis
tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.

Nec tantum hexametris geminam subiungere partem
dactylicam mos est; saepe semel posita
praemisso hexametro dulcem subnectit epodum.
talis epodus erit,
tibia docta, precor, tandem mihi dicere versus
desine Maenalios.
hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri:
tu mihi, Flacce, sat es,
'diffugere nives, redeunt iam gramina campis
arboribusque comae'.

Cetera pars superest, 'mea tibia dicere versus':
haec iuncta frequentius edet
anapaestica dulcia metra
cuicumque libebit, ut istos,
triplices dare sic anapaestos.
atque ille poeta Faliscus,
cum ludicra carmina pangit,
'uva, uva sum, et uva Falerna,
et ter feror et quater anno':
libro quoque dixit eodem
'undae unde colonus eoae
a flumine venit Oronti'.

1796 *Augustin. de mus. IIII 19* 1799 *Isidor. orig. I 38, 14* 1811—1838 *Mar. Victor. 123, 5—28*

1793 commate *Aldus* commata *M* 1796 gentiles nostros inter oberrat equos *Augustin. de mus. IIII 19* ecus *M* 1797 censura *Reinertus de Mauro Terentiano p. 39* 1799 *Isidor. orig. I 38, 14* elegiacus autem dictus eo, quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Terentianus hos elegos dicere solet, quod clausula talis tristibus, ut tradunt, aptior esset modis 1801 DE EPODO QVI EST | SEMIELEGICVS *M* 1809 *Horat. carm. IIII 7, 1* 1812 edet *Brissaeus* edent *M*

1816 utque *Santenius* phaliscus *M* 1818 uva una set uva Falerna *L. Muellerus Anniani fragm. post Rutil. Namat. p. 42* 1821 undae unde colonus eoae *Lachmannus et apud Marium Victorinum p. 123, 20 Camerarius*, VNDE VNDE COLONVS EOAE *M* unde unde colonus eoi *Micyllus* unde, unde colonus? Eoi *L. Muellerus* 1822 Orontae *Micyllus*

p. 2423 P.

erit ultima syllaba post tres
catalectica quae perhibetur;
nec non alias quoque binas
et tres superare solere,
pes sit licet integer ipse,
si non hunc regula poscet,
catalecticon hoc genus omne
et semipedem vocitari
supra quoque iam meministi.
mirum tibi nec videatur
spondeon inesse anapaestis.
rex et dominus prior ipse est,
hic advena sumptus et hospes
de foedere temporis aequi,
quotiens locus expetet, ultro
reddet sua iura priori.
Alias tamen haec eadem pars,
quotiens ithyphallicon addit
metrum sibi, tale fit unum,
mea tibia dicere versus destitit latinos,
iamdudum saucia cura deserit pudorem,
Priamique evertere gentem fata iam parabant.
ithyphallica porro citarunt musici poetae,
qui ludicra carmina Baccho versibus petulcis
Graio cum cortice phello tres dabant trochaeos,
ut nomine fit sonus ipso, Bacche Bacche Bacche.
Hexametrum quotiens ita totum dactylus explet,
ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,
sive trochaeus erit, cum dempta est syllaba prima,
quae demi poterit, reliqui fient anapaesti,
ultimaque ex illis catalectica, quae remanebit.
dactylico tali facile est hoc noscere versu,
at tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.
at, coniunctio quae solida est, cum demitur inde,
ea formula fiet, ut est anapaesticus iste,

1839—1848 *Mar. Victor. 121, 8—15* 1844 *Mar. Victor. 104, 20* 1848 *v. 2594 Caes. Bass. 256, 6 Mar. Victor. 118, 24 Atil. Fortun. 293, 18* *1849—1860 Mar. Victor. 122,28—32*

1831 supra] *v. 1469* 1843 *Verg. Aen. IIII 1* at regina gravi iamdudum saucia cura 1844 *Verg. Aen. III 1* postquam res Asiae Priamique evertere gentem 1845 citarunt *Lachmannus* dictitarunt *M* dicarunt *Aldus inst. gramm. p. 385* 1847 phallo *Aldus* 1855 *Verg. Aen. VIIII 503, ubi est* aere canoro: *cf. v. 1912*

p. 1424 P.

tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.
ultima VO remanet, quia dempta est syllaba prima,
dactylon in primo reddens, spondeon in imo.
Nec non dactylico qui commate constat utroque,
pentameter metrum quod erit choriambicon edet.
exemplum ponam, tunc fiat quatenus addam,
nulla meo sedeat turba profana loco.
dactylicum colis esse vides geminis:
primum et semipedem post detur syllaba longa,
sive est natura, seu fit ab adpositis;
et quae nunc brevis est, fiat paenultima longa
tempore producto; cetera permaneant.
insere nulla meo iam, produc paene supremam,
qui locus ante fuit, lucus ut esse queat:
efficies metrum, nomen cui dant choriambo,
nulla meo iam sedeat turba profana luco.
praemonui chorion dici, quem saepe trochaeum
dicimus: hic prior est, alter iambon habet.
nulla meo pes efficitur geminatus utroque:
iam sedeat choriambos item: mox turba profa pes
tertius accedit similis. pars illa, na luco,
bacchio adversus fiet pes: nam brevis ante est
et geminae longae. fiet catalexis in istum,
quia non eiusdem generis deprensus in imo est,
ut docui: nec enim cludit choriambus honeste.
hoc Cereri metro cantasse Phalaecius hymnos
dicitur: hinc metron dixere phalaecion istud.
nec non et memini pedibus quater his repetitis
hymnum Battiaden Phoebo cantasse Iovique,
pastorem Branchum cum captus amore pudico
fatidicas sortes docuit depromere Paean.
qui multos legere, negant hoc corpore metri

1861—1907 *Mar. Victor. 127, 4—128, 11 Caes. Bass. 263, 23—264, 16* 1886—1888 *schol. in Stat. Theb. III 479* Branchi meminit Terentianus de metris, Hymnum *sqq.*

1866 primum et semipedem *Santenius* Primum ut semipedem *M* 1874 praemonui] *v. 1386. 1488* 1883 Philiscius *et* 1884 Philiscion *coniecit Santenius. 'posset hic* hexametro *scribi, et uersu proximo* istud Philicion. *sed neque hic* Philici *uerum nomen locum habet, neque uersu 1885* quinquies, *ubi* quater *legitur. praeterea Terentianus uersu 1946 significat* Phalaecium *qui non sit hendecasyllabus' Lachmannus. Terentiano errorem tribuendum esse dixi supra p. 251* 1886 Battiaden *Petrecinus* Battiadem *M* Battiadae *schol. in Stat. Theb. III 479* 1887 pastorem Branchum: quem *Bentleius in Callim. fragm. p. 427 ed. Ern.* pastori et Brancho, quem *Barthius in Stat. Theb. III 478: cf. Hephaest. p. 31,17 ed. Westph.*

p. 2121. 25 P.

Romanos aliquid veteres scripsisse poetas.
dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,
ancipitem tali cantavit carmine Ianum,
'Iane pater, Iane tuens, dive biceps biformis,
o cate rerum sator, o principium deorum,
stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
cui reserata mugiunt aurea claustra mundi.'
ecce vides ta mugiunt esse duos iambos.
temporibus namque pares saepe sibi vicissim
cedere vel tribrachyn admittere saepe possunt,
'tibi vetus ara caluit aborigineo sacello'.
hic quoque succedere sic tribrachyn annotabis,
longa quod est in geminas prima breves soluta
tibi, similis nec minus altera pede consequenti
ra ca: monui iam satis has saepe solere solvi:
pro chorio tribrachys hic bis datus invenitur.
nec minus hoc, ra caluit aborigineo sacello,
et chorius solvitur, et tribrachys est iambus.
  Anapaestus item quater editus hexametro
ita clauditur, ut choriambicus, antibaccho.
faciet tibi perspicuum cito versus idem
dactylicus, modo qui potuit dare quinque anapaestos,
at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo,
tuba terribilem sonitum dedit aere curvo:
anapaestus inest quater, ultimus antibacchus.
similem dabo versiculum, magis ut probetur,
tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus.
prima reponatur, redeat quoque tertia fini:
dactylicus tibi, qui fuerat modo, iam referetur,
nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus.
generi datur auctor huic vetus Archebulus.
  Dactylici finem versus si cludat iambus,

1894 *Mar. Victor. 86,21* 1900 *Mar. Victor. 147, 11* 1908—1919 *Caes. Bass. 256,8—25 Mar. Victor. 125,21—126,15 Diom. 514, 1—5* 1913 *Augustin. de mus. IIII 26* 1920—1938 *Mar. Victor. 67, 25—68,8*

1891 Septimius *Parrhasius* Septimus *M* 1893 Iane pater bina tuens *Gaisfordius in Hephaest. p. 297 ed. pr. ex coniectura Hotchkisii* 1896 claustra] templa *Marius Victorinus p. 127,28* 1903 altera pede *Micyllus* alter a pede *M* 1907 Vt chorius soluitur et tribrachys *M* ut chorius soluitur ita tribrachys *Lachmannus* 1912 at tuba terribilem sonitum dedit aere recuruo | at tuba terribilem sonitum dedit aere curuo *Lachmannus* AT TVBA TERRIBILEM SONITVM DEDIT AERE RECVRVO *omisso posteriore versu M,* at tuba terribilem sonitum dedit aere curuo *omisso priore versu Petrecinus ex coniectura Micylli* 1913 antibacchos *M*

p. 2425. 26 P.

hoc est pro longa brevis ut paenultima fiat,
auribus acciderit novitas inopina meleos;
versus ut hic resonare potest, ita si cecineris,
ite domum saturae, venit Hesperus, ite saturae,
Nile pater propera, sitiunt sata, Nile propera,
heus puer, ut mea sint tibi vilia carmina, vides.
si nusquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur
versus Homericus Ausonio resonans ita modo,
quemque miuron Achaica gens vocitare solita est,
attoniti Troes viso serpente pavitant.
Livius ille vetus Graio cognomine suae
inserit Inoni versus, puto, tale docimen:
praemisso heroo subiungit namque miuron,
hymnum quando chorus festo canit ore Triviae,
et iam purpureo suras include cothurno,
balteus et revocet volucres in pectore sinus,
pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra:
derige odorisequos ad certa cubilia canes.
Dactylicum tamen hoc melius resonare poterit:
si penthemimeris talis praemissa tome sit,
quae primo spondeon habet, mox dactylon addit,
tum post semipedem veniant duo fine revulsi
incolumi sermone pedes sine parte priorum,
'postquam res Asiae' veluti, tunc 'primus ab oris',
fiet hendecasyllabos, sed alter:

1939—1956 *Mar. Victor. 120, 13—121,2. 155,10—19*

1922 meleos *Lachmannus* meLIus *M* 1924 *Verg. bucol. 10,77* ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae 1927 si nusquam ς Sinus quam *M* 1929 quem *μειοῦρον Brissaeus* 1930 *Hom. Il. M 208 Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν* 1932 Inoni uersus *Hermannus elem. doctr. metr. p. 354* in omni uersu *M* Inonis uersu *Aldus inst. gramm. p. 362* 1935 *sqq. quattuor versus, quos Scaliger Yvonis Villiomari in loc. controv. Rob. Titii animadv. VI 21 p. 129 ed Commel. a. 1597 Livii non esse vidit, a Terentiano fictos esse demonstravit Hauptius observ. crit. p. 43. Livii versus a Caesio Basso transformatos esse coniecit Ribbeckius trag. Rom. fragm. p. 4 ed. sec. Laevio tribuerant Scaliger l. c., Weichertus poet. lat. rel. p. 63 sqq., Hermannus epit. doctr. metr. p. 128 ed. sec. cf. Verg. Aen. I 337* purpureoque alte suras vincire cothurno, *bucol. 7, 32* puniceo stabis suras evincta cothurno 1938 odorisequos] *Verg. Aen. IIII 132* odora canum vis, *ubi Servius,* tria ergo sunt, odorum quod per se olet, odoratum quod aliunde odorem accipit, odorisequum quod odorem sequitur, sicut modo de canibus debuit dicere certa] caeca *Delrius syntagm. trag. lat. p. 162 et Gifanius conlect. in Lucret. v.* caecum. certa *tamen legit iam Marius Victorinus p. 68, 8* 1945 *Mar. Victor. p. 120, 16* propagabis versum hendecasyllabum formae alterius, quam est ille, qui subnexo phalaecio figuratur

p. 2426. 27 P.

namque hic de genere est phalaeciorum,
cuius mox tibi regulam loquemur.
nunc hic talis erit versus, ut hic est,
postquam res Asiae, primus ab oris,
at regina gravi saucia cura,
sic fatur lacrimans, mittit habenas,
et tandem Euboicis labitur oris.
istum semipedem prima sequentis
spondeum medium reddet utrimque:
quartus dibrachys est: quintus in imo
spondeum faciet sive trochaeum.
Cum vero heptameres fuerit divisio versus,
in tragicis plerumque choris deprenditur unus
insertus multis non una lege creatis.
fabula sic Euripidis inclita monstrat Orestes:
nam tali versu cunctis trepidantibus intus
Argivum fugiens eunuchus flagitat ensem;
cetera non simili componit lege, sed aptos
continue trepido plures conectit iambos.
inserit haec aeque Pomponius in choricis sic,
'Rhoeteis procul a terris', mox dispare versu
subiecto, 'Priamique aras damnare pias': tunc
'obrue nos Danaosque simul' parilem dedit illi.
non equidem possum tot priscos nosse poetas,
ut veterum exemplis valeam quae tracto probare:
Maurus item quantos potui cognoscere Graios?
quorum praecipue studiis ars musica constat.
nemo tamen culpet, si sumo exempla novella:
nam et melius nostri servarunt metra minores.
Septimius, docuit quo ruris opuscula libro,
hoc genere adsidue cecinit;
ponere pauca mihi sat erit,
'inquit amicus ager domino
„si bene mi facias, memini“:

1951 *Ennod. epist. VIII 21* Terentianus me induxit in illo exemplo, 'sic fatur lacrimans classique immittit habenas' 1957—2004 *Mar. Victor. 121, 16—122, 17*

1949 postquam] *Verg. Aen. III 1* primus] *Verg. Aen. I 1* 1950 *Verg. Aen. IIII 1* 1951. 52 *Verg. Aen. VI 1. 2* 1957 cum uero heptameres *Lachmannus* cum uero hephthemimeres *M* at cum hephthemimeres *Micyllus* 1960 Orestes] *v. 1369 sqq.* 1962 flagitat] clamitat *coniecit Santenius* 1967 damnate *apud Mar. Victor. p. 121, 24 edidit Camerarius* 1972 ars *Santenius* pars *M* 1974 nam melius *Brissaeus* 1976 genere ς gerere *M*

p. 2427 P.

'pinea brachia cum trepidant,
audio canticulum zephyri.'
sic hephthemimeres servavit carmine utroque:
hexametros facies ipsos, si cetera reddas,
inquit amicus ager domino „sere, plurima reddam;
si bene mihi facias, memini tibi solvere grates":
pinea brachia cum trepidant stridentia flabris,
audio canticulum zephyri modulante susurro.
  Syllaba praeterea numero superadditur isti,
non refert qualis, cum sit suprema futura;
hoc refert sane, brevis ut paenultima fiat,
ultima quae metro fuit hoc inventa Sereni.
nam lyrici quotiens sua volunt
carmina per varios dare sonos,
pluribus illa modis ita novant.
dactylicum hoc fieri magis amat;
vel si ponitur unus alius,
pes modo tertius hunc retineat.
talia docta Falisca legimus:
nam tibi notius hoc genus erit,
carmine siquid ab hoc posuero,
'quando flagella iugas, ita iuga,
vitis et ulmus uti simul eant:
nam nisi sint paribus fruticibus,
umbra necat teneras Amineas'.
  Quod tamen ex isto remanebit commate, tale est,
'arma virumque cano Troiae qui primus ab oris',
'multa quoque et bello passus dum conderet urbem',
'inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto':
comma ad posterius versus si do pariambum,
ipsum et rursus comma loco ac sic expleo versum,
fiet ionicon hoc ἀπὸ μείζονος, ut modo cernes.

2001. 2002 *Augustin. de mus. IIII 30* si Faliscus nescio qui metra ita composuit, ut haec sonant, Quando *sqq.* 2001 *exc. Bob. de metr. p. 519 ed. Vind. Serv. in Verg. Aen. IIII 291* sic Serenus Quando *sqq.* 2005—2092 *Mar. Victor. 128, 23 —130,7. 91,8—92,23*

1980 cum] dum *Mar. Victor. p. 122, 1* 1983 hexametros ς Hexametro *M* 1993 sonos] modos *Mar. Victor. p. 122, 14* 1998 phalisca *M* 2000 ab hoc *Brissaeus* ad hoc *M* 2001 iugas ita iuga ς IVGA SITA IVGA *M* ligas ita liga *Marius Victorinus p. 122, 16 Servius in Verg. Aen. III 1291 Augustinus de mus. IIII 291.* iugas, ita iuga *tuentur excerpta Bobiensia p. 519 ed. Vind. Iuba apud Priscian. de metr. Ter. p. 421. 5* siqua flagella iugabis (iuuabis *codd.*), ante putare decet 2003 FRVCTICIBVS *M* 2006 *Verg. Aen. I 1* 2007 *Verg. Aen. I 5* 2008 *Verg. Aen. II 2*

sit pariambus ego aut modo vel puto, quem dabimus sic,
qui primus ab oris ego qui primus ab oris,
dum conderet urbem modo dum conderet urbem,
sic orsus ab alto puto sic orsus ab alto.
iam porro tenes, quod tibi dico bis locandum,
non verba eadem dicere, sed pedes eosdem.
tres ergo pedes perspicis in commate primo:
spondeon enim subsequitur pes pariambus,
spondeos item clausula fit commatis huius.
haec si repetens talia cola copulabis,
spondeus erit tertius, idem quoque quartus,
dum conderet urbem, dum conderet urbem.
cernis pariter quattuor absonare longas:
has si veniens in medium pes pariambus
discriminet, ipsas liget ex se tamen ambas,
non hic erit extrinsecus intersitus illis,
sed qui medius iam sedet in commate primo.
dum conderet urbem: medius fit pariambus,
fiatque necesse est iterum commate iuncto.
ergo in medium rite datus cola ligabit:
namque efficit ut quae modo sola dissidebant,
alterna simul tempora dent bina quaternis.
nunc redde mihi, quod volo te tenere semper,
longam in geminas saepe breves solere solvi:
nam saepe cadit dactylus hic, saepe anapaestus,
ut posterior syllaba vel prior soluta est.
cedit quoque vel longa brevi brevisve longae:
nam quae vicibus tempora commodant, resumunt,
miscentque trochaeos sine fraude saepe plures:
spondeon enim duo faciunt et pariambum,
versoque dabunt ordine et hi duos trochaeos.
nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
dabo versiculos, quo tibi res magis probetur,
'urbem tenuem fovent opum benignitate',
'hostem tegere est paratus et stat ipse nudus'.
est unus ion hic datus et quinque trochaei,
vel quattuor insunt, quoniam suprema semper
et longa brevi sufficitur brevisque longae.

2046 *Mar. Victor. 90,35*

2012 sit pariambus *Santenius* Si pariambus *M*: *Mar. Victor. p. 128, 29* ut puta sit medius pariambus ego 2026 liget *Lachmannus* licet *M* 2032 sola] cola *Brissaeus* 2038 breuisue longae *Santenius* breuisque longae *M*: *cf. v. 2049* 2049 breui sufficitur *Brissaeus* breuis sufficitur *M*

nil officiet temporibus vicissitudo:
nec enim numero pendere metra syllabarum,
sua sed pedibus tempora sufficit referre.
sic tribrachus intervenit in locum trochaei:
nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
vibrare sonum versiculos magis videmus.
Apelassonos autem ratione qua regatur,
cum de pedibus dissererem, satis probavi;
sed quale metrum continuet, nunc referemus.
dixi Diomeden pedis huius esse formam:
in carmine sic est, 'Diomeden modo magnum
dea fecit, dea belli dominatrix, Phrygas omnis
ut in armis superaret. patulis agmina campis
iacuerunt data leto, pavidi tergaque dantes
petierunt trepidae moenia Troiae.'
simili lege sonantes numeros et Neobulae
dedit uno modulatus lepide carmine Flaccus,
'miserarum est neque amori dare ludum
neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae'.
ita binae variantur, neque cedunt
repetita vice longae brevibus per synaphian.
spondeus *ut* autem metron hoc locatus ante
permutat et ex hoc facit *ἀπὸ μείζονος* edi,
dumtaxat ut ipsum referat clausula versus,
idemque caput praeditus occupet sequentis
(metrum pedibus namque tribus semipedem aptat),
ita si capiti demptus erit subinde solus,
quem fecimus ex hoc *ἀπὸ μείζονος* videri,
apelassonos illam revocabit synaphian,

2050 nil officiet *Micyllus* Nil autem officiet *M* 2057 de pedibus] *v. 1511 sqq.* 2059 Diomeden *Lachmannus* DIOMEDEM *M* 2060 *tres tetrametros ionicos a minore et pentametrum unum* Diomedem modo — belli | dominatrix — superaret | patulis — leto | pavidi — Troiae *descripsit Bentleius in Hor. carm. III 12, 1, quem secutus est L. Muellerus post Rutil. Namat. p. 56. Bentleius dubitavit, utrum ipsius Terentiani an Septimii Sereni versus essent, Muellerus eos in fragmentis incertorum poetarum posuit. Terentianus tamen diversam ab auctore rationem secutus, cum duos ionicos a minore ad explendum sotadeum versum adhibuisset, reliquos pedes in trimetros disposuisse videtur,* dea — dominatrix | Phrygas — superaret | patulis — iacuerunt | data — dantes | petierunt — Troiae 2063 LETHO *M* et Neobulae | dedit uno modulatus *Lachmannus* et neobulas dedit | Vno modulatus *M* et Neobolae dedit uno | modulatus *Brissaeus* ad Neobulen | dedit uno modulatus *Micyllus* 2067 *Hor. carm. III 12, 1 sqq.* 2072 spondeus ut autem *Lachmannus* spondeus autem *M* spondeus at autem *Dawesius misc. crit. p. 14*

p. 2429. 30 P.

binis brevibus quae totidem iugare longas
ex ordine semper solet et tenere legem,
non versus ut ullo numero pedum regatur,
sed carminis orsum peragat debita finis.
exemplar utrumque ex facili sumere possis.
sic additur, o quam miserarum est neque amori:
cum demitur autem, miserarum est neque amori:
ex hoc iterum demere si breves volemus,
ἀπὸ μείζονος idem, modo qui fuit, redibit,
rarum est neque amori dare ludum neque dulci.
spondeus erit terminus huius tibi versus,
spondeus et alter caput occupet sequentis:
apelassonos immobilis omnis synaphia est.
Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
ut sermo expletus partes non occupet ambas,
tetrametrus remanet versus, ceu subditus hic est,
'cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon':
cantabunt mihi cum dempsi, pars cetera restat,
Damoetas et Lyctius Aegon.
talis carminibus Flacci reperitur epodos,
'laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
aut Ephesum bimarisve Corinthi
moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
insignes aut Thessala Tempe'.
namque pedes primos versu si reddo secundo,
integer hexametrus stabit, nec fiet epodus,
laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen;
si proficisceris aut Ephesum bimarisve Corinthi
moenia, vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
aspicies magis insignes aut Thessala Tempe.
sic etiam ex versu partem cum demo Maronis,
nosces unde tibi tales generentur epodi:
laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
Damoetas et Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo deminuentur,
dum ne discidium verbi quarto pede fiat,
hic quoque tetrametrus similis remanere videtur.

2093—2113 *Mar. Victor. 116,19—117,11* 2114—2176 *Mar. Victor. 114,17—116,18*

2087 demere *Micyllus* dare *M* nos dare *Brissaeus* 2091 occupat *Brissaeus* 2096 *Verg. bucol. 5, 72* 2100 *Hor. carm. I 7, 1 sqq.* 2111 generentur *Lachmannus* geminentur *M* 2116 tetrameter *M.* tetrametrus *ut supra v. 2095 ita hoc loco legisse videtur Marius Victorinus p. 114,32*

p. 2430. 31 P.

sed differt illo, versus quod portio prima est,
illa sequens, aliaque simul quod lege tenetur:
namque haec sola potest carmen componere plenum
nec subiecta aliis dulcis absolvit epodos,
ut mox ostendam; prior apta videtur epodis,
ut dixi modo, Damoetas et Lyctius Aegon.
pastorale volet cum quis componere carmen,
tetrametrum absolvat, cui portio demitur ima,
quae solido a verbo poterit conectere versum,
bucolicon siquidem talem voluere vocari.
plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus:
ne graecum immittam versum, mutabo latinum,
dulce tibi pinus summurmurat, en tibi, pastor,
proxima fonticulis; et tu quoque dulcia pangis.
iugiter hanc legem toto prope carmine servat:
noster rarus eo pastor Maro, sed tamen inquit
'dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
non, verum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon'.
in tragicis iunxere choris hunc saepe diserti
Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus.
tale dedit nobis Pomponius,
'pendeat ex umeris dulcis chelys
et numeros edat varios, quibus
adsonet omne virens late nemus,
et tortis errans qui flexibus'.
reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro:
rursus de mutilo redit integer,
pendeat ex umeris dulcis chelys apta choreis
et numeros edat varios, quibus ecce propinquum
adsonet omne virens late nemus arvaque iuxta,
et tortis errans qui flexibus effugit amnis.
Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,
quod sit quinque pedum, velut hos modo perspicis.
nam primum addidit illa disyllabon, ut libet:

2138—2141 *Augustin. de mus. IIII 31* 2148—2156 *Mar. Victor. 110, 34 —111, 6*

2117 sed differt illo versus quod portio *Dawesius misc. crit. p. 23*, Sed refert illo uersus quo portio *M. cf. v. 165* 2118 ille sequens *Brissaeus* 2120 nec subiecta *Santenius* Et subiecta *M* 2129 *Theocrit. 1, 1 ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τὺ Συρίσδες* en tibi *Brissaeus* EN VBI *M* en ibi *Aldus inst. gramm. p. 345* 2132 sed tamen *Aldus* et tamen *M* 2133 *Verg. bucol. 3, 1. 2* 2138. 2144 HVMERIS *M* 2138 CHELIS *M*

p. 2431 P.

spondeum nec enim capiti locat omnium,
sed quia est mobilis hic locus, et chorion solet
admiscere, dein quater addere dactylon,
cordi quando fuisse sibi canit Atthida
parvam, florea virginitas sua cum foret.
ille tetrametro datur ante disyllabus.
Cetera pars versus pedibus finita duobus
tale solet colon subiungere, 'primus ab oris'.
continuasse pedes istos in carmine solos
dicitur haec eadem praeclara poetria Sappho.
fingere nobis
tale licebit,
primus ab oris
Troius heros,
perdita flammis
Pergama linquens,
exul in altum
vela resolvit:
saepe repulsus
Ausone terra
moenia fessis
sera locavit;
unde Latinum
post genus ortum
altaque magnae
moenia Romae.
pluribus idcirco, parvis ut notius esset
versiculis carmen condi potuisse, peractum.
cetera tetrametri reddemus, quando duobus
conserta heroo pariterque loquemur iambo.
Nunc orsa iambo, siqua possum, colligam.
adesto, iambe praepes, et tui tenax
vigoris adde concitum celer pedem,

2163—2166 *Mar. Victor. 162, 18—22* 2173—2176 *Mall. Theod. p. 541 ed. Gaisf.* 2181—2242 *Mar. Victor. 131, 31—133, 3* 2182 *Mall. Theod. p. 546 ed. Gaisf.* 2183 *Mar. Victor. 81, 8*

2154 *Hephaest. p. 25, 3 ed. Westph.* τῶν δὲ ἀκαταλήκτων τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ δεύτερον ὅλον Σαπφοῦς γέγραπται, Ἠράμαν μὲν ἔγω σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πόκα 2163 *Verg. Aen. I 1* 2167 *Verg. Aen. III 11* 2173 *Verg. Aen. I 6 sqq.* 2179 tetrametri *Lachmannus* tetrametris *M* 2180 loquemur] *v. 2920 sqq.* 2181 Nunc seorsa iambi *M* nunc orta iambo *Hotchkisius* nunc orsa iambis *Lachmannus* 2183 celerem pedem *libri Marii Victorini p. 81, 8*

p 2132 P.

nec alterius indigens opis veni,
sed ipse verus integerque sexiens,
adusta felle qualis ante carmina
dabas amarus, ultor impotens tui.
vides ut icta verba raptet impetus,
brevemque crebra consequendo longula
citum subinde volvat artius sonum.
iambus ipse sex enim locis manet,
et inde nomen inditum est senario;
sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur.
scandendo binos quod pedes coniungimus,
quae causa cogat, non morabor edere.
nam mox poetae, ne nimis † secet brevis
lex haec iambi verba pauca admitteret,
dum parva longam semper alterno gradu
urget nec aptis exprimi verbis sinit
sensus aperte dissidente regula,
spondeon et quos iste pes ex se creat
admiscuerunt, impari tamen loco,
pedemque primum, tertium, quintum quoque,
iuvere paulum syllabis maioribus.
at qui cothurnis regios actus levant,
ut sermo pompae regiae capax foret,
magis magisque latioribus sonis
pedes frequentant, lege servata tamen,
dum pes secundus quartus et novissimus
semper dicatus uno iambo serviat:
nam nullus alius ponitur, tantum solet
temporibus aequus non repelli tribrachys.
quid? non trochaeus temporum est aeque trium?
est: sed trochaeo longa prior *est* syllaba,
brevis autem iambo, longa post; cui non potest

2194—2242 *Mar. Victor. 80, 1—81, 3*

2185 sexiens *Lachmannus* exiens *M* gestiens *Aldus inst. gramm. p. 370* 2187 ultor impotens tui *Aldus* impotens ultor tui *M* 2196 nimis cesset breuis *Aldus* nimis secans breuis *Brissaeus* nimis secum breuis *Lachmannus*. *malim* nimis stricta et brevis: *cf. Mar. Victor. p. 80, 1. 132, 11* 2205 at qui ς Atqui *M* 2212 repelli ς repellit *M* 2213 *Mar. Victor. p. 83, 27* quamquam Terentianus, non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor, sedulo refragetur. nam secundam sedem in trochaico versu trimetro acatalecto velut legitimum iambo adsignat, cum idem ab iambico metro trochaeum excluserit 2214 prior est syllaba *Dawesius misc. crit. p. 23*, prior syllaba *M*

p. 2432. 33 P.

longam trochaeus subdere et brevem suas,
brevi sequentis quia fit hoc ionicum.
et cur iambo nunc trochaeus serviat?
qui metron ipse copulat trochaicum,
praebetque nomen, ut loquemur postmodum,
habetque et ipse subditivum tribrachyn,
qui iure utrique servit et subiunctus est,
e quis creatur, quos creare non potest.
nam non ita, est ut longa dissolubilis,
breves vicissim contrahi in longam valent;
quia solida findi magnitudo non vetat,
divisa iungi rursum in unum non queunt.
culpatur autem versus in tragoediis
et rarus intrat ex iambis omnibus,
ut ille, contra qui secundo et talibus
spondeon aut quem comparem receperit.
sed qui pedestres fabulas socco premunt,
ut quae loquuntur sumpta de vita putes,
vitiant iambum tractibus spondiacis
et in secundo et ceteris aeque locis,
fidemque fictis dum procurant fabulis,
in metra peccant arte, non inscitia,
ne sint sonora verba consuetudinis,
paulumque rursus a solutis differant.
magis ista nostri: nam fere Graecis tenax
cura est iambi vel novellis comicis
vel qui in vetusta praecluent comoedia.
Aristophanis ingens micat sollertia,
qui saepe metris multiformibus novis
Archilochon arte est aemulatus musica.
sed paulum abimus longius: nunc hanc magis,
heroicus quare pedes per singulos,
at iste binos scanditur, causam loquar.

2226. 27 *Pompei. 122, 10 Iulian. exc. 321, 28* 2228—2245 *Rufin. de metr. p. 2710* Terentianus de iambis fabularum sic dicit, Culpatur *sqq.* 2228—2242 *Prisc. de metr. Ter. 419, 16* Terentianus de iambico metro Culpatur *sqq.* 2246—2263 *Caesius Bassus apud Rufinum de metr. p. 2707*

2216 et brevem suas, Brevi sequente, quia fit hoc ionicum *Dawesius* suam *M*: *cf. v. 2286* 2217 quia *Micyllus* qua *M* 2218 en cur iambo non trochaeus seruiat *Brissaeus* nunc *Micyllus* nun *M* 2219 trochaeicum *M* 2220 postmodum] *v. 2280. sqq.* 2223 e quis *Petrecinus* Ecquis *M* 2224 est ut *Micyllus* ut est *M* 2234 spondaicis *M* 2239 differant] litteris *codices Rufini de metr. p. 2710* 2243 emicat *codices Rufini* 2144 qui ς Quis *M* nouus *codices Rufini* 2245 Archilocon *M*

p. 2433. 34 P.

spondeon etenim quia recepit impari
tantum loco vel dactylum aut contrarium,
secundo iambum nos necesse est reddere,
qui sedis huius iura semper obtinet,
scandendo et illic ponere adsuetam moram,
quam pollicis sonore vel plausu pedis
discriminare, qui docent artem, solent.
si primus ergo pes eam sumet moram,
ubi iam receptum est subdere heroos pedes,
versum videbor non tenere iambicum:
sed quia secundo numquam iambus pellitur,
moram necesse est in secundo reddere
et ceteris qui sunt secundo compares;
ubi non timebo nequis herous cadat.
sic fit trimetrus qui fuit senarius.
  Nunc ipsa metra, quae redegi, prosequar.
iugi trimetro Flaccus usus est semel,
ut non epodum subderet vel demeret
aut adderet, quo legem iambi verteret;
sed simplici carmen per omne evectus est,
quod esse notum versibus primis potest,
'iam iam efficaci do manus scientiae,
supplex et oro regna per Proserpinae'.
unumque carmen lege tali pertulit.
  Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
a capite sumet, tunc quadratus dicitur,
idemque dictus est et octonarius.
ante ergo versum collocabo iambicum,
'phaselus ille quem videtis, hospites':
quadratus iste talis effici potest,
adest celer phaselus ille quem videtis, hospites.
  Si dempta prima syllaba adiecto pedi est,
quem de duobus esse iambis perspicis,
quod hinc remansit, creticum reddit pedem,
est celer phaselus ille quem videtis, hospites;
quia prima cum sit dempta iambo duplici,
longam relinqui convenit, post alterum

2273—2370 *Mar. Victor. 133, 34—134, 31*

2257 receptum *Aldus inst. gramm. p. 352*, praeceptum *M* 2264 redegi ς redigi *M* 2267 everteret *et* 2268 vectus est *Hotchkisius* 2270 *Hor. epod. 17, 1 sq.* 2272 protulit *Petrecinus* 2277 *Catull. 4, 1* 2280 si dempta ς Siqui dempta *M*

p. 2434. 35 P.

manere iambum, qui brevem et longam suas
iungens priori perficit dictum pedem.
sic creticum siquis velit disiungere,
fiet trochaeus, longa et una syllaba.
praecedet ergo quando cres iambicum,
habet trochaeum, longam et unam; quae sibi
primam ex iambo dum sequenti copulat
brevem, trochaeos esse iam duos vides
et longam iambi: sic trochaei ceteri
fient subinde. longa dum brevem sibi
trahit ex iambo, longa et alia linquitur,
quae sibi vicissim copulans iungat brevem,
volvendo totum coget ordinem pedum,
donec trochaeis restet una in extimo,
catalexis in quam fiet, ut iam diximus.
nam cretici tres syllabae primo loco,
bis sex iambi, quindecim fiunt simul:
sic numerus impar post trochaeos septiens
habeat necesse est extimam superstitem.
sed quia trochaeos tamquam iambos scandimus,
ut sit trimetrus, tres erunt bini pedes;
finem tenebit dactylus vel creticus,
quia duplici trisyllabus minor pede est.
trochaicum autem permanebit liberum,
dum erit trimetrus ex iambis omnibus.
est celer phaselus ille quem videtis, hospites
spondeos autem si sequetur creticum,
habere primum quem potest iambicus
(nam primus ipse est separato cretico),
vel tertio locetur aut quinto pede,
seriem trochaei iam labare perspicis;
quia post trochaeum longa superans cretici,
dum de sequenti copulat longam sibi,
vetat trochaeos ire iunctos ordine.
sed quia recepit lex iambi dactylum,
spondeon aut qui dactylo est contrarius,
ut iam tenemus, impari tamen loco,
nunc, versu iambi qui pedum primus fuit,
erit secundus ante eunte cretico,

2288 diiungere *M* 2296 trahit ς traxit *M* 2298 coget *Lachmannus* cogat *M* 2306 trimetrum *M* 2308 *delevit Brissaeus* 2309 Trochaeicum *M* 2312 sequatur *Santenius* 2317 quia ς Quid *M* 2318 dum de sequenti *Micyllus* Dum ex sequenti *M* dum ea ex sequenti *Reizius* dum ex insequenti *Lachmannus: cf. v. 2628*

p. 2435 P.

ex quo trochaeus tertiam quia separat,
haec de sequenti copulat longam alteram,
spondeon esse post trochaeum propalam est;
qui sic secundus *et* trochaicis datur,
iambicis ut impari solet loco.
nec culpa metri est, si vel hoc vel talibus
pes inseratur, temporum est qui quattuor,
dum primus ipse, qui trochaicum facit,
et tertio locetur et quinto pede.
nam pes uterque, quia sibi est contrarius,
gaudet locorum dispari custodia.
trochaeus ergo semper impari loco
parique iambus rite collocabitur:
nihil nocebit, quisque curret ceteris,
ut quodque metrum lege condetur sua.
ergo qui versus paratur integer trochaicus,
cretico fiet remoto rectus idem iambicus.
porro si talis locetur, qualis hic noster modo est,
ter tibi spondeon hic semper secundum suggeret:
cretico dabit remoto ter tibi hunc, sed imparem,
talis locetur, qualis hic noster modo est,
simulque iambos nunc suis reddet locis,
quos in trochaeos retro vertit creticus.
verum a magistris versus iste dicitur
acephalus, idem qui trochaicus quoque.
Archilochus auctor traditur talis metri.
sed iam pedum cum regulam distinguerem,
longam resolvi per duas dixi breves,
ipsumque posse quinque totas creticum
breves habere, quando longas solveris.
est ergo et ille versus integer meus,
quo quinque feci syllabarum creticum,
is erit anapaestus, quinque, post spondeus est.
exempla ponam, quae locasse Caesium
libro notavi, quem dedit metris super,
'beatus ille qui procul negotiis':
est creticus pes Socrates, et versus hic,

2325 tertiam *Lachmannus* tertium *M* 2327 post trochaeum ς potest trochaeum *M* 2328 secundus et trochaicis *Lachmannus* Secundus trochaicis *M* secundus pes trochaicis *Micyllus* secundus in trochaicis *Hotchkisius* 2332 primus *Lachmannus* prius *M* 2339 condatur *Brissaeus* 2341 rectus *Micyllus* rectius *M* 2352 dixi] *v. 1450 sqq.* 2355 ille versus] *v. 1403* 2358 Caesium] *cf. supra p. 250* 2360 *Hor. epod. 2, 1*

p. 2136 P.

Socrates beatus ille qui procul negotiis.
hinc solvo primam: tale fit, nec pes labat,
Diogenes beatus ille qui procul negotiis.
cum tertiam, ne tum quidem quicquam perit,
Demophile, beatus ille qui procul negotiis.
utrasque quando solveris, nil laeditur,
quod agis', age: beatus ille qui procul negotiis.
auctore tanto credo me tutum fore,
ut pro trochaeo nemo culpet tribrachyn.
Archilochus autem creticum sicut dedit,
aeque trimetro iunxit Hipponax pedem
novissimum trisyllabum ex prima brevi,
longis duabus: antibacho nomen est.
exemplar eius tale possis fingere,
phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus.
quadratus ut sit, parte ab ima claudicat:
erit quadratus reddita novissima,
phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus est.
phaselus ergo quem videtis, hospites, Sabinus
aeque est et ipse syllabarum quindecim,
ut ille, prima parte qui multatus est;
sed iambicus manebit, unde et natus est.
illic enim, quia prima pars ex cretico
gignit trochaeum, transit in trochaicum:
hic ex iambis natus ad finem quoque
manebit idem. veniat externus licet
pes antibacchus, non erit dispar tamen:
namque est iambus tertiam longam trahens.
sic ergo versus ex iambis prosatus
suis iambis iungit inde septimum,
et hunc, ut illum, terminabit semipes;
vel quia est trimetrus, antibaccho desinet.
frequens in usu est tale metrum comicis vetustis,
Atella vel quis fabulis actus dedit petulcos,
quia fine molli labile atque deserens vigorem

2371—2428 *Mar. Victor. 135, 14—136, 30*

2367 solveris *Brissaeus* soluerit *M* 2370 ut pro trochaeo *Lachmannus* Et pro iambo *M* et pro trochaeo *Dawesius misc. crit. p. 24* ut pro iambo *Santenius* 2374 antibaccho *Micyllus* antibacchio *M* 2375 possis *Brissaeus* possit *M* 2376 *Catull. 4, 1* phaselus ille, quem videtis, hospites. *Verg. catal. 8, 1* Sabinus ille, quem videtis, hospites 2382 mulctatus *M* 2392 et hunc ut illum *Lachmannus* Et hunc et illum *M.* ut *legit Marius Victorinus p. 135, 22*

p. 2436. 37 P.

sonum ministrat congruentem motibus iocosis.
  Claudum trimetrum fecit aliter Hipponax,
ad hunc modum, quo claudicant et hi versus:
idcirco graece nuncupatus est *σκάζων*.
hic non iambum reddidit pedem sextum,
paenultimam sed pro brevi trahit longam,
novitate ductus, non ut inscius legis.
sed quia iugatos scandimus pedes istos,
paeona fieri perspicis pedem in fine:
epitritos nam primus implet hanc partem,
brevis locata cum sit ante tres longas.
quare cavendum est ne licentia sueta
spondeon aut qui procreantur ex illo
dari putemus posse nunc loco quinto,
ne deprehensae quattuor simul longae
parum sonoro fine destruant versum:
nam dactylum paremve quid tibi dicam?
cum tantum iambus hoc loco probe poni
aliusque nullus rite possit admitti.
hoc mimiambos Mattius dedit metro:
nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
pari lepore consecutus et metro.
  Sed et trimetrus, ut quadratus, hic potest
acephalos esse, prima quando demitur,
fierique primus pes et istic creticus.
nam sicut ille redditur trochaicus,
sic versus ante qui videtur integer,
a d e s t c e l e r p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e s,
cum demo primam, quod relinquo tale fit,
e s t c e l e r p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e s.
acephalus ergo, sed trimetrus, factus est.
Archilochus idem est usus et tali metro.
  Vicissim et ille qui quadratus claudicat
et in trimetro claudicare sic potest,
p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e s S a b i n u s e s t:

2398—2415 *Caes. Bass. 257, 5—258, 11* 2401 *Mall. Theod. p. 546 ed. Gaisf.* 2403 *Mar. Victor. 81, 10*

2401 reddit *codices Mallii Theodori p. 547 ed. Gaisf.* 2416 Hoc Mimiiambos *M* metro *Brissaeus* metron *M* 2417 eundem est attico thymo tinctum Pari lepore est consecutus et metro *M* eundem est attico thymo cinctum Pari lepore consecutus et metro *Aldus inst. gramm. p. 377* eundem iste Attico thymo tinctum Pari lepore consecutus et metro *Lachmannus* 2429 vicissim ut ille *Santenius*

phaselus ille quem vides Sabinus.
similem locavit Flaccus uno in carmine:
sed quia videtur alius ante praeditus,
ut versus hic epodus illius foret,
ratione quem iam competenti distuli,
simul hos loquemur, quando devinctis metris
et hinc et inde veniet aptior locus.
Nec non dimetrus ex trimetro redditur,
quacumque partem tertiam si detrahas;
stabitque versus octo tantum syllabis,
nisi quando sumet dactylum aut contrarium,
locove iambi qui probatur tribrachys;
talisque versus hic erit,
phaselus ille quem vides.
plerumque nec carmen modo,
sed et volumen explicat;
ut pridem Avitus Alfius
libros poeta plusculos,
usus dimetro perpeti,
conscribit excellentium.
tales trimetris subdidit Flaccus suis,
ut carmina ostendunt decem,
'ibis liburnis inter alta navium,
amice, propugnacula'.
Archilochus isto saevit iratus metro
contra Lycambam et filias.
Et hic dimetrus non minus
ut ille acephalus esse vel claudus potest.
adest celer phaselus est:
cum prima dempta est, redditur
est celer phaselus est;
at cum suprema, claudicat
adest celer phaselus.
Flaccus priorem sic dedit,

2439—2496 *Mar. Victor. 137, 8—138, 29*

2433 uno in carmine] *carm. I 4, de quo dicitur v. 2920 sqq. nam in hoc similem epodum, sed aliter dimetiendum esse voluit Terentianus; alium, qui vere claudus trimeter esset, in carmine II 18 tractavit v. 2468* 2435 ut versus hic *Micyllus* Versus ut hic *M* 2436 distuli] *v. 2179* 2443 locove iambi *Micyllus* Loco uel iambi *M* 2448 Auitus Alphius *M* 2451 conscripsit *Brissaeus*, cum scribit *coniecit editor Sanctandreanus* 2454 *Hor. epod. 1, 1 sq.* 2457 Lycambam *Petrecinus, Marius Victorinus p. 79, 35 et 137, 30*, lycamben *M* lycambem *Micyllus*

p. 2438 P.

esset ut versus prior
est celer phaselus est,
post hunc veniret talis hic epodus,
phaselus ille quem vides Sabinus.
† sunt tales hoc uno in carmine,
ad usque finem permanent compares epodi,
'non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar'.
non ebur pes creticus:
longa nam fit tertia
consonante ex altera.
neque aureum prima ex trimetro portio est.
mea renidet in domo dimetrus est,
quod ut Sabinus claudicat lacunar.
pedem hinc iambum duplicem
mea reni si dempseris, relinquitur
det in domo lacunar:
adest celer phaselus.
et condere inde carmen
multi solent poetae.
Horatium videmus
versus tenoris huius
nusquam locasse iuges;
at Arbiter disertus
libris suis frequentat.
agnoscere haec potestis,
cantare quae solemus,
'Memphitides puellae
sacris deum paratae',
'tinctus colore noctis
manu puer loquaci'.
  Aptum videtur esse
nunc hoc loco monere,
quae sit figura versus,
quem credidit vetustas,
tamquam Italis repertum,

2497—2524 *Caes. Bass. 265, 8—266, 16 Mar. Victor. 138, 30—139, 30*

2466 esset ut ς Esse: ut *M* 2470 Sunt in uno hoc carmine Ad usque finem compares epodi *coniecit Santenius*, sunt tales hoc uno in carmine compares epodi, ad usque finem permanente metro *Lachmannus*, Sunt atque tales hoc in uno carmine Ad usque finem permanentque compares *Hotchkisius* 2472 *Hor. carm. II 18, 1 sq.* 2491. 92 *Petronio tribuit Barthius advers. XXII 4 p. 1077 et VII 5 p. 319*

saturnium vocandum.
sed est origo graeca,
illique metron istud
certo modo dederunt;
nostrique mox poetae
rudem sonum secuti,
ut quemque res ferebat,
sic disparis figurae
versus vagos locabant.
post rectius probatum est,
ut tale colon esset
iunctum tribus trochaeis,
ut si vocet Camenas quis novem sorores.
et Naevio poetae sic ferunt Metellos,
cum saepe laederentur, esse comminatos,
'dabunt malum Metelli Naevio poetae'.
dabunt malum Metelli, clauda pars dimetri:
dabunt malum Metelli,
adest celer phaselus,
Memphitides puellae,
tinctus colore noctis.
post Naevio poetae tres vides trochaeos:
nam nil obest trochaeo, longa quod suprema est.
Et choriambus unus
praeditus antibaccho
claudicat, ut priores.
videro, si novelli
versus erit poetae;
lex tamen una metri est:
tinctus colore noctis,
dabunt malum Metelli:
'Inachiae puellae
seu bovis ille custos'.
colon et hoc in usu
carminis est Horati.
tu genus hoc memento

2537 *Mall. Theod. p. 541 ed. Gaisf.*

2508 ut quaeque *Brissaeus* 2514 *Caes. Bass. p. 266, 3 ex Naevio* novem Iovis concordes filiae sorores 2515. 17. 23 NEVIO *M* 2518 dimetri *Micyllus, Marius Victorinus 139, 20,* trimetri *M* 2519 *delevit Micyllus* 2521 *et* 2522 *uno versu coniunctos habet M* 2524 nam nihil obstat *edidit Brissaeus* 2536 Horati] *carm. I 8: cf. Caes. Bass. p. 270, 10. apud Terentianum quae de hoc carmine dicta erant, nunc non leguntur*

p. 2440 P.

reddere, cum reposcam.

Nunc, quia quae potui videor tractasse seorsa
heroico profecta quaeque iambico,
cetera quae mixtis variantur partibus horum,
ut quibo, metro nitar hinc attingere:
sed quoniam ex uno possunt adiuncta referri,
amplectar ultro quod datur compendium.

Quem nos hendecasyllabum solemus
tamquam de numero vocare versum,
tradunt sapphicon esse nuncupandum:
namque et iugiter usa saepe Sappho
dispersosque dedit subinde plures
inter carmina disparis figurae.
sed primi pedis ante lex tenenda est,
spondeon siquidem videmus istic
tamquam legitimum solere poni,
post hunc dactylon atque tres trochaeos,
cui nomen quoque phallico dederunt.
verum mobilis hic locus frequenter
non solum recipit pedem, ut loquebar,
spondeum, sed et aptus est trochaeo,
nec peccat pede natus ex iambo.
exemplis tribus hoc statim probabis,
docti carmine quae legis Catulli,
'cui dono lepidum novum libellum,
arido modo pumice expolitum?'
'meas esse aliquid putare nugas'.
quos dixi modo, iam pedes videmus
diversos capiti trium locatos,
spondeon CUI DO, trochaeon ARI:
MEAS, quis neget hunc iambon esse?

Hic per commata septies feritur,
quales hexametron tomas habere
iamdudum tibi disserens probavi.
ex quis nunc duo metra copulari

2545—2913 *Caes. Bass. 258, 13—263, 21 Mar. Victor. 148, 9—155, 9*
2571 *Mar. Victor. 118, 20*

2555 cui *Aldus inst. gramm. p. 382*, Qui *M. cf. Mar. Victor. p. 148, 17, ubi si incorrupta est librorum scriptura* e quis ithyphallico seu phalaecio, ut supra diximus, nomen est, *Marius Victorinus apud Terentianum* qui *legit.* quis nomen quoque phallicis dederunt *coniecit Micyllus ad v. 2593* phallico *Petrecinus et Dawesius misc. crit. p. 24*, phalaeco *M* phalico *Aldus* 2562 *Catull. 1, 1. 2. 4* 2563 PVMICAE *M*

p. 2440. 41 P.

in unum solidum videbis, ortum
cum componitur ex utroque metro.
pars heroica tum prior duobus
spondeo pede dactyloque constat
et quem semipedem est necesse linqui,
ut sit pentameris tome locata;
exin cetera portio est iambi.
quod non difficile est statim notare,
cum talis fuerit figura versus,
carmen Pierides struunt sorores.
haec exordia versuum duorum,
carmen Pierides, quod hexametri est,
atque iambicon hoc, struunt sorores,
compleri poterunt utroque metro,
carmen Pierides pangunt memorabile Musae,
struunt sorores Atticae dirum nefas.
haec divisio prima computetur.
At quae nunc pedibus duobus orta
sermonem cohibet nec exit ultra,
sicut semipedem prior trahebat,
coniungit sibi phallicos trochaeos,
ut dixi modo, Bacche Bacche Bacche.
tum versum videas sonare talem,
pangunt carmina iam novem sorores.
nam si quattuor his pedes duobus
addas, hexameter profecto fiet,
pangunt carmina tergeminae memoranda sorores.
post hos phallica de tribus trochaeis
pars est cetera, iam novem sorores.
Exin tertia latius patescit,
carmen Pierides dabunt sorores.
nam cum dempsero versui sorores,
carmen Pierides dabunt manebit.
carmen Pierides dabunt,
hoc metrum choriambicum est,

2575—2589 *Mar. Victor. 121, 2—8*

2573 uidebis, ortu *Lachmannus* uidebis orbem *Schraderus apud Santenium* 2575 tum] cum *Lachmannus* 2578 pentameris *Lachmannus* penthemimeris *M.* linqui | ut sit penthemimeris *Micyllus* 2593 phallicos *Micyllus et Dawesius* phalaecos *M: cf. v. 2555* 2594 bacchae *tertio loco M: cf. v. 1848* 2600 Post hoc phalaeca *M* post hoc phallica *Micyllus: cf. v. 2824* 2602 latius *Lachmannus, Marius Victorinus p. 149, 26,* melius *M*

p. 2441. 42 P.

quod pars bacchiacum vocant.
hinc primas capiti duas
nec non *et* totidem ultimas
excrementa magis putant
nec ducunt numero pedum.
sunt haec carmen, item dabunt;
solum Pierides manet,
quod reddit geminum pedem,
dicunt quem choriambicon,
quia longam sequitur brevis,
claudit longa brevem alteram:
nam DES longa fit altera
iuncta post sibi consona.
sic ponunt medium pedem
primas inter et ultimas,
carmen Pierides dabunt.
pars prima hic varie solet
spondeum modo sumere,
idem saepe et iambus est.
hoc de Septimii potes
iunctis noscere versibus,
'geritque intus in oppidum
anhelos Panope greges'.
alter consimiles dedit,
'opima adposui senex
Amori arma Feretrio'.
trochaeum quoque sic locat,
'purpurae leguli senes',
'intus hic ubi consitum est'.
utque est mobilis hic locus,
immotus manet ultimus:
namque hic semper iambus est.
tendunt latius hoc genus,
duos ut choriambicos
includant medios pedes,
et sit versus ad hunc modum,
carmen Pierides dulcisonum dabunt.
duplex hic choriambus est,

2610 et *om. M, add. Micyllus* 2611 incrementa *Marius Victorinus p. 149, 34* 2613 haec] hae *Marius Victorinus* 2616 dicunt quem ς Dicuntq; *M* 2618 claudit longa ς Claudit longam *M* 2629 agitque *coniecit Schraderus apud Santenium* 2630 Panope ς PANOPAE *M: cf. Diom. p. 511, 18* 2633 PHERETRIO *M*

p. 2412. 43 P.

primus Pierides, dulcisonum *sequens*.
sic carmen prius est, finis item dabunt,
ut pes haec habuit prior.
sunt qui tradiderint, ultima versui
tamquam pentametro syllaba dempta sit,
quam si restituas, pentametrum fore,
carmen Pierides dulcisonum dabunt,
carmen Pierides dulcisonum dabitis;
ut versus quoque sic constet Horatii,
'Maecenas atavis edite regibus',
Maecenas atavis edite remigibus.
usque autem videas hoc procul a fide,
ut metri genus hoc vatibus inclitis
non uno aut gemino constiterit pede,
verum in tres etiam consimiles eat
clausos in medio partibus exteris;
quod iam pentametri non patitur modus.
nam sic tres videas esse pedes datos,
carmen Pierides dulcisonum, si mereor, dabunt.
His est omnibus in suis
libris usus Horatius;
quo, dicam, et quotiens modo.
nam primum minime suo
solum carmine protulit,
ut vates alii solent,
exemplum et Senecae dabo,
'Thebis laeta dies adest:
aram tangite supplices,
pingues caedite victimas'.
tales continuos legis.
hunc praeponit Horatius,
epodum ex geminis subicit alterum.
exemplum sat erit semel
nos hoc ponere; ceterum
bis sex carminibus suis
hunc servat stabilem modum:
'sic te diva potens Cypri,
sic fratres Helenae, lucida sidera'.
sic te diva potens Cypri,

2650—2655 *Caes. Bass. 268, 24*

2646 dulcisonum sequens *Brissaeus* DVLCISONVM dabunt *M* 2649 pes] pars *Santenius coll. v. 2624* 2656 *Hor. carm. I 1, 1* 2672 *Senec. Herc. fur. 877 sqq.* et *om. Brissaeus* 2681 bis sex *Santenius* Bis ex *M* 2683 *Hor. carm. I 3, 1 sq.*

p. 2443 P.

hic unus choriambus est:
sic fratres Helenae, lucida sidera,
hic interpositi duo.
talem, quem geminis perspicis effici,
servat carminibus perpetuum tribus;
quorum exordia cum praedita videris,
stabit continuum consimili modo,
'Maecenas atavis edite regibus',
'exegi monumentum aere perennius',
'donarem pateras grataque commodus'.
nec non continuos tres pariles dedit
versus et cecinit post alium brevem
ex uno simili pede;
ususque est genere hoc carminibus novem,
quae sunt talia, quale est modo quod dabo,
'scriberis Vario fortis et hostium
victor Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit'.
tres binis pedibus cernimus editos,
unum quartus habet pedem.
hanc docti tetracolon vocitant strophen:
nam post quattuor hos altera vertitur
ad legem similem consimilis strophe,
in qua sunt alii quattuor hoc genus
versus, ex quibus hi sunt sibi tres pares
praemissi, biiugos qui capiant pedes,
unum quartus in omnibus.
iam quem perficiunt tres medii sic choriambicum,
tales continuos carminibus composuit tribus,
'tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem [tibi',
'nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem',
'o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens'.
binas hic capiti totque itidem deme novissimas:
fient in medio perspicui tres choriambici,
ut versus meus est, quem similem composui ex tribus,
carmen Pierides dulcisonum, si mereor, dabunt.
et supra positi sic quoque sunt duo,

2696—2713 *Mar. Victor. 165, 7—14*

2693. 94. 95 *Hor. carm. I 1, 1. III 30, 1. IIII 8, 1* 2701 *Hor. carm. I 6, 1 sqq.* 2712 biiugos *Lachmannus* binos *M* geminos *Micyllus* 2716. 17. 18 *Hor. carm. I 11, 1. 18, 1. IIII 10, 1* 2721 ut] At *M*

p. 2444 P.

carmen Pierides dulcisonum dabunt,
Maecenas atavis edite regibus.
ex uno quoque sic fuit,
carmen Pierides dabunt,
sic te diva potens Cypri.
  Forsan longula visa sit
haec divisio tertia
versus hendecasyllabi.
sed tot nos docuit metra,
et sunt quae deceat magis
nunc conectere, dum recens
haec est regula, quae dedit
ex se tam varios modos;
quae disiungere si velim,
cogar, dum paro singulis
certas reddere origines,
iam tractata retexere.
  Ergo hinc nascitur altera
metri regula, ceu duas
partes hexametri secans
quae ternos dirimit pedes;
quos si reddideris sibi,
hexametrum pedibus cernes constare receptis,
qui tamen heroum factis indignus habetur.
namque tome media est versu non apta severo,
fitque soluta magis, quotiens spondeus inest pes
tertius et quartus. non *esse* hunc incolumem ergo,
sed de commatibus tradunt constare duobus.
ipse enim sonus indicat esse hoc lusibus aptum,
et ferme modus hic datur a plerisque Priapo.
inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus,
'hunc lucum tibi dedico consecroque,. Priape,
qua domus tua Lampsaci est *usque* quaque, Priape:
nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia ceteris ostriosior oris'.

2733 deceat ς deceant *M*   2737 quae disiungere *Lachmannus* Quam disiungere *M*   2750 non esse hunc incolumem ergo *Lachmannus* non hunc incolumen. ergo *M* nolunt hunc incolumem ergo *Brissaeus*   2752 ipse etenim *Brissaeus*   2756 LAMPSACI EST QVAQVE PRIAPe *M, ubi* erit *pro* est *coniecit Lachmannus. 'ex u. 2763—66 apparet postremam commatis prioris syllabam non esse longam. et iambum in hoc fuisse credibile facit uersus 2762' idem.* Lampsaci sita est quaque Priape *edidit Brissaeus, quem secutus Scaliger Virgil. append. p. 85 (a. 1595)* Lampsaci est, quaque silua Priape *scripsit*   2757 urbibus haec colit ora *Brissaeus*

p. 2444. 45 P.

et plures similes sic conscripsisse Catullum
scimus. usque adeo hoc genus lex heroica pellit,
ut sit utraque portio coepta saepe trochaeis:
nam discrimine nullo ponit hunc vel iambum.
nec mirabere syllabae finem commate primo,
tamquam de pede dactylo fiat tertia longa,
nam te praecipue in suis. talis versus et alter,
Hellespontia ceteris: aeque est ultima longa.
nam quia commata bina sunt, sumunt ambo supremas.
versus ergo magistri vocant hos priapeos.
et Maro dat tales; sed quia distinctio verba
dissociat nectitve aliter nec partibus aequis
distingui patitur pedes, effugit sonus aurem.
'fronde super viridi sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis':
'turbabat caelo, nunc terras ordine longo
aut capere aut captas iam despectare videntur'.
si distinctio separet nobis mitia poma,
pressi copia lactis, terras ordine longo,
despectare videntur, fient sic resonantes,
ut versus sonat alter, quem distinctio nudat,
'cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos'.
siquis hic quoque findat prima commatis instar,
ex uno choriambico,
de quo disserui modo,
versus stare videbitur,
cui non dictus Hylas puer,
Thebis laeta dies adest,
carmen Pierides dabunt.
usque autem duo commata
possis credere rectius,
haec ipsa ut videas dari
non hoc quo modo sunt situ,
versa sed vice pristina.
namque his commatibus Flaccus Horatius
metrum composuit; sed choriambicos

2793—2818 *Caes. Bass. 267, 24—268, 4 Mar. Victor. 164, 28—165, 16*

2759 et plures similes *Reizius* Et similes plures *M* 2761 caepta *M* 2771 effugit sonus *Lachmannus* sonus effugit *M* 2772 *Verg. bucol. 1, 81 sq.* 2774 *Verg. Aen. I 395 sq.* 2780 *Verg. georg. III 6* 2781 hic quoque *Lachmannus* sic quoque *M* primum *Brissaeus*: *cf. Mar. Victor. p. 151, 28* 2782 *et* 2783 *uno versu coniunctos habet M, divisos* ς 2791 quo modo ς quomodo *M*

P. 2445. 46 P.

ex binis pedibus praeposuit duos,
tunc hos iungit epodos,
partes ut modo *do* duas.
ipso carmine iam tibi fiet regula plana,
'quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrrha, sub antro?
cui flavam religas comam?'
pergunt cetera post consimili strophe.
versus hic igitur sunt pariles duo,
quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus.
post hos quae veniunt commata perspicis,
grato, Pyrrha, sub antro,
cui flavam religas comam.
cui flavam religas comam prima parte locetur,
fiat comma secundum grato Pyrrha sub antro:
versum non dubium est fore quem dicunt priapeum,
cui flavam religas comam grato, Pyrrha, sub antro.
nec quod desinit in comam, si fit tertia longa,
dum G consona iungitur, grato Pyrrha sub antro,
peccat dactylus istic, cum, sicut modo dixi,
primi commatis ultima fiat libera legis.
sunt haec talia Flacci vatis carmina quinque.
Iam divisio quarta non morosa
qualem suggerimus tomen habebit,
carmen suave dedistis, o Camenae.
nam cum sustulerimus o Camenae,
pars heroica fiet haec relicta,
quae post hos geminos pedes habebit
clusum nomine tertium trochaeum,
carmen suave dedistis.
haec heroica iam tome probata est,
'infandum regina'.
nam versus sibi parte restituta
inlaesum revocabit hexametrum,
carmen suave dedistis Olympiades mihi Musae,
'infandum, regina, iubes renovare dolorem'.
Et quintam breviter tomen loquemur.

2796 *et* 2797 *uno versu coniunctos habet M, distinxit Micyllus* 2797 do *om. M, add. Santenius* 2799 *Hor. carm. I 5, 1 sqq.* 2818 haec talia *Petrecinus* haec alia *M* 2832 *Verg. Aen. II 3*

p. 2446 P.

spondeum siquidem inter et secundum.
quem scis dactylon hic solere poni,
si trudas anapaeston inserasque,
iungas cetera, iam videbis ipsum

* * *

consueto pede Sotaden locutum.
carmen Pierides dabunt sorores.
si dicam lepidae, palam est profecto
quod sit pes anapaestus. insero ergo
spondeo medium atque consequenti
hoc nomen lepidae: fit omne tale,
carmen lepidae Pierides dabunt sorores.
idcirco genus hoc phalaeciorum
vir doctissimus undecumque Varro
ad legem redigens ionicorum
hinc natos ait esse, sed minores.
Nunc divisio, quam loquemur, edet
metrum quo memorant Anacreonta
dulces composuisse cantilenas.
hoc Petronius invenitur usus,
Musis cum lyricum refert eundem
consonantia verba cantitasse,
et plures alii. sed iste versus
quali compositus tome sit edam,
'iuverunt segetes meum laborem'.
iuverunt, caput est *id* hexametri:
si cures reliquos pedes referre,
iuverunt animum versus ex carmine Flacci.
quod restat, segetes meum laborem,
tale est, ceu 'triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis,
volucrique Phoebus axe
rapidum pererret orbem'.
non nulli metron hoc magis putarunt
quod sit postera pars ionicorum

2846 *Augustin. de civ. dei VI 2* 2849—2865 *Mall. Theod. p. 544 ed. Gaisf.*
2861 *Augustin. de mus. IIII 17. 26* 2862. 63 *Augustin. de mus. IIII 16*

'*post 2837 excidit uersus, ad hunc modum*, quo supra tibi diximus poetam. *confer u. 1510' Lachmannus: sine lacuna M* 2853 Musis cum *Dawesius misc. crit. p. 163*, Musicum *M* 2858 id *om. M, add. Micyllus* 2859 sic cures *coniecit Santenius* 2864 axi *Mallius Theodorus p. 545 ed. Gaisf.* 2865 rutilum *Mallius Theodorus.*

p. 2447 P.

quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos;
ut versus reparetur inde plenus,
'segetes meum laborem',
o quam relevarunt segetes meum laborem:
'Triviae rotetur ignis',
cernis quotiens hic Triviae rotetur ignis;
nec pars haec anapaeston atque iambos
nec non et catalecticam supremam,
sed sumat pariambon et trochaeos,
segetes meum laborem;
quod metron soleant pedes iones,
nunc longas brevibus brevesque contra
alterna vice commodando longis,
versum claúdere saepe ditrochaeis.
nec mirum puto, quando Varro versus
hos, ut diximus, ex ione natos
distinguat numero pedum minores.

Hoc si sic repetamus, ut secundo
supremam dare syllabam negemus,
iuncto commate galliambos exit,
segetes meum laborem, segetes meum labo.
sonat hoc subinde metro Cybeleium nemus,
nomenque galliambis memoratur hinc datum,
tremulos quod esse Gallis habiles putant modos;
adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem,
mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachym.
anapaestus esse primus, spondeus aut solet;
duo post erunt iambi, tribrachysve subicitur,
linquitque comma primum catalecticam brevem.
pariambus et trochaei duo comma posterum
tribrachysve continebunt, superatque semipes.
servasse quae Catullum probat ipse tibi liber,

2888 *Mar. Victor. 96, 1* 2891 *Mar. Victor. 95, 27*

2873 quotiens hic ς *Marius Victorinus p. 154, 10*, HIC QVOTIENS *M* 2878 pedes iones *Micyllus* pedes ione *M*, pedes ionici *Marius Victorinus p. 154, 16, quamquam is participium* versum *v. 2881 pro nomine accipiens deinde scripsit* versumque basi trochaica frequentius claudere. *eodem errore Santenius* quod metro soleant pedes ione *conlecit* 2879 nunc *Micyllus* Hunc *M* 2881 ditrochaeis *Santenius* de trochaeis *M* 2888 meum labo *in fine versus* ς MEVM LABOREM *M* meus labor *Marius Victorinus* 2889 metro] cantu *Marius Victorinus* 2894 aut solet *Lachmannus* et solet *M*: aut *Marius Victorinus p. 154, 30* 2895 subicitur ς subiicitur *M* 2899 servasse quae *Micyllus* Seruasseq; *M*

p. 2447. 48 P.

'super alta vectus Attis celeri rate maria'.
At quae septima fit tome, videtur
Hipponactis habere claudicantem,
quem supra posui. quod ipsa iam nos
versus formula posta perdocebit,
carmen nemo facit meo Sabino.
carmen nemo potest heroum reddere versum,
carmen nemo dabit, magno quod par sit Homero.
claudum est porro facit meo Sabino:
nam reddo partes, ut quadratus claudicet, *priores*
partemque et istam: versus hic ad hunc modum sonabit,
quis carmen aut versum novum facit meo Sabino?
phaselus ille quem vides, facit meo Sabino.

Hinc iam cetera metra persequemur,
quae Flaccus varie suis epodis,
nunc unum recinens dato priori,
nunc binos geminis, tribus vel unum,
aut binos varie dedit sonantes,
ut sit tertius atque quartus impar.

Quem tibi tetrametrum iam diximus, hunc tribus trochaeis
adiunctis pedibus talem dedit, ut dedi gemellos,
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni'.
hunc differre supra fuit utile, quod sequens epodus
cum parte iambi tres habet trochaeos,
et nondum species mixtas simul ex utroque metro
tractare adortus aptius putavi
hunc differre, magis postquam tibi tota lex iambi
distincta utrumque planius probaret.
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,
trahuntque siccas machinae carinas'.
solvitur acris hiems grata vice, tetrametros hic est,
et tres trochaei veris et favoni,
trahuntque siccas portio est iambi:
CAS hinc superfit, semipes habetur:
similes trochaei machinae carinas.

2914—2919 *Mar. Victor. 160, 22—32* 2920—2954 *Caes. Bass. 268, 27 Mar. Victor. 164, 2—27. 142, 28—143, 28*

2900 *Catull. 63, 1* rate ς RATIS *M* 2904 supra] *v. 2376* 2910 redde *Micyllus* priores *om. M, add. Micyllus: cf. Mar. Victor. p. 155, 6* 2916 nunc unum *Micyllus* Nec unum *M* 2920 iam diximus] *v. 2114 sqq.* 2922 *Hor. carm. I 4, 1* 2923 *et* 2927 hunc *Santenius* Nunc *M* huc *Brissaeus* 2923 supra] *v. 2179* 2934 super fit *M*

posset videri claudus hic trimetrus,
duos ut esse duplices primos pedes
trahuntque siccas machinae putemus,
claudum antibacchum qui facit carinas.
sed talem epodum dicitur dedisse
Callimachus ante de tribus trochaeis,
in fine versum phallicis sonantem,
quem dico dudum sapphicum vocandum,
siccas ducite navitae carinas.
nam tale cernis navitae carinas,
ut finis ille est, veris et favoni.
et quamquam iambum Flaccus antemisit,
trahuntque siccas,
magis putandum est tres datos trochaeos,
quam post iambos ultimum antibacchum,
uterque finis lege ut esset una:
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,
trahuntque siccas machinae carinas'.
semelque metrum tale copulavit.
Heroo trimetrum semel idem subdidit unum,
geminus ut iste versus ostendet tibi,
'mella cava manant ex ilice: montibus altis
levis sonante lympha dissilit pede'.
utrumque apertum est: immorari desinam.
Et dimetrum heroo talem subiunxit epodum,
bis usus hoc nec amplius,
'mollis inertia cur tantum diffuderit imis
oblivionem sensibus',
'nox erat, et caelo fulgebat luna sereno
inter minora sidera'.
Nec non trimetro talem epodum comparat:
pentametri partem dactylicam subicit
atque dimetron ad hoc, unumque versum reddidit,

2940 *Caes. Bass. 258, 25* 2960—2965 *Mar. Victor. 171, 12—19* 2966—2975 *Mar. Victor. 170, 7—13*

2936 possit *Brissaeus, Marius Victorinus p. 164, 14* 2942 in fine uersus Sapphici sonantem, quem dico dudum phallicum uocandum *coniecit Lachmannus* phallicis *Petrecinus et Dawesius misc. crit. p. 26*, phalaecis *M* 2943 dudum] *v. 2545 sqq.* 2947 et quanquam *Micyllus* Quanquam *M* 2950 post iambos *Micyllus* poscit iambos *M* 2957 *Hor. epod. 16, 47 sq.* 2958 sonante] crepante *ex Horatio Brissaeus* desilit *Lachmannus* 2962 *Hor. epod. 14, 1 sq.* 2963 SENSIRVS *M* 2964 *Hor. epod. 15, 1 sq.* 2968 reddidit ς reddit *M*

p. 2149 P.

'Petti, nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore perculsum gravi'.
prior trimetrus quaestionem non habet.
pentametri pars est scribere versiculos;
at hoc dimetrum perspicis,
amore perculsum gravi.
semelque et istud functus est.
Itemque epodum non trimetro reddidit,
sed versum heroum voluit praemittere totum,
dein dimetrum collocat commaque dactylicum,
et hic, ut ante, versus unus ut foret,
'horrida tempestas caelum contraxit, et imbres
nivesque deducunt Iovem, nunc mare, nunc siluae'.

* * *

2976—2981 *Mar. Victor. 170, 28—171, 7*

2969 *Hor. epod. 11, 1 sq.* 2971 questionem *Petrecinus* quē ionem *M* 2973 *et* 2974 *uno versu coniunctos habet M, distinxit Micyllus* 2976 idemque *Micyllus* trimetro reddidit *Bentleius in Hor. epod. 11, 1,* trimetros edidit *M* trimetris addidit *Micyllus* 2978 dein dimetrum ς Deinde metrum *M* 2980 *Hor. epod. 13, 1 sq.* 2981 SYLVE *M*

MARII PLOTII SACERDOTIS

ARTIVM GRAMMATICARVM

LIBRI TRES

M. Claudii Sacerdotis artium grammaticarum libri duo e codice Bobiensi, nunc Vindobonensi 16, primum editi sunt ab Eichenfeldo et Endlichero in analectis grammaticis Vindobonae a. 1837. codicem accurate descripsit Endlicherus cod. philolog. latin. bibl. Palat. Vindobon. p. 215 sqq.: cf. gramm. latin. v. IV p. VII. de ea autem parte codicis, in qua Sacerdotis libri scripti sunt, editores Vindobonenses haec indicaverunt in praefatione p. I, 'implet tractatus noster octo et viginti folia membranacea (112—139) seculo septimo vel ineunte octavo, charactere longobardico, forma, quam in folio minori aiunt, scripta. — sane dolendum Sacerdotis opusculum non integrum, sed quaternionibus tribus mulctatum ad aevum nostrum pervenisse. desunt nimirum quaterniones priores duo, itemque quaternio quintus. quinti iacturam, quae in librum secundum incidit, equidem moderatius ferre possemus, quoniam contenta libri secundi Sacerdotis cum Probi catholicis mire consentiunt; prioribus duobus vero amissis, simul Sacerdotis nostri de nomine fere omnis et de pronomine intercidit doctrina': et in adnotatione ad primum librum p. 1, 'incipit quaternio signatus pro tertio (III) ab ipso librario. desunt igitur hic priores I et II, si minus toti, saltem ex parte destinati Nostro, nunc ἀκεφάλῳ'. itaque primum ex numeris, qui in quaternionibus scripti sunt, apparet Sacerdotis libros olim ab iis grammaticorum libris, qui nunc ante eos in codice positi sunt, separatos, postea demum cum illis coniunctos esse. deinde cum tres membranarum facisculi perierint, in quinto quidem quaternione, qui in secundo libro deest, haud dubie ea quae in catholicis Probi p. 10, 19—25, 12 leguntur scripta erant. de primo autem et secundo non plane constat, utrum ea omnia, quae in primo libro desiderantur, continuerint, an praeter Sacerdotem alia in his scripta fuerint. nam initium certe disputationis de ablativo casu, a qua primi libri fragmenta incipiunt, in fine secundi quaternionis scriptum erat. integrum autem Sacerdotis librum legisse videtur is, quem auctorem secutus Raphael Volaterranus commentar. urban. l. IV f. LVI ed. Rom. a. 1506 hunc grammaticum inter libros Bobii a. 1493 repertos enumeravit ita, 'Casuus sacerdos de octo partibus orationis'. postea Ianum Parrhasium, cum Probi catholica ederet, codice Sacerdotis usum esse dixi gramm. latin. v. IV p. X.

Tertium librum, quem prioribus duobus addidi, olim Marii Plotii nomine inscriptum separatim ediderat Putschius 'ex scriptis quae suppeditavit Reverend. Andreas Schottus et Ioannes a Wouwer'. hunc in tribus veteribus codicibus scriptum inveni, Valentiano, Leidensi, Parisino.

Codex Valentianus in bibliotheca publica eius civitatis N. 5. 1 formae quadratae minoris scriptus est saeculo nono. fuit olim S. Amandi Elnonensis, sicut indicatum est in prima pagina '*liber monasterii sancti Amandi in Pabula ordinis diui Benedicti*'. breviter descriptus est a Bethmanno Archiv der Gesellsch. f. ält. deutsche Gesch. v. VIII p. 94. Plotii liber in primis quaternionibus septem scriptus est ita, f. 1—56 *incipit liber marii plotii. Marius plotius sacerdos composui romae docens de metris — primo. explicita sunt metra marii plocii pontificis ac sacerdotis maximi.* sequuntur deinde Servii centimeter, commentarius de metris Boetii, Senecae proverbia, quattuor epigrammata, Senecae ludus de morte Claudii, epistulae et versus Walafridi Strabi. in Plotii libro vetus scriptura paucis locis alia manu, quae non multo posterior esse mihi visa est, mutata, non nulla etiam recenti manu, quae quinto decimo saeculo antiquior non est, correcta sunt.

Codex Leidensis inter Vossianos formae minoris n. 79 '*ex bibliotheca illustris Isaaci Vossii 276*'. continet primum f. 1—32 saec. X Ciceronis de senectute librum et breves tractatus de animi motibus, de mundo, de supinis; deinde alia eaque antiquiore manu, quam tamen ipsam quoque decimo saeculo tribuendam putavi, f. 33—63 hunc Plotii librum, *Marii plotii sacerdotis de metris. Marius plotius sacerdos composui romae docens de metris — primo,* f. 63—64 *De herodio eucherius. herodios in psalmo — reperire poterit,* f. 65—71 Servii centimetrum, *Tibi hunc — uoluntatis exornat.* ex quattuor quaternionibus, in quibus Plotii liber scriptus est, tres primi habent numeros antiqua manu adscriptos I II III. vetus scriptura in hoc quoque codice, sicut in superiore, paucis locis alia manu eaque non multo recentiore correcta est. inscriptiones versuum et metrorum in priore parte libri rubro colore pictae, inde a tertio quaternione (p. 2644) omissae sunt.

Codex Parisinus, olim Sangermanensis 1094, formae quadratae saeculo decimo scriptus inter multa excerpta ex variis scriptoribus collecta Plotii librum continet f. 150—158, *Marius plotius sacerdos composui rome docens de metris — primo. expl. de metris marii plotii sacerdotis.* sed in hoc omnia sine titulis continua et minuta scriptura scripta, graeca exempla non indicata lacuna constanter omissa, et ne ea quae praeterita erant desiderarentur, plerumque in eius modi locis verba grammatici leviter mutata sunt.

Praeterea in codice Cusano C. 14 saeculo duodecimo scripto, quem accurate descripsit Iosephus Klein „Ueber eine Handschrift des Nicolaus

von Cues" a. 1866, pauca e Plotii libro excerpta inveniuntur, de hexametro bucolico p. 2632 et versus quindecim ex posteriore parte libri collecti, quae omnia exhibuit Kleinius p. 33, EX LIB. MARII DE MET. *Etiam pastores solent esse poetae. unde daphnis et tyrsis bocolici exametri inuentores et pastores et poete fuisse perhibentur. Salue o lesbia sapho—candidum mihi musa mihi fer honorem.*

Ex his igitur codicibus is quem primo loco posui, qui nunc est Valentianus, fons fuit editionis Putschianae. huius enim scriptura cum illis ipsis, quae recenti manu adscripta esse dixi, tam accurate a Putschio expressa est, ut dubitari nequeat quin schedae, quas ille a Schotto et Wouwero se accepisse scribit, ex eo descriptae fuerint. eo autem codice qui nunc Leidensis est olim, antequam ab Isaaco Vossio emeretur, usus est Iacobus Cuiacius, qui ea quae de pyrricha p. 2624 scripta sunt exhibuit obss. et emendat. l. XIII c. X p. 601 ed. Colon. a. 1591, 'Marius Plotius libro de metris, *Pyrrichius pes a pyrrhica — id est festinat.* Haec sunt antiquissimi grammatici uerba nondum formis expressa'. deinde apographi a Cuiacio facti mentionem fecit Iosephus Scaliger in epistula ad Danielem Heinsium data a. 1599, Scalig. epist. Lugd. Bat. a. 1627 p. 580, 'Scito, me olim *τῷ δεῖνι*, qui maximus librorum fucus fuit, Plotii Marii Sacerdotis opus de metris, cum Graecis, manu Cuiacii descriptum commodasse. Quod opus postea se habere inficiatus est filius. Longum esset, mimum referre. Coram hoc melius'. ipse autem Cuiacii liber, de quo Scaliger scribit, et aliud apographum eius nunc in Leidensi bibliotheca inter codices Scaligeranos servantur n. 37 et 53. horum enim librorum alterum n. 37, qui haud dubie e vetere Vossiano descriptus est, a Cuiacio scriptum esse in prima pagina adnotatum est, '*Manus magni Cuiacii*'; alter, qui paullo recentior est, non ex ipso vetere codice, sed ex apographo Cuiacii videtur descriptus esse. in utroque autem codice cum latina grammatici verba plerumque accurate ex archetypo expressa sint, graeci versus, qui in illo valde corrupti erant, in priore libri parte plurimis locis emendati sunt. nam in posteriore parte inde a p. 2644 graeca verba in codice 37 prorsus ita, ut in archetypo scripta erant, repetita, in codice 53 autem omissa sunt; et in hoc quidem praeter ea quae in continuitate verborum in utroque emendata sunt etiam in marginibus emendationes et adnotationes additis plerumque litteris Sc, quibus Scaligeri nomen indicatur, adscriptae sunt. praeter Cuiacium et Scaligerum libro Plotii, antequam ederetur, unum usum esse inveni Hadrianum Iunium, qui in libello emblematum et aenigmatum Antverpiae a. 1569 edito bis huius grammatici mentionem fecit, seque librum editurum esse dixit p. 84 et 109 et in castigationibus in Hesychium Milesium Antverpiae a. 1572 editis p. 65. Vossiani codicis lectionibus a Petro Bondamo excerptis usus est Gaisfordius, qui Plotii librum post Putschium in scriptoribus latinis rei metricae edidit.

Duos artis grammaticae libros et tertium librum de metris ab eodem auctore scriptos esse editores Vindobonenses intellexerunt. nam cum grammaticus in praefatione libri tertii p. 2623 se duos libros, alterum 'de institutis artis grammaticae', alterum 'de nominum verborumque ratione nec non etiam de structurarum compositionibus' composuisse iisque hunc tertium sive novissimum artium librum de metris addere scribat, recte illi iudicaverunt praef. p. V ea quae de duobus libris antea a se scriptis diceret ad duos libros e codice Bobiensi editos referenda esse. eandem sententiam, postquam contra dixit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturgesch. v. II p. 295 sqq., defenderunt et certius confirmaverunt Bernardus ten Brink Mnemos. v. III (a. 1854) p. 333, Hermannus Wentzel symbol. crit. ad hist. script. rei metr. lat. Vratislaviae a. 1858 p. 38 sqq., Iulius Steup de Probis grammaticis p. 164 sqq. nam primum prorsus similis scribendi et disputandi ratio in tribus libris est, cum et eaedem elocutiones saepe repetantur, et priorum grammaticorum sententiae non appellatis quidem nominibus certis formulis adferantur et refellantur, sicut plurimis exemplis Wentzelius p. 40 sqq. probavit. deinde nomen Sacerdotis et in tertio libro in quinque versibus a grammatico adpositis, p. 2640. 2642. 2655. 2657. 2658, et in primo libro p. 25 ed. Vind., *Sacerdote docente*, ita scriptum est, ut manifesto nomen scriptoris significetur; et ad eundem morem, quod in suo nomine grammaticus lusit, haud improbabiliter referuntur exempla nominis appellativi *sacerdos* in secundo libro saepius in declinatione nominum posita, p. 60 ed. Vind. et in catholicis Probi p. 4, 26. 21, 26. 32, 19. 33, 3: nam haec quoque, quae nunc tantum apud Probum leguntur, in Sacerdotis autem libro omissa sunt vel defectu membranarum perierunt, huc pertinent. denique ea quae in primo libro p. 30 ed. Vind. de ectasi leguntur cum iis quae in tertio libro p. 2651 de proceleusmatico tetrametro et p. 2664 de asynartetis metris traduntur ita consentiunt, ut vix dubitari possit quin haec ab uno auctore scripta sint.

Ex nominibus grammatici unum Sacerdotis nomen et in Bobiensi codice et in reliquis legitur. idem non solum exemplis, de quibus modo dixi, sed etiam testimoniis grammaticorum, quae infra ponam, confirmatur. Marii quoque nomen grammaticus de se ipso posuisse videtur hoc versu p. 2630, *non me Musarum comitem Marium non laudo.* cum hoc autem in codicibus tertii libri coniunctum est Plotii nomen; in Bobiensi duorum librorum codice M. Claudius dicitur. quare de utroque nomine illorum potius quam Bobiensis libri auctoritatem sequemur et recte in iis scriptum esse nomen Marium Plotium Sacerdotem existimabimus.

Sed in his quae de duobus artis grammaticae libris nunc relicta et M. Claudii Sacerdotis nomine inscripta sunt, ut vetus auctoris nomen corruptum est, ita multa studiis posteriorum grammaticorum mutata sunt. et de primo quidem libro, quem artium grammaticarum instituta dixerat

auctor, minus certum est iudicium, quoniam pars eius defectu membranarum periit, neque constat, num universi operis initium in his fuerit integrum. quid autem in ea parte Sacerdos tractaverit, et ex more reliquorum grammaticorum qui de arte scripserunt existimari potest, et ex iis quae in secundo et in tertio libro ex illa parte citata sunt intellegitur, p. 68 ed. Vind. (Prob. p. 39, 1) et Prob. p. 10, 23 de k littera, Prob. p. 10, 32 de q littera, p. 70 ed. Vind. (Prob. p. 40, 15) et p. 2626 de pedibus, Prob. p. 14, 9 de nominibus numeri tantum singularis. sequebantur deinceps quae nunc in Bobiensi codice restant, de ablativo casu nominum et pronominum et participiorum et de sex partibus orationis, de praepositione, de verbo, de adverbio, de participio, de coniunctione, de interiectione. in quibus quid de genuina forma mutatum sit, per singula non persequar: nam manifestum est haec ita, ut nunc habentur, a vetere grammatico scripta non esse. accuratius vetus libri forma in posteriore parte de vitiis orationis, de schematibus, de tropis p. 27 sqq. ed. Vind. servata esse videtur, siquidem et ordo rerum in hac parte minus perturbatus est, et eodem modo dispositam hanc partem legit Cassiodorus de gramm. p. 2323, *schemata sunt transformationes sermonum vel sententiarum ornatus causa posita, quae a quodam artigrapho nomine Sacerdote collecta sunt numero nonaginta et octo, ita tamen ut quae a Donato inter vitia posita sunt in ipso numero collecta claudantur**). sed ea quae inter utramque partem interposita sunt p. 25—27, de septimo casu et de sex figuris orationis, ab hoc loco aliena esse monuerunt editores Vindobonenses praef. p. II. e quibus brevem de septimo casu disputationem non solum ex eo loco, ubi de casibus nominum dictum erat, huc translatam, sed etiam in compendium redactam esse comparatis aliorum grammaticorum locis, quos in margine indicavi, apparet. reliqua autem, quae ex uberiore commentario de metaplasmis excerpta sunt, partim postea repetuntur, de syncope p. 29, de synalifa et de synaeresi p. 30, de tmesi p. 42, partim, ut de diaeresi, de qua iterum dicendum erat p. 30, apertam excerpendi neglegentiam prae se ferunt.

In secundo libro, qui est de catholicis nominum et verborum et de structuris, cum eadem omnino scripta sint, quae in priore parte codicis

---

*) Tituli schematum, quae Cassiodorus dicit, in Bobiensi codice leguntur numero nonaginta et octo. quibus si adduntur duo tituli, qui p. 30 ed. Vind. omissi sunt, de diaeresi et de ecthlipsi, numerus titulorum efficitur centum. sed in his de exoche in extremo libro non recte scripti sunt quattuor tituli, cum scribendi essent tres. contra enallaxis vel enallage in numerum relata non est, propterea quod hic titulus p. 27 alieno loco positus neque postea repetitus est. itaque Cassiodorus, cum eundem numerum qui in Bobiensi codice est poneret, aut titulos qui in illo scripti sunt legit, aut si titulum de ecthlipsi, cuius sola inscriptio deest, numeraverat, sicut credo, recte tria exoches genera computavit; si reliquos quoque duos titulos habuit, unam esse voluit exochen, ut pro centum figuris, quot Sacerdotem posuisse puto, numeraret nonaginta et octo.

Bobiensis, quam a posteriore olim separatam fuisse supra dixi, Probi nomine inscripta reperiuntur, his collatis plane perspicitur hanc formam libri, quam nunc habemus, non esse genuinam. nam ab initio libri ea quae de declinatione nominum et de nominativo casu in catholicis Probi leguntur p. 3—6, 24 non lacuna membranarum perierunt, sicut illa quae deinde p. 52 ed. Vind. desiderantur, sed consilio vel neglegentia scribentis potius quam propter aliquem antiquioris exempli defectum videntur omissa esse. in reliqua autem parte alia apud Sacerdotem, alia apud Probum plenius et rectius scripta, multa apud utrumque pariter corrupta sunt, quod accurata disputatione Steupius de Prob. p. 149 sqq. exposuit. neque vero errori librariorum omnia illa, quae in his fragmentis Sacerdotis corrupta deprehenduntur, tribui possunt, sed studiis grammaticorum, quae plurimi veterum grammaticorum libri, dum per usum scholarum traduntur, experta sunt, multa omissa vel addita vel mutata sunt. itaque antiquior et plenior olim liber fuit, ex quo tamquam communi fonte et hic liber, quem nunc Claudii Sacerdotis nomine inscriptum habemus, et Probi catholica quae feruntur ita ducta sunt, ut alia apud hunc, alia apud illum servarentur.*) neque potest dubitari quin is ab eodem grammatico, qui primum et tertium librum scripsit, compositus fuerit, cuius rei certissima argumenta post Wentzelium l. c. composuit Steupius p. 160 sqq. praeter ea autem, quae de communi universi operis auctore supra dicta sunt, quae non minus de secundo quam de tertio libro valent, ad secundum proprie pertinent haec. ea quae primo Sacerdotis libro subscripta sunt, *huc usque artium grammaticarum fecimus instituta, de catholicis vero nominum atque verborum latius exponemus*, consentiunt cum his quae secundo libro praescripta leguntur apud Probum, *quoniam instituta artium sufficienter tractavimus, nunc de catholicis nominum verborumque doceamus.* deinde cum ex prima parte operis, quae in Bobiensi codice periit, complura in secundo libro citata sunt, quae indicavi supra p. 421, tum ex iis quae restant p. 9 ed. Vind. de infinitivo modo passivorum haec,

*) Duos libros, alterum Sacerdotis, alterum Probi nomine inscriptum, ex communi fonte ductos esse dixi, non duos eiusdem libri codices ex uno archetypo descriptos, quod Steupius l. c. commendavit. neque enim illud secutus sum, ut librum qualem olim grammaticus scripsisset restituerem, id quod fieri nequit, sed ut eam libri formam, quae usu scholarum nobis tradita est, remotis scribendi vitiis ederem. sed quod olim dixi gramm. latin. v. IV p. XXVII catholica Probi in artem Sacerdotis recepta esse, propterea quod et plurima in illis rectius quam in hac scripta esse videbam, et quaedam doctrinae Probi vestigia in his catholicis inveniebam, iam video nomen Probi auctoritatem non habere in eo libro, qui cum primo et tertio libro ita cohaereat, ut ab eodem auctore compositum esse appareat. quibus rationibus autem factum sit, ut non solum uno codice qui superest, sed etiam communi grammaticorum usu Probo potius quam Sacerdoti liber tribueretur, quamquam certo dici nequit, tamen probabilius esse et olim mihi visum est et nunc videtur celebrem veteris grammatici famam eius rei causam fuisse, quam casu quodam vel errore accidisse ut recentioris cuiusdam grammatici nomen praescriberetur.

p. 70 (Prob. p. 40, 10) *de hac tamen ratione et de modo infinito plenius in institutis artium, id est libro primo, docuimus;* et similiter primi libri inscriptio, quae fuit *instituta artium*, commemorata est p. 69 (Prob. p. 39, 3). denique de verbo defectivo *salveo* eodem modo dictum est in primo libro p. 8 et in secundo p. 68 (Prob. p. 38, 15). in quo loco illud quoque memorabile est, Plauti fabulam Truculentum, ex qua exemplum adscriptum est, saepius a grammatico usurpatam esse, p. 27 de soloecismo, p. 31 de aeschrologia, p. 38 de astismo.

Tertius liber de metris, in quo solo vetus auctoris nomen relictum est, a prioribus duobus, antequam illi in hanc formam quae nunc est redigerentur, separatus erat. quamquam autem in hoc quoque ab iis qui postea librum tractaverunt haud dubie quaedam mutata sunt, tamen, propterea quod ipse Sacerdos multa neglegenter scripserat et metricae artis parum peritus erat, minus certa sunt eorum quae postea corrupta sunt indicia. itaque non dubitavi grammatici neglegentiae et imperitiae tribuere, quod in exemplis metrorum ab ipso factis vel in definitionibus eorum quae e carminibus poetarum adscripta sunt saepe mensuram syllabarum et rationes versuum foede neglexit. in quo genere tam multa per totum librum peccata sunt, ut neque probabili emendatione vitiosi versus ad suas leges revocari neque interpolationi tribui possint.*) contra recentiorum grammaticorum culpa, non Sacerdotis neglegentia, factum esse videtur ut graeca exempla, quorum magnus numerus in dactylico et in

*) Exempla eius generis versuum nuper collegi quaest. gramm. part. III de Mar. Plot. Sacerd. libro de metr. p. VIII sq., quae hoc loco repetam. finalibus syllabis indifferenter usus est, et breves quidem produxit in his, p. 2629 *armatumque auro suspexit Oriona, lumine qui finem vitae fecit et ille*, p. 2630 *at tuba terribilem sonitum procul aere curvo, Dardanidum fortissime magnae gentis Hector*, p. 2632 *Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat*, p. 2633 *exempla vero nos omnia nostra damus, Musarum cecini nunc cuncta metra tibi, praecepta memorans de pectore caelesti*, p. 2634 *grammaticus dat haec carmina sic elegi*, p. 2642 *latina trado carmina sic Sacerdos*, p. 2643 *salve o Lesbia Sappho*, p. 2657 *nunc te Bacche canam nec non silvestria tecum*, p. 2658 *istaec composui metra Sacerdos optima nunc, pauperum tabernas regis o beate regumque turris.* natura longas corripuit p. 2634 *hoc metrum coeptum Simplici iussa tenet*, p. 2637 *Simplici summe virum Maxime summe virum*, p. 2654 *carpe diem quam minimum dolendo nos.* medias syllabas natura breves propter accentum vocabulorum, ut videtur, produxit p. 2631 *defuit exemplum tibi ponere lectum prius.* p. 2649 *arma ferte date tela celata, hic superbum Tantalum convivam Iovis alti.* positione longas corripuit p. 2637 *ipse pater tuam Iuppiter erige domum*, p. 2646 *fractosque remos differat arduus verendus*, p. 2652 *Boreas pelago fervido crepitans*, p. 2655 *di boni servate Sacerdotem vos colentem vos.* elisionem vocalium in fine vocabulorum omisit p. 2631 *schemata carminibus cecini haec vobis plane*, p. 2637 *sic tibi nulla dies malum inferat*, p. 2643 *salve o Lesbia Sappho*, p. 2645 *cessas modicum erras hirundo*, p. 2647 *ore adlaborandum est tibi*, p. 2652 *lapides mare turgidum eluens*, p. 2653 *quaesieris scire hoc, nepotem o conficere studebat*, p. 2655 *scire nefas finem eum quem tibi di dedere*, p. 2660 *silvas deus alta nive obruebat.*

iambico metro adscriptus est, in reliquis metris plerumque omitterentur. nam de proceleusmatico tetrametro p. 2651, ubi nunc unum latinum exemplum legitur, graecum versum posuit in primo libro p. 30 ed. Vind.; et de paeonico metro p. 2661 parum probabile est Cratini versus, qui sunt apud Hephaestionem p. 40 ed. Westph., a Sacerdote omissos esse. sed in aliis etiam metris graeca exempla cum latinis composita esse significavit, p. 2651 de dimetro anapaestico acatalecto et p. 2658 de hexametro antispastico brachycatalecto *latinum exemplum melius est*, p. 2662 de metro iambelego *melius erit latinum exemplum: nam in utraque caesura finiam partem orationis, non ut graecum*, p. 2657 de tetrametro puro antispastico *graecum exemplum non repperi*, p. 2661 de trimetro paeonico *graecum exemplum non inveni*. deinde in iis quae de hexametro versu scripta sunt aegre desideratur disputatio de vitiis eius versus, praesertim cum versuum acephalorum mentio facta sit in primo libro p. 30 ed. Vind. et sane de ea re quaedam, quae in hoc libro non leguntur, Marii Plotii nomine citata sunt in codice Bernensi 165 saeculo nono scripto, in quo ad Verg. georg. III 377 *otia agunt terra congestaque robora totasque* adscripta sunt haec, quae edidit Hagenus schol. Bern. ad Verg. bucol. et georg. p. 994, *Marius Plotius per se vult hoc vitium esse metri, sed melius est ut hypermeter accipiatur*. nam diversa ab his sunt quae de hypercatalectis versibus praecipiuntur p. 2628, ut parum accurate scripserit Bernensis grammaticus, si haec respiciebat. denique in fine libri, ubi brevius quam fieri oportebat de versibus asynartetis dictum est, haud scio an quaedam omissa sint. interpolationes et perturbationes verborum notavi p. 2633 de choerilio hexametro, p. 2643 de iambico trimetro catalectico, p. 2650 de metro saturnio.

Ex auctoribus, quos Sacerdos in arte scribenda secutus est, unum Iubam nominatim appellavit de metr. p. 2664; graecos nobiles metricos se secutum esse scribit p. 2662. praeterea in Probi catholicis p. 19, 32 de v. *pubes* Aquila Romanus commemoratus est. ipsius autem Sacerdotis nomen a posterioribus grammaticis his locis positum inveni, Diom. p. 318,7 excerpt. Char. p. 534, 34 Dosith. p. 23, 27 *studente Sacerdote differentia inventa est* σπουδάζοντος Σακέρδωτος (ἱερέως Diomedes) ἡ διαφορὰ ηὑρέθη, Dosith. p. 36, 15 *bene apud Sacerdotem studetur*, p. 42, 2 *ad Sacerdotem* πρὸς Σακέρδωτα; Pompei. p. 190, 24 *noli sequi illud quod dixit Sacerdos* (p. 1 ed. Vind.), *dicit plerumque genetivum pluralem tam in rum quam in um mittere;* Rufin. de metr. p. 2713 *mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt — Sacerdos, qui et Donatus, Iuba;* Cassiod. de orthogr. p. 2275 *post codicem, in quo artes Donati cum commentis suis et librum de etymologiis et alium librum Sacerdotis de schematibus domino praestante collegi;* id. de gramm. p. 2323 *ceterum qui ea voluerit latius pleniusque cognoscere, cum praefatione sua codicem legat, quem nostra curiositate forma-*

vimus, id est artem Donati, cui de orthographia librum et alium de etymologia inseruimus, quartum quoque de schematibus Sacerdotis adiunximus. alia, quae Cassiodorus l. c. de schematibus ex Sacerdotis libro collectis scripsit, et verba grammatici Bernensis supra scripta sunt. ea autem, quae in arte grammatica e codice Bernensi ab Hageno anecd. Helvet. p. 60 sqq. edita Claudii nomine citantur, e duobus Claudii Sacerdotis libris excerpta esse mihi non persuasit Hagenus l. c. p. LXXXVI.

Ergo si quaeritur, quo tempore Sacerdos vixerit, hoc constat, post Iubam metricum eum vixisse, sed eundem superiorem fuisse quam Diomedem et reliquos grammaticos, qui cum eius nomen in exemplo ponant, de quo Lachmannus in Lucret. p. 28 dixit, se libros eius usurpasse indicant. nam de ceteris locis, in quibus et hi et alii cum Sacerdotis praeceptis consentiunt, non quaeram hoc loco, utrum ex eius libro an ex communi fonte petiti sint.*)

Restat ut de nova editione pauca dicam. in duobus igitur libris Claudii Sacerdotis nomine inscriptis scripturam Bobiensis codicis ex editione Vindobonensi petivi; in eo tamen genere, quod potius ad orthographiam quam ad diversitatem lectionis pertinet, non omnia quae ab editoribus diligentissime indicata erant repetenda putavi. in secundo autem libro editores saepius verba in codice Sacerdotis omissa e Probi catholicis receperunt neque ea deesse in codice indicaverunt, sed inclinatis litteris usi coniectura recepta esse significaverunt, quamquam eadem ratione in iis quae scripta quidem in codice, sed vetustate oblitterata essent se usos esse dixerunt p. 1, 'quae in sequentibus expressa sunt literis inclinatis, ea in codice penitus exesa, nos probabili coniectura supplevimus'. in eius modi igitur locis cum plerumque de Bobiensi libro nulla dubitatio esset, aut delevi quae contra fidem illius recepta erant aut, si omnino recipienda erant, haec in codice omissa esse simpliciter indicavi; in paucis de lacuna codicis nihil ab editoribus adnotatum esse monui. ceterum plura nunc in hoc libro quam olim in catholicis Probi emendavi, et facili opera multa, quae sic ut in codice scripta erant reliqui, emendari poterunt, siquis quaecumque rectius apud Probum scripta sunt in Sacerdotis librum recipere volet. sed utilius esse visum est duas libri formas, quantum fieri posset, separatas exhibere, ut quid quoque loco in alterutra ex vetere fonte receptum, quid postea mutatum esset intellegeretur. tertii li-

*) Certius aetatem grammatici definire studuit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturg. v. II p. 298, cum ex quattuor viris nobilissimis in praefatione tertii libri nominatis tres in codice Iustiniani ita appellatos videret, ut illos sub initium tertii saeculi vixisse constaret. nam Vranii et Maximi memoriam extare cod. II, 1 const. 6 in constitutione imperatoris Alexandri Severi ad A. Vranium data consulibus Maximo et Aeliano, h. e. a. 224. ad Gaianum autem esse rescriptum imperatoris Gordiani a. 242 cod. II, 88 const. 2. unde sequi voluit et posteriore loco appellatum esse Gaianum contubernalem grammatici et priore patrem illius Vranium et parem ei aetate Maximum,

bri codices ipse excussi. e quibus Valentianum codicem, e quo olim Putschii editio expressa est, et Parisinum cum Putschiana editione, Leidensem cum Gaisfordii editione contuli. et Leidensem quidem, quem a praefectis illius bibliothecae egregia liberalitate ad me missum habebam, accuratissime excussi. quare ubicumque ea quae de hoc libro relata sunt ab iis quae Gaisfordius posuerat dissentiunt, illius errorem adhibito codice correctum esse sciri volo. de reliquis duobus cum non nullis locis, in quibus discrepantia ab edito exemplari indicata non esset, dubitari posse viderem, adscripta Putschii lectione cum hac consentire manu scriptorum librorum collationem significavi. ceterum levissimas quasdam scripturae discrepantias maxime ad orthographiam pertinentes sciens praetermisi. iam de fide trium codicum si quaeritur, Valentianum et Leidensem parem fere auctoritatem habere inveni, quippe qui ita inter se consentiant, ut ex uno archetypo videantur descripti esse. in quo Valentianus codex accuratius quidem scriptus est quam Leidensis, sed hic, quamvis saepius manifestis scribendi vitiis corruptus sit, tamen multa rectius quam ille ex communi fonte servavit. Parisinus codex ab illorum stirpe non diversus, sed interpolatione corruptus est; non nullis tamen locis veram scripturam vel coniectura restitutam vel ex antiqua memoria servatam praebuit. itaque huius quoque scipturam integram praeter eos locos, in quibus graeca exempla omissa erant, exhibui. Cusani codicis lectiones in paucis versibus quos habet ab iis libris quibus nunc utimur non sunt diversae. Scaligeri emendationes ex duobus codicibus Leidensibus, de quibus supra dixi, petitae sunt. Putschii lectiones tum, cum scire intererat quid olim editum esset, indicavi.

M. CLAVDII SACERDOTIS

ARTIVM GRAMMATICARVM

LIBER PRIMVS

. . . .

Ab hoc poeta horum poetarum his et ab his poetis, exceptis quibusdam nominibus, quae propter generis discretionem dativum et ablativum non is finiunt, sed bus, ut ab hac dea, non his deis sed deabus, ab hac filia, non filiis sed filiabus, ab hac mula mulabus, ab hac equa equabus, nisi . . quid . . . . . sonuerit; pronominum, ut ab illa illarum illis, excepto uno, quod dativo plurali et ablativo et is et bus facit, ut a qua quarum quis vel quibus; participiorum, ut ab hac docta harum doctarum his et ab his doctis; nulla ex*cipiuntur*. quae e finiuntur, ea aut corripientur aut producentur. quae corripiuntur, ea genetivo plurali um accipiunt, dativo et ablativo bus: nominum, ut ab hoc oratore horum oratorum his et ab his oratoribus; pronominum, ut *ab hoc et* ab hac quale *horum et* harum qualium his et ab his qualibus; participiorum, ut ab hoc *et ab hac* docente horum *et harum* docentum vel docentium his et ab his docentibus. quae producuntur, ea in nominibus indifferenter genetivo plurali rum vel um accipiunt, dativo et ablativo bus, ut ab hac specie harum specierum vel specieum, his et ab his speciebus. pronomi-

---

4 Ab hoc poeta — 428, 18 nam monoptota sunt *exc. Charis. 554, 34 Charis. 147, 18 Don. 378, 3* 18 rum vel um accipiunt *Prob. cathol. 5, 17 Pompei. 190, 24* noli sequi illud quod dixit Sacerdos: dicit plerumque genetivum pluralem tam in rum quam in um mittere

---

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

v editio Vindobonensis a. 1837

1 M. CLAVDII SACERDOTIS ARTIVM GRAMMATICARVM LIBER I *v. in B duobus membranarum quaternionibus amissis inscriptio cum prima parte libri periit. inscriptionem ex subscriptionibus primi et secundi libri restituit editor Vindobonensis* 8 nisi . . quid . . . . . sonuerit *B detrita scriptura*, nisi si quid absurde sonuerit *v* 11 nulla excipiuntur *v* nulla ex . . . . *B* 14 ut ab hac quale harum qualium *B* 15 ut ab hoc docente horum docentum *B*

p. 1. 2 V.
num vero ablativus singularis e producta terminatus genetivo plurali semper rum accipit, numquam um, dativo et ablativo semper is, numquam bus, ut a me a te, nostrum vestrum. nobis vobis. nam e producta terminatus ablativus participiorum numquam reperitur. quae i finiuntur, ea genetivo plurali um accipiunt, dativo et ablativo bus: *nominum*, ut ab hoc et ab hac suavi horum et harum suavium his et ab his suavibus; pronominum, *ut* ab hoc et ab hac tali horum et harum talium his et ab his talibus; participiorum, ut ab hoc et ab hac amanti horum et harum amantium his et ab his amantibus. | quae o finiuntur, ea genetivo plurali rum accipiunt, dativo et ablativo is: nominum, ut ab hoc magistro horum magistrorum his et ab his magistris; pronominum, ut ab illo illorum illis, excepto uno, ut a quo quorum quis vel quibus; participiorum, ut ab hoc docto horum doctorum his et ab his doctis. quae u finiuntur, ea genetivo plurali um accipiunt, dativo et ablativo bus, ut ab hoc versu horum versuum his et ab his versibus. nam u littera terminatus ablativus singularis neque pronominum neque participiorum invenitur. quae m vel s finiuntur, ea in omnibus casibus sic finientur in utroque numero, ut nequam nugas: nam monoptota sunt. pronomina vero, quacumque littera ablativus singularis terminetur, genetivo plurali semper rum accipiunt, dativo et ablativo is, ut ab illa illarum illis, excepto uno, ut a qua [vel a quo] quis vel a quibus [et monoptotis, quae similiter per omnes casus declinantur]; a me a te, nostrum vestrum, nobis vobis; ab illo illorum illis, ab eodem eorundem isdem, ab hoc horum his; excepto ablativo e correpta et i *terminato*, qui genetivum pluralem um facit, dativum et ablativum bus, ut a tale vel tali talium talibus. genetivus quoque pluralis nominum, si ante um habuerit i, faciet accusativum is, ut suavium hos et has suavis. participiorum vero ablativus singularis fit modis quattuor a, e correpta, i, o.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio est pars orationis, quae praeposita casui quem regit vim suam tenet, postposita interdum perdit, ut 'saeva sedens super arma', id est 'supra arma', et postposita vim suam tenuit: 'gemina super arbore sidunt', id est 'supra geminam arborem'; postposita modo praepositio vim suam perdidit. praepositiones aut accusativum tantum modo casum regunt et singularem et pluralem aut utrumque, id est accusativum et ablativum tam in numero singulari quam in plurali. siqua de prae-

3 e producto *B* 5 nominum *om. B* 7 ut *post* pronominum *om. B* 21 vel a quo *et ea quae de monoptotis addita sunt, quae ab ablativo pronominum a finito aliena sunt, seclusi* 24 e correpto et i qui genet. pl. um faciunt *B* 25 a tale] a tali *B* 26 faciat acc. is *B* 29 regit] regim. *B* 30 saeva] *Verg. Aen. I 295* 31 gemina] *Verg. Aen. VI 203* 33 perdit *B* 34 regit *corr.* regunt *B*

positionibus alterum casum rexerit quam accusativum et ablativum, adverbium erit, non praepositio, ut 'cum Iuno aeternum servans sub pectore' et 'cum Iuppiter aethere summo Despiciens m.' et crurum tenus'; vel quamvis alteram partem orationis, quae casibus | non declinatur, ut 'cum dabit amplexus' et 'hac tenus arvorum cultus'. praepositiones accusativi casus et singularis et pluralis sunt numero XXVIII [quas supra], ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra intra inter infra iuxta ob penes per prope propter praeter post pone secundum supra trans ultra usque. praepositiones ablativi casus et singularis et pluralis sunt numero XIII, a ab abs cum coram de e ex pro prae palam sine tenus. praepositiones utriusque casus et accusativi et ablativi et singularis et pluralis sunt numero V, in sub subter super clam.

DE VERBO

Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu, qua quid agatur vel actum agendumve sit indicatur. verbo accidunt VIIII, forma, qualitas, genus, quod dicitur adfectus vel species vel significatio, figura numerus, modus, tempus, persona, coniugatio. verbum autem dicitur, quod verberato aëre fiat, ideoque et vox aër ictus.

Formae verborum sunt duae, personalis et inpersonalis. formae verborum personas recipientium sunt quattuor: prima profertur o littera, ut amo, secunda or, ut amor, tertia m, ut sum, quarta i, ut odi novi. illorum verborum quae personas non recipiunt formae sunt duae: prima est quae profertur syllaba tur, ut itur sedetur ambulatur, altera et, ut taedet pudet paenitet piget. qualitas in verbis aut finita est, ut amo, aut infinita, ut amare.

Genus in verbis, id est species vel adfectus vel significatio, dividitur in novem, activum passivum deponens neutrum commune inchoativum defectivum frequentativum inpersonale. activum o littera terminatur et r accepta facit passivum, ut amo amor. passivum r littera terminatur et ea amissa redit in activum, ut scribor scribo. | deponens r littera terminatur et eam amittere non potest; si autem amiserit, latinum non est, ut luctor loquor. nam quod Terentius in Hecyra posuit, 'eique anulum, dum luctat, detraxisse', pro luctatur, non sic posuit, ut sit luctat activum faciens ex se passivum luctatur, sed ut sit lucto *luctas luctat* neutrum,

---

2 cum Iuno] *Verg. Aen. I 36* 3 cum Iuppiter] *Verg. Aen. I 223* 4 crurum] *Verg. georg. III 53* 5 cum dabit] *Verg. Aen. I 687* 5 hactenus arborum *B*: *Verg. georg. II 1* 7 *fortasse* quas supra scripsi *scripserat grammaticus respiciens exempla praepositionum in superioribus posita et ab excerptore omissa*
11 prae] petra *corr.* prae *B* 16 quid agitur *B* 19 fit *corr.* fiat *B* 31 omissa *B*
33 in ecyra *B*: *Terent. Hec. V 3, 31* 34 detratxisse *B* 35 ut sit lucto neutrum luctatur deponens *B*

luctor luctaris luctatur deponens, ut obsono et obsonor. utrumque enim in unum intellectum activitatis cadit. deponens dictum est tribus causis, vel quod activitatem in intellectu teneat et passivitatem deponat, vel quod passivitatem in declinatione teneat et activitatem deponat, vel e contrario, quod r litteram deponere non potest. quidam putant ideo dici deponens, quod de quattuor participiis unum deponat. sed errant: nam quattuor habet, luctans luctaturus luctatus luctandus. neutrum o littera terminatur et r accipere non potest: nam latina non sunt, ut ambulo sedeo pendeo vapulo; ambulor sedeor pendeor *vapulor* nemo dicit. commune r littera terminatur et eam amittere non potest; quam si amiserit, latinum non erit, ut 'criminor te' et 'criminor a te'. inter communem ergo speciem et deponentem et passivam hoc est, quod communis habet imaginem facientis et patientis, nec tamen subest persona quae faciat vel patiatur; deponens aut agentis tantum modo continet intellectum, ut luctor, aut patientis, ut labor; passiva vero r amittit, ut faciat ex se activum. inter neutram speciem et activam hoc est, quod neutra interdum agentis habet intellectum, ut ambulo sedeo, interdum patientis, ut pendeo vapulo; activa vero semper agentis continet sensum, patientis numquam; et quod neutrum non accipit r, activum accipit, ut faciat ex se passivum.

Inchoativa species sco terminatur, ut calesco fervesco, incipio calere fervere. haec non habet tempus praeteritum perfectum rationabiliter: nam res quae modo incipit perfecta esse non potest. senesco autem et cresco inchoativae speciei non sunt, sed neutrae, ideoque faciunt tempore praeterito perfecto senui crevi: non enim veniunt ab aliis, sicut calesco a caleo et fervesco a ferveo. | figurantur autem inchoativa verba aut ab his quae o littera terminantur, ut horreo horresco, vel ex his quae or terminantur, ut misereor miseresco. haec species participium temporis praesentis tantum modo recipit, calescens fervescens miserescens.

Defectiva species tribus modis fit: elocutione, quam quidam figuram vocant, ut fero tuli, feror latus sum, *sum* fui; specie, quam quidam genus vel adfectum vel significationem dicunt, ut soleo solitus sum, fio factus sum, audeo ausus sum, gaudeo gavisus sum. hoc verbum participium temporis futuri dus syllaba terminatum non habet, sed solens soliturus solitus, gaudens gavisus gavisurus. fio factus sum: nam fui ab eo trahitur quod est sum, elocutione defectivum. fio verbum duo recipit participia, hic et haec et hoc fiens et fiendus. nam a verbo sum unum venit participium, hic futurus. nam factus et faciendus participia sunt sine verbi substantia: nam facior non est dicendum. fit defectiva species

---

9 vapulor *om. B* communis *B* 10 latina non erunt *B* 13 personae *B. fortasse* significatio personae. *nam hoc dicere voluit grammaticus, in communi verbi specie potestatem agendi vel patiendi non significatam, sed personas agentis et patientis confusas esse* 16 inter neutram *e* in neutram *B* 21 nam nam res *B* 23 facit *B* 25 ferbesco *corr.* fernesco *B* 29 figuram *his scriptum est in B* 30 latus sum fui *B*

p. 5. 6 V.

et tempore, ut odi novi memini pepigi. haec verba nullam habent declinationem praeter has, odi novi memini pepigi, oderam noveram memineram pepigeram, odisse novisse meminisse pepigisse, et participia haec duo futuri temporis, hic osurus hic odendus, et praeteriti hic osus: nam novi et memini nullum habent participium. quidam putant esse defectivam speciem et persona, ut in modo imperativo prima persona deficit temporis praesentis vel futuri numeri singularis. sed errant: aliud est enim species, aliud modus. nam defectio personae primae modi imperativi in omnibus generibus verborum invenitur, defectiva vero species tempore elocutione genere propria tantum modo continet verba.

Frequentativa species est quae non semel sed aliquotiens quid agi declarat, quae to vel so syllaba terminatur, ut aucto curso. haec duo gradus recipit, ut aucto et auctito, curso et cursito. hoc tamen scire debemus, quoniam verba frequentativa a cuiuscumque coniugationis verbo venientia primae sunt coniugationis, ut de prima coniugatione canto cantas cantito cantitas, de secunda augeo auges aucto auctas, de tertia correpta scribo scribis scribto scriblas, de tertia producta, quam quidam quartam dicunt, munio munis munito munitas. quaedam tamen unum in frequentativis gradum accipiunt, ut volo volito, rogo rogito, vivo victito: in his enim prior gradus | non invenitur. quaedam tantum priorem habent, ut inicio iniecto, inlicio inlecto, defendo defenso, tueor tutor. sunt verba quae nullum gradum frequentativum recipiunt, ut amo studeo; sunt e contrario frequentativa tantum sine verbi substantia, ut graecisso patrisso. quaedam utrumque gradum frequentativum habent sine verbi substantia, ut potisso poto.

Inpersonalis species est, quam supra diximus, ut itur sedetur ambulatur statur, taedet pudet paenitet. haec species verborum duo recipit participia, praesentis temporis, taedens pudens paenitens, et futuri dus syllaba terminatum, taedendus pudendus paenitendus. hoc tamen scire debemus, quod inpersonalis species tur quidem terminata sic figuratur, quasi a tertia persona numeri singularis verbi passivi additis personis omnibus utriusque numeri veniat, ut itur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, quamvis non dicatur eor iris: etiam verborum omnium r littera finitorum, ut amatur a me, id est amo, docetur a me, id est doceo, criminatur a me, id est criminor, luctatur a me, id est luctor, sedetur a me, id est sedeo. et vero syllaba finita quasi *a* tertia persona *numeri singularis coniugationis secundae* declinantur personis additis omnibus utriusque numeri de verbo o littera finito, ut taedet me te illum nos vos illos,

6 persona ut in modo *v* personam uti nam odo *B* 8 defectio *v* defectiuo *B* 18 quaedam tantum *coniecit editor Vindobonensis* 26 Inpersonalis species — 28 paenitendus *post* 432, 2 haec vero et accusativo *scripta sunt in B*, *transposuit v* 25 supra] *p. 429, 23* ut itur *v* igitur *B* 28 terminatum] terminatur *B* 35 quasi — declinantur] quasi tertiae pernonae (*corr.* personae) declinatione *B*, quasi a tertia persona numeri singularis declinationis secundae *coniecit editor Vindobonensis*

quasi dicatur taedeo taedes taedet. sed illa species tur ablativo regitur casu, haec vero et accusativo.

Figura in verbis aut simplex est, ut dico, aut composita, ut indico. componuntur autem verba, sicut nomina, modis quattuor: aut ex duobus corruptis, ut officio, aut ex duobus integris, ut invoco, aut ex corrupto et integro, ut accedo, aut ex integro et corrupto, ut defendo.

Numeri in verbis tot sunt quot et in nominibus, singularis, ut amo, pluralis, ut amamus. numerum vero dualem etiam quidam putant esse, cum dicimus dixere scribsere, quod est pro scribserunt dixerunt. |

Tempora sunt tria, praesens, praeteritum, quod in tria dividitur, in inperfectum perfectum plusquamperfectum, et futurum. quidam tempus praesens esse negant, dicentes res aut factas esse aut habere fieri, fluminis meatui comparantes.

Personae in verbis, sicut in pronominibus, tres sunt, prima, quae de se loquitur, ut amo, secunda, ad quam loquimur, ut amas, tertia, de qua loquimur, ut amat. personae quoque in verbis deficiunt, ut in modo imperativo numeri singularis persona prima deficit, sicut antea monstravi.

Modi verborum sunt quinque, pronuntiativus, quem quidam indicativum vel finitivum dicunt, qui habet tempora tria, instans, id est praesens, praeteritum et futurum. quod tempus, futurum scilicet modi pronuntiativi, *quidam* modum dicunt promissivum. sed errant: nam tempus est futurum specie promissiva, sicut tempus praeteritum imperfectum specie inchoativa et tempus praeteritum plusquamperfectum specie recordativa. secundus modus est imperativus, qui duo tempora habet, praesens et futurum: nam de praeterito nemo imperat. tertius modus est optativus, qui habet tempora tria. quidam negant debere adiungi modo optativo tempus praeteritum, hac ratione quia nemo optat de praeterito. sed errant: nam Vergilius posuit 'fecissentque utinam'. quartus modus est subiunctivus, quem quidam adiunctivum vel coniunctivum vocant, qui modus tempora tria recipit. quintus modus est infinitus, quem *quidam* perpetuum dicunt. et hic similiter tria tempora habet, quamvis in praesenti omnia complectatur, ut est amare modo, amare antea, amare postea.

Sunt verba quae in praesentis temporis tertia persona et praeteriti perfecti communem habent declinationem, ut succendo succendis succendit et succendi succendisti succendit. sunt verba quae *a* diversis prae-

---

20 quod tempus — 23 recordativa *p. 435, 20*

---

1 taedes *v* taedis *B* 2 haec vero et et dativo et accusativo *coniecit editor Vindobonensis coll. Pompei. p. 237, 34* quae autem in et exeunt, aliquando iunguntur dativo, aliquando accusativo 17 antea] *p. 431, 5* mostraui *corr.* monstraui *B* 21 quidam *om. B* 23 species inchoativa *B* 28 fecissemque *corr.* fecissentque *B: Verg. Aen. II 110* 30 quidam *om. B* 32 complectantur *B* 35 succendit et succendi *v* suscendit (*corr.* succendit) ut succendi *B* quae diuersis *B*

p. 7. 8 V.

sentibus temporibus venientia in praeterito perfecto similia sunt, ut cerno cresco crevi. sunt e contrario quae simili tempore praesenti orta in tempore* perfecto separantur, ut parco ignosco et servo: ignosco facit peperci, ut 'nec voci iraeque pepercit'; parco vero servo facit parsi, ut Terentius in Hecyra 'hancine ego vitam parsi perdere'. sunt verba quae et modis et | omnibus temporibus et personis deficiant et haec tantum modo habeant, salve salvete salvere; quamvis Plautus in Truculento posuerit 'non salveo', sed inridenter: nam de persona rustici dixit.

DE CONIVGATIONIBVS

Coniugationes verborum sunt tres. prima est quae verbo activo modo pronuntiativo, quem quidam indicativum vel finitivum vocant, temporis praesentis numeri singularis secunda persona as syllaba terminatur, ut amo amas; cuius s littera detracta et bo adiecta fit futurum tempus eiusdem modi, quod quidam modum promissivum putant, ut amabo. detracta syllaba bo fit modi imperativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona, ut ama. huic personae re syllaba adiecta facit modi infiniti temporis praesentis vel omnis declinationem, ut amare. secundae coniugationis modi indicativi temporis praesentis secunda persona es producta syllaba terminatur, ut doceo doces; et s littera in bo syllabam mutata fit eiusdem modi tempus futurum, quod, sicuti docui, quidam promissivum putant, ut docebo. qua syllaba bo detracta fit modi imperativi temporis praesentis secunda persona e producta, ut doce. huic personae to syllaba adiecta fit eiusdem modi temporis futuri secunda et tertia persona, ut doceto; qua syllaba to in re correptam mutata fit modus infinitus, ut docere. tertia coniugatio correpta secundam personam modi indicativi temporis praesentis numeri singularis is syllaba terminatam habet, ut scribo scribis. qua syllaba is in am mutata erit eiusdem modi tempus futurum, ut scribam, vel s tantum modo in am mutata, ut sapio sapis sapiam. imperativi quoque modi temporis praesentis secunda persona fit s detracta de secunda persona numeri singularis modi indicativi temporis praesentis et i in e correptam mutata, ut scribo scribis scribe. sic omnia exceptis verbis tribus, dic duc fac, non dice, non duce, non face; quod si invenerimus, comice dictum intellegendum est. modi ergo imperativi temporis praesentis secundae personae re syllaba adiecta fit modus infinitus etiam eorum verborum, quae | modo imperativo e, non e correpta,

---

7 salve — 8 de persona rustici dixit *p. 68 ed. Vindob. Prob. cathol. 38, 17*

---

2 sunt eq. contrario *corr.* sunt e contrario *B* 3 ignosco facit] facit ignosco *B* 4 nec voci] *Verg. Aen. II 534* 5 in haecyra *B*: *Terent. Hec. III 1, 2* 7 in Truculento] *II 2, 4* Salve. Sat mihist tuae salutis, nihil moror, non salveo 22 e producto *B* 30 s detracta *v* is detracta *B* 31 mutata ut *v* mutata fit ut *B*

p. 9 V.

terminantur, ut scribere dicere facere ducere, excepto uno verbo generis neutri, quod modo infinito sine re syllaba terminatur, ut volo velle, et uno defectivo, sum esse. nam odi novi memini modo tantum modo indicativo declinantur sine tempore futuro: nam praesens praeterito perfecto simile est et praeteritum imperfectum praeterito plusquamperfecto. inveniemus eorum verborum tempus plusquamperfectum modi infiniti, ut est odisse, novisse vel nosse, meminisse. quamvis haec omnia sine coniugatione sint. tertia coniugatio producta, quam quidam quartam dicunt, modi indicativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona is syllaba terminatur, ut munio munis. sed s littera in am mutata fit futuri temporis eiusdem modi prima persona, ut muniam, excepto ibo, et siquid inde nascitur, quamvis Terentius 'non eam ne nunc quidem' et redeam. sed am syllaba detracta et i littera integra remanente fit modi imperativi secunda persona numeri singularis, ut muni. huic to adiecta fit secunda et tertia persona numeri singularis eiusdem modi temporis futuri, ut munito. qua in re mutata fit infinitivi modi tempus omne et omnis persona, ut munire. sic omnes verborum species declinabuntur exceptis impersonalibus, in quibus personae adiectae ubique faciunt declinationem, et exceptis defectivis.

Quidam putant de secunda persona modi indicativi temporis praesentis omne verbum cuius sit coniugationis posse cognosci. sed errant. nam poterit haec eorum ratio in prima et secunda coniugatione constare: nam prima as, ut amas, secunda es producta syllaba terminatur, ut doces. tertia vero correpta et tertia producta, quam quidam quartam dicunt, non poterunt separatae firmari: nam utraque is syllaba terminatur, ut scribis munis. ergo ut in omni coniugatione firmissima ratio tradatur, consideranda est modi imperativi numeri singularis secunda persona. nam primae coniugationis modi imperativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona a terminatur, ut ama, secundae e producta, ut doce, tertiae vero correptae e correpta, ut scribe, tertiae productae i, ut muni.

Species passiva, quae venit de activa, primae personae modi indicativi temporis praesentis r adiecta fit, ut amor tueor scribor munior. sic in tempore futuro eiusdem modi, quod quidam modum promissivum dicunt, in verbis quidem primae et secundae coniugationis r littera adiecta fit, ut amabor docebor; in tertiae vero correptae m in r mutatur, ut scribar moriar. omnis coniugationis verborum passivorum modus imperativus similis est infinito activorum, ut amare docere scribere munire. | nam eiusdem modi tempus futurum r adiecta tempori futuro modi imperativi

1 genere neutro *B* 4 praeterito perfecto] et praeteritum perfectum *B* 7 nouisse nosse nel meminisse *B* 12 non nam *corr.* non eam *B*: *Terent. Eunuch. I 1, 1* redeam] *Terent. Eunuch. I 1, 4* 13 detraecta *B* 24 separata *B* 28 secunda e producto *B* 29 tertia uero correpta e correpta *B* 31 tueor] *fortasse* teneor *vel* doceor 34 *fortasse* in tertiae vero correptae et productae m in r mutatur, ut scribar muniar

p. 10 V.

activitatis fiet, ut amator docetor scribitor munitor. nam modus infinitus passivorum omnium coniugationum ex modo infinito activorum fiet e in i mutata, excepta tertia correpta, quae de secunda persona activitatis modi indicativi temporis praesentis numeri singularis fit s littera sublata, primae coniugationis amari, secundae doceri, *tertiae productae muniri*, tertiae vero correptae scribi dici duci legi.

Hoc scire debemus, quod futurum tempus modi optativi primae coniugationis *de* modi indicativi prima persona o littera in em syllabam mutata fiet, utinam amem, secunda vero in am, utinam doceam, tertia utraque sic, utinam scribam, utinam muniam. sed in tertia utraque prima persona modi optativi temporis futuri similis orta primae personae modi indicativi temporis futuri in secunda persona separatur. nam optativi modi temporis futuri secunda persona as syllaba terminatur, utinam scribam scribas, utinam muniam munias; illa autem es, scribam scribes, muniam munies. simile est tempus praesens modi coniunctivi futuro modi optativi in omni coniugatione, cum amem cum doceam cum scribam cum muniam. istis omnibus m in r mutata passivitas fiet, utinam amer cum amer, utinam docear cum docear, utinam scribar cum scribar, utinam muniar cum muniar.

Quidam modi indicativi tempus futurum modum promissivum dicunt. sed errant. nam nec modus indicativus potest esse sine futuro tempore, nec modus aliquis sine tempore praesenti et praeterito poterit reperiri. praeterea species debet dici promissiva: sicut species inchoativa scribebam et species recordativa amaveram scripseram, sic species promissiva amabo.

DE DECLINATIONE

Amo verbum formae primae personam recipientis o littera terminatae, qualitatis finitae, generis; id est significationis *vel* speciei vel adfectus, activi, figurae simplicis, modi indicativi, id est pronuntiativi vel finitivi, temporis praesentis vel instantis, numeri singularis, personae primae, quod declinabitur sic. amo amas amat et pluraliter amamus amatis amant, eodem modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa amabam amabas amabat et pluraliter amabamus amabatis amabant, eodem modo tempore praeterito perfecto amavi amavisti amavit et pluraliter amavimus amavistis amaverunt, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto specie recordativa numero singulari amaveram amaveras amaverat et pluraliter

20 Quidam — 27 amabo *p. 432, 20*

2 actiuorum et e *B* 5 doceri *v* docere *B* tertiae productae muniri *om. B* 8 de *om. B* in em *v* in m̃ *B* 11 *fortasse* similis reperta 17 utinam docear *v* utinam doceam *B* 18 utinam scribar *v* utinam scribam *B* utinam muniar *v* utinam muniam *B* 28 vel *ante* speciei *om. B*

p. 11. 12 V.

amaveramus amaveratis amaverant, | eodem modo tempore futuro specie promissiva amabo amabis amabit et pluraliter amabimus amabitis amabunt: modo imperativo tempore praesenti numero singulari ad secundam et tertiam personam ama amet et pluraliter amemus amate ament; eodem modo tempore futuro numeri singularis ad secundam et tertiam personam amato tu, amato vel amet ille, et pluraliter amemus, amatote, ament vel amento vel amamino: modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam amarem amares amaret et pluraliter utinam amaremus amaretis amarent, eodem modo tempore praeterito perfecto utinam amaverim amaveris amaverit et pluraliter utinam amaverimus amaveritis amaverint, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto utinam amavissem amavisses amavisset et pluraliter utinam amavissemus amavissetis amavissent, eodem modo tempore futuro utinam amem ames amet et pluraliter utinam amemus ametis ament: modo subiunctivo, qui et coniunctivus vocatur, tempore praesenti cum amem ames amet et pluraliter cum amemus ametis ament, eodem modo tempore praeterito inperfecto cum amarem amares amaret et pluraliter cum amaremus amaretis amarent, eodem modo tempore praeterito perfecto cum amaverim amaveris amaverit et pluraliter cum amaverimus amaveritis amaverint, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum amavissem amavisses amavisset et pluraliter cum amavissemus amavissetis amavissent, eodem modo tempore futuro specie ulteriori cum amavero amaveris amaverit et pluraliter cum amaverimus amaveritis amaverint: modo infinito numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto amare, praeterito *perfecto et* plusquamperfecto amavisse vel amasse, futuro amatum ire vel amaturum esse. participia trahuntur a verbo activo praesentis temporis et futuri: nam de praeterito tempore locutio fit, ut 'hic qui amavit'. praesentis temporis participia numero singulari communia sunt generis omnis, ut hic et haec et hoc amans, hi et hae amantes et haec amantia: futuri numeri singularis hic amaturus haec amatura hoc amaturum et pluraliter hi amaturi hae amaturae haec amatura. | inpersonalia sive supina amandi amando amandum: haec a quibusdam gerundia appellantur. hoc modo declinabuntur omnia verba o littera terminata exceptis defectivi generis, ut fio factus sum.

Amor verbum passivum. indicativo modo vel finitivo tempore praesenti numeri singularis amor amaris amatur et pluraliter amamur amamini amantur, eodem modo tempore praeterito inperfecto amabar amabaris amabatur et pluraliter amabamur amabamini amabantur; eodem modo prae-

---

6 *formas imperativi futuri numeri pluralis partim contra rationem fictas sic, ut in codice scriptae sunt, reliqui. Sacerdos autem vel is quem ille secutus est ita scripserat* amemus, amatote vel amamino, ament vel amanto. *nam* amamino *active et* amaminor *passive dici voluit in secunda persona numeri pluralis: cf. Diom. p. 353, 24* 24 perfecto et *om. B* 25 esse] isse *B* 27 '*scribendum fuisset* numero singulari generis omnis, plurali communia' *editor Vindobonensis*

terito perfecto amatus sum vel fui, amatus es vel fuisti, amatus est vel fuit, et pluraliter amati sumus vel fuimus, amati estis fuistis, amati sunt fuerunt; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto amatus eram fueram [amati estis fuistis, amati sunt fuerunt]; eodem modo tempore futuro specie promissiva amabor amaberis amabitur et pluraliter amabimur amabimini amabuntur: modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam amare ametur, et pluraliter *ad* omnes amemur amemini amentur; eodem modo tempore futuro ad secundam et tertiam *personam* amator tu ametur ille, et pluraliter ad omnes amemur ameminor amentur: modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam amarer amareris amaretur et pluraliter utinam amaremur amaremini amarentur; eodem modo tempore praeterito perfecto utinam amatus sim sis sit, fuerim fueris fuerit, et pluraliter amati simus fuerimus, amati sitis fueritis, amati sint fuerint; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto utinam amatus essem esses esset, fuissem fuisses fuisset, amati essemus essetis essent, fuissemus fuissetis fuissent; eodem modo tempore futuro utinam amer ameris ametur utinam amemur amemini amentur: modo subiunctivo vel coniunctivo tempore praesenti cum amer ameris ametur et pluraliter cum amemur amemini amentur; eodem modo tempore praeterito inperfecto cum amarer amareris amaretur et pluraliter cum amaremur amaremini amarentur; | eodem modo tempore praeterito perfecto cum amatus sim sis sit cum amati simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum amatus essem esses esset cum amati essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; eodem modo tempore futuro specie ulteriori cum amatus ero eris erit cum amati erimus eritis erunt, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: modo infinito numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto *amari, praeterito perfecto et plusquamperfecto* amatum esse fuisse, futuro amatum iri amandum esse. participia trahuntur a verbo passivo temporis praeteriti et futuri: nam de praesenti tempore locutio fit, ut 'hic qui amatur'. participia temporis praeteriti hic amatus haec amata hoc amatum et pluraliter hi amati hae amatae haec amata, temporis futuri hic amandus haec amanda hoc amandum hi amandi hae amandae haec amanda. inpersonalia sive supina amatu amatum.

Doceo verbum coniugationis secundae. doceo doces docet docemus docetis docent, tempore praeterito inperfecto specie inchoativa docebam docebas docebat docebamus docebatis docebant, tempore praeterito per-

1 fuisti] fuis *B* 7 pluraliter ad omnes *v* pluraliter omnis *B* 8 personam *om. B* 9 ad omnis *B* ameminor] amaminor *scripsisse videtur grammaticus* 22 fuerim] fuero *B* 28 praeterito inperfecto — amatum iri *v* praeterito inperfecto amatum esse fuisse futuri amaturi *B* 29 amandur (*corr.* amandus) isse *B*

fecto docui docuisti docuit docuimus docuistis docuere docuerunt. praeterito plusquamperfecto specie recordativa docueram docueras docuerat docueramus docueratis docuerant, tempore futuro specie promissiva docebo docebis docebit docebimus docebitis docebunt: modo imperativo tempore praesenti doce doceat doceamus docete doceant; tempore futuro doceto tu, doceto ille vel doceat, doceamus, docetote, doceant vel docento vel docemino: optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam docerem doceres doceret utinam doceremus doceretis docerent, tempore praeterito perfecto utinam docuerim docueris docuerit utinam docuerimus docueritis docuerint, | tempore praeterito plusquamperfecto utinam docuissem docuisses docuisset utinam docuissemus docuissetis docuissent, tempore futuro utinam doceam doceas doceat utinam doceamus doceatis doceant: subiunctivo modo, qui et coniunctivus vocatur, praesenti tempore cum doceam doceas doceat cum doceamus doceatis doceant, tempore praeterito inperfecto cum docerem doceres doceret cum doceremus doceretis docerent, tempore praeterito perfecto cum docuerim docueris docuerit cum docuerimus docueritis docuerint, tempore plusquamperfecto cum docuissem docuisses docuisset cum docuissemus docuissetis docuissent, tempore futuro specie ulteriori cum docuero docueris docuerit cum docuerimus docueritis docuerint: modo infinito numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto docere, praeterito perfecto et plusquamperfecto docuisse, futuro doctum ire vel docturum esse. participia tempore praesenti hic et haec et hoc docens hi et hae docentes et haec docentia, futuri hic docturus haec doctura hoc docturum hi docturi hae docturae haec doctura. inpersonalia sive supina docendi docendo docendum.

Eiusdem passivum. doceor doceris docetur docemur docemini docentur, praeterito inperfecto docebar docebaris docebatur docebamur docebamini docebantur; praeterito perfecto doctus sum es est docti sumus estis sunt, fui fuisti fuit fuimus fuistis fuerunt; praeterito plusquamperfecto doctus eram eras erat docti eramus eratis erant, doctus fueram fueras fuerat docti fueramus fueratis fuerant; tempore futuro specie promissiva docebor doceberis docebitur docebimur docebimini docebuntur: modo imperativo docere doceatur doceamur doceamini doceantur *: | modo optativo praesenti et praeterito inperfecto utinam docerer docereris doceretur utinam doceremur doceremini docerentur; praeterito perfecto utinam doctus sim sis sit docti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto utinam doctus essem esses esset docti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; tempore futuro utinam docear docearis doceatur utinam doceamur doceamini doceantur: modo

6 doceamus, docetote vel docemino, doceant vel docento *grammaticus scripsisse videtur* 11 docuissent] docuissetis *B* 22 vel docturum esse] nedoctorum isse *B* 24 hoc docturum] haec docturum *B* 32 docebimini] docemini *B* 33 *lacunam, qua declinatio modi imperativi temporis futuri excidit, indicavi* 36 fuerim] fuero *B*

p. 15. 16 V.

subiunctivo tempore praesenti cum docear docearis doceatur cum doceamur doceamini doceantur; praeterito inperfecto cum docerer docereris doceretur doceremur doceremini docerentur; praeterito perfecto cum doctus sim sis sit cum docti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto cum doctus essem esses esset cum docti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro specie ulteriori cum doctus ero eris erit erimus eritis erint, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: modo infinito numeris personis incertis praesenti et praeterito inperfecto doceri, praeterito perfecto et plusquamperfecto doctum esse fuisse, futuro doctum iri docendum esse. participia temporis praeteriti hic doctus haec docta hoc doctum hi docti doctae docta, futuri docendus docenda docendum docendi docendae docenda. inpersonalia sive supina doctu doctum.

Scribo coniugationis tertiae correptae. scribo scribis scribit scribimus scribitis scribunt, praeterito inperfecto scribebam scribebas scribebat scribebamus scribebatis scribebant, praeterito perfecto scribsi scribsisti scribsit scribsimus scribsistis scribserunt vel scribsere, praeterito plusquamperfecto scripseram scribseras scripserat scripseramus scripseratis scripserant, | futuro scribam scribes scribet scribemus scribetis scribent: imperativo praesentis scribe scribat scribamus scribite scribant; futuro scribito tu, scribito ille vel scribat, scribamus, scribitote *vel* scribimino, scribant vel scribento: optativo praesenti et praeterito inperfecto utinam scriberem scriberes scriberet utinam scriberemus scriberetis scriberent; praeterito perfecto utinam scribserim scribseris scribserit scribserimus scribseritis scribserint, praeterito plusquamperfecto utinam scripsissem scripsisses scripsisset scripsissemus scripsissetis scripsissent, futuro utinam scribam scribas scribat scribamus scribatis scribant: modo subiunctivo praesenti cum scribam scribas scribat cum scribamus scribatis scribant, praeterito inperfecto cum scriberem scriberes scriberet cum scriberemus scriberetis scriberent, praeterito perfecto cum scribserim scribseris scribserit cum scripserimus scribseritis scripserint, praeterito plusquamperfecto cum scripsissem scripsisses scripsisset cum scripsissemus scripsissetis scripsissent, futuro specie ulteriori cum scribsero scibseris scribserit scribserimus scribseritis scribserint: infinito modo numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto scribere, praeterito perfecto et plusquamperfecto scribsisse, futuro scribtum ire scribturum esse. participia praesentis hic et haec et hoc scribens hi et hae scribentes et haec scribentia, futuri scripturus scriptura scripturum scripturi scripturae scriptura. inpersonalia sive supina scribendi scribendo scribendum.

---

10 doctum isse *B* docendum isse *B* 17 scribsistis] scribistis *B* 21 vel *post* scribitote *om. B* scribant vel scribunto *grammaticus scripsisse videtur* 34 numero personis *B* 36 scribturum esse] scribtum isse *B*

Eiusdem passivum. scribor scriberis scribitur scribimur scribimini scribuntur, praeterito inperfecto scribebar scribebaris scribebatur scribebamur scribebamini scribebantur; praeterito perfecto scriptus sum es est scribti sumus estis sunt, fui fuisti fuit fuimus fuistis fuere fuerunt; | praeterito plusquamperfecto scribtus eram eras erat scribti eramus eratis erant, fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant; futuro scribar scriberis scribetur scribemur scribemini scribentur: imperativo scribere scribatur scribamur scribamini scribantur; futuro scribitor tu, *scribitor* vel scribatur ille, scribamur, scribaminor, scribantur: optativo praesenti *et* praeterito inperfecto utinam scriberer scribereris scriberetur utinam scriberemur scriberemini scriberentur; praeterito perfecto utinam scriptus sim sis sit scribti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto utinam scriptus essem esses esset scribti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro utinam scribar scribaris scribatur scribamur scribamini scribantur: modo subiunctivo praesenti cum scribar scribaris scribatur cum scribamur scribamini scribantur, praeterito inperfecto cum scriberer scribereris scriberetur scriberemur scriberemini scriberentur; praeterito perfecto cum scriptus sim sis sit scribti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto cum scriptus essem esses esset scribti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro ulteriori cum scriptus ero eris erit scripti erimus eritis erint, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: infinito numeris personis incertis praesenti *et* praeterito inperfecto scribi, praeterito perfecto et plusquamperfecto scriptum esse fuisse, futuro scriptum iri vel scribendum esse. participia praeteriti scriptus scripta scriptum, futuri scribendus scribenda scribendum. inpersonalia sive supina scribtu scribtum. |

Munio verbum tertiae coniugationis productae. munio munis munit munimus munitis muniunt, praeterito inperfecto inchoativa specie muniebam muniebas muniebat muniebamus muniebatis muniebant; praeterito perfecto munii vel munivi, munisti munivisti, muniit vel munivit, muniimus munivimus, munistis munivistis, muniere munivere munierunt muniverunt; praeterito plusquamperfecto specie recordativa munieram muniveram, munieras muniveras, munierat muniverat, munieramus, munieratis, munierant; futuro specie promissiva muniam munies muniet muniemus munietis munient; imperativo praesenti muni muniat muniamus munite muniant; futuro munito tu, munito ille muniat, muniamus, munitote munimino, muniant vel muniento: optativo praesenti *et* praeterito inperfecto

8 futuro scribtor tu uel scribatur ille *B* 9 scribiminor *grammaticus scripsisse videtur* et *om. B* 12 fuerim] fuero *B* 23 praesenti praeterito *B* 25 esse] isse *B* participium *B* 27 personalia *B* scribtu] scriptus *B* 28 munio munis munis munimus muntis muniunt *B* 31 munii] muni *B* 38 muniant vel muniunto *grammaticus scripsisse videtur* et *om. B*

p. 18. 19 V.

utinam munirem munires muniret utinam muniremus muniretis munirent, praeterito perfecto utinam munierim munieris munierit munierimus munieritis munierint, praeterito plusquamperfecto utinam munissem vel munivissem munisses munisset munissemus munissetis munissent, futuro utinam muniam munias muniat muniamus muniatis muniant: subiunctivo praesenti cum muniam munias muniat muniamus muniatis muniant, praeterito inperfecto cum munirem munires muniret cum muniremus muniretis munirent, praeterito perfecto cum munierim munieris munierit munierimus munieritis munierint, praeterito plusquamperfecto cum munissem munisses munisset munissemus munissetis munissent, futuro ulteriori cum muniero munieris munierit munierimus munieritis munierint: infinito numeris personis incertis praesenti *et* praeterito inperfecto munire, praeterito perfecto *et* plusquamperfecto munisse vel munivisse, futuro munitum ire vel muniturum esse. participia praesentis hic et haec et hoc muniens hi et hae munientes et haec munientia, | futuri muniturus munitura muniturum. inpersonalia sive supina muniendi muniendo muniendum.

Eiusdem passivum. munior muniris munitur munimur munimini muniuntur, praeterito inperfecto muniebar muniebaris muniebatur muniebamur muniebamini muniebantur; praeterito perfecto m us sum es est muniti sumus estis sunt, fui fuisti fuit fuimus fuistis fuerunt; praeterito plusquamperfecto munitus eram eras erat muniti eramus eratis erant, fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant; tempore futuro muniar munieris munietur muniemur muniemini munientur: imperativo praesenti munire muniatur muniamur muniamini muniantur*: optativo praesenti et praeterito inperfecto utinam munirer munireris muniretur utinam muniremur muniremini munirentur; praeterito perfecto utinam munitus sim sis sit muniti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto utinam munitus essem esses esset essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro utinam muniar muniaris muniatur muniamur muniamini muniantur: subiunctivo praesenti cum muniar muniaris muniatur cum muniamur muniamini muniantur, praeterito inperfecto cum munirer munireris muniretur cum muniremur muniremini munirentur; praeterito perfecto cum munitus sim sis sit cum muniti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto cum munitus essem esses esset cum muniti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro ulteriori munitus ero eris erit erimus eritis erint, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: infinito numeris personis incertis praesenti et praeterito inperfecto muniri, | praeterito perfecto et plusquamperfecto munitum

12 et *om.* *B* praeteriti perfecti plusquamperfecti *B* 13 esse] isse *B*
24 *lacunam, qua declinatio imperativi modi temporis futuri excidit, indicavi* 39 munitum esse fuisse] munitum isse uel iuisse *B*

esse fuisse, futuro munitum iri vel muniendum esse. participia praeteriti munitus munita munitum, futuri muniendus munienda muniendum. inpersonalia sive supina munitu munitum.

Ergo species verborum o littera terminatorum sunt hae, activa, ut amo, neutra, ut sedeo; r vero terminatorum passiva amor, deponens luctor, communis criminor. inchoativa vero et o littera terminatur, ut calesco, et r, ut miserescor. sic et quaedam defectiva, sed elocutione, et o, ut fero tuli, et r, feror latus sum. nam quaedam eiusdem speciei, id est declinationis defectivae elocutione, *nec o* nec r, sed m terminantur * odi novi memini. defectiva quaedam qualitate, id est genere, o quidem terminantur, ut fio, sed tempus praeteritum perfectum sic habent, ac si ab r veniant, ut fio factus sum, soleo solitus sum. frequentativa species et o terminatur, ut dicto dictito, et r, ut dictor dictitor; inpersonalis et r, ut itur, et t, ut taedet.

DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis, quam verbis adiciendo eorum significationem complemus. adverbio accidunt tria, significatio comparatio figura. significatio in multa dividitur: est enim loci, ut hic; temporis, ut heri nuper; numeri, ut semel; negandi, ut non; confirmandi, *ut* etiam; demonstrandi, ut ecce; optandi, ut utinam; hortandi, ut heia; ordinis, *ut* deinde; interrogandi, *ut* cur; similitudinis, *ut* quasi; qualitatis, *ut* sapienter; dubitantis, ut forsitan; eventus, ut forte; personalis, ut mecum; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; quantitatis, ut saepius; separandi, ut seorsum; eligendi, ut potius; congregandi, ut simul; prohibendi, ut ne; comparandi, ut magis. ergo adverbia vocalibus quidem quinque terminantur, a e i o u, semivocalibus quinque, l m n r s, muta *una*, c: a, 'heia age rumpe moras'; e correpto, 'facile omnes cum valemus'; e producto, 'nefarie molientem'; ae diphthongo, 'militiae contubernales'; i, 'domi una eruditi'; | o, 'bellum subito exarsit' et 'falso queritur'; u, 'nec visu facilis' (hoc magis verbum supinum est); l, 'quem semel risisse'; m, 'tum me confectum'; n,

---

17 significatio — 24 magis *Don. 386, 8*

---

1 muniendum isse *B* 6 terminata ut kalesco *B* 9 nec o *om. B, add. v* terminantur] '*supplendum videtur* ut sum; defectiva quaedam tempore i terminantur, ut odi *etc.' editor Vindobonensis* 10 quaedam] quidem *B* 11 sed sed tempus *B* 18 ut *ante* etiam deinde cur quasi sapienter *om. B* 19 e'a *corr.* heia *B* 22 heu] en *B* 25 una *om. B* 26 heia] *Verg. Aen. IIII 569* facile] *Terent. Andr. II, 1, 9* valemus] ual. *B* 27 nefarie] *Cic. in Catil. II 1, 1* militiae] *Cic. p. Ligar. 7, 21* 28 domi] *Cic. p. Ligar. 7, 21* bellum] *Cic. p. Ligar. 1, 3* 29 falso *Sallust. Iug. 1, 1* nec visu] *Verg. Aen. III 621* 30 quem] *Cic. de fin. V 30, 92* tum] *Verg. Aen. VI 520* comfectum *corr.* confectum *B*

p. 21. 22 V.

'en crimen en causa', 'en qui nostra'; r, 'cur non Mopse boni'; s, 'heus heus Syre'; c, 'hic hic sunt nostro'. comparatio duobus *gradibus* fit: nam aut uni comparamus, ut iustius, aut multis, ut iustissime. figura aut simplex est, ut iuste, aut composita, ut iniuste.

Adverbia aut ex se nascuntur, ut heri nuper, aut ab aliis, ut docte sapienter. adverbia a nominibus us terminatis venientia e producto terminabuntur, ut rectus recte, summus summe, exceptis tribus, bonus bene, malus male, ritus rite; aut o terminantur producto, *ut* falsus falso. is vero terminata nomina facient adverbia aut e correpto terminata aut ter, ut facilis facile vel faciliter, suavis suave vel suaviter. n et s vel x terminata nomina in ter faciunt adverbia, ut clemens clementer, felix feliciter. r terminata nomina e producto terminant adverbia, si non fuerint comparativa, ut miser misere; si fuerint nomina comparativa, us terminabuntur adverbia, ut felicior felicius; quod etiam nomen erit comparativum generis neutri.

DE PARTICIPIO

Participium est pars orationis cum tempore et casu. participium dictum est, quod partem recipiat a nomine, partem a verbo. recipit a nomine duo, genus et casum, ut hic doctus generis masculini casus nominativi: a verbo duo, tempora et significationem, id est adfectum vel genus vel speciem; tempus praesens, ut docens, futurum, ut docturus vel docendus, praeteritum, ut doctus; significationem aut activam, ut docens docturus, aut passivam, ut doctus docendus: ab utroque duo, numerum et figuram; numerum a verbo et a nomine singularem, ut hic doctus, pluralem, ut hi docti. figura in participiis aut simplex est, ut scribens, aut composita, ut inscribens. genera in participiis quattuor sunt, masculinum doctus, femininum docta, neutrum doctum, commune hic et haec et hoc docens, quod temporis praesentis semper ut sit necesse est. | casus in participiis tot sunt, quot et in nominibus et in pronominibus. participia a verbo activo veniunt temporis praesentis, ut docens, futuri, ut docturus, de passivo temporis praeteriti, ut doctus, futuri docendus; a neutro praesens natans, praeteritum natatus, duo futura nataturus natandus; a deponenti praesens obsonans, praeteritum obsonatus, duo futura obsonaturus obsonandus: sic et de communi criminans criminatus criminaturus criminandus.

Sunt quaedam participia eadem etiam nomina, ut cultus sapiens.

---

1 en crimen] *Cic. p. Deiot. 6, 17* en qui] *Verg. Aen. VIIII 600* cur] *Verg. bucol. 5, 1* 2 heus] *Terent. Heauton tim. II 3, 107* hic] *Cic. in Catil. I 4, 9* duobus fit *B* duobus fit modis *v* 7 bene] bone *B* 8 ut *ante* falsus *om. B* 10 n et s terminata nomina uel (x *add. v*) ter faciunt *Bv* 14 quod etiam *v* quid etiam *B* 32 praeteriti *B*

quorum quidem species genetivo dinoscitur, ut cultus, si sit nomen, huius cultus faciet, si participium temporis praeteriti, huius culti. nam sapiens tempore participium, comparatione nomen declaratur: nam si fecerit futuro tempore sapiturus, sapiens participium est; si fecerit sapiens sapientior sapientissimus, nomen est. sunt nomina quae speciem habent participiorum, non tamen sunt participia, ut decens pudens. *sunt participia* sine verbi alicuius substantia, ut tunicatus galeatus pudendus. omnia igitur participia aut n et s terminantur temporis praesentis, ut amans, aut rus temporis futuri activitatis, ut amaturus, aut dus temporis futuri passivitatis, ut amandus: temporis praeteriti aut tus, ut amatus, aut xus, ut nexus, aut sus, ut visus tersus mersus. hoc tamen scire debemus, quod participium sus terminatum aut de secunda erit coniugatione aut de tertia correpta. sed haec exempla de genere masculino sunt tantum modo. excepto tempore praesenti cetera omnia genere feminino a terminantur, neutro m. numeri in participiis duo sunt, singularis, ut hic doctus, pluralis, ut hi docti. sunt non nulla participia quae adiecta praepositione transeunt in nomen, ut innocens indoctus indomitus insciens. nec enim possunt sic cum praepositione a verbo venire: nemo enim dicit *innoceo vel* indoceor vel indomor vel inscio, sicut indicens et indicans indico, et insipiens insipio.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis adnectens ordinansque dictionem. coniunctioni accidunt tria, potestas figura ordo.

Potestas in quinque dividitur. sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales. copulativae sunt sex, et que at atque ac ast: ut 'et te montosae misere', 'teque isto corpore s.', 'at tuba t.'| 'atque ea diversa', 'ac me cum ab reliquorum', 'ast de me divum'. disiunctivae vero quinque, aut vel ve nec neque: ut 'aut age diversos', 'vel tu quod s.', 'miscerive probet populos', 'nec

19 DE CONIVNCTIONE *Don. 388, 27 Diom. 415, 12*

5 speciem habent participiorum ut decens pudens non tamen sunt participia sine uerbi aliqua substantia *B.* decens *recepi ex Diom. p. 389, 29* inpersonalium declinatio non facile admittit participia, et errant qui decens pudens participia opinantur esse, cum sint appellationes 10 ut amatus aut us nexus et sus *B* 16 transeant ad (*corr.* in) nomen *B* 18 innoceo vel *om. B. cf. Don. p. 388, 16* sunt item alia participia, quae accepta praepositione et a verbis et a participiis recedunt, ut nocens innocens: nam noceo dicitur, innoceo non dicitur 19 uel inscior *B* 24 potestas coniunctionum in quinque (distributa *add. Diom.*) species dividitur *Donatus et Diomedes* 26 et te] *Verg. Aen. VII 744* teque isto corp. s. *B: Verg. Aen. IIII 703* at tuba r. *B: Verg. Aen. VIIII 503* at tuba terribilem sonitum procul aere canoro 27 atque] *Verg. Aen. VIIII 1* ac me] *Sallust. Catil. 3, 5* ast] *Verg. Aen. X 743* 28 aut age] *Verg. Aen. I 70* 29 vel tu] *Verg. Aen. V 691* miserive *v B* (?): *Verg. Aen. IIII 112* prouet *B* nec tibi] *Verg. Aen. IIII 365*

p. 23. 24 V.

tibi diva parens', 'neque ego hanc abscondere'. expletivae vero decem, quidem equidem saltem videlicet quamquam quamvis quoque autem vero etsi: ut 'est quidem hoc coeptum atque temptatum', 'equidem merui nec d.', 'saltem siqua mihi de te', 'videlicet ille servus Cliniae', 'quamquam haec inter nos nuper', 'quamvis increpitent socii', 'hanc quoque deserimus',

ille autem neque te Phoebi cortina fefellit,
me vero primum dulces ante omnia Musae,

'etsi scio ego Philumena'. causales viginti et sex, si tametsi tamen siquidem quandoquidem quinetiam quatenus sin seu sive nam namque nisi nisisi enim etenim ni sed intereaquando (*quando* potest et adverbium esse temporis, ut Terentius in Eunucho 'veniet Chaerea. fraterne? quando? hodie') quamobrem praesertim item itemque ceterum alioquin praeterea: ut 'si bene quid de te merui', 'tametsi haudquaquam par gloria sequitur', [et si fata deum] 'tamen quia nati sunt cives, monitos esse etiam atque etiam volo', 'si tu quidem vera praedicas', 'quandoquidem tu solus regnas', 'quinetiam patria excussos', quatenus Lucretius libro secundo,

quatenus in pullos animantium vertier ova
cernimus alituum,
sin has non possim naturae acquirere partes,

'seu pacem seu bella geram', 'sive Erycis fines', 'nam mihi parta quies', 'namque fatebor enim', 'nisi me animus fallit hic profecto', 'nisi si id est quod suspicor', 'quis enim modus adsit amori', | 'etenim quod sit ingenium tantum', 'ni me quae Salium fortuna', 'sed tibi ingentes pop.', 'interea sacra

---

1 neque ego] *Verg. Aen. IIII 337* 3 etsi *inter causales coniunctiones ponitur a Donato et Diomede, item a Charisio p. 224, 32 Victorino p. 203, 9 Probo p. 144,2* equidem] *Verg. Aen. XII 931* 4 saltem] *Verg. Aen. IIII 327* videlicet] *Terent. Heauton tim. III 2, 3* 5 quamquam] *Terent. Heauton tim. I 1, 1* quamvis] *Verg. Aen. III 454* 6 hanc] *Verg. Aen. III 190* 7 ille] *Verg. Aen. VI 347* foeibi cortina ffe *B* 8 me vero] *Verg. georg. II 475* 9 etsiccio ego fil *B*: *Terent. Hec. II 2, 1* viginti et septem *editor Vindobonensis* 11 interea quando potest *B* 12 in Eunucho] *IIII 4, 29* 14 ut *v* aut *B* si bene quit *B*: *Verg. Aen. IIII 317* tametsi autquaquam *B*: *Sallust. Catil. 3, 2* 15 et si] *Verg. Aen. II 54. exemplum* si *coniunctionis sic, quasi* etsi *scriptum esset, quae coniunctio non inter causales, sed inter expletivas posita erat, vel ab ipso grammatico non recte interpositum vel postea additum est* tamen] *Cic. in Catil. II 12, 27* 16 siquidem tu vera praedicas *grammaticus scripsisse videtur: Terent. Eunuch. V 1, 12* siquidem tu istaec vera praedicas 17 quandoquidem] *Terent. Phorm. II 3, 58* quinetiam] *Verg. Aen. VII 299* 19 quatenus] *Lucret. II 927* 21 sin has] *Verg. georg. II 483* 22 seu pacem] *Verg. Aen. VIIII 279* sive] *Verg. Aen. I 570* nam mihi] *Verg. Aen. VII 598* 23 namque] *Verg. bucol. 1, 32* nisi me] *Terent. Heauton tim. IIII 1, 1* 24 nisi si] *Terent. Andr. I 5, 14* quis enim] *Verg. bucol. 2, 68* 25 etenim] *Cic. in Verr. act. pr. 4, 10* ni me] *Verg. Aen. V 356* 26 sed tibi] *Verg. Aen. VIII 475* 27 interea] *Verg. Aen. VIII 172*

p. 24. 25 V.

haec, quando huc ven.', 'quamobrem nisi si id est quod suspicor mali' (haec non tam coniunctio quam tres partes orationis nuncupandae, quam ob rem), 'his praesertim iam noctibus', 'item alii per dedecora patrimoniis amissis', 'itemque senatus magna pars', 'ceterum mihi in dies magis auxiliorum'. 'alioquin hoc fieri non potest', 'praeterea si n. d.'. rationales duodecim, itaque quoniam enimvero quia quapropter quoniamquidem quippe ergo ideo igitur scilicet propterea: 'itaque si mihi stomachum moveritis', 'quoniam de moribus civitatis', 'enimvero Dave', 'sed quia provenere', 'quapropter te', 'quoniamquidem circ. v.', 'quippe secundae res', 'ergo ausculta', 'Graiumque ideo', 'igitur colos', 'scilicet is superis', 'proptereaque nunc misera in maerore est'. inter causam autem et rationem hoc est, quod in ratione semper causa est, in causa vero non semper est ratio, et quod in ratione semper consilium continetur, in causa vero non semper. causas habet Iuno ut irascatur Aeneae, non rationem; habet rationem doctus ut sit litteratus, habet et causam. nequidem ideo non est posita, quia sic iuncta latina non est. nam huic coniunctioni aliqua pars orationis interponi debet, ac si dicamus 'ne ego quidem': nam 'ne quidem ego' nusquam lectum est, ideoque veluti barbarismus devitatur.

Figurae coniunctionis aut simplices sunt, ut quoniam, aut compositae, ut quandoquidem. ordo in tria dividitur: aut tantum praeponitur, ut *ast*, 'ast illum ceptae magno'; aut semper subiungitur, ut que, 'arma virumque'; aut et praeponitur et subiungitur, ut *et*, 'et me Foebus equis oriens', [ut] 'memet super ipsa dedissem'.

Quidam coniunctiones disiunctivas non putant oportere dici coniunctiones, hac ratione: si ideo dictae sunt coniunctiones a coniungendo, quae disiungunt non sunt coniunctiones. sed errant: nam coniunctio eo dicta, quod verba coniungat, non sensus. ergo [haec] coniunctio disiunctiva sensus quidem separat, verba vero coniungit, unde nomen accepit.

---

1 quamobrem] *Terent. Andr. I 5, 14* quam ob rem? nisi si id est quod suspicor, aliquid monstri alunt 3 his] *Cic. in Catil. II 10, 23* item] *Sallust. Catil. 37, 5* 4 itemque] *Sallust. Catil. 53, 1* 5 ceterum] *Sallust. Catil. 20, 6* ceterum mihi in dies magis animus accenditur 6 praeterea] *Verg. Aen. V 64* 7 quia] qua *B* 8 itaque] *Cic. pro Mur. 13, 28* quoniam] *Sallust. Catil. 5, 9* 9 enimvero] *Terent. Andr. I 3, 1* sed quia] *Sallust. Catil. 8, 3* 10 quapropter te] *Terent. Hec. V 1, 7* quoniamquidem] *Sallust. Catil. 31, 9* quippe] *Sallust. Catil. 11, 7* 11 ergo] *Terent. Phorm. I 2, 12* Graiumque] *Verg. Aen. IIII 228* igitur] *Sallust. Catil. 15, 5* 12 scilicet] *Verg Aen. IIII 379* propterea quae *v B (?): Terent. Andr. IIII 2, 10* 23 ut ast illum *B: Verg. Aen. III 330* 24 ut et me *B: duo Vergilii exempla bucol. 3, 63* et me Phoebus amat *et Aen. V 739* et me saevus equis Oriens adflavit anhelis *neglegenter coniuncta sunt* 25 memet] *Verg. Aen. IIII 606, ubi* memet *pro* me et *dictum esse voluit grammaticus* 26 dici coniunes hac *B*

p. 25 V.

DE INTERIECTIONE

Interiectio est pars orationis adverbio persimilis, qua significantur animi variae passiones, quas quidam adfectus dicunt: laetitiae vel laudis, ut va, ut Terentius 'va consilium callidum'; irascentis vel dolentis, 'heu stirpem invisam'; laetantis et irascentis, ut 'pro di immortales, facinus indignum', Cicero 'pro di immortales, qui hic inluxit dies'; laetantis et risus, ut hahahae; admirantis, ut papae; dolentis, 'heu ne lacrima'; admirantis et dolentis, ut

o fortunati quorum iam moenia surgunt

et 'o miserae, quas non manus' vel 'o dolor atque decus'; hortantis, ut 'heia age, rumpe moras'. item plurimae, quas adfectus faciunt animorum.

DE SEPTIMO CASV

Septimus casus fit duobus ablativis pariter copulatis, qui locutionem habet ablativorum casuum, intellectum genetivorum: nihil enim significat auferendum. hic fit modis octo: aut ex participio et nomine, ut 'ducente dea', 'volente deo'; aut ex nomine et participio, ut 'oratore declamante', 'Sacerdote docente'; aut ex duobus participiis, ut 'docto exponente'; aut ex duobus nominibus, ut 'bono homine'; aut ex pronomine et nomine, ut 'me duce'; aut ex nomine et pronomine *, ut 'laetante me'. nam ex duobus pronominibus septimus casus fieri non potest. quidam putant his casibus iunctis intellectum fieri dativi casus et vocari ipsum quoque septimum casum, ut est 'et magno se corpore miscet'. sed errant: nam ibi antiquorum more ablativum pro dativo posuit, quod licet etiam, si non iunxerimus duos ablativos [ponere ablativum scilicet pro dativo], ut est 'haeret pede pes' et 'parce metu Cytherea', pro pedi, pro metui; quod septimus casus fieri non potest sine duobus ablativis et sine intellectu casus genetivi.

---

13 DE SEPTIMO CASV *Diom. 317, 23 exc. Charis. 534, 22 Dosith 23, 10*

3 laetitiae ut ua uel laudis ut terentius *B*|: *Andr. III 4, 10* 5 heu] *Verg. Aen. VII 293* pro di] *Terent. Adelph. III 4, 1* immortale *B* 6 Cicero] in Pisonem *Quintil. VIIII 4, 76 Diom. p. 468, 10* 7 hanae *corr.* hahahae *B* 8 heu] *Terent. Heaut. tim. I 1, 31* 9 o fortunati] *Verg. Aen. I 437* 10 o miserae] *Verg. Aen. V 623* o dolor] *Verg. Aen. X 507* 11 heia *Verg. Aen. IIII 569* 16 auferendi *B* ducente dea] *Verg. Aen. II 632* 17 volente deo] *Verg. Aen. I 303* 20 *lacuna quam indicavi haec fere exciderunt*, ut 'auctore me', aut ex pronomine et participio, ut 'me legente', aut ex participio et pronomine 23 et magno] *Verg. Aen. VI 727* 26 haeret] *Verg. Aen. X 361* parce] *Verg. Aen. I 257*

p. 25. 26 V.

De syncope. Syncope est, cum una vel plures litterae eliduntur, ut

apparent rari nantes in gurgite vasto,

id est natantes.

De synalifa. Synalifa est, quando finita pars orationis in vocalem vel in m litteram vel in s altera parte orationis | incipiente a vocali eliditur, ut 'mene efferre pedem' et 'mene incepto'. sic in vocali. in m littera m non sola perit in metro, sed etiam vocalis quae eam antecedit, ut 'monstrum horrendum ingens'. s vero littera eliditur sola, si a consonanti incipiat altera pars orationis, ut Lucretius 'mensibus frigus' et alibi 'ex infantibus parvis'. cum vocali vero praecedente et iuncta perit s, si in eam finiatur pars orationis et sequens pars orationis incipiat a vocali, ut Vergilius

rursus in secessu longo sub rupe cavata.

non tamen omnes syllabae quae sic cadunt, id est aut in vocalem aut in m aut in s, necesse est ut synalifam patiantur; sed quae synalifam patiuntur sic cadant necesse est. ceterum sunt quae sic eveniunt, non tamen eliduntur: de vocali, ut 'texunt umbracula vites' et 'sucus pecori et lac subducitur agnis' et 'Aeaeque insula Circae', de m, ut 'hic ver purpureum varios', *de s*, ut 'ecce manus iuvenem interea'. hoc tamen scire debemus, quod versus percutientes [id est scandentes] interdum accentus alios pronuntiamus, quam per singula verba ponentes. toro et pater, acutum accentum in to ponimus et in pa; scandendo vero 'inde toro pater Aeneas' in ro et in ter. haec igitur in metro ideo suam non continent rationem, quia in ipsis nulla intellectus ratio continetur: nam ropater nihil significat. inter syncopen ergo et synalifam hoc est, quod syncope ab ipsis ponitur poetis, nantes pro natantes; synalifa autem a nobis vel pronuntiantibus vel pedes scandentibus fit, cum a poeta plenum verbum ponatur. 'mene incepto', nos scandimus menincepto': monstrhor nos percutimus, cum poeta posuerit 'monstrum horrendum': et 'infantibu parvis' et 'rursin secessu longo' scandimus, cum *infantibus et* rursus posuerit poeta.

---

1 De syncope *p. 452, 7* 4 De synalifa *p. 453, 4*

2 apparent] *Verg. Aen. I 118* 6 mene efferre] *Verg. Aen. II 657* mene incepto] *Verg. Aen. I 37* 8 monstrum] *Verg. Aen. IIII 181* eliditur *v* dicitur *B* 9 mensib. *B* mensibu *v. in lacuna libri sexti haec posuit Lachmannus in Lucret. p. 399* 10 ex infantib. *B* ex infantibu *v: Lucret. I 186* 12 oratio incipiat *B* 13 rursus] *Verg. Aen. III 229* 14 omnis syllabae *B* 17 eliduntur ut de uocali ut *B* texunt] *Verg. bucol. 9, 42* sucus] *Verg. bucol. 3, 6* 18 Aeaeaeque *Vergilius Aen. III 386* circe *B* 19 hic ver] *Verg. bucol. 9, 40* de s ut] et *B* et de s *v* ecce] ece *B: Verg. Aen. II 57* 21 scandentes *v* candentes *B* 22 verba, pronuntiantes toro *coniecit editor Vindobonensis* 23 inde] *Verg. Aen. II 2* 27 uel pronuntiantibus *editor Vindobonensis* uel a pronuntiantibus *B* 28 menincepto] mencepto *B* 30 infantib. paruis *B* 31 infantibus et *om. B*

p. 26. 27 V.

De diaeresi. Diaeresis est, cum duae vocales in syllabam ductae singulare pronuntiatae dividuntur, ut 'aulae in medio' et frugiferae, aulai et frugiferai. huic contraria est synaeresis. |

De synaeresi. Synaeresis est, cum dictio duarum syllabarum in unam cogitur, ut 'fixerit aeripidem' pro aëripidem, et 'hortator scelerum Oelides' pro Aeolides.

De tmesi. Tmesis, hoc est intercisio, sic fit, cum in medio unius verbi alterum interponitur, ut est 'septem conpacta trioni': positum est verbum conpacta inter septemtriones.

De enallaxi vel enallage. Enallaxis vel enallage est, cum contra naturam suam verbum positum hoc significat, ac si *proprium* verbum poneretur, ut est rursum, hoc significat quod rursus.

Nunc de soloecismo ceterisque vitiis tractabimus, quibus expositis docebimus quid vitare vel dicere debemus.

DE SOLOECISMO

Soloecismus est latini sermonis inpropria ordinatio, oratio inconsequens, verborum inter se non suo loco positorum vitiosa structura, carens ordine sermo, dictio non cohaerens. soloecismus dictus est duobus modis, vel quod sit *τοῦ σῴου λόγου αἰκισμός*, id est integrae laesio dictionis, vel quod aliquando *Σόλοικοι*, Cilicienses cives, Athenas profecti non integre loquentes vitioso sermoni de vocabulo suo nomen dederunt. fit autem soloecismus modis XVI: per immutationem generum pronominum, ut Terentius 'habeas quicum cantites' pro 'cum qua cantites', et Plautus 'sed quis illaec mulier est' pro 'sed quae il-

4 De synaeresi *p. 453, 1* 7 de tmesi *p. 466, 25*

1 de diheresi diheresis *B* *fortasse* cum duae vocales in unam syllabam coniunctae diductae et singulares pronuntiatae dividuntur: *cf. [Prob.] de ult. syll. p. 263, 21* 2 aulae] *Verg. Aen. III 354* aulai medio et frugae aulai et frugai *B*, et fugae aulai et fugai *v*, *ubi* fugai *ad Lucret. I 1047 et IIII 713 pertinere voluit editor.* frugiferae *et* frugiferai *coniecit editor Vindobonensis, quod ad Ennii exemplum* terrai frugiferai *a Charisio p. 19, 1 exc. Char. p. 538, 27 fragm. Bob. de nom. p. 555, 3 citatum pertinet* 3 synheresis *B, item* 4 5 fixerit eripedem *B: Verg. Aen. VI 803* hortator] *Verg. Aen. VI 529* 6 pro eolides *B* 7 *tmesin, quae infra p. 466, 25 inter tropos refertur, multos inter metaplasmos reponere ait Consentius p. 390, 29. eos hoc loco secutus est grammaticus. eodem rettulit enallagen inter schemata dianoeas positam rhet. lat. ed. Halm p. 76, 8. nam ad tractatum de metaplasmis omnia quae praeter ordinem ante commentarium de soloecismo scripta sunt pertinent* 8 septem] *Verg. georg. III 381* septem subiecta trioni: *cf. Ribbeck prol. ad Verg. p. 211* 9 uerbum est *B* 10 est uel enallage *B* 11 ac si uerbum *B* ac si uerum *v* 13 tractamus *B* 20 aliquando soloecoe sicilienses *B* 21 sermoni *editor Vindobonensis* sermone *B* 23 habeas] *Terent. Adelph. IIII, 7, 32* 24 sed quis] *ad Plaut. Trucul. I 1, 76* sed haec quis mulier (quibus melius *codices*, quis mulier *Camerarius*) est? Astaphium ancillulast *pertinere videtur. cf. mil. gl. II 4, 8 (v. 361 R) Epid. IIII 1, 6*

laec': per casus, ac si dicas 'sequor homine' pro 'sequor hominem', Terentius 'ita ut vobis decet' pro 'ita ut vos decet': per numeros, 'vos, o Calliope, precor' et 'pars in frusta secant': per personas, ac si dicas 'ego facit' pro 'ego facio': per tempora, ut 'et omnis humo fumat' pro fumavit: per qualitates nominum, ut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus

pro Dardanius, proprium pro appellativo: per genera verborum, ac si dicas sedeor pro sedeo, ut Terentius 'eique anulum, dum luctat, detraxit' pro luctatur, et Vergilius 'pictis bellantur Amazones armis' pro bellant: per genera nominum, ac si dicas hic caelus pro hoc caelum, quamvis Lucretius | caelos dicit: per formas vel qualitates verborum, ac si dicas taedeo pro taedet me, quasi personale pro inpersonali,

at vero Rutulis impar ea pugna videri
iam dudum,

pro videbatur, infinitum pro finito: per modos, ut * per adverbia, ac si dicas 'ite intus' pro intro vel 'estote intro' pro intus: per praepositiones, ac si dicas 'apud illum vado' *pro 'ad illum vado' vel 'ad illum sum'* pro 'apud illum sum': per gradus conlationis, hoc est comparationis, ut est 'Saturnia pulchra dearum' pro pulcherrima, et Lucretius 'inferiora magis' pro inferiora: per geminationem abnuendi; 'nulla neque amnem libavit quadrupes': [per ordinis immutationem] * ut

inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae:

per anastrophen, ut 'Thestylis *et' pro 'et Thestylis'*. haec si a nobis

24 per anastrophen *p. 462, 29. 466, 12*

2 ita ut vobis] *Terent. Adelph. III 4, 45* haec primum ut fiant deos quaeso ut vobis decet. *ib. V 8, 5* immo hercle ita nobis decet uos o calliopa *B: Verg. Aen. VIIII 525* 3 pars] *Verg. Aen. I 212* 4 et omnis] *Verg. Aen. III 3* 6 hauriat] *Verg. Aen. IIII 661* 9 eique anulum] *Terent. Hecyr. V 3, 31* dicitque sese illi anulum, dum luctat, detraxisse 10 pictis] *Verg. Aen. XI 660* 11 ac si dicas *v* ac dicas hac si dicas *B* 12 caelos d. *B* caelos dixerit *v: Lucret. II 1097* quis pariter caelos omnis convertere 13 pro inpersonali. per modos ut at vero — infinitum pro finito. per adverbia *v:* 'finitum pro infinito *cod. manifesto sphalmate. haec literis maiusculis miniatis, post verba* pro inpersonali, *partim in margine, partim inter lineas scripta huius loci sunt' editor Vindobonensis. versum Vergilii (Aen. XII 216) pro exemplo soloecismi per qualitates verborum posuit Cominianus Charis. p. 266, 25. itaque v.* at vero Rutulis — infinitum pro finito *in B, ut videtur, partim superscripta partim in margine posita in suum locum revocavi: deinde lacunam, qua exemplum soloecismi per modos (Charis. p. 267, 8) excidit, indicavi* 18 pro ad illum vado vel ad illum sum *om. B* 20 Saturnia] *Enn. annal. I 65 ed. Vahl.* interiora *priore loco B: Lucret. I 1063* 21 nulla] *Verg. bucol. 5, 25* 22 imutationem *B. non diversum est hoc genus ab eo quod sequitur, per anastrophen. deinde lacunam indicavi, qua definitio soloecismi per detractionem excidit: cf. Charis. p. 267, 29* detractione, cum minus quam debet sententia verborum habet, ut implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae': deest enim carnis 23 inplentur] *Verg. Aen. I 215* 24 ut Thestylis et pro et Thestylis *v* ut thestylis *B: Verg. bucol. 2, 10*

p. 28. 29 V.

dicantur, vitia sunt; si a poetis vel oratoribus, schemata, id est figurae, nuncupantur.

DE BARBARISMO

Barbarismus est vitiosa dictio unius verbi, qui fit modis octo: per productionem, ac si dicas pērnix *et* per producas, quae correpta est: per correptionem, stetĕrunt te correpta, quae longa est: per aspirationem, ac si dicas hora vultus, cum ora debeant dici: per lenitatem, ac si dicas oram tempus diei, cum horam debeas dicere: per immutationem litterarum, ac si dicas ohminem pro hominem: per accentum, ac si dicas iste *et* te acuas, cum is debeas: per immutationem loquellarum, ac si graecum nomen latine dicas vel latinum nomen graece scribas vel dicas, ut puta si philosophum per f scribas, cum per p et h scribere debeas, vel si felix scribas per p et h, cum f ratio exigat: per immutationem accentuum, ac si dicas Cērĕs ce longa, cum brevis sit, et res brevi, cum sit longa. haec vitia, cum dicuntur, barbarismi sunt; cum scribuntur, barbarolexis; et cum | dicuntur a nobis, vitia sunt, *cum* a poetis, metaplasmi. inter barbarismum et soloecismum hoc est, quod soloecismus latinus est sermo perversus, barbarismus vero nullam latini sermonis continet rationem, et quod soloecismus pluribus partibus orationis fit, barbarismus una; quamvis et soloecismus potest interdum una parte orationis fieri, ac si dicas uni 'habete'. inter figuram et metaplasmum hoc est, quod figura virtus est veniens ex soloecismo, metaplasmus vero veniens de barbarismo, de quibus mixte tractabimus.

DE METAPLASMIS VEL FIGVRIS

Metaplasmus vel figura est dictio aliter composita quam debet metri vel decoris causa. huius species sunt plurimae, sed maxime necessariae hae, prothesis, epenthesis, paragoge, aphaeresis quae et encope vocatur, syncope, apocope, antithesis, metathesis, systole, ectasis, diaeresis, episynaliphe, ecthlipsis, protheseon parallage.

De prothesi. Prothesis est, cum in prima parte dictionis aut littera plus est aut syllaba, littera, ut 'gnatique', syllaba, ut 'tetulisset pedem'.

---

24 DE METAPLASMIS *Charis. 277, 24 Diom. 440, 27 Don. 395, 27*

---

1 oratoribus] oratoria *B* 5 et *om. B* 6 quaecquae *B* 7 cum cum ora *B* 5 et *om. B* 12 filosofum *B* 14 ceres ce longam cum urebes sit et res breue *B* 16 cum *ultimo loco om. B* 21 habete] salvete *Serv. in Don. p. 446, 7* 25 metaplasmus est uel figura dictio *B* 28 synstole *B* diheresis *B* 29 ecthlipsis *v* ellipsis *B* 31 gnatique] *Verg. Aen. VI 116* gnatique patrisque. *idem exemplum est. in [Probi] libro de ultimis syllabis p. 262, 25* tetulissem *scripsisse videtur grammaticus: Terent. Andr. IIII 5, 13* numquam huc tetulissem pedem, *quod exemplum positum est in [Probi] libro de ultimis syllabis p. 262, 30*

p. 29. 30 V.

De epenthesi. Epenthesis est, cum in medio verbo aut littera additur, ut relliquias, aut syllaba, ut Mavors.

De paragoge. Paragoge est, cum in fine verbi syllaba additur, ut 'admittier orant'.

De aphaeresi. Aphaeresis fit [encope], cum a prima parte verbi syllaba tollitur, ut linquere.

De syncope. Syncope est, cum de medio verbo littera tollitur, ut oraclum, vel syllaba, ut vixet.

De apocope. Apocope est, cum in fine dictionis syllaba tollitur, ut luxuriat pro luxuriatur et luctat pro luctatur.

De antithesi. Antithesis est litterae pro littera commutatio, ut olli pro illi. |

De metathesi. Metathesis est, cum isdem litteris in verbo manentibus fit transmutatio litterarum, ac si dicas leriquias pro reliquias.

De systole. Systole est, cum producta syllaba contra rationem metri causa corripitur, ut 'stetĕruntque comae' pro stetērunt.

De ectasi. Ectasis est, cum corripienda syllaba producitur metri causa, ut

religione patrum multos servata per annos,

ut re producatur, quae semper correpta pronuntiatur, et 'reliquias Danaum'. sed hi versus acephali dicuntur, ut Homerus '*ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον*'. sicut e contrario in metro proceleumatico, ubi omnes breves esse debent, ponitur novissimus pes anapaestus *pro* proceleumatico, ut novissima syllaba solvatur, quae longa est, et pro duabus brevibus accipiatur, ut est illud graecum '*ὄνος ὄνος ἀπέθανε τίνι τίνι θανάτῳ;*' *τῳ* enim longa pro duabus brevibus soluta accipitur. nam 'genua labant*' sicut metricis placet, ut proceleumaticus pro dactylo sit, duabus prioribus brevibus pro una longa positis. *

---

7 De syncope *p. 448, 1*

---

4 admittier] *Verg. Aen. VIIII 231* 5 aphaeresis fit vel encope *v* 7 de syncope *B* 8 vixet] *Verg. Aen. XI 118.* vixet cui vitam deus *[Prob.] de ult. syll. p. 263, 10: cf. Pompei. p. 285, 29. 297, 10* 10 luxuriat] *Verg. georg. III 81* luctat] *Terent. Hecyr. V 3, 31. cf. supra p. 450, 9* 16 steteruntque] *Verg. Aen. II 774* 18 religione] *Verg. Aen. II 715* serbata *B* 19 reliquias] *Verg. Aen. I 30* danaum et religione patrum sed *B* 20 acefali *B* Homerus] *Il. Ψ 2* 21 'Ἑλλήσποντον] ΕΛΛΕϹΠ. *B* 22 pro *om. B, add. v.* 24 ὄνος] *Plot. de metr. p. 2651* moreris asine moreris asīne vapulans 25 nam genualabit *B* nam genere valebit *v*: *Verg. Aen. XII 905* genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. *idem versus in exemplis metri asynarteti positus est infra, Plot. de metr. p. 2664. quam doctrinam si hoc quoque loco grammaticus secutus est, verba lacunis et perturbato ordine corrupta ita fere restitui possunt, sicut conieci ind. lect. Halens. hibern. a. 1872 p. IV, ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.* nam 'genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis' est versus asynartetus quattuor breves ab initio habens, genua la, sicut metricis placet, ut proceleumaticus pro dactylo sit, duabus prioribus brevibus pro una longa positis, sicut e contrario in metro proceleumatico *sqq. deinde ante episynaloephen definitio figurae diaereseos (cf. p. 449, 1) excidit.*

De episynaliphe. Episynaliphe vel synaeresis est, cum plurimarum syllabarum dictio in pauciores concluditur, ut 'fixerit aeripidem' et Oelides *pro* aëripedem et Aeolides.

De synaliphe. Synaliphe est, cum de convenientibus inter se litteris priorum fit elisio: haec fit modis tribus, sicut ante monstravi.

De ecthlipsi. De hac supervacuum est dicere, quia synaliphae similis est. quidam tamen inter synaliphen et ecthlipsin hoc interesse voluerunt, ut synaliphe sit vocalium, ecthlipsis vero consonantium.

De protheseon parallage. Protheseon parallage est, cum altera praepositio pro altera ponitur, ut 'cui tantum de te licuit' pro 'in te'.

DE CETERIS VITIIS

De acyrologia. Acyrologia est dictio inconvenienter et inproprie | prolata, ut est

hunc ego si tantum potui sperare dolorem

pro timere: proprie enim speramus bona, timemus mala.

De cacenphato. Cacenphaton est oratio turpem significationem habens inturpibus verbis, ut 'lepus tute es et pulpamentum quaeris' et Cicero 'filiusque eius inpuber nudus stans sub fornice'.

De aeschrologia. Aeschrologia est verborum turpitudo, non intellectus, 'conprime sis iram' et 'arrectique ora tenebant' et Cicero 'teneat nunc Metellus testes meos'. inter cacenphaton ergo et aeschrologian hoc est, quod cacenphaton honestis verbis turpem continet sensum, aeschrologia vero obscenis verbis honestum exprimit intellectum.

---

1 De episynaliphe *p. 449, 4* 4 De synaliphe *p. 448, 3* 11 DE CETERIS VITIIS *Charis. 270, 23 Diom. 449, 5 Don. 394, 25 Pompei. 293, 1* 16 De cacenphato *p. 461, 24*

---

1 Episynaliphe est uel syneresis cum complurimarum syllabarum ratio in *B* 2 fixerit eripedem et eolides oelides et aeripidem de synaliphe *B: Verg. Aen. VI 803. 529* 6 de ecthlipsi *om. B* quia *editor Vindobonensis* quae *B* 10 cui] *Verg. Aen. VI 501* 11 *inscriptionem* DE CETERIS VITIIS *in B v omissam addidi* 14 hunc] *Verg. Aen. IIII 419* sprerare *B* 15 mala] bona *B* 16 de KAKENΦATO cacenfaton *B* 17 in turpibus *v.* inturpibus *scripsi: rectius erat* non turpibus. *nam* cacenphaton *hoc loco illud tantum dixit Sacerdos, quod fit in sensu, ut ait Pompeius p. 293, 21* lepus] *Terent. Eunuch. III 1, 36. Vopisc. vit. Numerian. c. 13* nam et 'lepus tute es, pulpamentum quaeris' Livii Andronici dictum est, multaque alia, quae Plautus Caeciliusque posuerunt 18 filiusque] *Cic. in Verr. act. sec. II 63, 154* 20 conprime *editor Vindobonensis coll. Plaut. Trucul. II 2, 6,* reprime *B et hoc loco et infra p. 461, 25.* conprime *grammaticum scripsisse apparet, quoniam* reprime *turpitudinem non habet* arrectique] *Verg. Aen. II 1* conticuere omnes intentique ora tenebant. *cf. Ribbeck. prol. in Verg. p. 211. Terentii exemplum Andr. V 4, 30* arrige aures Pamphile *plerique grammatici posuerunt* 21 teneat] *Cic. in Ver. act. sec. II 56, 139* 21 inhonestis *coniecit editor Vindobonensis contra rationem grammatici* 22 honestus exprimitur interietus *B*

De pleonasmo. Pleonasmos est unius verbi adiectio amplius, quam exigit sensus, ut 'sic ore locuta est'.

De perissologia. Perissologia est multorum verborum ad sensum exprimendum supervacua adiectio, ut est 'ibant qua poterant, et qua non poterant non ibant'.

De macrologia. Macrologia est oratio longa sine cultu, ut est 'retro, unde venerant, domum reversi sunt'.

De tautologia. Tautologia est eiusdem sensus vel verbi iteratio, ut est 'ego ipse feci' et 'qualem pateris libamus et auro' pro aureis pateris: duo posuit pro uno, ut 'media testudine templi septa armis'.

De eclipsi. Eclipsis est sensus minus habens verborum, | quam necessitas postulat, *ut* 'quem tibi iam Troia': 'dedit' aut aliquid tale subauditur.

De tapinosi. Tapinosis est rei magnae humilis expositio, ut Horatius 'Pelidae stomachum cedere nescii' pro fervore vel iracundia.

De cacosyntheto. Cacosyntheton est indecens structura verborum, ut 'versaque iuvencum terga fatigamus hasta'.

De hiulcatione. Hiulcatio est, si finiatur in vocalem oratio et excipiatur a vocali, quod facit hiare dictionem, ut 'insulae Ionio in magno'.

De myotacismo. Myotacismus fit, cum finita pars orationis in m et excepta *a vocali* foedam faciat dictionem, ut

poeta cum primum animum ad scribendum appulit.

huic vitio similes sunt † nattacismi, rottacismi et omnino, cum in consonantem finiatur pars orationis et excipiatur a vocali. hoc namque volunt technographi, ut pars orationis finiatur in vocalem et excipiatur a consonanti.

De aprepia. Aprepia est absurda et indecens verborum structura, ut 'o Tite tute Tati tibi tanta'.

---

2 sic ore] *Verg. Aen. I 614* 4 superuaqua *B* ibant] *cf Charis. p. 271, 10.* et *ante* qua *additum praeter Sacerdotem habet Priscianus l. XVII p. 110, 9, quod grammaticis tribuendum esse vidit Naekius opusc. philol. v. I p. 354* 6 retro] *cf. Charis. p. 271, 13* 7 uenerunt *Bv* 9 egomet ipse *Charisius Diomedes Donatus*, egomet ipse perfeci *Pompei p. 294, 21* qualem] *Verg. georg. II 192* 10 media] *Verg. Aen. I 505: cf. Serv. in h. l.* septarmis *B* 12 De ellipsi. ellipsis *v* 13 ut *om. B* quem] *Verg. Aen. III 340* 16 Pelidae] *Hor. carm. I 6, 6* 18 versaque] *Verg. Aen. VIIII 609* 19 de hiulatione hiulatio *B* de hiulca oratione. hiulca oratio *v* 20 quae facit *B* insulae] *Verg. Aen. III 211* 22 pars] parte *B* 23 a vocali *om. B* 24 poetam cum *B*: *Terent. Andr. prol. 1* similis *B* 25 nytacismi rotacismi *editor Vindobonensis. scribendum erat* labdacismi et iotacismi. *nam haec vitia, quae cum myotacismo a grammaticis coniungi solent, hoc loco omitti non poterant. sed ut prava vitiorum definitio errori grammatici tribuenda est, ita de nominibus vitiorum erravit* 26 finiat pars *B* 30 o tite tate tibi tanta *B*: *Enn. annal. v. 113 ed. Vahl.*

De amphibolia. Amphibolia est dictio ambigua dubiam faciens sensuum sententiam, ut 'aut mixta rubent ubi lilia multa alba rosa'.

DE SCHEMATIBVS

De homonymia. Homonymia est, cum duae res vel plures uno nomine nuncupantur, ut 'liceat superesse nepotem', filium filii, et 'quis ganeo, quis nepos', id est luxuriosus. hic enim nepos uno nomine multa significavit.

De synonymia. Synonymia est, cum una res multis nominibus nuncupatur, ut 'et magno telluris amore', id est terrae, et 'optata potiuntur Troes harena', id est terra, 'in litore ponunt', id est terra.

De cacozelia. Cacozelia est quae fit duobus modis, aut magnarum rerum humilis dictio, aut minimarum oratio tumens:

reliquias Troiae cineres atque ossa peremptae,

pro exercitu et viris fortibus; e contrario

fores effregit atque in aedes inruit
alienas, ipsum dominum atque omnem familiam
mulcavit,

pro lupanari et lenone et meretricibus. hanc quidam anasceuan dicunt *vel catasceuan*: | catasceuan cum mediocri oratione res maximae deprimuntur, anasceuan, cum res humiles sublevantur tumore aliquo dictionis.

De polyptoto. Polyptoton est oratio per plures variata casus, ut

litora litoribus contraria, fluctibus undas
deprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotesque.

De hirmo. Hirmos est oratio unius tenoris eosdem casus ad clausulam usque conservans et rationabilem continens ordinem, ut

principio caelum ac terras camposque liquentes
lucentemque globum lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit.

hic enim philosophice pro merito elementa ordinavit.

De polysyndeto. Polysyndeton est oratio plurimis coniunctionibus copulata, ut

Acamasque Thoasque

---

3 DE SCHEMATIBVS *Charis. 279, 22 Diom. 443, 5 Don. 397, 4 Pompei. 200, 1*

---

2 aut mixta] *Verg. Aen. XII 68* 3 *inscriptionem* DE SCHEMATIBVS *in B omissam addidi* 5 liceat] *Verg. Aen. X 47* 6 quis] *Cic. in Catil. II 4, 7* 9 et magno] *Verg. Aen. I 171 sqq.* 14 reliquias] *Verg. Aen. V 787* perempta *B* 16 fores] *Terent. Adelph. I 2, 8* 19 anasceuam dicunt catasceuan cum mediocri *B, correxit editor Vindobonensis* 20 res maxime deponuntur anasceua cum res *B* 23 litora] *Verg. Aen. IIII 628* 27 principio] *Verg. Aen. VI 724* 30 ordinabit *B* 33 Acamasque] *Verg. Aen. II 262*

Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon
et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.

De dialyto. Dialyton vel asyndeton est dictio sine coniunctione prolata, ut

alii navalibus ite,
ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

De prolempsi. Prolempsis est, cum, antequam res vel personae finiuntur, numerus terminatur, *ut*

interea reges, ingenti mole Latinus
quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum

et cetera; iterum

et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,
procedunt.

De zeugmate. Zeugma est, cum rebus singulis verba necessaria applicantur, ut 'regem adit et regi memorat'.

De mesozeuxi. Mesozeuxis est, cum superiorem et inferiorem orationem verbum in medio positum ordinat, ut 'multum ille et terris iactatus et alto': utrique respondet, et terris et alto, verbum iactatus in medio positum.

De hypozeuxi. Hypozeuxis est, quotiens unum verbum in duplici multiplicive sententia postea applicatur omnibus superioribus respondens, ut est

qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis.

De prozeuxi. Prozeuxis, quae est contraria hypozeuxi, fit hoc modo, cum antea verbum ponitur, quod omnia posteriora coniungat, | ut

dat tibi praeterea fortunae parva prioris
munera reliquias Troia ex ardente receptas.

De promesozeuxi. Promesozeuxis [est], quae constat de prozeuxi et mesozeuxi, fit hoc modo: verba necessaria ante et in medio posita nectunt secum orationem, ut

da propriam, Thymbraee, domum, da moenia fessis.

hic enim ideo promesozeuxis est, quod et ante et in medio verbum necessarium 'da' sermonibus copulatur.

---

5 alii nauali ite *B*: *Verg. Aen. IIII 593* 8 ut *om. B* 9 interea] *Verg. Aen. XII 161 sqq.* 10 curro *B* 14 *Sacerdoti tribuendum est quod zeugma pro hypozeuxi, quam vulgo grammatici et rhetores dixerunt, et hypozeuxin pro zeugmate dixit* 15 regem] *Verg. Aen. X 149* 16 interiorem *B* 17 multum] *Verg. Aen. I 3* 18 respondit *B* 21 multiplicique *B* 24 qui] *Verg. Aen. III 359* 25 quae est] est quae *B* 27 dat] *Verg. Aen. VII 243* 28 troiae ex *B* 29 *fortasse* promesozeuxis est quae constat de prozeuxi et mesozeuxi. fit autem hoc modo cum verba necessaria ante et in medio posita nectuntur cum oratione 30 nectunt *v* nectat *B* 32 da propriam] *Verg. Aen. III 85* thymbreae *B*

p. 34 V.

De synlempsi prima. Synlempsis prima fit, cum dictio singularis plurali alligatur, ut 'pars *in* frusta secant'.

De secunda synlempsi. Secunda synlempsis contraria fit, cum dictio pluralis singulari concluditur, ut 'hic illius arma, hic currus fuit'.

De tertia synlempsi. Synlempsis tertia fit hoc modo: plurali vel singulari dictioni casus necessarius primo adtribuitur * ad quam sit alter casus necessario inducendus, et non adnectitur, ut est in plurali quidem numero sic,

aspice bis senos laetantes agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo.

huc usque necessarius est casus 'cycnos': nam in hoc,

ut reduces illi ludunt stridentibus alis,

'cycni' necessarius casus non adicitur, sed sufficit et ad hunc intellectum antepositum verbum 'cycnos'. tale est

populo ut placerent quas fecisset fabulas:

supra enim 'fabulae' subauditur. de singulari vero sic,

est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae,

id est natam; et

invenies alium, si te hic fastidit Alexis:

supra 'Alexim' subauditur. ergo tertia synlempsis fit duobus modis de numero utroque.

De anacolutho. Anacoluthon est dictio non habens verba sibi necessario iungenda, ac si ponamus 'quamquam' nec subiungamus 'tamen', quod verbum necessario subiungendum est. quod genus figurae anacoluthon primum vocatur, ut

quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
incipiam:

non intulit 'tamen'. secundum anacoluthon fit, cum 'tamen' subiungimus, cum non praeposuerimus 'quamquam', ut 'tamen haec quoque siquis captus amore leget'. tertium anacoluthon est, cum oratio, in qua et 'quamquam' et 'tamen' necessaria sint duo verba, nullum habeat, ut

---

2 pars] *Verg. Aen. I 212* in *om. B* 3 contraria] *'addendum videtur primae' editor Vindobonensis. potius scribendum erat* quae est contraria primae. *an* e contrario fit *vel* contra fit? 4 hic illius] *Verg. Aen. I 16* 6 ad quem *corr.* ad quam *B. lacuna quam indicavi haec fere exciderunt,* deinde alia dictio additur 9 aspice] *Verg. Aen. I 393 sqq.* 14 non dicitur *B* 16 populo] *Terent. Andr. prol. 3* placerent *v* placeret *B* 17 fabulae *v* fabula *B* 18 est mihi] *Verg. Aen. VII 268* iungere rei nostrae *B* 20 invenies] *Verg. bucol. 2, 73* te hic] te ic *B* 23 De anacolutho] de anacoluthon *B* 24 nec] et *B* et non *v* subiungamus *v* subigamus *B* 25 necessario iungendum est *B* 27 quamquam] *Verg. Aen. II 12* 29 non tulit *B* 30 tamen haec] *Verg. bucol. 6, 9*

p. 35 V.

'Marco Lepido cum | omnibus copiis Italia pulso segnior' et cetera. hic enim, si integra esset oratio, sic posuisset, 'quamquam Marco Lepido cum omnibus copiis Italia pulso tamen segnior'.

De anadiplosi. Anadiplosis est, cum ultimum verbum dictionis *praecedentis in* sequentis principio iteratur, ut 'sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens'.

De anaphora. Anaphora est, cum idem verbum in principio tam primae quam secundae ponitur dictionis, ut

nate, meae vires, mea magna potentia solus,
nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis.

De epanalempsi. Epanalempsis fit hoc modo: idem verbum ponitur in clausula, quod in principio dictionis, ut 'pater, inquam, hospitis me lumine orbavit, pater'.

De epizeuxi. Epizeuxis est eiusdem verbi repetitio cum impetu pronuntiationis, ut

me me (adsum, qui feci), in me convertite ferrum,
o Rutuli.

De paronomasia. Paronomasia est, cum iteratur dictio litteris vel syllabis demutatis: litteris, ut

nam inceptio est amentium, haud amantium:

syllabis, ut Cicero 'nam qui nunc est locus disertissimus, erit locus desertissimus'; syllabis quidem sic, nam quod supra fuit 'est', posuit postea 'erit', mutavit syllabas; litteris vero sic, nam quod supra '*disertissimus*' *fuit, postea* 'desertissimus' posuit, litteras commutavit.

De schesi *onomaton*. Schesis onomaton est, cum singulis nominibus epitheta iunguntur, ut

et malesuada fames et turpis egestas
pallentesque habitant morbi tristisque senectus.

De parhomoeo. Parhomoeon est, cum multorum verborum diver-

---

1 Marco Lepido] *Victorin. in Cic. rhet. I 20 p. 205, 29 ed. Halm* M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso segnior neque minus gravis et multiplex cura patres exercebat. *Serv. in Verg. Aen. I 630* Sallustius, segnior neque minus gravis et multiplex cura. *in Sallustii historiarum libro primo posuerunt Kritzius fr. 56 et Dietschius fr. 54* 2 hic enim *bis scriptum habet B* 4 dictionis sequenti principio *B* 5 sequitur] *Verg. Aen. X 180* 8 quam] quan *B* dictioni *B* 9 nate] *Verg. Aen. I 664* 11 de epanalenpsi *B* 12 pater] *cf. Charis. p. 281, 20* 16 me] *Verg. Aen. VIIII 427* 18 paronomasia est] paronomalisia est paronomasia est *B* 20 nam] *Terent. Andr. I 3, 13* haud] aut *B* 21 Cicero] *cf. Charis. p. 282, 2* est] es *B* 22 desertissimus] disertissimus *B* 23 mutabit *B* quod supra disertissimus posuit *B* 25 De schesi scesis onomaton est *B* 27 et] *Verg. Aen. VI 275* pallentesque habitant morbi tristisque senectus Et metus et malesuada fames ac turpis egestas 29 de paromoeosi parhomoeon *B*

p. 35. 36 V.

sorum initia similibus litteris proferuntur, ut 'casus Cassandra canebat' et illud, 'Clitipho consilia consequi consimilia'.

De homoeoteleuto. Homoeoteleuton, quod contrarium parhomoeo est, fit hoc modo, cum diversae orationis fines isdem litteris terminantur, ut 'caesa iungebant foedera porca'. |

De homoeoptoto. Homoeoptoton est oratio excurrens per eosdem casus, ut

'hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus
laeta facit

et 'Acamasque Thoasque' et

fores effregit atque in aedes inruit
alienas.

omnes enim casus similes sunt. homoeoptoton quidam hirmo simile esse putant, errantes. nam hirmos ab homoeoptoto hoc distat, quod hirmos cum similibus casibus struatur, tum etiam ordinem necessaria continet ratione, homoeoptoton vero similes tantum exigit casus.

De iso. Ison est res pares in diversa qualitate eodem fine laudis vel detractionis iungendae, ut latro et gladiator pares sunt detractione, beneficus et integer pares sunt laude. sic Sallustius 'magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii: Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate vitae Cato; ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat'.

De homoeo. Homoeon est res similes in eadem qualitate eandem laudem vel detractionem habentes, ut fur et fur similes sunt, et orator et orator similes sunt, ut est

illum indignanti similem similemque minanti
aspiceres.

inter par ergo et simile hoc est, quod par de diversis venit, simile de isdem.

De diaeresi. Diaeresis est, quam latine divisionem dicimus. haec est unius rei separatio, ut puta vinum vel unus taurus dividitur. sic Vergilius

vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes

---

1 casus] *Verg. Aen. III 183* 2 illut clitifo *B. fortasse* illud Terentii, Clitipho: *Terent. Heauton tim. I 2, 35* 4 finis *B* 5 caesa] *Verg. Aen. VIII 641* 8 hoc] *Verg. Aen. II 394* 10 Acamasque] *Verg. Aen. II 262* 11 fores] *Terent. Adelph. I 2, 8* 13 heirmo *et deinde* heirmos *v B(?)* 15 ordines necessaria continet rationem *B* ordines necessario continet et rationem *v* 16 similis *B* 17 de hiso hison *B* 18 iungens *v* 19 magnitudo] *Sallust. Catil. 54, 1* 24 de homoeon homoeon *B* res similis *B* 25 habens et fur et fur similes *B* 27 illum] *Verg. Aen. VIII 649* 31 de diheresi diheresis *B* 34 vina] *Verg. Aen. I 195*

litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
dividit:

non partitur, quoniam unum corpus est vini.

De merismo. Merismos, quam nos partitionem vocamus, fit hoc modo, cum multae res separantur, ut puta pecora multa partiuntur,

quam septem ingentia victor
corpora fundat humo et numerum cum navibus aequet,
et socios partitur in omnis:

non dividit, quia septem sunt, non unum corpus. hac dictione poetae quidem indifferenter utuntur: nam Vergilius 'mecum partire laborem' pro divide, et Lucanus 'divisere deos' pro partiti sunt. oratores vero certe ponunt, ut Cicero in Verrinis 'quid? cum accusationis tuae dividere membra coeperit (non partiri, quia una accusatio est) et in digitis singulas partes constituerit'; | non divisiones, quoniam multae res partiendae sunt post accusationem divisam. sic ipse in rhetoricis 'partitur apud Terentium optime senex (non dividit, quia intulit diversas res, non unam),

eo pacto et gnati vitam et consilium meum
cognosces et quid facere in hac re te velim.'

DE TROPIS

Tropi similes sunt metaplasmis, non, ut quidam putant, dissimiles, dicentes quia metaplasmi vitia habent, tropi vero virtutes. nam in ambobus utraque reperimus: ergo potestate pares, nomine separantur.

De antonomasia. Antonomasia est [cum] vocabulum quod sine nomine proprio positum loco fungitur proprietatis, ut Latona natum ponimus, et Apollo intellegitur. haec fit modis quattuor, ab animo, a corpore, ab his quae extrinsecus nuncupantur, a loco, *ut* 'magnanimusque Anchisiades' *et*

ergo his aligerum dictis adfatur Amorem

et

o qui res hominumque deumque
aeternis regis imperiis et fulmine terres

---

20 DE TROPIS *Charis. 272, 1 Diom. 456, 26 Don. 399, 12 Pompei. 305, 1*

---

6 quam] *Verg. Aen. I 192* 9 hac ratione *B* 10 mecum] *Verg. Aen. XI 510* 11 divisere] *Lucan. Pharsal. II 35* 12 in Verrinis] *divin. in Caec. 14, 45* 14 partes causae constituere *Cicero* diuisionis *B* 15 in rhetoricis] *de inv. I 23, 33* 17 eo pacto] *Terent. Andr. I 1, 22* 20 *inscriptionem* DE TROPIS *in B v omissam addidi* 21 Tropi similes sunt metaplasmis *editor Vindobonensis* strophis similes sunt metaplasmi *B* 22 tropi] strophi *B* 24 antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur *Diomedes p. 459, 5: cf. ib. p. 458, 32* 27 extrensecus *B constanter* ut *om. B* magnanimusque] *Verg. Aen. V 407* 28 et *om. B* 29 ergo] *Verg. Aen. I 663* 31 o qui] *Verg. Aen. I 229*

p. 37. 38 V.

et 'Delius inspirat vates': ab animo Aeneas, a corpore Cupido, ab his quae extrinsecus sunt Iuppiter, a loco Apollo. in uno loco omnia,

armipotens praesens belli Tritonia virgo:

[ab] extrinsecus armipotens, ab animi voluntate praesens belli, a loco Tritonia, a corpore virgo, quamvis sit hoc nomen [virgo] commune animi, quod casta, et corporis, quod intacta.

De allegoria. Allegoria est dictio aliud significans quam continetur in verbis, *ut*

et iam tempus equum fumantia solvere colla,

quo significatur carmen esse finitum. huius species ex plurimis necessariae sunt septem, ironia, *astismos*, sarcasmos, antiphrasis, *cacophemia*, aenigma sive griphus, paroemia.

De ironia. Ironia est oratio cum inrisione, pronuntiatio dictionis in contrarium redigens intellectum, ut est

egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque p. m. m. n.

haec enim dictio nisi aliter pronuntietur, quam qualitas sua postulat, non erit voluntati dicentis apte positus intellectus. |

De astismo. Astimos, quem quidam charientismon dicunt, dictio est urbanitate et faceta gratia composita, ut Terentius

tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi religio est dicere.

astismos fit tribus modis: per euphemian, ac si dicimus fata Parcas, quod non parcant, quale est exemplum quod posuimus Terentiänum; per cacemphaton, ut est illud Plautinum, 'conprime sis iram'; nam rem turpem sonat utpote a meretricis ancilla dicta oratio: per similitudinem, quo modo dictum est de Carbone, qui mortuo Crasso, homine felice, inimico suo, ante obscurus florere coepit, 'postquam Crassus carbo factus est', id est periit, 'Carbo crassus factus est', id est res ante mortua revixit, id est ad florem pervenit; et illud de Pompeio, qui co-

---

24 per cacemphaton *p. 453, 16*

---

1 Delius] *Verg. Aen. VI 12* 2 omnia ab extrinsecus armipotens — virgo ab extrinsecus armipotens *manifesto errore v* 3 armipotens — virgo *om. B, add. v: Verg. Aen. XI 483* 6 casta et *v* castaque *B* 8 ut *om. B* 9 et iam] *Verg. georg. II 542* equm *B* 10 quo] qua *B* carmen esse finiendum *Charisius Diomedes Pompeius* 11 sunt ex ironia sarcasmo antiphrasi enigma siue griphus parhoemia *B* 13 *fortasse* pronuntiatione 15 egregiam] *Verg. Aen. IIII 93* 17 sua *v* suam *B* 19 quem *v* quam *B* 21 tum] *Terent. Heauton tim. II 1, 16* 23 per eufemia *B* 25 reprime *B: Plaut. Trucul. II 2, 6: cf. supra p. 453, 20* 26 utpote a *v* ut poetae *B* 28 postquam] *versum quadratum esse* postquam Crassus carbo factus, Carbo crassus factus est *monuit Hauptius Herm. I (a. 1866) p. 32. dictum hoc esse de C. Papirio Carbone, L. Licinii Crassi inimico (Cic. de or. III 3, 10), indicavit editor Vindobonensis* 30 mortua revixit *v* motua raeuixit B

p. 38. 39 V.

loris erat rubei, sed animi inverecundi, 'quem non pudet et rubet, non est homo, sed ropio'. ropio autem est aut minium aut piscis robeus aut penis.

De sarcasmo. Sarcasmos est oratio cum insultatione, ut est

en agros et quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens,

et Cicero 'en crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset'. inter ironiam ergo et sarcasmon hoc est, quod ironia contrarium dictioni continet sensum cum inrisione, sarcasmos vero eodem modo quo dicitur intellegatur necesse est, quamvis cum inrisione.

De antiphrasi. Antiphrasis est, cum ponitur verbum bonum pro malo, malum tamen significatur, ut Parcae ab eo quod non parcant, et Eumenides ab eo quod nulli εὐμενεῖς sint, id est propitiae. antiphrasim alii euphemian vocant.

De cacophemia. Cacophemia [est], quam quidam dysphemian vocant, e contrario euphemiae fit: nam verbum malum pro bono ponitur, sed tamen bonum intellegitur, ut est 'pro supreme Iuppiter', id est summe, non infime.

De aenigmate. Aenigma vel griphus est dictio obscura, quaestio vulgaris, allegoria difficilis, antequam fuerit intellecta, postea ridicula, ut est

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me,

de glacie, quae de aqua procreata aquam soluta parit; vel carbo de flamma natus *flammam* gignit. Vergilius de ore putei

tris pateat caeli spatium non amplius ulnas.

De paroemia. Paroemia est vulgaris proverbi usurpatio ad aliquam rem significandam, cum aliud intellegitur, quam quod dictione monstratur, ut 'adversum stimulum calces'. quo significatur contra pessimos vel potentiores audere stultum esse.

De anastrophe. Anastrophe est duorum verborum transversa dictio,

---

29 De anastrophe *p. 450, 24. 466, 12*

---

1 quem] *versum Sotadeum* quem non pudet et rubet, non est homo, sed ropio *constituit Hauptius l. c. convicium e militari carmine petitum esse coniecerat editor Vindobonensis, qui Sallustium apud Suetonium de gramm. c. 15 de Pompeio scripsisse* 'oris probi animo inverecundo' *adnotavit. itaque Sallustium grammaticus secutus est.* ropio *autem, in quo rubei coloris significatio inest, dubito num incorruptum sit* 2 minium *v* mimium *B* piccis *corr.* piscis *B* 3 penis *v* pene *B* 4 cum insultatione *editor Vindobonensis* cum exultatione *B. cf. Pompei p. 312, 5* insultat ei cum summa inrisione 5 en agros] *Verg. Aen. XII 359* 6 metire] etire *B* 7 en crimen] *Cic. p. Deiot. 6, 17* 10 quo dicitur *v* quod igitur *B* 12 significat *B* 13 nulli eumenis sunt *B* 17 pro suppreme *B: Terent. Adelph. II 1, 42* 22 solutam parit *v* solutam paro *B* 23 flammam *om. B, add. v* 24 tris pateant *B: Verg. bucol. 3, 105* 25 de parhuemia parhoemia *B* 27 adversum] *Terent. Phorm. I 2, 28* quo *v* quod *B*

ut 'Italiam contra', id est 'contra Italiam', et 'ipsis ex vincula sertis' pro 'ex ipsis sertis vincula'.

De catachresi. Catachresis est dictio inpropria alterius dictionis sibi vindicans proprietatem, ut 'camposque liquentes' pro mari, cum campi proprie sint terrae, et

praecipitemque Daren ardens agit aequore toto,

id est campo. hanc quidam metaphoran dicunt, de qua plenius docebo.

De epitheto. Epitheton est dictio propriis adiecta nominibus vel demonstrandi vel ornandi vel vituperandi *causa*, ut Larissaeus Achilles, pius Aeneas, fallax Vlixes. sumitur epitheton modis quinque: ab animo, *ut* 'nec bonus Eurytion'; a corpore, *ut* 'quantusque cavo Polyphemus'; [ab] extrinsecus, ut 'rex Anius'; a loco, ut 'Troianus Acestes'; | ab accidentibus, ut 'pallida Tisiphone'. sed ne quidam putent nos supervacue posuisse epitheton, cum in antonomasia eadem tractaverimus, neve dicat uni rei duo nomina posuisse, hoc sciat, quod inter antonomasian et epitheton hoc est, quod antonomasia non accipit nomina propria, sicut ante monstravi, epitheton vero accipiat necesse est propriam appellationem; et quod antonomasia per accidentia fieri non potest, cum epitheton possit, ut pulcher Iulus, pallentes morbi, dira fames, candida lilia.

De antapodosi. Antapodosis est, quam nos appellamus reciprocam dictionem, cum duae dictiones invicem reddunt sibi verba necessaria, ut 'olli dura quies oculos', urget scilicet, 'et ferreus urget somnus', 'oculos' utique subauditur; et 'nocte leves stipulae melius', 'tondentur' subauditur, '*nocte arida prata tondentur*', '*melius*' *subauditur*. [prata autem dicuntur et loca fenicularia, ut est 'nocte arida prata tondentur', et loca florida, ut est

ac velut in pratis, ubi apes aestate serena
floribus insidunt variis et candida circum
lilia funduntur.]

De homoeosi. Homoeosis est ignotae rei descriptio per similitudinem eius quae cognita est. haec dividitur tribus modis, in parabolam, in

1 Italiam] *Verg. Aen. I 13* ipsis] *Verg. bucol. 6, 19* 4 camposque] *Verg. Aen. VI 724* 6 praecipitemque] *Verg. Aen. V 456* 8 de epitheton epitheton *B* 9 causa *om. B, add. v* larisseus *B: Verg. Aen. II 197* 10 ab animo nem bonus *B: Verg. Aen. V 541* 11 ut *om. B* quantusque] *Verg. Aen. III 641* 12 extrensecus *B* rex] *Verg. Aen. III 80* Troianus] *Verg. Aen. V 757* 13 pallida] *Verg. Aen. X 761* 19 pallentes] *Verg. Aen. VI 275* dira famis *B: Verg. Aen. III 256* 20 candida] *Verg. Aen. VI 708* 21 de antopodosi antopodosis *B* 23 olli] *Verg. Aen. X 745* 24 nocte leues stipulae melius condentur subauditur prata autem dicuntur *B*: *Verg. georg. I 289.* '*totus hic locus,* prata autem dicuntur *usque ad finem, e glossemate irrepsisse videtur*' *editor Vindobonensis* 28 ac velut] *Verg. Aen. VI 707* 32 tribus modis in paradigma in parabolam in icon *B*

paradigma, in icona. parabola est rerum dissimilium comparatio, ut 'ac veluti magno in populo cum saepe coorta est seditio, sic cunctus pelagi cecidit fragor'. quidam hanc inter homoeosin et parabolen putant differentiam, quod homoeosis est, cum exposita re, quam ad comparationem induximus, tunc rem exponimus, propter quam similitudo videtur inducta; parabola vero, cum primo res exponitur, cuius gratia similitudo trahitur, et sic inducitur similitudo, ut est

namque ipsa decoram
caesariem nato genetrix lumenque iuventae
purpureum, et laetos oculis adflarat honores,
quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
tunc sic reginam adloquitur.

hic enim *non* intulit 'talis erat Aeneas', sicut antea 'sic cunctus pelagi cecidit fragor', sed rem posuit ante similitudinem. praeterea alia differentia, quod homoeosis genus est in se habens tres species, parabolam paradigma icona, parabola vero species nihil praeter | se continens; sicut exordium genus est et eius species principium et insinuatio, sicut Cicero in rhetoricis dicit. fit autem parabola modis octo: per habitum corporis, ut 'os umerosque deo similis' et 'virginis os habitumque gerens'; per colorem, ut

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
siquis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa
alba rosa, tales virgo dabat ore colores;

per altitudinem, ut

Aetnaeos fratres caelo capita alta ferentes,
qualis cum vertice celso;

per magnitudinem, ut

ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,
urbis opus

et 'instar montis equum' et

pelago credas innare revulsas
Cycladas aut montes concurrere montibus altos,
tanta mole viri turritis puppibus instant;

per effectum, ut

in segetem veluti cum flamma furentibus austris

1 ac veluti] *Verg. Aen. I 148* 2 cohorta es *B* 5 duximus *B* 8 namque] *Verg. Aen. I 589* 10 honores et quale *B* 14 non *om. B* 19 in rhetoricis] *de invent. I 15, 20* igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et in insinuationem 20 os] *Verg. Aen. I 589* virginis] *Verg. Aen. I 315* 21 per colorem] uel colorem *B* 22 Indum] *Verg. Aen. XII 67* 26 Aetnaeos] *Verg. Aen. III 678* 29 ingentemque] *Verg. Aen. V 118* gyan *B* 31 instar] *Verg. Aen. II 15* 32 pelago] *Verg. Aen. VIII 691* 36 in segetem] *Verg. Aen. II 304*

p. II. 42 V.

incidit, aut rapidus montano flumine torrens
sternit agros, sternit sata laeta boumque labores,
praecipitesque trahit silvas; stupet inscius alto
accipiens sonitum saxi de vertice pastor;

per numerum, *ut* 'quam multa grandine nimbi culminibus crepitant' et

quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
vel cum sole novo densae torrentur aristae;

per animi passionem, ut

nigra velut magnas domini cum divitis aedis
pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo;

per pulchritudinem, ut

ipse ante alios pulcherrimus omnis
infert se socium Aeneas atque agmina iungit,
qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
deserit,
haud illo segnior ibat
Aeneas; tantum egregio decus enitet ore.

De paradigmate. Paradigma est rei praeteritae relatio ad hortationem vel dehortationem: *ad hortationem*, ut est

Antenor potuit mediis elapsus Achivis;

ad dehortationem, ut 'quin occidit una Sarpedon, mea progenies'.

De icone. Icon est personarum similium comparatio, ut

talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus:

equus enim equo comparatur. |

De hyperbole. Hyperbole est dictio ultra fidem prolata tam in maius quam *in* minus, ut candidior cycnis, vilior alga. hanc poetae quidem sine colasi dicunt, ut 'geminique minantur in caelum scopuli', non addidit 'paene' aut tale aliquid; oratores vero cum colasi, id est cum cautela verisimilitudinis, ut Cicero 'parietes medius fidius, ut mihi videntur, huius curiae tibi gratias agere gestiunt': hyperbole, sed addidit colasin 'ut mihi videntur'.

---

19 De paradigmate *p. 469, 16*

---

5 ut *om. B* quam multa] *Verg. Aen. V 458* nimui *B* 7 quam multi *Verg. Aen. VII 718. 720* uolbuntur *B* 10 nigra] *Verg. Aen. XII 473* divitis] uidetis *B* 13 ipse] *Verg. Aen. IIII 141 sqq.* 14 infert] inter *B* 17 haud] aut *B* 19 relatio ad horationem uel dehortatione ut est *B* 21 Antenor] *Verg. Aen. I 242* 22 quin] *Verg. Aen. X 470* 24 talis amyclei domitum *B: Verg. georg. III 89* 27 tam immaius quam minus *B* 28 candidior] *Verg. bucol. 7, 38. 42* 29 geminique] *Verg. Aen. I 162* 31 parietes] *Cic. pro Marc. 3, 10*

De colasi. Colasis est dictio reprehendens et puniens orationem ultra quam credi potest elatam, ac si dicas 'velocior Euro paene', quoniam velocius vento nihil poterit reperiri.

De hyperbato. Hyperbaton est oratio non servans ordinem mox, sed postea. huius species sunt IIII, parenthesis hysterologia synchysis *tmesis*.

De parenthesi. Parenthesis est, cum dictionis ordo interposita sententia diducitur, ut est

at regina dolos (quis fallere possit amantem?)
praesensit.

De hysterologia. Hysterologia vel hysteronproteron est, cum id quod primum esse debet postea ponitur, ut 'scuta latentia condunt', id est condunt et latentia faciunt. inter anastrophen ergo et hysterologian hoc est, quod anastrophe duorum verborum perversus ordo ponitur, ut Thestylis et' *pro* '*et* Thestylis'; hysterologia vero sensuum habet cum verbis praeposterum ordinem, ut est

postera Phoebea lustrabat lampade terras
humentemque aurora polo dimoverat umbram:

primo enim noctis umbra discedit, et sic sol oritur.

De synchysi. Synchysis est multis hyperbatis unius orationis ordo factus perversus, ut est

tris notus abreptas in saxa latentia torquet,
saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras:

ordo est 'tris notus abreptas in saxa *torquet* mediis latentia fluctibus, quae saxa Itali aras vocant.'

De tmesi. Tmesis est, cum una pars orationis secatur alia | interposita, ut est 'septem conpacta triones', id est septemtriones.

De metaphora. Metaphora est oratio a propria significatione ad non propriam translata. fit autem modis IIII: ab animali ad animale,

atque gubernator magna contorsit equos vi,

pro auriga *animali* animale posuit gubernatorem: ab inanimali ad inanimale, ut est 'qua sequar fastigia rerum'; nam et tectorum fastigia

12 inter anastrophen *p. 450, 24. 462, 29* 25 De tmesi *p. 449, 7*

4 hyperbato] hyperbaton *B* 5 sunt III *omisso vocabulo* tmesis *v*, *quod addidi ex Diom. p. 460, 25 et Charis. p. 275, 7* tmesis *om. B* 7 diducitur] dicitur *B* 8 at] *Verg. Aen. IIII 296* 10 est uel ysteronproteron *B* 11 scuta] *Verg. Aen. III 237* 13 ut thestilis et thestylis (*omisso* pro et) *B: Verg. bucol. 2, 10* 14 sensum habet cum uerbis praeposteris ordinem *B* 16 postera] *Verg. Aen. IIII 6* 17 umbras *B* 21 tris] *Verg. Aen. I 108* 23 est] et *B* in sax mediis quae latentia *B* 26 septem] *Verg. georg. III 381* 27 ad non propriam similitudinem *Charisius p. 272, 9 et Diomedes p. 457, 5* 28 ab animali ad inanimale *B* 29 ut cumque gubernator *Charisius p. 272, 26 et Diomedes p. 457, 28: Enn. annal. v. 160 ed. Vahl.* 30 pro auriga animal posuit *B* 31 qua sequar] *Verg. Aen. I 342* sed summa sequar fastigia rerum

inanimalia sunt, et res inanimales: ab animali ad inanimale, *ut est* 'vertice montis': ab inanimali ad animale, *ut est* 'pectore *robur concipis*', pro animo.

De metalempsi. Metalempsis est dictio per gradus interpretationis descendens ad propriam significationem, ut est 'speluncis abdidit atris', nigris, tenebricosis.

De metonymia. Metonymia est oratio ab aliqua propria significatione ad propriam proximitatis interpretatione descendens. haec fit modis sex: per id quod continetur illud quod continet, ut est 'et vina coronant', pro crateris: per id quod continet illud quod continetur, ut est 'caelo gratissimus amnis', pro dis, qui continentur a caelo: per inventorem id quod inventum est, *ut est* 'sine Cerere et Libero friget Venus'; inventores enim posuit pro inventis, pro tritico Cererem, pro vino Liberum: * per efficientem id quod efficitur, ut 'melior remis', pro velocitate remigum remos posuit, qui efficiunt navibus celeritatem: per id quod efficitur illud quod efficit, *ut est* pallidus * effectus positum pro effectore.

De onomatopoeia. Onomatopoeia est verborum figuratio ad imitandas voces expressa, ut dicimus equum hinnire ab eo quod vox equi sic sonet. |

De periphrasi. Periphrasis est res longiore oratione extenta, quam necessitas postulat. ea fit modis tribus: aut ornandae rei gratia, ut est

postera Phoebea lustrabat lampade terras
umentemque Aurora polo dimoverat umbram,

pro 'lucebat' vel 'dies incipiebat'. fit et celandae turpitudinis causa, ut est

placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

vult enim coitum dicere. fit sine hac utraque significatione, cum pro ipsa re ponenda quasi pertinens res ad eam rem quam nolumus ponere dicatur, ut est 'aut duri miles Vlixi', id est ipse Vlixes; quasi militem ad Vlixem pertinentem pro ipso Vlixe posuit.

---

1 ut est *om. B* vertice] *Verg. Aen. V 35* 2 ad animale pectori pro animae *B: Verg. Aen. XI 368* si tantum pectore robur concipis. *nam hoc exemplo usi sunt Charisius p. 272, 18 Diomedes p. 457, 16 Donatus p. 399, 27* 4 metalepsis est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem descendens *Charisius p. 273, 5: cf. Diom. p. 458, 7* 5 descendes *B* speluncis] *Verg. Aen. I 60* 7 metonymia est dictio ab aliis significationibus ad aliam proximitatem translata *Charisius p. 273, 10: cf. Diom. p. 458, 13* 9 et vina] *Verg. Aen. VII 147* 10 caelo] *Verg. Aen. VIII 64* 12 ut est *om. B* sine Cerere] *Terent. Eunuch. IIII 5, 6* 14 *lacuna quam indicavi excidit definitio et exemplum metonymiae, quae est ei quae praecedit contraria, qua per inventum dicitur inventor* melior] *Verg. Aen. V 153* 16 ut est *om. B* pallidus Orcus *coniecit editor Vindobonensis coll. Verg. georg. I 277. fortasse* pallidus Orcus, quia faciat pallidos, effectum posuit pro effectore 18 de onomatopyia onomatopyia *B* 19 innire *B* 22 postera] *Verg. Aen. IIII 6* lustrab. lampade *B* 25 placidumque] *Verg. Aen. VIII 405* 26 coniugis *bis scriptum habet B* 29 aut duri] *Verg. Aen. II 7*

De synecdoche. Synecdoche est oratio plus minusve dicens, quam necessaria postulat significatio [postulat intellectus]. haec fit modis quattuor: aut ex parte totum, ut 'stant litore puppes' pro navibus: aut per totum pars, *ut* 'ingens a vertice pontus' pro fluctu, parte ponti: per id quod dicitur illud quod sequitur, *ut*

rex ambas ultra fossam † retinere coepit;

subauditur enim 'manus': per id quod sequitur illud quod debuisset dici, ut est

et iam summa procul villarum culmina fumant,

cum debuisset praeponere vesperam factam. ex hac figura, id est synecdoche, nascuntur duae, aposiopesis et epidiorthosis.

De aposiopesi. Aposiopesis est dictio cuius finis reticetur, ut aut terreatur auditor, aut ad desiderium intendatur auditus, ut

quos ego — sed motos praestat componere fluctus

et 'quem quidem ego si sensero' et

donec Calchante ministro —
sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo?

De epidiorthosi. Epidiorthosis est oblivionis correctio, ut

filius huic fato divum prolesque virilis
nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est;

hic enim quod oblitus ante dixerat non fuisse, postea corrigens fuisse quidem dixit, sed cito perisse: Terentius

filium unicum adolescentem
habeo. at quid dixi habere me? immo habui, Chreme;
nunc habeam necne | incertum est:

et Cicero 'cum huius mulieris viro — fratrem volui dicere; semper hic erro'.

Quidam inter tropos ponunt etiam probationem, quae fit modis tribus, exemplo argumento signo.

De probatione. Probatio est rei factae vel non factae ratio confirmatione dictionis ad persuasionem deducta, ac si voluerimus probare nescio quem sacrilegium fecisse vel non fecisse.

De exemplo. Exemplum est rerum per res diversas adprobatio, ut

---

2 postulat intellectus, *quod non diversum est ab eo quod praecedit* postulat significatio, *ad hoc ipsum corrigendum adscriptum esse videtur, nisi potius ex simili eiusdem figurae definitione relictum est* 3 stant] *Verg. Aen. III 277* 4 ut *om. B* ingens] *Verg. Aen. I 114* 5 ut *om. B* 6 rex ambas *v* rex amus *B*. *Ennii versum esse putat Lachmannus in Lucret. IIII 619* retinere] protendere *coniecit Lachmannus l. c.* 9 et iam] *Verg. bucol. 1, 83* 13 incendatur *B* 14 quos ego] *Verg. Aen. I 135* 15 quem] *Terent. Andr. I 1, 137* 16 donec] donhaec *B: Verg. Aen. II 100* 18 obliuio correptio *B* obliti correctio *v* 19 filius] *Verg. Aen. VII 50* 23 filium unicum] *Terent. Heauton tim. I 1, 41* 24 creme *B* 26 cum huius] *Cic. pro Cael. 13, 32* muliore *corr.* mulieris *B* 31 ad persuationem *B*

p. 45. 46 V.

si voluerimus docere ratione domum regi *et* demus exemplum mundum regi ratione. exemplum dicitur modis quattuor: a minore ad maius, ut est 'servi mehercule mei si me isto pacto metuerent'; a maiore ad minus, ut est

at non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in igni,

hoc commune est paradigmati; a simili, ut est 'et si me meis civibus iniuria suspectum atque offensum viderem'; e contrario, ut est 'quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriae temperarent'.

De argumento. Argumentum est rei confirmatio necessaria probatione facta, ac si dicas 'si dies est, lucet'.

De signo. Signum est res quae tam credi quam non credi possit, ac si dicamus eum qui iuxta cadaver occisi gladium tenens inventus est homicidium perpetrasse, cum possit signum esse hoc et veritatis et falsi. ergo inter paradigma et exemplum et argumentum et signum hoc est, quod paradigma non inducitur nisi aut a petentibus aut ad petentes, ut 'Antenor potuit' et 'quin occidit una Sarpedon'; exemplum vero de definitione venit et non petente aliquo, ac si dicas ratione omnes res humanas regi, ubi etiam mundus regatur ratione; argumentum vero, quod necessariam habet probationem, quam nec exemplum nec signum, et quod exemplum et paradigma ex aliis conprobatur, argumentum vero ex ipsius rei effectu; signum vero inter falsum et verum positum est, sicut ante monstravi. hoc tamen scire debemus, quod argumentum, si praeposteram interdum acceperit dictionem, falsum incipit esse et non firmum, ut puta 'si lucet, dies est' falsum est argumentum, quod oratores non necessarium vocant: nam et noctu lucere potest. illud vero 'si nox est, tenebrae sunt' aut 'si dies est, lucet' firmum est, quod illi necessarium nuncupant argumentum. sin dixerim 'si tenebrae | sunt, nox est', tale *est* ut 'si lucet, dies est', id est non necessarium. . sic Cicero in rhetoricis.

De hemiastato. Hemiastaton est, cum dictio continet speciei ignorantiam et scientiam generis, ut est 'hunc, inquit, frondoso vertice collem (quis deus incertum est) habitat deus'. hic enim certum est de genere, quod sit in loco deus; sed de specie dubitatur, quis deus sit.

---

16 ergo inter paradigma *p. 465, 19*

---

1 et *om. B* regi rationem *B* 2 ducitur *v. an* inducitur? 3 servi] *Cic. in Catil. I 7, 17* 5 at non] *Verg. Aen. VIIII 144* 7 et si] *Cic. in Catil. I 7, 17* 9 quippe] *Sallust. Catil. 11, 7* 13 tum credi quum non credi *v B(?)* 17 a petentibus *v* a parentibus *B* 18 Antenor] *Verg. Aen. I 242* quin] *Verg. Aen. X 470* 20 *fortasse* argumentum vero hoc distat, quod 21 quam] quum *v B (?)* 29 sin dixerint *B* tale ut *B* 30 in rethorico *B: Cic. de inv. I 46, 86* 31 de emiastato *B* 32 hunc] *Verg. Aen. VIII 351* 34 quis] qui *B*

p. 46 V.

De metanoea. Metanoea vel metagnosis est dictio continens paenitudinem rei aut factae, quae fieri non debuit, ut 'insontem infando indicio, quia b. v. d. n. n. c. l. lugent', aut non factae, quae fieri debuisset, ut

saepe fugam Danai Troia cupiere relicta
moliri et longo fessi discedere bello;
fecissentque utinam!

De exoche. Exoche est oratio incipiens ab specie et gradatim ad genus cum coniunctione decenter adscendens. huius species sunt tres.

De exoche prima. Exoche prima fit hoc modo, quando una species ponitur, et statim genus per coniunctionem crescit, ut est 'leonem atque alias feras': nam leo speciale est, fera generale est.

De exoche secunda. Exoche secunda est, cum duo nomina specialia ponuntur, et sic eminens *oratio ad* generale nomen ascendit, ut est 'probitatem industriam ceterasque artes bonas'.

De exoche tertia. Exoche tertia eodem modo quo et superiores conponitur, uno tantum modo addito nomine speciali ante generalem appellationem, ut est 'Hipponem Adrumetum Leptim ceterasque civitates'. exoche autem dicta est, quod gradatim oratio emineat: nam eminere graece ἐξέχειν dicunt.

Huc usque artium grammaticarum fecimus instituta. de catholicis vero nominum atque verborum latius exponemus. |

---

1 metanoea est uel metagnosis dictio *B* 2 insontem] *Verg. Aen. II 84* 3 non factae] non facta re *B* 5 saepe] *Verg. Aen. II 108* troiam *B* 6 disdedere *B* 8 ab speciem *B* 14 oratio ad *om. B* probitatem] *Sallust. Iug. 1, 3* 18 Hipponem] *Sallust. Iug. 19, 1* 20 exechin *B* 22 exponemus M. CLAUDI SACERDOTIS ARTIUM GRAMMATICARUM FELICITER | A littera terminatus *B. incriptionem secundi libri addidit editor Vindobonensis. prima pars libri, in qua eadem quae in catholicis Probi p. 3—6, 24 leguntur scripta erant, non defectu membranarum periit, sed consilio vel neglegentia scribentis omissa est.*

LIBER SECVNDVS

A littera terminatus nominativus singularis sive pura sive aliqua consonanti praeiuncta generis masculini vel feminini tantum modo latinorum nominum reperitur, qui genetivum ae diphthongo terminans docebit nos, quo modo totos casus utriusque numeri declinemus secundum rationem primae declinationis, quam paulo ante monstravi. inveniuntur etiam generis neutri nomina a littera terminata, sed peregrina, quae declinabuntur ratione tertiae declinationis, quae, sic uti docui, genetivo is syllaba terminatur, ut hoc toreuma huius toreumatis, hoc schema schematis. nam quod Plautus in Amphitryone posuit, 'in servili schema', non neutri generis declinationem subvertit, sed genus nominis. haec enim schema declinavit ab hac schema, sicut haec fortuna ab hac fortuna, primae declinationis, non tertiae hoc schema genere neutro: nam ab hoc schemate posuisset: a enim terminata nomina generis neutri solius latinitas non habet praeter hoc Turia, nomen fluminis lectum in Sallustio, et trium generum hic et haec et hoc verna. pronomina vero a littera terminata solius generis feminini reperiuntur us genetivo facientia vel ae diphthongo, ut ipsa ipsius, ista istius, mea meae, tua tuae, sua suae. participium a terminatum generis tantum modo erit feminini et ae diphthongo faciet genetivo, ut haec docta huius doctae.

B littera nullum nomen repperi terminatum; qui invenerit, et declinationem demonstret; nec pronomen nec participium.

C littera unum nomen repperi terminatum generis neutri declinationis tertiae is faciens genetivo, hoc lac huius lactis. Plautus hoc lacte | posuit,

---

Prob. cathol. 6, 25—77 15 Turia — verna *p. 480, 6*

---

2 consonanti iuncta *Probus. fortasse* consonanti praeposita et iuncta 6 paulo ante monstravi] *cf. Prob. p. 3, 6. 4, 6* 8 sic uti docui] *cf. Prob. p. 3, 19. 6, 1* 9 terminantur *B* terminato *codex Probi p. 6, 31* 10 in amphtryone *B: prol. 117* 12 declinabit *B* 15 thuria *v B(?)* in Sallustio] in secunda historia Sallustii *Probus* 23 nullum *corr.* unum *B*

'sicut lacte lactis'. quidam putant hoc lact debere dici. sed errant: duabus enim mutis nullum nomen terminari potest. Vergilius

lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

et declinatur numero tantum modo singulari. nam quod Plautus lactes posuit genere masculino numero plurali, non a nominativo hoc lac vel hoc lacte, sed hi lactes numero semper plurali. sunt autem lactes partes corporis in intestinis pinguissimae. sane pronomina generis omnis invenies, hic haec hoc, genetivo *singulari* ius facientia, huius, genetivo plurali rum, horum, dativo et ablativo is, his et ab his.

D littera nullum nomen repperi terminatum; doceat declinationem qui invenerit. sane pronomina generis neutri *invenies genetivo singulari* ius facientia, illud illius, istud istius (nam ipsum dicitur, non ipsud: Vergilius 'atque ipsum corpus amici' et 'hoc ipsum ut strueret'), genetivo *plurali* rum, illorum istorum, dativo *et ablativo is, illis istis et* ab illis istis.

E littera terminata nomina generis masculini et feminini non inveni latina, sed graeca e producta terminata, quae aut graeca ratione declinabuntur nulla ratione latinitatis, ut haec Danae huius Danaes, qua syllaba nullus genetivus latinus terminatur; aut e in a mutans in nominativo declinabitur ratione primae declinationis, ae diphthongo faciens genetivum, Danaa Danaae, Helena Helenae. generis neutri latina nomina reperies e terminata, sed correpta, quae is facientia genetivo declinabuntur secundum rationem tertiae declinationis, venientia a communi genere is terminato cum aliqua consonanti praeposita et iuncta, hoc suave huius suavis, hoc monile huius monilis. hoc praesepe huius praesepis hoc genere declinatur. nam quod Plautus 'haec praesepes mea est' genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio. sed pes terminata nomina sive correpta sive producta aut tis facient genetivo aut dis aut pis, ut praepes praepetis, pes pedis, satrapes satrapis. nam dapes numero semper plurali declinatur: dapem tantum modo legi numero singulari, sicut multorum nominum aliqui casus inveniuntur, ut sponte, tabes tabo tabe,

Prob. cathol. 6, 25—8, 9

1 sicut lacte lacti simile *v* sicut lacte lacti simile est *codex Probi p. 7, 8: Plaut. Bacch. v. 19 R. cf. Ritschel. opusc. philol. v II p. 570 sqq.* 3 lac] *Verg. bucol. 2, 22* 5 uel haec lacte sed hii lactes *B* 6 partes *Probus* partis *v B* 8 singulari *om. B* 9 dativo his et ab his ablatiuo d littera *B* 11 neutri invenies genetivo ius facientia *v* neutrius facientia *B* 13 atque] *Verg. Aen. I 486* hoc] *Verg. Aen. II 60* 14 plurali *om. B, add. v* datiuo ab illis istis e littera *B* 17 e producto *B* 20 declinauitur *B*

22 correpto *B* 25 hoc enim genere *ex editis Probi exemplaribus v* 26 haec praesepes *Probus* haec praesepis *B. scribendum est aut* nam quod Plautus dixit 'haec praesepes mea est' genere feminino *incerto Plauti exemplo, aut* nam quod Plautus usus est genere feminino haec praesepes, *ut referatur ad versum a Charisio p. 59, 14 citatum Curcul. II 1, 13* 27 pes enim terminata — aut dis, praepes praepetis, pes pedis: nam dapes *Probus* 31 tabes *et* tabe *om. Probus*

Iuppiter o Iuppiter. nam qui declinat hic Iuppiter huius Iovis, potest et hic Phoebus huius Apollinis declinare. pronomina vero e correpta terminata generis quidem masculini ius facient genetivo *singulari*, plurali genetivo rum, dativo et ablativo is, ille ipse, illius ipsius, illorum ipsorum; generis vero neutri genetivo singulari is facient, genetivo plurali um, dativo et ablativo bus, ut tale quale, talis qualis, talium qualium, talibus qualibus. nam e correpta vel producta terminatus nominativus participiorum nullius generis invenitur.

F g, h: his litteris terminata nomina non potui reperire, nec pronomina nec participia.

I littera terminata nomina quattuor tantum modo repperi sine aliqua declinatione. nam monoptota sunt duo generis omnis, hic et haec et hoc nihili, hic et haec et hoc frugi, et duo generis neutri numeri tantum modo singularis, hoc gummi, hoc sinapi; quamvis Plautus in Pseudulo haec sinapis declinaverit. inveni et duo in numero plurali masculina, in singulari neutra, hi Argi hoc Argos, hi porri hoc porrum.

K: hac littera nullum nomen terminatur ratione in primo libro monstrata.

L littera terminata nomina latina generis masculini vel feminini | exceptis quattuor nulla reperies, hic sol, haec Tanaquil, hic consul, hic et haec et hoc exul; generis vero neutri plurima, quae si erunt monosyllaba, in genetivo *l* litteram duplicabunt, mel mellis, fel fellis: excipitur unum sal salis, unde quidam hoc sale declinant. omnia tamen ratione tertiae declinationis flectuntur: nam is syllaba genetivum proferunt. siqua alia inventa fuerint, exceptis supra positis, generis masculini vel femini, barbara sunt, ut Hannibal Asdrubal. inveniuntur et generis neutri barbara l littera terminata, hoc Muthul, hoc Suthul, oppidorum nomina. sunt item generis masculini l littera nomina terminata, Samuel Daniel *Isdrahel*, huius Samuelis Danielis Isdrahelis.

M littera terminatum nomen generis masculini vel feminini, excepto uno generis omnis monoptoto, latinitas non habet, hic et haec et hoc nequam. neutri generis plurima reperies, quae genetivo casu aut una i aut duabus terminabuntur; tunc una, si ante um syllabam nominativus i non habuerit, ut bellum regnum sceptrum, belli regni sceptri. si habuerit, genetivo duabus i terminabuntur, ut hoc sacrificium huius sacrificii;

Prob. cathol. 8, 9—36 1 nam qui declinat — declinare *Prob. 17, 8 Pompei. 172, 21. 186, 12*

3 singulari *om. B* 4 ipse] ipsius *B* 14 in speudulo *B*: *Pseud. III 2, 28 (817 R)* teritur senapis scelera 16 hoc porrum hi porri *B* 17 in primo libro] *cf. p. 491, 7* 21 exusul *corr.* exul *B* 22 l *om. B* sunt — Isdrahelis] '*totum hoc comma, quod in parallelo catholicorum Probi capite non comparet, glossema librarii redolet' editor Vindobonensis* 28 Isdrahel *om. B, add. v* 33 tum *corr. tunc B* 35 genetiuo duabus i terminabitur *B* genetivus duabus i terminabitur *Probus*

sicut etiam quae ante us syllabam habent i, *ut* Terentius Terentii. ex quibus una *syllaba* sublata fit vocativus singularis, si sint nomina propria, ut o Terenti; sin appellativa, novissimam i in e correptam mutabunt in vocativo, ut o egregie. omnia tamen nomina m terminata secundae sunt declinationis: nam i faciunt genetivo, excepto nequam monoptoto. pronomen m littera terminatum us faciet genetivo, hoc ipsum huius ipsius, hoc unum huius unius.

N littera terminata nomina tertiae sunt declinationis: nam omnia genetivo is faciunt. latina quidem generis masculini vel feminini rara habentur; duo simplicia, hic rien rienis, lien lienis; composita generis omnis hic et haec et hoc tibicen tibicinis, cornicen cornicinis, fidicen fidicinis; quamvis Terentius fidicina et tibicina posuerit. neutri generis multa inveniuntur en in nominativo correpta, | in genetivo e in i mutata, ut hoc pollen pollinis, carmen carminis, lumen luminis, limen liminis. sed quoniam multa graeca [Sinon Sinonis] vel barbara [Saxon Saxonis] reperiuntur generis masculini vel feminini, observare debemus ut tunc producamus, cum apud illos producitur, ut Idmon Idmonis, Sinon Sinonis, tunc corripiamus, si illi corripiunt, Memnon Memnonis, hic et haec Saxon huius Saxonis. hic Titan, hic Pan, huius Titanos vel Titanis, *huius Panos vel Panis*, 'Panos de more Lycaei' sine alicuius declinationis ratione: nulla enim declinatio genetivum nos syllaba terminat. posuit Lucretius graece hoc sanguen, cum sit latine hic sanguis sanguinis, contra rationem guis terminatorum, quae genetivum similem nominativo faciunt, [hic sanguis huius sanguinis] hic anguis huius anguis, hic pinguis huius pinguis. hoc tamen scire debemus, quod n littera terminatum nomen solius generis feminini non potest reperiri.

O pura terminata genetivo o producant necesse est et tertiae declinationis sint nomina: nam is faciunt genetivo, leo leonis, Pollio Pollionis. excipitur unum, quod in genetivo o in e correptam mutat ante novissimam syllabam, hic Anio huius Anienis, nomen fluminis, 'gelidumque

Prob. cathol. 8, 37—9, 28

1 ut *om. B* 2 syllaba *om. B, ut videtur, add. v* 3 nouissimam i in e correptam mutabitur *B* nouissimam us in e correptam mutabunt *Probus* 11 tiuicen cornicen tiuicinis cornicinis *B* 12 tiuicina *B* 15 Sinon Sinonis *et* Saxon Saxonis *om. Probus* 17 Idmon Idmonis *non recte a Sacerdote inter exempla genetivi producti relatum, pro latino nomine positum est apud Probum*, sed quoniam multa graeca vel barbara nomina reperiuntur generis masculini vel feminini (nam latina exceptis supra positis et uno altero proprio, hic Idmon Idmonis, o et in nominativo et in genetivo correpta, alia non inveniuntur), observandum est ut tunc producamus latine, si apud illos producuntur, ut Sinon Sinonis 19 hic titan hic pan hius titanos uel titanis panos de more *B*, hic Titan Pan, Titanis Panis vel Titanos Panos, ut Vergilius Panos de more *Probus: Verg. Aen. VIII 344* 21 posuit Lucretius hoc sanguen novo more, cum sit hic sanguis huius sanguinis *Probus: Lucret. I 837. 860* 25 debebmus *B* 27 producant *Probus* producantur *B* 30 gelidumque Anienem (*Verg. Aen. VII 683*), *alienum ab hoc loco exemplum, om. Probus*

p. 51. 58 V.

Anienem'. cum aliqua vero consonanti praeposita et iuncta et corripiuntur et producuntur, ideoque per singulas litteras doceamus iunctas o litterae. bo terminata producuntur genetivo, Libo Libonis, Carbo Carbonis. hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus o littera finitus sive pura sive aliqua consonanti praeposita et iuncta corripitur, exceptis graecis nominibus, quae producuntur, ut Dido Manto, ideoque indifferenter declinantur et graece et latine, ut 'fatidicae Mantus'. co syllaba si inventa fuerint, producentur et tertiae sunt declinationis: barbara quaedam audivi, Sicco Sicconis, Franco Franconis. do omnia in genetivo o in i mutant, ordo ordinis, hirundo hirundinis, cardo cardinis, exceptis duobus, quae et in genetivo o habent productam, pedo pedonis, cerdo cerdonis: nam Dido graecum est. | fo terminata producuntur in genetivo, bufo bufonis, Gorfo Gorfonis, et siqua talia. go finita omnia o in i mutent in genetivo casu necesse est et generis sint feminini, virgo virginis, Carthago Carthaginis, uligo uliginis. excipitur unum, quod in genetivo ante nis syllabam o producta terminatur et generis est masculini, ut ligo ligonis. mango latinum non est, sicut arbitror. nam ambages et compages nominativo utriusque numeri declinantur, sicut strages: Lucanus 'compage soluta', non compagine, a nominativo singulari haec compages, non haec compago; nam compaginis et compagine diceretur. Vergilius 'laxis laterum compagibus', non compaginibus, et 'multae ambages', non ambagines. omnia tamen, sicut docuimus, nomina o terminata sive pura sive aliqua littera anteposita et iuncta tertiae declinationis sunt; exceptis graecis, quae et us faciunt et nis, Dido Didus et Didonis. ho finita producuntur in genetivo, lurcho lurchonis, lectum nomen in Plauto, significans ganeonem. hoc tamen scire debemus *

* * *

Prob. cathol. 9, 28—10, 20

5 corripitur *Probus* corripiuntur *B* 6 indeoque *B* 7 fatidicae] *Verg. Aen. X 199* 16 syllaba *B* ut ligo ligonis, mango. *ambago* latinum non est *v addito, ut apparet, verbo* ambago, *quamquam id deesse in codice ab editore non indicatum, sed sic, quasi exesum et coniectura suppletum esset, inclinatis litteris expressum est. 'τὸ mango hic et apud Probum librariorum glossema est, textui male intrusum' editor Vindobonensis, quem olim Prob. p. 10, 8 secutus sum. immo, si antiqua a recentioribus secernere volumus, potius verba* mango latinum non est, sicut arbitror *secludenda sunt. nam haec a grammatico, cuius commentarius et in hoc Sacerdotis libro et in catholicis Probi expressus est, addita erant, cum is* mango *latinum nomen non esse vellet. deinde ea quae de v.* ambago *et* compago *scripta invenerat (cf. de dub. nom. p. 572, 5. 574, 10) neglegenter excerpserat.* Argo latinum non est *coniecit Steupius de Prob. gramm. p. 151* 18 Lucanus] *Pharsal. I 72* 21 laxis] *Verg. Aen. I 122* multae] *Verg. Aen. I 341* 23 tertiae sunt declinationis, id est genetivum singularem is syllaba terminant, exceptis graecis, quae et graeca ratione us faciunt genetivo et latina is *Probus* 26 in Plauto] *Pers. III 3, 16 (421 R)* *uno membranarum quaternione in codice amisso ea quae apud Probum p. 10, 20—25, 12 scripta sunt perierunt*

Nas syllaba terminata latina indifferenter declinabuntur, aut primae declinationis nae genetivo, Maecenas Maecenae, aut tertiae tis, Maecenatis, Asprenas Asprenae Asprenatis. graeca tertiae sunt declinationis acuta novissima syllaba contra rationem latinitatis, sed dis facientia genetivo, Maenas Maenadis, nomen Bacchae: sic Persius et Horatius. nes correpta syllaba nomen terminatum non legi; producta vero, si latina fuerint, indifferenter primae vel tertiae declinationis ratione flectentur, Nolanes Nolanae vel Nolanis. graeca vero tunc primae erunt declinationis apud nos, si apud Graecos ου fecerint genetivo, | *tunc tertiae, si apud Graecos ους fecerint genetivo*, Ὀστάνης Ὀστάνου hic Hostanes huius Hostanae, Δημοσθένης Δημοσθένους hic Demosthenes huius Demosthenis. nis: hac syllaba finita nomina tertiae sunt declinationis similem genetivum nominativo facientia, ut canis inanis, excepto uno, quod ris facit genetivo, cinis cineris. sed haec latina sunt: nam graeca nis terminata aut nis faciunt genetivo aut dis, Philenis huius Philenidis vel Philenis, Dardanis huius Dardanidis vel Dardanis. nos terminata nomina tertiae sunt declinationis is pura facientia genetivo, o correpta, Minos Minois. nus: hac syllaba omnia nomina terminata secundae sunt declinationis, ni faciunt genetivo, Linus Lini, canus cani, sanus sani, Ianus Iani, annus anni, exceptis duobus tertiae declinationis, *uno ris faciente genetivo*, Venus Veneris, altero is nova ratione, anus anuis: Terentius

huius anuis causa, opinor, quae erat mortua:

et duobus quartae declinationis, haec manus huius manus, hic sinus huius sinus. nam neutra nomina nus terminata omnia ris faciunt genetivo secundum rationem. hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus us terminatus corripitur, excepto qui in genetivo *u* habet ante novissimam syllabam *habentem* dumtaxat consonantem. nam anus et sus anuis et suis,

---

Prob. cathol. 25, 13—26, 2 27 anus et sus *Prob. 24, 5*

---

1 aut primae declinationis ae facientia genetivo, ut Maecenas Maecenae, aut tertiae tis facientia, ut Maecenatis *Probus* 3 Asprenas Asprenae Asprenatis *v coll. Quintil. I 5, 62*, aspernas aspernae aspernatis *B et codex Charisii p. 66, 12* 5 Maenas *legitur apud Persium 1, 101 et 105. apud Horatium* Maenas *non invenitur, sed* Thyias *carm. III 15, 10 et* Thyiadas *carm. II 19, 9* 7 tertiae declinationis ratione *v* tertiationis ratione *B* 8 primae erunt declinationis aput nos si aput graecos OC feceriut genetiuo OCTANEC OCTANOC hic ostanes huius hostanae hic ΔHMOCΘENEC huius demosthenis *B* 12 hac] has *B* 15 Philenis huius Philenis vel Philenidis *v* filenis filenidis *B* 17 o in nominativo producta, in genetivo correpta, ut Minos Minois *Probus* 19 canus cani] kanus kani *B* 20 uno ris faciente genetivo *om. B, add. v Probus* 22 huius] *Terent. Heauton tim. II 3, 46* 25 secundum rationem, quam frequentissime ante monstravi *v Probus* 26 excepto qui in genetiuo habent ante nobissimam syllabam dumtaxat consonantem nam anus et sus anuis et suis quamuis habent in genetiuo u ante nobissimam syllabam non habent aliquam consonantem *B* excepto eo, qui in genetivo u habet ante novissimam syllabam habentem dumtaxat consonantem. nam anus et sus anuis et suis habent quidem in genetivo u ante novissimam syllabam, tamen corripiuntur, quoniam ipsa novissima syllaba genetivo consonantem non habet *Probus: cf. Prob. p. 24, 3*

quamvis habeant in genetivo u ante novissimam syllabam, *tamen corripiuntur, quoniam ipsa novissima syllaba* non habet aliquam consonantem. * ante se habens in us secundae declinationis ui terminabit genetivo iuncta consonanti, quae convenit. gnas tertiae sunt declinationis, praegnas praegnatis. gnes tertiae sunt declinationis, magnes magnetis, e ubique producta. gnis tertiae sunt declinationis et similem faciunt genetivum nominativo, hic ignis huius ignis. gnos: hac syllaba nullum nomen repperi terminatum. gnus: omnia nomina hac syllaba terminata secundae sunt declinationis, agnus agni, magnus magni, et siqua talia. |

Pas terminata nomina graeca sunt tertiae declinationis, lampas lampadis. pes producta nomina latina tertiae sunt declinationis, pis faciunt genetivo, rupes rupis, vulpes vulpis, puppes puppis, excepto uno monosyllabo, *quod* dis facit genetivo, pes pedis. ex eo figurata corripiuntur et dis faciunt genetivo, alipes alipedis, sonipes sonipedis. unum excipitur ab eo tractum, quod in nominativo producitur, in genetivo pis facit, haec apes huius apis: nam apes quasi ἄπους, quod sine pedibus nascatur, sicut Vergilius de his 'trunca pedum'. nam si pes corripueris, erit barbarismus. graece significat hominem sine filiis. pes correpta latina non tracta a pede tis faciunt genetivo, praepes praepetis, hospes hospitis. pis nomina latina sunt *tertiae declinationis* et dis faciunt genetivo, lapis lapidis, graeca aut dis aut pis, iaspis iaspidis, Serapis Serapidis vel huius Serapis. pos nomina terminata producuntur et sunt declinationis tertiae. si sint tamen generis communis, tis faciunt *genetivo*, ut hic et haec nepos huius nepotis; unius vero generis *pos* terminata ris, ut lepos leporis. nam quod Arpos legimus, numero semper plurali declinatur. correpta pos si inventa fuerint terminata, latina non sunt et sunt declinationis secundae, pi faciunt genetivo. pus latina secundae sunt declinationis, pi faciunt genetivo, lupus lupi, campus campi, lippus lippi, exceptis duobus, uno monosyllabo indeclinabili, hoc pus, et uno tertiae ris faciente genetivo, lepus leporis o correpta: nam producta significat elegantiam. graeca tertiae sunt declinationis dis facientia genetivo, Oedipus Oedipodis, Melampus Melampodis; quamvis hic Oedipodes lectum sit. pys: hac syllaba finita nomina graeca sunt. nam y litteram latina nomina neque habent neque recipiunt. sunt ergo tertiae declinationis graeca is pura terminata genetivo, hic Capys huius Capyis. *pans tertiae declinationis tis*

Prob. cathol. 26, 2—27, 8

3 ante se habens — convenit, *quae apud Probum non leguntur, ex adnotatione de nominibus* u *ante* us *habentibus relicta sunt* 11 latina vel graeca *Probus* 13 quod *ante* dis *om. B, add. v Probus* 15 in genetiuo corripitur pis, *sed deleto* corripitur *B* 17 trunca] *Verg. georg. IIII 310* 20 tertiae declinationis *om. B* 23 genetivo *om. B, add. v Probus* 24 pos *om. B, add. v Probus* 25 declinatur *Probus* declinantur *B* 32 quamuis hic oedipodis *B v* 34 terminata *Probus* terminantia *B* 35 pans tertiae declinationis tis faciunt genetivo *v Probus, om. B sine lacuna, ut videtur*

faciunt genetivo, hic stipans huius stipantis. hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina n et s terminata tis faciunt genetivo exceptis duobus, quae et tis faciunt et dis, frons frondis et frontis, lens lentis vel lendis. quidam putant haec lentis debere dici et haec lendis; sed errant.

Quas: hac syllaba nulla nomina repperi terminata. ques finita nomina correpta sunt et tertiae declinationis, tis | faciunt genetivo, eques equitis. nam quies et inquies es terminantur, non ques. nam cum de his ante tractarim, tamen omnia tertiae sunt declinationis. quis: hac syllaba tantum pronomina reguntur, nomina nulla terminantur. quos quus: his syllabis finita nomina secundae sunt declinationis, qui faciunt genetivo, equus equi.

Ras: hac syllaba finita primae sunt declinationis, rae faciunt genetivo, hic Hieras huius Hierae: Cicero in Caesarianis sic 'Hieras' inquit 'Blacsamius et Antiochus'. res terminata nomina correpta sunt *tertiae declinationis* et tis faciunt genetivo, teres teretis, producta ris, Antores Antoris, Seres Seris: Lucanus 'sub iuga iam Seres': Verres Verris; exceptis duobus, uno monosyllabo quintae declinationis, res rei, et uno disyllabo, quod in genetivo crescit una syllaba, Ceres Cereris. ris tertiae sunt declinationis, ris vel dis faciunt genetivo, haec Iris huius Iris vel Iridis, hic Paris huius Paris vel Paridis, ut 'Parim creat' et 'iudicium Paridis'. unum ris facit solum, hic Liris huius Liris. ros finita nomina producuntur et sunt tertiae declinationis, ris faciunt genetivo, ros roris. graeca secundum rationem suam declinabuntur: si apud illos ος, apud nos is, ἥρως ἥρωος, *heros* herois; si apud illos τος, apud nos tis, Ἔρως Ἔρωτος, *Eros* Erotis. Tharros nomen est numeri semper pluralis. rus terminata nomina, si aliud ex se genus fecerint, secundae erunt declinationis, ri facient genetivo, carus cari, austerus austeri, mirus miri. hac ratione, id est secundae declinationis, etiam graeca nomina declinantur, quamvis non faciant aliud genus, Tartarus Tartari, Gargarus Gargari. quae vero latina fuerint et aliud genus ex se non faciunt, ea quartae sunt declinationis, hic currus huius currus, haec nurus huius nurus. excipiuntur quattuor, unum ri faciens *genetivo*, quamvis aliud ex se genus non

Prob. cathol. 27, 8—28, 7   25 Tharros *Prob. 22, 26*

2 n et s] en et s *B*   4 haec lendis] hic lendos *B*   7 non ques *v* non quies *B* nam quae producta es terminantur, de his ante tractavi *Probus*: *cf. Prob. p. 18, 11*   13 hic ieras huius ierae *B*   in Caesarianis] *p. Deiot. 15, 41*   inquid *B*   14 tertiae declinationis *om. B*   16 Lucanus] *Pharsal. I 19*   20 Parim] *Verg. Aen. X 705*   iudicium] *Verg. Aen. I 27*   21 nomina] omnia *B*   22 is faciunt *Steupius de Prob. gramm. p. 154. rectius erat* latina ris faciunt: *cf. p. 476, 12*   24 heros *om. B*   25 Eros *om. B*   *fortasse* Tarros nomen civitatis est: *cf. Prob. p. 22, 26* Tarrhos nomen civitatis lectum in Sallustio   27 karus kari *B*   miri] mirus *corr.* miri *B*   32 genetivo *om. B, add. v Probus*   non faciat *Probus* non facit *B*

p. 56 V.

faciat, hic murus huius muri; alterum indifferenter declinatum et | secundae declinationis ri faciens genetivo et quartae rus, haec laurus huius lauri vel laurus; altera duo monosyllaba tertiae declinationis, haec grus gruis, hoc rus ruris. hoc tamen teneamus, omnia monosyllaba tertiae esse declinationis exceptis duobus quintae declinationis, spes res.

Sas: hac syllaba nulla nomina repperi terminata. ses: hac syllaba nomina finita graeca sunt: indifferenter quoque declinantur, et primae sunt declinationis· sae *facientia genetivo* et tertiae sis, ut Cambyses Cambysae vel Cambysis, Perses Persae vel Persis. nam quod Sallustius *ait* 'ad bellum Persi Macedonicum', non declinationem mutavit, sed antiqua usus est consuetudine, dativum posuit pro genetivo, ut Cicero 'filiumque Verri' pro Verris, et Vergilius 'inmitis Achilli' pro Achillis. sis omnia nomina tertiae sunt declinationis, is faciunt genetivo, *latina quidem sis*, hic ensis huius ensis; peregrina sis vel dis, Isis Isidis vel Isis, basis huius basis vel basidis, haec cassis huius cassis vel cassidis, quamvis Vergilius haec cassida declinaverit. sos: hac syllaba pura nullum nomen latinum repperi terminatum, unum graecum legi in Sallustio secundae declinationis, haec Amisos huius Amisi. cetera * insons insontis: sic Horatius. sons vero non legi. Sallustius numero plurali utrumque, 'insontis sicut sontis'. de n et s terminatis docui frequentissime. sus: nomina hac syllaba terminata propria [sunt] vel aliud genus ex se facientia secundae sunt declinationis, si faciunt genetivo, Nisus Nisi, proprium et participium. appellativa vero, si non faciunt aliud ex se genus, quartae sunt declinationis, sus facient genetivo, hic occasus huius occasus. nam plausus, si sit participium, huius plausi, si nomen appellativum non faciens aliud ex se genus, huius plausus; sicut nisus participium nisi, appellativum unius generis nisus. excipitur unum monosyllabum is faciens

Prob. cathol. 28, 7—29, 1 9 Perses *Prob. 24, 28*

3 haec grus gruis sus suis rus ruris, *sed deletis* sus suis *B* 8 facientia genetivo *om. B* 9 nam quod Sallustius ait *Probus* uel quod Sallustius *B*. *Sallustii verba saepe a grammaticis citata primo historiarum libro tribuerunt alii, quos indicaverunt Linkerus Sall. hist. prooem. p. 85 et Kritzius Sall. hist. fragm. p. 6* 11 filiumque Verri *in Ciceronis Verrinis non legitur: cf. Ritschel. supplem. quaestionis de declinatione quadam latina reconditiore p. IV* 12 inmitis] *Verg. Aen. I 30* 13 latina quidem sis *om. B*, *add. Probus* 14 peregrina is uel dis *B* 15 Vergilius] *Aen. XI 775* 18 haec Camisos huius Camisi *v codex Probi: cf. Prisc. l. VIII p. 435, 13* Sallustius in IIII historiarum 'Amisumque adsideri sine proeliis audiebat' cetera insons insontis *B* cetera in sons tis facient, insons insontis *v* sons correpta (*l.* correpta o) in medio habens n tis faciet, insons insontis *Probus*: *cf. Prob. p. 6, 11.* insons, *non* insos *dicendum esse praecepisse videtur grammaticus* Horatius] *carm. II 19, 29* insons Cerberus, *sat. I 6, 69* purus et insons 19 Sallustius] *Catil. 16, 3.* Sallustius — sontis *glossema esse coniecit Steupius de Prob. gramm. p. 154* 20 de n et s docui frequentissime terminatis *B* 26 sicut uisus *B* 27 uisus *posteriore loco corr.* nisus *B*

genetivo, sus suis, ratione monosyllaborum, de qua frequentissime tractavi.

Tas: omnia nomina hac syllaba finita tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, facultas facultatis, et siqua talia. hoc naptas | primae est tae genetivo faciens, huius naptae, nomen barbarum neutrum contra rationem neutrorum, quae latina genetivum ae diphthongo non terminant, exceptis tribus, hic et haec et hoc verna huius vernae, *hic et haec et hoc advena huius* advenae, hoc [flumen] Turia huius Turiae, hoc naptas huius naptae, genus olei cedro simile, sicut Sallustius in historiarum libro quarto ait. sed vide ne melius sit, si sit indeclinabile. tes finita nomina latina tis faciunt genetivo, haec rates huius ratis; graeca vero tae, si apud illos *του*, *Achates Achatae* *Ἀχάτης* *Ἀχάτου*; at tis syllaba, si apud illos *τος*, Crates Cratetis *Κράτης* *Κράτητος*, ut Bibaculus de Catone grammatico,

en cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

tis terminata nomina tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo latina, hic mitis huius mitis, haec neptis huius neptis; graeca tis vel dis, hic Attis Attidis vel Attis, haec amystis huius amystis vel amystidis, nomen lectum in Horatio. tos terminata omnia nomina corripiuntur et graeca sunt et secundae declinationis, ti faciunt genetivo, Neritos Neriti, Berytos Beryti, Pontos Ponti; quae poterunt latine melius dici, si o in u mutaverint. tus terminata nomina exceptis graecis venientibus a syllaba tos cetera facientia aliud genus secundae sunt declinationis ti facientia genetivo, ut hic stultus huius stulti: venatus participium est faciens venati: hic artus huius arti, angustus [angusti] (nam artus, id est membra, numero semper plurali declinantur); non facientia tus, vestitus huius vestitus, res ipsa. nam hoc tus neutrorum ratione us finitorum ris facit genetivo, hoc tus huius turis: Vergilius 'ture calent arae': praeterea monosyllabum est. excipiuntur duo tis facientia genetivo, virtus iuventus, virtutis iuventutis.

Ctus finita nomina, si fecerint aliud ex se genus, secundae sunt declinationis, rectus recti; non facientia | aliud ex se genus quartae, hic rictus huius rictus, hic luctus huius luctus. excipitur unum, quod quamvis non faciat ex se aliud genus, tamen cti facit genetivo, hic lectus huius

---

Prob. cathol. 29, 1—31 3 naptas *p. 481, 20* 6 verna, Turia *p. 471, 15*

---

4 tae] ae *B* 5 quae] qua *B* 6 hic et haec et hoc advena huius *om. B*, *add. v* 7 napta *B*. *fortasse* sic et hoc naptas, *nisi potius* advena, *quod exemplum supra p. 471, 15 non legitur, postea adscriptum est* 8 caedro *B* 10 tae] ae *B* 11 Achates Achatae *Ἀχάτης* *om. B* crates cratis κρατος ut uiuaculus *B*: *Sueton. de gramm. c. 11* 15 hic attis atthidis uel attis *B* hic Atthis Atthidis vel Atthis *v* 17 in Horatio] *carm. I 36, 14* Threicia vincat amystide omnia] omnium *B* 20 tos] tus *B* 26 ture] *Verg. Aen. I 417* 27 et excipiuntur *B* 29 nomina] omnia *B* secundae sun declinationis senecta hic rectus, *sed deleto* senecta *B* 30 hic rictus huius rictus *v* *Probus* hic rectus huius rectus *B*

lecti; non, ut quidam imperiti dicunt, huius lectus. nam Cicero 'me in meo lecto', qui ablativus ab i littera terminato genetivo venit, non us; et Terentius 'lectos sterni iube', qui accusativus os terminatus *a* genetivo venit i terminato, non us. unum excipitur tertiae declinationis tis faciens genetivo, senectus senectutis. ptus finita nomina, si fecerint aliud ex se genus, secundae sunt declinationis, pti *faciunt genetivo*, hic raptus huius rapti; si minus, quartae, ptus facient genetivo, hic sumptus huius sumptus * 'quos ergo faciunt'; sumptus, acceptus, huius sumpti: facit enim haec sumpta. stus: finita nomina ista syllaba, si fecerint aliud ex se genus et si propria sint, secundae erunt declinationis, hic castus huius casti, hic Augustus huius Augusti; non facientia autem quartae erunt declinationis, stus facient genetivo excepto uno mustus musti, hic aestus huius aestus, hic quaestus huius quaestus. *hic questus*, si participium sit, huius questi; si non fecerit aliud genus, huius questus: Vergilius 'questuque cruentus'. excipitur unum, quod et sti facit et stus genetivo, hic cestus, tunica Veneris, huius cesti, hic caestus pugilum huius caestus: Vergilius 'quid siquis caestus ipsius H.'. et orthographia distant et declinatione. ergo omnia sti faciunt genetivo exceptis quattuor, quaestus, aestus, caestus, *questus* querella. thas unum barbarum legi, hoc naphthas huius naphthae. de hoc et supra docui; sed melius indeclinabile erit. | thes graecum inveni, sed productum, apud Ovidium, Ianthes Ianthis vel Ianthidis. this tertiae declinationis this vel dis facit genetivo,

---

Prob. cathol. 29, 31—30, 19 20 naphthas *p. 480, 3*

---

1 imperiti huius lectus dicunt nam *B* Cicero] *in Catil. I 4, 9* paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. *cf. p. Sull. 18, 52* me in meo lectulo trucidaret 2 ab i littera terminato genetivo venit, non us, et Terentius *Probus* ab i littera terminato genetiuo ctis facit non us ut terentius *B: Adelph. II 4, 21* et lectulos iube sterni nobis 3 a *om. B* 6 faciunt genetivo *post* pti *om. B, add. v.* 7 sin minus *v* quartas *corr.* quartae *B* hic sumptus huius sumptus quos ergo faciunt *B sine lacuna, ut videtur,* hic sumptus huius sumptus, Terentius sumptus quos ergo faciunt *v* hic sumptus erogatio huius sumptus: Terentius 'sumptus quos faciunt' *Probus. ad Ter. Adelph. V 3, 21* principio, si id te mordet, sumptum filii Quem faciunt *rettulit editor Vindobonensis. cf. Hec. IIII 4, 63* sumptus quos fecisti, *Heauton tim. I 1, 78* sumptus domi tantos ego solus faciam 9 facit enim haec sumpta *v* faciunt enim hac sumpta *B* 12 stus facient *v* tus facient *B* 13 hic questus *om. B* particium *B* 14 huius questi] huius quaesti *Bv* huius questus *v* huius quaestus *B* questuque *v* quaestuque *B: Verg. Aen. VII 501* 16 hic caestus tunicam (*corr.* — ca) ueneris huius caesti *B. cum a vetere grammatico* caestus *utraque significatione, ut videtur, positum esset (cf. Paul. Fest. p. 45, 12), recentior, qui illius commentarios excerpsit, neglegentius* hic cestus *secundae declinationis et* hic caestus *quartae distinxit: cf. Serv. in Verg. Aen. V 69.* et orthographia — querella *pro glossemate habuit Steupius de Prob. gramm. p. 153* 17 quid siquisq. *corr.* quid siquis *B: Verg. Aen. V 410* 19 questus *om. B, add. v* 20 hoc napthas huius napthae *B* 21 apud oboedium *B: Ovid. metam. VIIII 715 sqq.* Ianthes Ianthis vel Ianthidis *v* ianthes ianthi uel ianthidis *B* Ianthes huius Ianthes vel Ianthidis *Probus. grammatici errori tribuendum est, quod genetivum* Ianthes *pro nominativo posuit*

haec Atthis huius Atthis vel Atthidis: sic Ovidius. thos: nullum nomen hac syllaba repperi terminatum: thus secundae sunt declinationis, thi faciunt *genetivo*, Parthus Parthi, acanthus acanthi: Vergilius 'croceo velamen acantho': Xanthus Xanthi. thys vel thrys tertiae sunt declinationis, is faciunt genetivo, hic Panthys Panthyis, Othrys Othryis, Tethys Tethyis.

Vas tertiae sunt declinationis, et sis faciunt *genetivo* et dis, hoc vas huius vasis vel vadis: Cicero 'vultu tamquam vade'. ves omnia correpiuntur et tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, dives divitis. vis tertiae sunt declinationis, similem nominativo faciunt genetivum, hic civis huius civis, *haec vis huius vis*, et plurali hae vis: nam hae vires numero semper plurali declinantur. vos vus: rationem supra docui horum nominum, et quod secundae sint declinationis, parvus parvi.

Xas: hac syllaba nullum nomen finitum repperi. xes tertiae sunt declinationis et producuntur, xis genetivo faciunt, Araxes Araxis, Xerxes Xerxis. xis latina xis genetivo faciunt, hic axis huius axis; graeca et xis et dis, hic Alexis huius Alexis vel Alexidis tertiae declinationis. xos correpiuntur et graeca sunt secundae declinationis, xi faciunt genetivo, haec Naxos huius Naxi. xus secundae sunt declinationis, xi faciunt genetivo, laxus laxi, fluxus fluxi, taxus taxi, buxus buxi. excipitur unum quartae declinationis xus faciens genetivo, hic luxus huius luxus, luxuriam significans: Terentius 'adulescens luxu perditus'. nam luxus, vacillans, huius luxi facit: Sallustius ablativo 'luxo pede'. zas barbara sunt et primae declinationis, zae *faciunt genetivo*, hic Ormizas huius Ormizae. | zes producuntur et primae sunt declinationis, hic Artabazes huius Artabazae. zis zos zus nulla nomina terminantur.

T duo tantum modo nomina reperiuntur latina, unum indeclinabile, hoc git, genus seminis, et unum tertiae declinationis tis *faciens* genetivo, caput capitis; et siquid ab eo nascitur, sinciput sincipitis. u omnia neutra sunt quartae declinationis u terminantia genetivum dativum et ablativum, sed producta; nominativum accusativum et vocativum u correpta ter-

---

Prob. cathol. 30, 19—31, 26 7 Vas *Prob. 19, 16*

---

1 haec] hic *Bv* sic oboedius *B: heroid. 15, 18* 3 genetivo *om. B* Vergilius] *Aen. I 649: 711* 7 genetivo *om. B* 8 Cicero] *p. Sest. 8, 19* 10 hic civis huius civis haec vis huius vis et plurali hae vis *v ex Probo*, hic ciuis huius ciuis et plurali hae ciues *B sine lacuna, ut videtur* 12 supra] *cf. Prob. p. 19, 13* 13 declinationis, vi faciunt genetivum parvus parvi *v* 17 tertiae rationis declinatione *B* tertiae ratione declinationis *v* 21 hic luxus] haec luxus *B et codex Probi* 22 adulenscens *B: Ter. Adelph. IIII 7, 42* 24 faciunt genetivo *om. B, add. v* 27 t hac littera duo tantummodo nomina reperiuntur terminata latina *v* 28 faciens *om. B, add. v* 29 sinciput sincipitis *v* sinciput sinciputis *B* u littera nomina terminata omnia *v* 31 producto *B* u correpto terminant *v* u correpto terminat *B*

minant, ut hoc cornu gelu veru. tamen quarta declinatio in genere quidem masculino et feminino us genetivo terminatur, in genere neutro u. x tertiae sunt declinationis, is faciunt genetivo ante eam c vel g posita, ut pix picis, arx arcis, nux nucis. excipiuntur IIII, nix nivis, nox noctis, senex senis, supellex supellectilis. y z nulla nomina terminantur.

Omnia igitur nomina monosyllaba tertiae *sunt* declinationis exceptis quinque, tribus indeclinabilibus, git ir pus, et duobus declinationis quintae, res rei, spes spei, e contra rationem quintae declinationis correpta in genetivo, quoniam nominativus ante es consonantem habet iunctam, ut fides fidei.

Ergo breviter doceamus, quot modis singuli casus utriusque numeri terminentur. nominativus singularis fit modis quindecim, a, e utraque, i, o utraque, u l m n r s x c t, poeta monile Danae gummi Varro Dido [ordo] genu mel bonum carmen orator sacerdos verax lac caput. genetivus singularis fit modis quattuor, ae i s u, huius poetae grammatici sacerdotis cornu. dativus singularis fit modis quattuor, ae i o u, huic Aeneae sacerdoti docto genu. accusativus singularis fit modis quattuor, m n s u, hunc sacerdotem carmen pectus cornu. vocativus vero tot modis fit, quot et nominativus, id est quindecim, qui supra *scripti* sunt. ablativus singularis fit modis novem, a, e utraque, i o u m s t, ab hoc poeta sacerdote specie suavi docto gelu nequam nugas *git*. | nominativus pluralis fit modis quinque, a ae i m s, haec regna, hae Musae, hi docti, hi nequam, hi oratores. genetivus pluralis fit modis tribus, m s i, horum bonorum, horum nugas, horum nihili. dativus et ablativus pluralis fiunt modis tribus, i m s, his et ab his nihili, his et ab his nequam, his et ab his nugas. accusativus pluralis fit modis quattuor, a s m i, haec regna, hos nugas, hos nequam, hos nihili. vocativus pluralis fit modis totidem, quot et nominativus eiusdem numeri, id est quinque, a ae i m s, o sceptra, o fortunae, o nihili, o nequam, o nugas. hoc tamen scire debemus, quod, si in casibus cuiuslibet numeri aliquem modum praetermisimus, de his est monoptotis, nequam nihili nugas. formae casuum sunt sex, unaria binaria ternaria quaternaria quinaria senaria. senaria forma regit pronomina tantum modo singularis numeri, nullus nullius nulli nullum o nulle a nullo.

Prob. cathol. 31, 26—33, 7

---

1 docueram tamen quod quarta *v ex Probo* 3 x hac littera terminata omnia tertiae *v* 4 ut pix cis *B* nucis] nucus *corr.* nucis *B* 6 tertiae declinationis exceptis *B* tertiae sunt declinationis: nam is faciunt genetivo exceptis *v Probus* 8 correptae *B* 14 ordo *om. Probus* 17 aeneae docto sacerdoti genu *Bv* 19 scripti *om. Bv* 20 t] c *Bv et codex Probi* 21 git *om. Bv et codex Probi, apud Probum add. Putschius.* hoc *coniecit editor Vindobonensis* 26 haec regna hoc (*corr.* haec) nugas haec nequam aec nihili *B* haec sceptra hos nugas hos nequam hos nihili *Probus* 28 i m] m i *B* 30 quod si quid in casibus *Bv* quod in quibus casibus *codex Probi. fortasse* quod si in quibusdam casibus

DE VERBIS

In hoc libro etiam de verbis tractabo, sicut ante promisi. quorum rationem per singularum litterarum syllabas primae verbi personae, qualis sit secunda persona, unde coniugatio declaratur, diligentissime hoc docebo. atque interim de vocalibus tractemus positis ante novissimam litteram o primae verbi personae. inveniuntur autem vocales ante novissimam litteram o tres, e i u [sed i et u correptae], consonantes vero multae, de quibus postea docebimus. prima coniugatio tres has vocales ante novissimam litteram o primae verbi personae recipit, *e*, commeo commeas commeat, i, lanio lanias laniat, u, fluctuo fluctuas fluctuat. secunda coniugatio e solam recipit ante novissimam litteram o primae verbi personae, doceo doces docet, video vides videt; tertia coniugatio correpta duas, i, rapio rapis rapit, et u, ruo ruis ruit; tertia producta, quam *quidam* quartam dicunt coniugationem, et ipsa duas, e, redeo redis redit, et i, munio munis munit. sed quoniam tota vis verborum et in tempore praeterito perfecto modi indicativi continetur, sicut in secunda persona eiusdem modi temporis praesentis et in secunda persona modi imperativi temporis praesentis | *coniugatio* declaratur, per singulas litteras primae verbi personae doceamus personam primam eiusdem modi temporis praeteriti perfecti et modi imperativi temporis praesentis secundam personam, quae fit litteris quidem tribus, modis vero IIII, sicut exemplis paulo ante monstravi, a ama, e producta doce, e correpta lege, i muni. extra hos modos siquod

Prob. cathol. 33, 8—28

2 sicut ante promisi] *cf. p. 470, 21* de catholicis vero nominum atque verborum latius exponemus, *Prob. p. 3, 2* nunc de catholicis nominum verborumque rationibus doceamus quorum rationem per singularum litterarum syllabas primae uerbi personae, qualem faciat secundam, unde modi imperatiui secunda persona cognoscitur ex qua coningatione cognosceretur (*corr.* declinaretur) adque interim *codex Probi. scripturam codicis, quae neglegentiae grammatici tribuenda esse videtur, servavi. rectius erat* quorum rationem per singulas litteras et syllabas primae verbi personae, ex quibus cognoscitur, qualis sit secunda persona, unde coniugatio declaratur, diligentissime docebo 5 nouissimamq. *corr.* nouissimam *priore loco B* 7 sed i et u correptae, *quae ab hoc loco aliena sunt, ad definitionem tertiae coniugationis correptae pertinere videntur* 8 prima coniugatio tres habet vocales ante novissimam litteram primae verbi personae, recipit e correptam, commeo commeas commea *Probus* 9 e *ante* commeo *om. B* 13 quidam *om. B, add. Probus* 14 et ipsa duas *v* et ipsa duob. *B* 16 continetur *bis scriptum est in B* 18 coniugatio *om. B.* declinatur *pro* declaratur *codex Probi. praeterea ex ratione Sacerdotis, qui exempla imperativi a Probo in superioribus posita omisit, potius scribendum erat* sed quoniam tota vis verborum et in secunda persona modi imperativi temporis praesentis et in tempore praeterito perfecto modi indicativi continetur, sicut in secunda persona eiusdem modi temporis praesentis coniugatio declaratur 19 personam primam] personam secundam *B* secundam personam *codex Probi.* secundam personam modi indicativi temporis praesentis et primam personam *olim conieci* 21 sicut exemplis paulo ante monstravi *ad exempla imperativorum a Probo p. 33, 17 posita spectant*

verbum alia littera terminaverit secundam personam modi imperativi temporis praesentis, nullius coniugationis continet rationem, ut es dic velis cedo, et siqua talia.

E: hanc litteram ante o habentia verba aut primae sunt coniugationis aut secundae aut tertiae productae: si primae fuerint, *avi* facient temporis praeteriti perfecti modi indicativi primam personam, ut commeo commeas commeavi, remeo remeas remeavi; si secundae, aut cui, ut arceo arcui, iaceo iacui, aut di, ut prandeo prandi, interdum crescente una syllaba in principio, ut mordeo mordes momordi, pendeo pendes pependi, aut xi, ut lugeo luxi, aut gui, ut langueo langui, aut si, *ut* algeo alsi, ardeo arsi; si tertiae productae, aut vi aut duabus i, ut eo is ii vel ivi. i: hanc litteram ante o habens verbum aut primae est declinationis aut tertiae utriusque: si primae, avi facit tempore perfecto, lanio lanias laniavi; si tertiae correptae, ui separatis, rapio rapis rapui, aut pi, capio cepi; si tertiae productae, aut vi iuncta aut duabus i, ut munio munivi vel munii. *u:* hanc litteram separatam ante o habens verbum aut primae est coniugationis aut tertiae correptae: si primae fuerint, avi facient tempore perfecto, fluctuo fluctuavi; si tertiae correptae, separatis ui, ut ruo rui, unguo ungui, sed antique dicimus ungo ungis unxi.

Ergo breviter per singulas litteras ante eo positas decurramus, ut facilius cognoscamus e ante o posita cuius sint coniugationis vel quo modo faciant tempus praeteritum perfectum. a: hanc litteram ante eo habens verbum non reperitur. b ante eo posita aut secundae sunt coniugationis aut tertiae productae: secundae bui faciunt, ut rubeo rubui, sorbeo sorbui (nam sorbsi barbarismus est); tertiae productae ivi vel ii, subeo subivi vel subii. | inveni unum primae coniugationis, *beo* beavi faciens tempore perfecto: Terentius 'ecquid beo te?', beo beas beavi. c ante eo posita secundae sunt coniugationis et aut cui faciunt aut xi, ut arceo arcui, luceo luxi. d ante eo posita secundae sunt coniugationis, aut di faciunt aut si, ut prandeo prandi, ardeo arsi, interdum in principio verbi crescente una syllaba, ut mordeo momordi et pendeo pependi (exceptis duobus defectivis genere, quae incipientia quasi neutra tempus faciunt perfectum quasi passiva, id est quasi r littera finita, ut gaudeo gavisus

---

Prob. cathol. 33, 28—34, 13 24 sorbeo *p. 490, 11*

---

5 avi *om. B sine lacuna, ut videtur, add. v* tempore praeterito perfecto *v B* 10 gui] xui *corr.* gui *B* langueo lanxui aut si algeo *B* 11 si tertia producta aut ui aut duas i i *B* 15 aut duas ii *B* 16 u *om. B, add. v* 19 sed] si *B* 20 breuiter] urebiter *B* ut facilius cognoscamus e ante o posita cuius sit coniugationis vel quo modo faciat speciem perfectam *Probus* 21 e ante o] ante eo *B* 22 faciunt *B* 26 beo *om. B* 27 et quid *B: Terent. Eunuch. II 2, 48* c ante eo] c anteo *B* 29 di] si *corr.* di *B* 30 arsi aut interdum *B* 31 momorsi *B* 32 duobus a defectiuis *B*

p. 63. 64 V.

sum, audeo ausus sum); aut dui, ut studeo studui, strideo stridui. sed vide ne magis dicendum sit strido stridis: Vergilius 'stridunt silvae', non strident. e ante eo posita tertiam coniugationem productam regit, tempus perfectum ivi faciet vel ii, ut anteeo anteivi vel anteii, praeeo praeivi *vel* praeii. f: hanc litteram ante eo habens nullum repperi verbum. g litteram ante eo habens verbum secundam regit coniugationem. tempus vero perfectum modo triplici terminabit: nam aut xi faciet aut gui aut si, ut lugeo luxi, egeo egui, tergeo tersi. dicimus et tergo tergis tertia correpta: legimus et 'spicula lucida tergent', quod venit a tergeo *terges*, et tergunt ab eo quod est tergo tergis: 'qua mensas detergeo'. h i k: his litteris ante eo positis verbum regi non inveni. l ante eo posita secundam regit coniugationem, specie perfecta lui vel levi *faciens*, ut caleo calui, deleo delevi, conpleo conplevi. excipitur unum ab utraque ratione defectivum genere, faciens speciem perfectam scilicet quasi passivam, soleo solitus sum. m ante eo posita primam regit coniugationem, specie perfecta avi faciens, remeo remeavi, commeo commeavi. hoc tamen scire debemus, quod omnia verba e ante o habentia secundae sint coniugationis necesse est, excepto eo et illis quaecumque ab hoc verbo fuerint tracta, quae omnia tertiae sunt productae praeter duo primae coniugationis, quae supra posita monstravi, remeo commeo. | n ante eo habentia verba, si venerint *a verbo eo*, tertiae productae sunt, specie perfecta facientia ivi vel ii, ut ineo inivi vel inii; si non venerint, secundae erunt coniugationis, nui facientia specie perfecta, ut moneo monui. o ante eo habentia verba tertiae sunt coniugationis, vi vel ii facientia specie perfecta, ut coeo coivi vel coii. p: hanc litteram ante eo verbum habens non inveni, q: hanc litteram ante eo habens verbum non inveni. r: haec littera ante eo posita secundae coniugationis regit verba, rui faciunt specie perfecta, careo carui; tertiae vero productae, ivi vel ii, pereo

---

Prob. cathol. 34, 13—35, 8   8 tergo *p. 490, 25*

---

1 ausus sum] ausum *corr.* ausus sum *B*   dui] stui *corr.* tui *B*   2 stridunt] strident *corr.* stridunt *B: Verg. Aen. II 418*   5 praeiui praeii (*om.* vel) *B*   7 terminauit *B*   8 tergeo] tergo *B*   tergsi *corr.* tersi *B*   dicimus et tergo tergis tertiae correptae: legimus enim et tergent, quod venit a verbo tergeo, et tergunt ab eo quod est tergo *Probus*   9 spicula lucida tergunt quod uenit a tergeo et gunt ab eo quod est tergo gergis (*corr.* tergis) *B: Verg. Aen. VII 626*   10 qua] *exemplum a Probo omissum, a Sacerdote neglegentius adscriptum, ad Plaut. Menaechm. I 1, 2 (v. 78 R)* ideo quia mensam, quando edo, detergeo *rettulit editor Vindobonensis*   11 h i k ante eo positas verbum regere non inveni *Probus*.   regi] regens *B*   12 speciem perfectam lui vel leui ut caleo *B et codex Probi*   14 ab utraque ratione defectiuum genere *Probus* ab utroque genere ratione defectiuo (rum) *B*   15 soleo *in marg. add. B*   16 speciem perfectam aui *B*   20 n ante eo habentia verba, si venerint a verbo eo, sicut supra posui, tertiae *Probus*   ante o *B*   21 a verbo eo *om. B, add. v*   specie perfectae *B*   28 careo karui *B*

p. 64. 65 V.

perivi vel perii. s ante eo posita unum repperi verbum tertiae productae, ivi vel ii faciens specie perfecta, transeo transivi vel transii. t: hanc litteram ante eo inveni, sed secundae coniugationis, specie perfecta *facientem* tui, ut lateo pateo, latui patui. tertiae productae si inventum fuerit, a verbo veniet eo is et faciet ivi vel ii specie perfecta. nam, sicut ante docui, e ante eo verba habentia omnia secundae sunt coniugationis excepto eo is, et siquid ab eo nascitur. nam tertiae sunt productae praeter duo verba primae coniugationis, quae ante posui, commeo commeas, remeo remeas. tertia enim correpta coniugatio eo non terminatur, sicut supra monstravi. hoc tamen scire debemus, quod tertiae productae coniugationis species perfecta duobus tantum modo modis terminatur, ivi *vel* ii. v: hanc litteram ante eo positam verbum habens secundae coniugationis inveni specie perfecta faciens ivi, coniveo conives conivi: Cicero 'siqui exire velint, conivere possum': et ceveo ceves cevi, Persius 'an Romule ceves'. x y z: has litteras ante eo verbum habens non inveni.

Quoniam sufficienter, sicut arbitror, de verbis e ante o habentibus docui, consequens puto de his tractare, quae i ante o habent, per singulas litteras ante io positas, quae primam regunt coniugationem vel tertiam utramque. nam secunda coniugatio eo tantum modo terminatur. a ante io habens verbum tertiae correptae inveni, ai faciens specie perfecta, aio ais ait, ai aisti ait, aie aiat. b ante io habentia verba tertiae sunt productae, vi vel bii facientia specie perfecta, ambio ambivi vel ambii. c ante io habentia tertiae productae *vel correptae* sunt: productae civi vel xi | facientia specie perfecta, sarcio sarcivi, vincio vinxi; tertiae vero correptae ieci, ut inicio inieci. d ante io non inveni. e ante io non inveni. f ante io habentia verba tertiae coniugationis sunt productae, fivi vel fii faciunt specie perfecta, suffio suffivi vel suffii. unum repperi eiusdem coniugationis defectivum genere, sicut soleo solitus sum, sic fio factus sum. g ante io habens verbum tale inveni, *fugio:* facit enim fugio fugis *fugi*, quod est tertiae correptae, cum in imperativi modi secunda persona fuge faciat, ut Vergilius 'heu fuge crudelis terras'. h ante io habentia verba primae coniugationis repperi, avi facientia specie perfecta, hio inhio, hiavi inhiavi. i k ante io finita verba non inveni. l ante

---

Prob. cathol. 35, 8—36, 4 14 ceveo *p. 489, 10*

---

8 facientem *om. B* 10 supra monstravi] *p. 484, 12. 485, 4* 11 vel *om. B* 13 speciem perfectam faciens *B* Cicero] *in Catil. II 12, 27* 14 conibere *B* Persius] *sat. 1, 87* 15 ceuis *B* 18 de is *B* de iis *v* 21 speciem perfectam *B* 22 ai aisti] aio aistis *B* 24 tertiae productae sunt productae ciui *B* tertiae sunt productae civi *v* 25 uixi *corr.* uinxi *B* 27 fivi vel fii *v* fui uel fii *B* 29 fio fio factus sum *B* fio fis factus sum *v Probus* 30 fugio *priore loco et* fugi *om. B. fortasse* fugio faciens specie perfecta fugi 32 faciat] facit *B* heu] *Verg. Aen. III 44* 33 habentia verba *v* habens uerba *B*

io verbum habens tertiae productae repperi, ivi vel ii faciens, polio polivi vel polii. participium passivum posuit Vergilius, 'iam parte polita', et modi indicativi activitatis speciem inperfectam, polibant. m ante io habens verbum non inveni. n ante io habens verbum, si primae fuerit coniugationis, avi faciet specie perfecta, lanio lanias laniavi; si tertiae productae, nivi vel nii, *munio munivi vel munii.* o ante io positam non inveni. p ante io posita tertiae correptae inveni, pui facientia specie perfecta, rapio rapui, sapio sapui, vel pivi, [sapivi rapivi] cupio cupivi. q ante io positam nusquam inveni, et rationabiliter, quoniam q littera non scribitur nisi ante u et aliam quamcumque vocalem coniunctam. r ante io posita tertiae correptae inveni, ri faciens specie perfecta, sed pe syllaba correpta in principio addita, pario peperi. quidam putant hoc verbum et tertiae productae esse. sed errant: nam infinitum *vel* perpetuum modum Terentius posuit 'parere hic divitias'. quod si esset tertiae productae, ri habuisset syllabam ante re, parire. praeterea re utraque correpta est. nam si produxeris, erit secundae coniugationis, parere, veniens a verbo pareo pares paret, ut Vergilius 'paret Amor dictis'. s ante io habens verbum primae repperi coniugationis, avi faciens *specie perfecta,* basio basiavi. t ante io habens verbum, si tertiae productae fuerit, tivi faciet specie perfecta, partio partivi: sic Cicero partiverunt. dicimus et partior sub eodem intellectu activitatis vel verbi communis [partior]: Vergilius 'et socios partitur in omnes', sicut obsono et obsonor; utrumque enim in uno intellectu. si primae fuerit, avi faciet, satio satiavi. u x y z: ante io positas has litteras non inveni.

V ante o posita primae coniugationis verba regit et tertiae correptae. nam secundae coniugationis vel tertiae productae *verba* u ante o numquam habent, sed secunda e solam, tertia producta e et i. ergo a ante uo posita, si primae fuerint coniugationis, avi facient specie perfecta, lavo lavas lavavi [volo volavi]; si tertiae correptae, vi, lavo lavis lavi. dicimus

---

Prob. cathol. 36, 4—35 8 q ante io *p. 491, 20*

---

2 iam] *Verg. Aen. VIII 426* 3 speciem inperfectam *Probus* specie inperfecta *B* polibant] *Verg. Aen. VIII 436* certatim squamis serpentum auroque polibant 6 munio munivi vel munii *om. B, add. Probus* 7 posita *B* posita *corr.* — tam *B* 8 rapio rapui, vel ii, cupio cupivi vel cupii *Probus: cf. Priscian. l. X p. 499, 18* 9 positum *B* 10 ante u et aliam quamcumque vocalem iniunctam *Probus* ante u uel aliam quamcumque uocalem habeat coniunctam *B, correxit editor Vindobonensis coll. p. 491, 20* 11 ri faciens *Probus,* peri faciens *B* 13 vel *om. B* 14 Terentius] *Andr. IIII 5, 2* 16 erit *Probus* erint 'τῷ i *ut videtur in* u *mutato' B* 17 paret] *Verg. Aen. I 689* 18 faciens specie perfecta basio basiavi *v Probus* faciens uasio uasiaui *B* 20 partiverant *Probus* 22 et socios] *Verg. Aen. I 194* 25 u ante o posita *Steupius de Prob. gramm. p. 155,* a ante uos (*corr.* uo) posita *B* 26 verba *om. B, add. v Probus* 27 solam *v* sola *B* 28 labo lauas laui uolo uolaui si tertiae correptae bi labo labi dicimus et labor labaris *B* lavo lavavi, si tertiae, vi, lavo lavis lavi. dicimus et lavor lavaris *Probus*

p. 66. 67 V.

et lavor lavaris sub uno intellectu. b ante uo *posita* tertiae correptae repperi, bui faciens specie perfecta, inbuo inbui. primae vero coniugationis non inveni. c ante uo *positam* tertiae correptae coniugationis verba *regentem repperi*, cui facientem specie perfecta, acuo acuis acui. d: nec hanc litteram ante uo positam regentem verba primae coniugationis inveni, sed tertiae correptae, dui facientem specie perfecta, induo induis indui. nam, sicut ante docui, u ante o posita aut primae coniugationis verba regit aut tertiae *correptae*, secundae vero vel tertiae productae numquam. e: et huius litterae ante uo positae verbum tertiae coniugationis *repperi*, vi faciens specie perfecta, cevo cevis cevi: 'an Romule cevis?', significat autem cum turpitudine cedere vel turpiter incurvari. primae coniugationis verbum e ante uo positam habens non inveni. f: hanc litteram ante uo positam non inveni verba regere; novo more unam declinationem ex hac quasi descendentem legi apud Terentium in Hecyra, 'fors fuat pol'. | g: huius litterae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni, sed tertiae correptae, gui faciens specie perfecta, arguo arguis argui et unguo unguis ungui. dicimus et ungo ungis unxi: nam ungeo non legi. h: hanc litteram ante uo positam non inveni. i ante uo posita primam regit coniugationem, speciem perfectam avi facit, derivo derivas derivavi. k: haec littera ante uo posita nullum verbum regit. l ante uo posita tertiam correptam coniugationem regit, lui facit specie perfecta, diluo diluis dilui. m: hanc litteram ante uo positam non inveni. n: haec littera ante uo posita tertiam coniugationem regit correptam, nui facit specie perfecta, ut innuo annuo renuo, innui annui renui. o ante uo posita primam regit coniugationem, speciem perfectam vavi terminat, novo renovo, novavi renovavi. p ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit et specie perfecta pui facit, spuo spui, respuo respui. q ante uo posita et primam coniugationem regit et tertiam correptam: primae quavi facit specie perfecta, aequo aequavi, exaequo exaequavi; tertiae vero correptae qui, relinquo relinquis reliqui. r: haec littera ante uo posita et primam coniugationem regit et tertiam correptam: primae specie perfecta vavi *terminatur*, tertiae correptae ui, ut servo servavi, ruo rui. s ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit, suo suis sui.

Prob. cathol. 36, 36—37, 31 10 cevo *p. 487, 14*

---

1 posita *om. B* 3 c ante uo tertiae correptae coniugationis uerba ui facientem *B* c et hanc litteram ante uo tertiae correptae regentem verba repperi cui facientem *Probus* 8 aut tertia secundae uero *B* 9 ante uo] aute u *B* repperi *Probus* regit *B*. *an potius* et haec littera ante uo posita verbum tertiae correptae regit? 10 caeuo caeuis caeui *B* an] *Pers. sat. 1, 87* 11 *fortasse* cum turpitudine incedere incurvari *v* incurbari *B* 12 positum habens *B* 13 nomore (uo) nam declinationem *B* 14 in ecyra *B*: *Terent. Hec. IIII 3, 4* 16 specie perfectae *B* 17 nam ungueo non legi *Probus* 24 renuo] rennuo *B* renui] rennui *B* 30 reliqui] relinqui *B* 32 terminatur *om. B*, *add. v Probus*

t ante uo posita primam regit coniugationem et specie perfecta avi facit, ut fluctuo fluctuas fluctuavi. u x y z: has litteras ante uo positas verba regere non inveni. hoc modo declinabuntur omnia verba o terminata, ante eam habentia vocales illas, quas memoravi, exceptis defectivis.

Nunc ad syllabas consonantium veniamus. quae consonantes si sint ante novissimam litteram o, aut primae coniugationis facient verbum aut tertiae correptae. nam secunda coniugatio vel tertia producta consonantem ante o litteram numquam habent, sed, ut frequenter docui, secunda quidem e solam, ut doceo doces; tertia vero producta duas, e et i, ut redeo redis, munio munis. bo terminata, primae si sint, bavi facient specie perfecta, libo libavi; tertiae vero correptae bsi, ut nubo nubsi, aut bui, ut sorbo sorbui, quamvis et sorbsi lectum sit. co primae si sint, cavi facient specie perfecta, ut sicco siccavi, dico dicas dicavi: 'propriamque dicabo': aut cui, ut mico micui; tertiae vero correptae aut ci, ut vinco vici, aut xi, ut dico dixi, duco duxi, aut ui, *ut* senesco senui et pasco pavi. do primae si sint, aut di facient specie perfecta, ut do das dedi, aut davi, ut laudo laudavi; tertiae vero correptae aut didi, ut addo addidi, credo credidi, aut si, ut cedo cessi, aut cidi, ut cado cecidi, caedo caedis cecidi. nam cedo, quod significat da, sine verbi totius substantia solum reperitur numero singulari, cedo, numeri pluralis cette: sic Plautus et antiqui comoediographi, sicut est salve salvete salvere. nam quod Plautus in Truculento posuit 'non salveo', inridenter posuit pro persona rustici. fo: non inveni verba hac syllaba terminata. go primae gavi facit, ut rogo rogavi; tertiae vero correptae aut xi, ut pingo pinxi, sugo suxi; aut *si*, ut tergo tersi: lectum est et tergeo, *unde* utramque declinationem indifferenter invenimus, 'spicula lucida tergunt' a tergo tergis, *et* tergent a tergeo terges: et vergo versi facit: aut gi [ut tango tetigi] et in principio syllabam adicit, sicut pungo pango, pupugi pepigi. quidam pepigi defectivum tempore putant esse, ut odi novi memini. ho primae coniugationis havi facit, ut incoho incohavi. quidam putant inchoo debere dici inperitissime. nam neque post c litteram h latina verba regit,

Prob. cathol. 37, 31—38, 28 11 sorbo *p. 485, 24* 21 salve *p. 433, 7* 25 tergeo *p. 486, 8*

8 solam *v* sola *B* 9 duas *v* duab. *B* 11 bsi] psi *B et codex Probi* sorbeo *B* 13 propriamque] *Verg. Aen. I 73* 15 ut *post* ui *om. B* 18 caedo caedis] cedo cedis *B* 19 nam caedo *B* 20 singulari caedo *B* comoediografi *B* 21 sicut et salve *Probus* in Truculento] *II 2, 4* 24 aut si ut tergo tergis tersi lectum est et tergeo unde in uergilio utramque declinationem indifferenter inuenimus et spicula lucida tergunt aut tergo tergis et tergent ergo terges *codex Probi*, aut utramque declinationem indifferenter inuenimus ut tergo tersi lectum est et tergeo spicula lucida tergent a tergo tergis tergent a tergeo terges *B* 26 spicula] *Verg. Aen. VII 626* 27 ut tango tetigi *tamquam additamentum notavit Steupius de Prob. gramm. p. 154* 29 defectivum *bis scriptum est in B* 30 incoho] inchoo *corr.* inchoho *B*

p. 68. 69 V.

exceptis tribus nominibus, pulcher Orchus lurcho; neque o littera ante o in latinorum verborum prima persona reperitur; sed illae tres vocales, quas ante docui, e i u, nec a nec o. nam quod Plautus *posuit* boo, graece posuit, βοῶ βοᾷς, unde derivatur reboo. nam latinum verbum o ante o habens nusquam repperi. tertiae vero correptae verba ho terminata xi facient, traho veho, traxi vexi. ko: non invenitur verbum hac syllaba terminatum, rationabiliter. | nam k littera non scribitur nisi ante a litteram in principiis nominum vel verborum, cum sequentis syllabae consonans principium sit, sicut *in* institutis artium, hoc est in primo libro, monstravi, Kamenae kalendae kaleo kareo, et siqua talia. lo primae si sint coniugationis, lavi facient, celo celavi; tertiae vero correptae aut lui, ut excello excellui, aut li, ut tollo sustollo, tuli sustuli [*sustuli* de utroque verbo venit: nam tuli ab eo quod est fero tuli facit]. mo primae coniugationis aut mavi facit, ut amo clamo, amavi clamavi, aut mui, ut domo domui, Cicero 'domuisti gentes'; tertiae vero correptae aut psi, ut sumo sumpsi, aut mui, ut tremo tremui. no primae coniugationis navi facit, sano sanavi; tertiae vero correptae ni, sed in principio syllaba adiecta, cano cecini, aut vi, ut sino cerno, sivi crevi. po primae coniugationis pavi facit, ut stipo stipavi, tertiae vero correptae pi, rumpo rupi. q: haec littera ideo non invenitur regens verbum, quoniam nullam litteram antecedere potest nisi u et aliquam vocalem cum ea antecedente iunctam. unde supra, cum de vocalibus antecedentibus o litteram tractaremus, posuimus relinquo relinquis reliqui. ro primae coniugationis ravi facit, oro oravi; tertiae vero correptae aut vi, ut sero sevi, aut sivi, ut quaero quaesivi, aut rui, ut insero inserui. so primae coniugationis savi facit, penso pensavi, tertiae correptae sivi, quaeso quaesivi. tale est etiam cerno cresco crevi. to primae coniugationis tavi facit, muto mutavi; tertiae vero correptae si, mitto misi, aut ti, verto verti, aut tui, sterto stertui. si c ante to habuerit prima verbi persona, prima coniugatio tavi facit, ut macto mactavi, tertia correpta xui, necto nexui, flecto flexui. xo primae coniugationis verba xavi facient, flexo flexavi, aut xui, enexo enexas enexui; tertiae vero sola xui, ut nexo nexis nexui.

Prob. cathol. 38, 29—39, 26 1 exceptis tribus nominibus *Prob. 10, 21* 20 q haec littera *p. 488, 8*

---

3 Plautus reboo *B*: *Amphitr. I 1, 77* boat caelum fremitu virum. *nam* reboo *ex iis quae sequuntur ortum est. quamquam dubito an grammatico potius quam librariis error tribuendus sit* 8 cum sequentis syllabae] consequentis syllabae *B* consequentis syllabae si *v* 9 sicut in institutis *v* sicut institutis *B*: *cf. p. 473, 17* 12 sustuli *semel scriptum est in B. adscripta autem sunt verba a recentiore grammatico, qui diversam ab antiquiore doctrinam sequebatur*: *cf. Charis. p. 247, 27. Diom. p. 372, 4. 380, 12.* 15 Cicero] *p. Marc. 3, 8* 18 cano] kano *B*: 21 aliquam vocalem — iunctam *Probus* aliqua uocale — iuncta *B* 22 supra] *p. 489, 30* 31 xaui facient elixo elixas elixavi, aut xui, enixo enixas enixui *Probus*

p. 70 V.

Quoniam, sicut arbitror, iam sufficienter tractavimus de verbis o littera terminatis, nunc veniamus ad ea, quae or syllaba finiuntur. | or syllaba terminata sive pura sive *iuncta, id est sive* vocali vel consonanti praecedente, si primae sint coniugationis vel secundae vel tertiae productae, ante novissimam litteram s secundae personae activitatis ri syllabam accipientia facient secundam personam passivitatis, ut amo amas amor amaris, doceo doces doceor doceris, munio munis munior muniris. tertiae vero correptae coniugationis verba i litteram in e mutabunt et sicut illa ri ante s accipient, ut lego legis legor legeris, et siqua talia. tempus autem perfectum facient omnes coniugationes participio masculino temporis praeteriti addita sum syllaba, hic amatus amatus sum, hic doctus doctus sum, hic scriptus scriptus sum, hic munitus munitus sum. fit autem participium temporis praeteriti generis masculini ex secunda persona activitatis in prima quidem coniugatione et tertia producta accepta syllaba tu ante novissimam litteram s, ut amo amas hic amatus, munio munis hic munitus; in secunda vero et tertia correpta pereunte littera paeneultima secundae personae activitatis et tu ante s posita, ut doceo doces hic doctus, dico dicis hic dictus, aut pereuntibus duabus litteris paeneultimis et su ante novissimam litteram s posita, ut necto nectis necsus sum; quamvis posterius pro c et s x posuerint, ut nexus sum. imperativus modus passivitatis re syllaba addita imperativo activitatis fiet similis *infinitivo activitatis*, ut amare scribere munire. de hac tamen ratione et de modo infinito plenius in institutis artium, id est libro primo, docuimus. illorum vero verborum, id est r terminatorum et non venientium ab o littera, species perfecta notetur de participio temporis praeteriti.

Quoniam igitur de pedibus disyllabis et trisyllabis nec non et quattuor syllabarum in primo docui libro, *de* nominum vero ratione verborumque in hoc, consequens arbitratus sum et de structuris placentibus nostro tempore paucis admodum demonstrare, quas multi credunt metro debere constare, quorum opinioni non libenter consentimus; quoniam et

Prob. cathol. 39, 27—40, 19

3 siue pura siue uocali uel consonanti praecedente *B* sive pura sive consonante praecedente *aut* sive vocali sive consonante praecedente *Steupius de Prob. gramm. p. 154* 5 ris syllabam *B* 8 sicut illa *v* sicut ille *B* sic cum e *Probus* 16 littera] syllaba *B* 19 necsus *v* nexsus *B* quamuis posterius pro ces x posuerunt *B* quamvis posteriores pro c et s x posuerunt *Probus* 21 infinitivo activitatis *om. B.* infinito activorum fiet similis *Wentzel symb. crit. (Vratisl. a. 1858) p. 29* 23 libro primo] *p. 434, 35* 25 *inscriptionem* DE STRVCTVRA *in Probi libro addidit Parrhasius* 26 in primo docui libro] *cf. Plot. de metris p. 498, 19* de nominum vero ratione *Probus* nominum uero rationem *B*

Tullius et ceteri oratores monosyllabo struxere verbo, cum una syllaba metrum non sit. est autem structura verborum compositio, dicta ab struendo, id est componendo, unde structores compositores alicuius rei dicuntur. quamquam igitur hae in omni oratione servari debeant, tamen maxime in verbis duobus, novissimo et paenultimo, sunt delectabiliter componendae. antiqui quidem oratores, in quibus maxime Tullius, numquam necessariis sensibus praeposuerunt orationis structuram; sed magis fortiter et gravi compositione quam molliter vel laxe dicere maluerunt, et cum | haberent occasionem sic struendi, quem ad modum nostri temporis homines delectantur, tamquam de industria usi sunt structura forti potius quam delectanti, sicut exemplis Tullianis breviter probare poterimus. quod in primis est videlicet nostro tempore vitiosum, Tullius non dubitavit verbo monosyllabo finire structuram, ut 'ab istius petulantia conservare non licitum est' et 'quae cum his civitatibus C. Verri communicata sunt' et 'quod P. R. iam diu flagitat, extincta atque deleta sit'. hae compositiones demutatae facient nostri temporis structuras sic, ex tribrachy et ditrochaeo 'ab istius petulantia non est licitum conservare', ex trochaeo et dactylo et ditrochaeo 'quae sunt G. Verri cum his civitatibus copulata', ex trochaeo et bacchio a longa 'id quod P. R. iam diu flagitat, extincta sit atque deleta'. disyllaba structura, quae non valde quibusdam placet, antiquos viros vehementissime delectabat. est enim fortis admodum vitansque etiam nostri temporis barbarismum, si non fuerit spondeo vel trochaeo post dactylum finita, ut 'primus ab oris' et 'in quo meam voluntatem P. R. perspicere possit'. sic enim versum heroicum hexametrum faciunt, quae sola versificatio est oratoribus devitanda. nam si omnem fugere voluerint, tacebunt, quoniam nulla oratio sine metro constat. trisyllaba structura nostro tempore caute ponenda est, ne aut versum heroicum faciat ex trochaeo composita et bacchio a brevi, ut 'capta fuissent', aut, ut quibusdam placet, barbarismum, si ex spondeo vel iambo vel quovis pede, cuius sit novissima syllaba natura longa, componatur et aliquo pede trisyllabo, qui positus bene sonet. nam si plausibilis non fuerit barbarismum nostri temporis vitans, nec

Prob. cathol. 40, 19—41, 18

2 est autem structura — dicuntur *a recentiore grammatico ad explicandum nomen structurae interposita sunt. eadem post 495, 22* sed ut — delectare *Probi nomine citata leguntur in commentario de structuris p. 508 ed. Vindob.* 4 quamquam igitur haec in omni oratione seruari debeat *B* hae quamvis in omni oratione servari debeant *Probus* 9 occansionem *B* 13 ab istius] *Cic. in Verr. act. pr. 5, 14* 14 quae] *Cic. div. in Caecil. 4, 14* 15 quod] *Cic. div. in Caecil. 8, 26* 16 sit *v* sint 'τῷ u *obelo transfixo*' *B* haec compositiones *B* 20 sit] sint *B* 23 primus] *Verg. Aen. I, 1* 24 in quo] *Cic. in Verr. act. pr. 12, 34* 25 uersum heroicum et trimetrum *B* versum heroici metri *Probus: cf. p. 495, 23* 26 omnem *Probus* omnes *B. fortasse* omnes versus 28 bacchio a brevi *Probus* bacchio et breui *B* 29 fuissent *Probus* fuisset *B* 31 componatur ex aliquo uerbo trisyllabo *B et codex Probi*

structuram faciet nobis placentem, quale est exemplum et illud inter multa similia Tullianum, 'sententia sua liberat' et 'cuius ego causa laboro'. quattuor syllabarum structura sic vitabit nostri temporis barbarismum, sicut disyllaba, quamvis multi non sapienter et in tali compositione barbarismos esse dixerint, si paeneultimum verbum habeat novissimam syllabam natura longam, ut 'ad meas capsas admisero' et 'industriaeque meae contenderem'. | ergo si nos ad eius modi structuram aliqua necessitas detulerit, poterimus reprehendentes inperitissimos comprobare, si nosmet nostrum officium fecerimus, corripientes syllabas breves, longas producentes, ut est 'causa laboro', sa producentes, et 'capsas admisero', sas producentes. in istis enim tantum modo syllabis, si correptae fuerint, erit barbarismus, non in tota compositione structurae, id est 'capsas admisero', quoniam barbarismus una parte orationis fit, pluribus numquam. nam si hoc ita esset, non in tantum doctrina latuisset, ut eam Tullius ignoraret, vel tantum potuisset, ut ea post illum et multos ante alios nostris temporibus nosceretur; quorum velim obscuram peritiam devitare illorum nobilissima neglegentia decoratus.

Nunc igitur quoniam docuimus haec, quae a nobis stultissime reprehenduntur, indifferenter a prioribus posita, structuras nobis delectabiles componamus. amphibrachys et molossus 'probare deberes', amphibrachys et bacchius a longa 'dolore derisus', anapaestus et paeon tertius 'fieri potuisset', anapaestus et ionicus minor 'modicos coluerunt', antispastus et molossus 'coheredem detraxit', amphimacrus et hippius secundus 'optime navigavi', bacchius a longa *geminatus* 'detrudit heredem', bacchius et molossus 'cantare fecerunt', bacchius a brevi et hippius secundus 'dolores detulerunt', choriambus et hippius primus 'condidimus sepultura', chorius, id est trochaeus, et bacchius a longa 'esse delectum': chorius et paeon tertius facient illam structuram Tullio peculiarem, 'esse videatur': dactylus et ditrochaeus 'hostibus temperare', dactylus et ionicus minor 'omnia placuerunt', ditrochaeus et bacchius a longa 'vindicatur electus', dactylus et paeon tertius 'curiam renovare', dactylus et dispondeus 'lumina deponebant', epitritus quartus et bacchius a longa 'deducente subducit', epitritus quartus et molossus 'inpellente devinxit', epitritus *quartus* et dispondius 'contemnere persuadenti', epitritus tertius et ditrochaeus 'piratico liberasset', hippius tertius, id est epitritus, et hippius primus 'provincia

Prob. cathol. 41, 19—42, 17

1 nobis placentem quale est exemplum nobis placentem et illud *B* 2 sententia] *Cic. in Verr. act. sec. I 4, 9* liberaverant *Probus* cuius] *Cic. div. in Caecil. 7, 23* 5 dixerunt *B* 6 ad meas] *Cic. div. in Caecil. 16, 51* industriaeque] *Cic. in Verr. act. pr. 12, 35* 17 posita *v Probus* positas *B* 21 desisus *corr.* derisus *B* 24 geminatus *om. B, add. Probus* 29 hostibus *Probus* hospitibus *B* 31 curiam *v Probus* choriambum *B* 32 deducente subducit *v* ducenti subducit *B* deducente subducunt *Probus* 33 epitritus et dispondius contemnere persuadent *B, om. Probus* 35 id es epitritus *B* id est tertius epitritus *v*

recedentis', | hippius tertius et hippius secundus 'dilexerant Caepiones', 'praedonios vindicasti', ionicus maior et ionicus minor 'contagia doluerunt', ionicus maior et ditrochaeus 'depellere castitatem', paeon primus et hippius quartus 'decipere contendebat', paeon secundus et dispondeus 'pericula devitavi', trochaeus et bacchius a longa 'sume deceptum', tribrachys et ditrochaeus 'Cererem decanamus'.

Has quidem a nobis repertas structuras composuimus, nunc aliquas Tulli componamus, quae possint auditores nostri temporis delectare. amphimacrus et antispastus 'maxime laboraret', bacchius a longa et paeon tertius 'pudentem exitum quaesisse videatur', trochaeus et bacchius a longa 'securi esse percussum', 'iste vexarat', 'stare non posse', proceleumaticus et ditrochaeus [scire voluerunt] 'populus Romanus voluerit vindicare', bacchius a longa et molossus '*causamque cognovit*', trochaeus et molossus 'ipsa delegit'. amphibrachys et molossus 'probare deberent', antispastus et bacchius a longa 'voluntate concedam', choriambus et ditrochaeus 'ingenio sustinere', dactylus et antispastus 'corpore perhorresco', paeon primus et ditrochaeus 'iudicium sustinebit', bacchius a longa *et molossus* 'subscriptor addatur', diiambus et hippius secundus 'iniuria commoveri', tribrachys et hippius quartus 'cuius quaestor fueris accusare', dactylus et hippius quartus 'procellam temporis devitare', iambus et ditrochaeus 'diu machinatur', choriambus et paeon tertius 'composui rationem'. | sed ut brevissime de structuris delectantibus doceamus, observandum est nobis ne aut versum heroici metri faciamus aut in natura longam syllabam paeneultimo verbo terminato trisyllabo finiamus; ceteris paene omnibus auditores possumus delectare.

Prob. cathol. 42, 17—43, 10

1 hippius tertius et hippius secundus *v* hippius secundus et hippius tertius *B* 2 praedonios *v Probus* praedones *B* 3 maior] minor *B* 4 contendebat *Steupius de Prob. gramm. p. 155* contendebant *B* 5 deceptum] decretum *coniecit editor Vindobonensis* 9 maxime laboraret *Probus* maxime laborare *B: Cic. div. in Caecil. 3, 9* 10 pudentem] *in Verr. act. sec. I 1, 2* 11 securi] *in Verr. act. sec. I 5, 14* iste] *in Verr. act. sec. I 6, 16* stare] *in Verr. act. sec. I 7, 20* 12 scire voluerunt *om. Probus* populus] *in Verr. act. sec. I 8, 22* populus Romanus de nobis voluerit iudicare 13 causamque cognovit *om. B, ex Probo add. v: div. in Caec. 1, 1* si mei consilii causam rationemque cognoverit 14 ipsa] *div. in Caecil. 5, 19* 15 probare] *div. in Caecil. 6, 20* voluntate] *div. in Caecil. 9, 27* 16 ingenio] *div. in Caecil. 12, 37* 17 corpore] *div. in Caecil. 13, 41* 18 iudicium] *div. in Caecil. 15, 48* et molossus *om. B, add. Probus* subscriptor] *div. in Caecil. 16, 50* 19 iniuria *B* iniuriis *Probus: div. in Caecil. 20, 64* dolore atque iniuriis commoveri 20 cuius quaestor fueris *Probus* caedi quaestor fuerit *B: div. in Caecil. 20, 65* 21 procellam] *in Verr. act. pr. 3, 8* procellam temporis devitaret 22 diu] *in Verr. act. pr. 6, 15* cum interea aliud quiddam iam machinetur 26 delectare M CLAUDI SACERDOTIS ARTIUM GRAMMATICARUM LIB. II. EXPLICIT FELICITER SCRIPTORI UITA LEGENTI FELICITA *B*

LIBER TERTIVS

MARII PLOTII SACERDOTIS

DE METRIS

Marivs Plotivs Sacerdos composvi Romae docens de metris.

Cum de institutis artis grammaticae primo libro me tractavisse comperisset vir clarissimus Vranius, nec ei displicuisset, vel quod non absurde compositus, vel quod ad eius filium virum clarissimum mihi contubernalem et aetate paene studiisque coniunctum Gaianum scriptus esset, compulit ut etiam de nominum verborumque ratione nec non etiam de structurarum compositionibus exprimendis breviter laborarem. cuius praestantissimi viri iussionibus libens arbitror libro secundo nos explicabiliter oboedisse. nunc in hoc sive tertio sive novissimo artium libro, ab eodem summo viro commendatus vobis viris amplissimis, nobilitatis splendore praedito Maximo et omni laude praedicabili Simplicio, quorum et ad quos seria non nisi de

---

A codex Valentianus N. 5. 1. olim S. Amandi Elnonensis
a eiusdem codicis corrector antiquus. a corrector recentior*
B codex Leidensis Vossianus 79. 8
b eiusdem codicis corrector
C codex Parisinus Sangermanensis 1094
p editio Putschii, ex qua pauca adscripta sunt

INCIPIT LIBER MARII PLOTII Marius plotius sacerdos composui romae docens de metris *A* MARII PLOTII SACERDOTIS DE METRIS. MARIUS PLOTIUS SACERDOS CŌPOSUI ROMAE. DOCENS DE METRIS *B* MARIUS PLOTIUS SACERDOS COMPOSUI ROME DOCENS DE METRIS *C* MARII PLOTII AD MAXIMVM ET SIMPLICIVM CL. V. V. DE METRIS LIBER. Marius Plotius Sacerdos composui Romae docens de metris *p* 5 tractasse *B* comperisset uir clarissimus *B* comperissem et uir clarissimus *A* comperissem et ūc *C* 6 non *om. A, add. BC* 7 uirū clarissimū *B* ūc. *AC* contubernialem *A* 8 et *om. Ap, add. BC* g.aianum *una littera post* g *deleta B* 9 etiam *posteriore loco om. p* 10 presentissimi *A* 11 libens *om. C* 12 ab] ad *A* 12 commendatus *AC* commendato *B* 13 praedito *pC* prodito *B* dedito *A*

litteris exercentur, quoniam iubere dignati estis, me posse etiam de metris ‖ tractare iudicastis, breviter esse componendum decrevi. sed quoniam metrorum rationem dicturos prius decet pedes considerare, quibus sunt carmina modulanda, de horum numero, nomine, nominum derivatione schematibusque, quam verissime poterimus, breviter explicemus.

DE PEDIBVS

Sunt igitur pedes alii disyllabi, alii trisyllabi, quorum unde nomina deducta sint doceamus et quot habeant schemata. sunt et ex disyllabis geminatis pedes tetrasyllabi, quorum et nomina et schemata subiungemus. sunt et ex disyllabis et trium syllabarum pedibus copulatis | pedes syllabarum quinque et ex duplicatis trisyllabis pedes senarum syllabarum, de quibus non arbitror esse necessarium diligentius laborare.

Disyllabi pedes sunt numero quattuor, ideo quoniam una syllaba duo schemata habet; nam aut longa est aut brevis: duae syllabae quattuor schemata habent; nam aut ambae breves sunt, aut ambae longae, aut una brevis una longa, aut una longa una brevis. pyrrichius pes ex duabus brevibus constat temporum duum, ut erus, qui a pyrricha, lusus genere, nomen accepit, quia hoc sono milites usi 'sub armis' per ludum, ut ait ille, 'ciebant simulacra pugnae'. ‖ ipsa tamen pyrricha dicta est a Pyrricho Cydonio, qui primus Cretenses sub armis saltare ad huius pedis sonum instituit. alii dicunt a Pyrro, Achillis filio, quem primum in tumulo pa-

---

1 *fortasse* quoniam me posse etiam de metris tractare iudicastis, quod iubere dignati estis breviter esse componendum decrevi   etiam de metris *BC* de metris etiam *Ap*   3 dicturos *Gaisfordius et codex Scaligeri 53* dicturus *ABC* dicturum *p*   4 modnlanda horum numerorum nominum deriuatione *B*   6 DE PEDIBVS *om. ABC*   8 deducta sunt *ABC*   10 sunt ex dissyllabis *posteriore loco B:* et *add. AC*   13 dua scemata *A*   17 brevibus] syllabis *B*   erus *B* herus *AC*   a pyrrica [h] *C* a pyrrica *A* a pyrrichica *B*   18 sub armis per ludum ut ait ille quiebant simulacra pugnarum *A* sub armis ut ait ille per ludum (ciunt *add. b*) simulacra pugnam *B* sub armis per ludum ut ait ille [belli] simulacra ciebant *C:* *Verg. Aen. V 585* pugnaeque cient simulacra sub armis, *ib. 674* qua ludo indutus belli simulacra ciebat   19 pyrricha *AC* pyrrichica *B*   pyrricho cidoneo *A* pyrro cidoneo *B* pyrro cydoneo *C* Pyrrho Cydoneo *p*. *Pyrrichi nomen coniectura restituit Sopingius in Hesych. v.* πυρριχίζειν, *e codice A Schottus in Procl. chrestom. apud Gaisfordium in Hephaest. p. 447 (v. 1 p. 625 ed. sec.).* Pyrrus *codices Plinii n. h. VII 204: cf. schol. in Pind. Pyth. 2, 127*   20 pedum *corr.* pedis *B*   21 alii] *schol. in Pind. l. c.* ἔνιοι δὲ οὐκ ἀπὸ Πυρρίχου τοῦ Κρητὸς τὴν πυρρίχην ὠνομάσθαι, ἀλλ' ἀπὸ Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως παιδὸς ἐν τοῖς ὅπλοις ὀρχησαμένου ἐν τῇ κατὰ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου νίκῃ. Ἀριστοτέλης δὲ πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυρρίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι, ὥστε παρὰ τὴν πυρὰν τῆς πυρρίχης τὸ ὄνομα τίθεσθαι   alii a Pyrrho Achillis filio, quem dicunt primum — saltauisse *p* alii dicunt a Pyrrho Achillis filio, quem primum — saltauisse ferunt *Schottus l. c.*

tris sui armatum honoris gratia saltavisse. Aristoteles autem Achillem ait huius lusus inventorem fuisse. quibusdam placet ab ardore, id est a velocitate sui soni, nomen accepisse hunc pedem [ἀπὸ τοῦ πυρός, id est a flamma, ac per hoc a velocitate]. cognatus enim sensus ardoris et velocitatis est, unde 'instant ardentes Tyrii', id est festinantes, et 'ardet abire fuga', id est festinat. pyrrichio contrarius est spondeus ex duabus longis temporum quattuor, ut heres. qui a sacrificio nomen possedit, | quod graece σπονδή nuncupatur, quoniam hoc sono hymnos, id est laudes, dis inmortalibus decantabant. iambus ex brevi et longa constat temporum trium, ut Ceres. cui nomen Iambe, Celei filia, dedit, quae cavillationes iocosas huius pedis sono dicens risum Cereri hospitanti ibi gratissimum commovebat: unde etiam huius pedis metrum comoediis, hoc est rei gratissimae, commodatur. trochaeus ex longa et brevi constat temporum trium, ut cera, dictus [trochaeus] a velocitate rotae, quam suo sono imitatur, quae graece τροχός nuncupatur. alii chorium appellant, quia ad choros aptam modulationis ‖ continet rationem: unde etiam pes qui ex hoc et iambo constat choriambus nominatur.

Trisyllabi pedes sunt octo, ideo quoniam tres syllabae octo schemata habent. sed unde traxerint nomen docebo sine exemplis, quoniam in primo libro explicabiliter demonstravi. dactylus dictus est a digito, cuius articulis figuratur, incipiens a longa, desinens in duas breves: digitus enim graece δάκτυλος nuncupatur. anapaestus dactylo contrarius, inde dictus, quod ei referiatur [id est repercutiatur], quod Graeci ἀναπαίειν dicunt. tribrachys a suarum syllabarum qualitate nomen accepit, quod tribus brevibus constet, quae graece βραχεῖαι nuncupantur. molossus dictus, quod a Molosso, Cretensi viro, repertus est [hunc quidam et creticum dicunt]. amphibrachus nuncupatur, quod ex utraque parte, quod

---

1 honora *B corr.* — ris *b* saltauisse *AC* salutauisse *B* saltauisse dicunt *b* aristotelis *A* achillem *B* achillen *pAC* 3 sui soni *Scaliger* sui sonus *ABC* ἀπὸ τοῦ πυρός *p* ΑΠΙΡΟϹ *A*, *om. BC.* ἀπὸ τοῦ πυρός — a velocitate, *quae ad explicanda verba* ab ardore *sqq. adscripta esse videntur, omisit Cuiacius observ. et emend. l. XIII c. 10 p. 601 ed. Colon. a. 1591* id' (*h. e.* id est) flamma *B* 5 instant] *Verg. Aen. I 423* ardet] *Verg. Aen. IIII 281* 8 σπονδή] ΠϹΟΝΔЄ *B* sponde *AC* ymnos *ABC* 10 cui *C* cuius *ABp* iambe *pC* iamba *AB*, *corr.* — bae *b* 12 commouerat *p* 13 accommodatur *p* constat *om. B* 14 dictus a *pC* dictus trocheus a *B* dictus est trocheus a *A* suo sono *AC* sono suo *B* 15 ΤΡΟϹΧΟϹ *corr.* ΤΡΟΧΟϹ *B* trochos *AC* 16 aptamodulatione *B* 18 DE PEDIBUS TRISYLLABIS Trisyllabi *A* 19 traxerint *pC* traxerunt *AB* 20 in primo libro *B* in libro primo *AC: cf. supra p. 492, 25* explicabiliter *A* explicabitur *B* id explicabiliter *pC* 21 articulus figuratur incipiens *AC* articulo figuratur incipientes *B* 22 δάκτυλος] dactilus *AC* 23 ἀναπαίειν *p* ΑΝΑΠЄ *B* anape *AC* 25 ΒΡΑΧΙΑΙ nuncupatur *B* brachiae nuncupatur *A* brechie nuncupantur *C* molosus dictus quod a moloso *ABC constanter* 26 hunc quidam et creticum dicunt *om. BC, add. A p* 27 amphibrachus *A* amphibracus *B* amphibrachus *corr.* — is *C*

Graeci ἀμφί dicunt, brevem, quam illi βραχεῖαν nuncupant, continet. amphimacrus, sicut ante se pes, nomen accepit, quod ex utraque parte longam, quam Graeci μακράν dicunt, habet. dictus est tamen hic pes etiam creticus, quoniam in Creta insula Corybantes, ut vagitum Iovis nati celarent Saturnum, scutis suis sic sonuerunt, graviter breviter graviter. | bacchius dictus est, quod Bacchica, id est Libero patri accepta, modulatio huius pedis sono componebatur. palimbacchius dicitur, quod bacchio contraponitur. ‖

Simplices igitur pedes sunt duodecim. ceteri vero omnes compositi sunt, ex disyllabis quidem sedecim, quoniam quattuor syllabae sedecim schemata habent. quorum nomina unde derivata sint doceamus. proceleumaticus dictus est, quod choros concitantes, ut celerius saltationem celebrarent, inter se hortabantur, et hortatio graece κέλευσις nuncupatur: dispondeus dicitur, quod ex duobus spondeis componitur: choriambus, quoniam ex trochaeo, qui et chorius dicitur, et iambo constet: antispastus, quoniam ex utraque parte a brevibus revellatur, quod Graeci ἀντισπᾶν dicunt: ditrochaeus, quod ex duobus trochaeis figuretur, nomen acccepit; diiambus ante se positi pedis ratione dictus est, quod duobus iambis teneatur: ionici, qui sunt duo, ab Ione inventore suo dicti. epitriti quattuor sunt, ideo hoc nomine vocati, quod ad tres breves una longa variis vicibus teneatur. paeones tot sunt numero, quot etiam epitriti; a Paeone poeta nomen inditum possederunt.

Quinque syllabarum pedes ex disyllabis et trisyllabis vel contra compositi sunt numero XXXII, quoniam quinque syllabae XXXII schemata habent: qua ratione etiam metrum heroicum, quod quinque pedibus variatur, XXXII schemata habet. sex syllabarum pedes sunt numero LXIIII, quoniam sex syllabae schemata habent totidem. hoc tamen scire debemus, quod quinque syllabarum pedes et sex in metro reperiri possunt, et maxime in chororum modulatione, ‖ sed non scanduntur more eorum pedum, qui ex quattuor syllabis constant. nam illi iuncti ex disyllabis uno nomine suo nuncupantur, | hi vero per eas partes, per quas compositi sunt; ut si sit ex spondeo et dactylo pes compositus, non totus ipse scanditur,

1 graece *corr.* — ci *B* amphi *ABC* ΒΡΑΧΙΑΝ *B* brachyan *A* brachian *C* 3 longam *om. A, add. BC* quam graeci ΜΑΚΡΙΑΝ *B* quam (quem *A*) greci macran *AC* dictus est etiam hic pes creticus *B* 5 celerent *B* 6 est *priore loco om. C* quod bachia *ABC* quod Baccho *p* modulatione, *ut videtur, corr.* modulatio *B* 11 unde *om. A, in marg. add. a* deriuata sint *pC* deriuata sunt *A* deriuata s̄t *B* 13 κέλευσις *p* keleusis *b* celeusis *C* eleusis *AB* 15 constet *BC* constat *pA* 16 reuellatur *p* reuelatur *AB* releuatur *C* ANTIC.ΠAN *una littera ante* Π *deleta B* antispan *AC* 18 positi *om. ACp, add. B* 19 ab iono *C* 21 teneantur *A* etiam *om. pA, add. BC* 22 possederunt *pA* posuerunt *BC* 23 uel contra positis sunt *C* 25 qua ratione — habet *om. A, add. BCa* 26 habent *a* LXIII *ABC* 32 ex pondeo *B* non notus in se scanditur *C* non no(t)tus in se scanditur *B* non nothus in se scanditur *a in marg., om. A*

sicut proceleumaticus, sed spondeo et dactylo: sic etiam si ex duobus dactylis componatur. sed horum omnium subiungere schemata est quidem possibile, sed molestum.

DE METRIS

Metrorum alia sunt simplicia, alia composita. de simplicibus ante tractemus; in quibus generalia sunt octo, de simplicibus pedibus quattuor, de compositis totidem et ipsa simplicia nuncupata. ex dactylo dactylicum metrum dictum, ex anapaesto anapaesticum, ex iambo iambicum, ex trochaeo trochaicum. haec quidem ex simplicibus pedibus facta sunt metra. ex compositis vero, quae similiter metra simplicia nuncupantur, haec sunt, a choriambo pede choriambicum, ex antispasto antispasticum, ex ionibus ionicum, ex paeonibus paeonicum. haec metra divisa per octo undecim reperiuntur. additur enim dactylico quidem spondeadeum, unde etiam apud Homerum invenitur versus omnibus spondeis constans,

Ἀτρείδης τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην.

apud Vergilium, si unam detraxerimus syllabam illi versui, faciemus spondiazontem,

aut levis ocreas lento ducunt argento,

e littera sublata, ubi est syllaba cre. anapaestico metro proceleumaticum additur. nam quoniam dactylo anapaestus contrarius est, ideo proceleumaticum || metrum ex brevibus omnibus constans contra spondeadeum undique longum, quod dactylico additur, secum habet. ionicum duplex est: est enim a maiore, est a minore. sic ergo metra sunt generalia ex octo undecim, dactylicum, spondeadeum, anapaesticum, proceleumaticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, antispasticum, paeonicum, ionicum maius, ionicum minus. dactylicum metrum | solum simplicibus scanditur pedibus, dactylo, spondeo, trochaeo, sed in novissima parte; quamvis quidam trochaeum nec in novissima dactylici metri parte concedant, quoniam novissima syllaba in omni metro indifferens est. sed hac sua ratione errant. alia vero metra per syzygian vel dipodian scanduntur. syzygia di-

11 similiter] simpliciter *ABC* 13 diuisa per UIII. XI repperiuntur *B* diuisa per UII. XI repperiuntur *AC* 14 additur enim dactilico quidem *AC* additur quidem dactilico *B* spondeadeum *B* spondeadum *A* spondedeum *C* spondeazon *p* 16 ΑΤΡΕΙΔΕϹΤΩ | ΔΑΙΘΕΚΑΙΦΡΟΥΤΟΥΝΑΖΕϹΘΗΝ *A* ut atreides ΤΟΔΛΙΤΕ ΚΑΙΦΡΟΥΤΟΥΤΥΕΝΑΖ ecten *B*. *graeca verba non indicata lacuna constanter omissa sunt in C. Hom. Il. A 130* 17 si unam detraxerimus syllabam illi uersui faciemus *pA* si unam detraxeris syllabam illi uersui facia *C* si unam detraxeris illi uersui syllabam facis *B* spondayzontem *B* 19 aut levis] *Verg. Aen. VII 634* 20 e littera sublata] Est littera sullaba *B* syllaba cre *p* syllaba greca *AB* syllaba grece A *C* anapaestico metro] *cf. p 2652* 24 est a minore *om. A, add. BCa* 27 solum *pAC* solis *B* scanditur metris pedibus, *sed deleto* metris *B* 28 in nouissima parte *AC* in nouissimo loco, *sed adscripto in marg. ead. man.* parte *B* 29 concedant *B* concedunt *pAC* 31 alia uero metra *B* alia metra uero *pAC* per synzygiā (sinzygia *C*) uel dipodian *AC* per CINZYΓΙΑΝ uel ΔΙΠΟΔΙΑΝ *graecis litteris constanter B*

syllabis pedibus iunctis unum facit pedem; dipodia vero quinque vel sex syllabis composita pedibus, unde constat, scanditur separatis.

In praepositis metris haec considerare debemus, an generalia sint, ut dactylicum vel iambicum, an specialia, ut heroicum *vel* hipponactium; deinde quantitatem, an dimetrum, an trimetrum, an tetrametrum; deinde catalexin, cuius species sunt quattuor, acatalecta, *catalectica, brachycatalecta, hypercatalecta. acatalecta species est* quae finitur *in* suos pedes vel suorum pedum tempora habentes, ut puta dactylicum in dactylum [vel in spondeum] vel aliquem tot habentem tempora, quot etiam dactylus, ut

quadrupedante putrem sonitu quatit ungula pulverem

vel

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

catalectica species est quae minus una syllaba *vel uno tempore* terminatur, ‖ quam sui pedis quantitas exigit syllabarum vel temporum, ut

postquam res Asiae Priamique evertere gentem.

trochaeus est enim gentem, cum deberet aut dactylus esse aut spondeus. brachycatalecta species est quae in metris scandendis per syzygian, id est per binos pedes disyllabos, venit, cum in novissimo pede composito debenti esse tetrasyllabo unus pes de simplicibus deest, id est duae syllabae, ut

Maecenas atavis edite re.

hic enim unus pes simplex deest, id est duae syllabae, ut sit plenum metrum asclepiadeum, quod spondeo et choriambis *duobus et iambo* constat. hypercatalecta species est, cum finitis pedibus metri praepositi necessariis una syllaba abundat, ut

omnia Mercurio similis vocemque coloremque:

---

1 syllabis] syllabarum *B* 3 In *om. ABC* generalia sint *pA* generalia sunt *BC* 4 dactilicum iambicum *B* an specialia sint *pA* heroicum hyponacticum *A* heroicum yponactium *B* heroicum hiponasticum *C* 6 species sunt IIII acatalectus quae finit suos pedes *ABC* species quatuor, acatalecticus, qui finit suos pedes *p* 8 habentis *AB* ut puta dactilicum in dactilicum uel in (in *om. B*) spondeum *AB* ut puta dactilicum in dactilico uel spond' *C.* vel in spondeum *ad explicanda ea quae sequuntur* vel aliquem *sqq. adscripta esse videntur* 10 quadrupedante] *Verg. Aen. VIII 596* 12 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 13 catalectus *ABC* vel uno tempore *om. ABC* 14 *fortasse* quam quantitas exigit syllabarum vel temporum sui pedis, *nisi potius* syllabarum vel temporum *pro glossemate habenda sunt* 15 p'quam res a. p. q. e. g. *C: Verg. Aen. III 1* evertere gentem] eg *B* 17 brachicatalectus *ABC* 18 per binos *C* per pinos *corr.* per binos *B* per duos *pA* 19 deest *pA* desit *C* uenit *et in marg. eadem manu* desit *B* 21 edite re *p* e. r. *B* E. R. *et in marg. eadem manu* edite regibus *C* erunt *A: Hor. carm. I 1, 1* 22 id est *om. pAC, add. B* 23 quod spondeis (spondeus *corr.* — is *A*) et choriambis constat *ACp* quod spondeo et choriambo constat *B* 24 hypercatalectus *AC* Hic percatalectis *B* praepositi *BC* propositi *pA* 25 abundat *BCp* abundet *A* ut *om. A* 26 omnia] *Verg. Aen. IIII 558*

que syllaba abundat, quam imperitissimi et omni arte metrica separati hebetudine quadam decepti sequenti versui iungunt, 'que et crines flavos', cum non sit artis prioris versus pedes sequentibus copulare. nunc, sicut proposuimus, de dactylico metro primum breviter doceamus. |

DE DACTYLICO METRO

Dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII: hexametras quidem quattuor, heroicam, bucolicam hexametram, choeriliam, priapeiam; pentametras quattuor, acatalectam pentametram integram, dipenthemimericam ‖ archilochiam dactylicam, sapphicam, simmiam; tetrametras duas, bucolicam tetrametram vel heroicam, anacreontiam; trimetras quattuor, hemidexiam, glyconiam, pherecratiam, tertiam trochaicam; dimetras tres, adoniam, hymenaicam, penthemimericam, sed simplicem. de his et horum schematibus per exempla tractemus.

De heroico metro. Heroicum metrum et delphicum et theologicum nuncupatur, heroicum ab Homero, qui hoc metro heroum facta composuit, delphicum ab Apolline Delphico, qui primus hoc usus est metro, theologicum ab Orpheo et Musaeo, qui, deorum sacerdotes cum essent, hymnos hoc metro cecinerunt. hoc metrum recipit pedes hos, spondeum et dactylum, trochaeum, sed sexto loco, id est novissimo. spondeus igitur et dactylus variati faciunt metrum habere schemata XXXII, quae aut exemplis auctorum aut nostris docebimus.

De schematibus heroici metri XXXII. Monoschematistus dactylicus dicitur qui omnes pedes quinque dactylos habet (nam sextus pes non numeratur inter schemata), cuius exemplum hoc est,

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

---

1 Que syllaba *C* syllaba *AB* abundet *A* 4 primum] prius *ACp*, *om. B* 6 et *priore loco om. B* 7 in species XVII *pAC* in species XVI *B* 8 hexametram *om. Cp* *pentametrae species quattuor infra p. 510, 22 sqq. rectius hoc ordine positae sunt*, pentametrum integrum, simmium, sapphicum, dipenthemimericum archilochium acatalectam] catalectam *AC* catalecticam *B* 9 dipenthemimericam] pentemimericam *A* penthimemericam *B* pentamericam *C* archiloicam *ABC* 10 simmiam *A* simiam *B* symmiam *C* tetrametas duo *B* 11 trimetras III *ABC* trimetras tres *p* glyconicam *BC* 12 adoneam *AC* hymenaicam pentememericam *A* himeneicam pentimemericam *B* hymeneicam archiloicam pentamemericam *C* 13 sed simplices *ABC* et *om. pAC, add. B* 15 *inscriptionibus metrorum dactylicorum in B in margine additi sunt numeri* I—XVII metrum et *B* metrum quod et *ACp* theoloicum *B* 16 ab Homero] ex homero *ABC* 17 theoloicum *B* 18 ymnos *ABC* 19 spondeum, dactylum et trochaeum *p. fortasse* spondeum et dactylum; admittit etiam trochaeum 22 auctorum *C* doctorum *B* alienis *a*p, om. A* XXXII *om. A, add. B* 26 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* sonitum procul aere canoro *A* sonitum p. h. *B* s. p. a. c. *C. similiter in reliquis exemplis versuum dactylicorum integra vocabula constanter scripta sunt in A, primae litterae saepius in BC. scriptura codicum BC tum, cum discrepantia in litteris singularibus apparebat, indicata est*

monoschematistus spondeadeus, cum quinque pedibus spondeis versus fuerit compositus, ut

armatumque auro suspexit Oriona.

pentaschematisti dactylici fiunt modis quinque: si primus sit dactylus, ceteri quattuor spondei, ut Lucretius libro III

lumine qui finem vitae fecit et ille,

Vergilius ||

Nereidum matri et Neptuno Aegaeo;

si secundus sit dactylus, ceteri spondei, | ut est

aut levis ocreas lento ducunt argento;

si tertius dactylus, ceteri spondei, ut

tunc formas molles radianti ducunt auro;

si quartus dactylus, ceteri spondei, ut

armatumque auro circumspicit Oriona

et

quae quondam bustis aut culminibus desertis;

si quintus dactylus, ceteri spondei, ut

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

hoc modo fiunt spondeadei pentaschematisti: si primus sit spondeus, ceteri dactyli, ut

o regina, novam cui condere Iuppiter urbem;

secundus spondeus, ceteri dactyli, ut

tu calamos inflare levis, ego dicere versus;

tertius spondeus, ceteri dactyli, ut

pocula bina novo spumantia lacte quotannis;

quartus spondeus, ceteri dactyli, ut

nec tibi diva parens generis nec Dardanus auctor;

---

1 spondeadeus *BC* spondeus *A* spondaicus *p* 3 armatumque] *Verg. Aen. III 517* suspexit *ACp* suspex̄ *B* suspexerit *Gaisfordius* 4 pentaschematistus dactili *B* 6 lumine (limine *Ap*) qui finem uitae fecit et ille uergilii (uirgilii *B* uergil' *C*) *ABC: Lucret. III 1093.* 'limine qui finem uitae fecit' et ille Virgilii *ediderat Putschius, ubi* vitai *scribendum coniecit Lachmannus, ut quinque pedes in exemplo positi essent.* et ille *ad versum Lucretii pertinere vidit L. Muellerus mus. rhenan. a. 1872 p. 284, qui verba* Lucretius — Virgilii *ab interpolatore addita putavit. vitiosum versum, in quo* fecit et *pro molosso positum est, sicut* 3 suspexit, *cur grammatico tribuam, dixi quaest. gramm. part. III de Mar. Plot. Sacerd. (Halis a. 1872) p. VII* 8 Nereidum] *Verg. Aen. III 74* et in neptuno *A* 9 ceteri spondei *B* ceteris spondeis *A* cet̄ spoñ *C*, *et eodem fere modo in reliquis exemplis, sed infra in decaschematistis spondeadeis* ceteri dactili *constanter A* 10 aut leues *pA: Verg. Aen. VII 634* 12 tunc formas molli radianti ducunt argento *B*, *ubi* rutilas *pro* radianti *coniecit Scaliger* 14 armatumque] *Verg. Aen. III 507* 16 quae quondam in bustis *C: Verg. Aen. XII 863* aut] et *p* 18 silvestris] *Verg. bucol. 5, 7* parsit *B* 19 spondeadei *C* spondei *AB* si *ante* primus *om. AB, add. C* 21 o regina] *Verg. Aen. I 522* 23 tu calamos] *Verg. bucol. 5, 2* leues *C* 25 pocula] *Verg. bucol. 5, 67* 27 nec tibi] *Verg. Aen. IIII 365*

quintus spondeus, ceteri dactyli, ut

at tuba terribilem sonitum procul aere curvo.

decaschematisti dactylici fiunt modis decem: si primus et secundus dactyli sint, ceteri spondei, ut

saxa per et scopulos et depressas convallis;

primus et tertius dactyli [sint], ceteri spondei, ut

Dardanidum fortissime magnae gentis Hector;

primus et quartus dactylus, ceteri spondei, ut

o Danaum virtus et gloria Nestor*;

primus et quintus dactyli, ceteri spondei, ut

de grege non ausim quicquam deponere tecum; ||

secundus et tertius dactyli, ceteri spondei, ut

non me carminibus superet nec Phoebi cultor;

secundus et quartus dactyli, ceteri spondei, ut

postquam res Asiae magno ceciderunt lapsu;

secundus et quintus dactyli, ceteri spondei, ut

contemplator item cum se nux plurima silvis;

tertius et quartus dactylus, ceteri spondei, ut

non me Musarum comitem Marium non laudo;

tertius et quintus dactylus, ceteri spondei, ut

tunc alnos primum fluvii sensere cavatas;

quartus et quintus dactylus, ceteri spondei, ut

quam Iuno fertur terris magis omnibus unam.

eadem ratione fiunt decaschematisti spondeadei, sicut exemplis docebimus: primus et secundus spondeus, ceteri dactyli, ut

infandum regina iubes renovare dolorem;

primus et tertius spondeus, ceteri dactyli, ut

absinthi laticem deceptaque non capiatur;

primus et quartus spondei, ceteri dactyli, ut

postquam res Asiae Priamique evertere gentem;

---

2 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* procul aere canoro *pA* p. a. c. *BC*. aere curvo *scripsi, ut* aere *pro spondeo esset. Vergilii versum similiter mutavit Terentianus v. 1912* 3 dactili sint *A* dactili sunt *B* dactili s̄ *C* 5 saxa et per scopulos *A*: *Verg. georg. III 276* depressas conuallis *A* depressas conualles *C* depsas conua il'l' *B* 6 sint] s̄t *B* 7 Dardanium *B* 9 nestor *AC* nestor. r. *B*. *lacunam, qua spondeus vel trochaeus in fine versus excidit, indicavi. fortasse* Nestor summa 11 de grege] *Verg. bucol. 3, 32* componere *B* 12 secundus et tertius dactyli — 13 cultor *om. B* 13 non me] *Verg. bucol. 4, 55* non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus superet *AC* superat *p* 15 postquam] *Verg. Aen. III 1* postquam res Asiae Priamique evertere gentem 17 contemplator] *Verg. georg. I 187* 19 Musarum comitem] *Verg. Aen. VIIII 775* 21 tunc alnos fluuii primum s. c. *B*: *Verg. georg. I 136* 23 quam Iuno] *Verg. Aen. I 15* fertur *AC* fere *B* 26 infandum] *Verg. Aen. II 3* 28 absinthi] *Lucret. I 941 IIII 16* deceptaque *pC* deceptique *AB* non capiatur *p* non capiant *ABC* 30 postquam] *Verg. Aen. III 1*

primus et quintus spondei, ceteri dactyli, | ut

fulgur terribili sonitu quatit altos montes;

secundus et tertius spondei, ceteri dactyli, ut

conticuere omnes intentique ora tenebant;

secundus et quartus spondei, ceteri dactyli, ut

iamque tibi ne vana putes haec fingere somnum;

secundus et quintus spondei, ceteri dactyli, ut

defuit exemplum tibi ponere lectum prius;

tertius et quartus spondei, ceteri dactyli, ut

inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto;

tertius et quintus spondei, ceteri dactyli, ut ||

cara deum suboles, magnum Iovis incrementum;

quartus et quintus spondei, ceteri dactyli, ut

schemata carminibus cecini haec vobis plane.

Huius metri, id est heroici, virtutes sunt tres: si *ἀσύνδετος* versus fuerit, id est sine coniunctione, ut est illud graecum,

μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληιάδεω Ἀχιλῆος,

latine sic,

hic alienus ovis custos bis mulget in hora:

si fuerit tetracolos, id est si quattuor verbis vel quibuslibet partibus orationis fuerit divisus, cuius virtutis exemplum latinum melius lectum est quam graecum,

saltantis satyros imitabitur Alphesiboeus,

graecum sic,

αἰδέομαι βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης,

sed *πολυ* fecit illum quasi pentacolon, nam *πολύχρυσος* compositum nomen est: si fuerit rhopalius versus, qui a monosyllabo verbo incipiens gradatim crescit et *ῥόπαλον*, id est Herculis clavam, imitatur ab angusto et tenui in latitudinem desinens, ut

---

2 fulgur *BC* fulgore *A* fulgor *a*p* sonitu *B* tonitru *Ca*p* tonitruī *A* 4 conticuere] *Verg. Aen. II 1* intentaque (*corr.* intentique *a*) ora tenebant *A* i. q. o. t. *BC* 6 iamque] *Verg. Aen. VIII 42* 8 defluit *A* lectum *pC* lectus *A* lector *B*

10 inde] *Verg. Aen. II 2* 12 cara *pC* cura *A* rara *B: Verg. bucol. 4, 49*

14 haec] isthaec *p* uobis. Plane huius *ABC* 15 *ἀσύνδετος Scaliger* asdetus *C* asdecus *AB* *ἄδετος p* 16 graecum *om. A*, *add. Ba* 17 ΜΗΝΙΝΑΕΙΔΗΘΕΑ ΠΗΑΗΑΔΕΩΑΧΙΜ hoc latine *A* ΜΗΝΙΝΑΙ ΙΔΕΘΕ ΛΙΤΝΑΗΙΛΔΕΩΛΧΙΜ hoc latine *B: Hom. Il. A 1* 19 hic] *Verg. bucol. 3, 5* alienis *B* 20 tetracolos *pA* tetracolus *BC* 23 saltantis] *Verg. bucol. 5, 73* mirabitur *p* 25 *αἰδέομαι* (*αἰδοῖον p*) *βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης*. Sed *πολυ Scaliger p* ΑΙΔΗΟΜ ΒΑϹΑΗΛΠΟΑΥΧΡΥϹΟΙΟΜΥ ΚΗΝΗϹΙ. Sed POXY fecit *A* ΛΙΔΕΟΜΛΙΒΛϹΛΗΛ ΠΟΛΧΡΥϹΟΙΟΜΥΗϹΗΝΗϹΙϹΕΔΡΟΧΥ fecit *B: Hom. Il. A 46 τιμῶσαι βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης, H 180 ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης* 26 pentacolon *pA* pentacolum *B* ΠΟΛΥϹΧΡΥϹΟ *corr.* ΠΟΛΥΧΡΥϹΟ *B* polichriso *A* 27 rhopalius *Ca*p* hopalius *A* rhopaliclus *B* et rhopalum *A* et rhophalum *B* et hropalum *C* ab augusto *B*

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.

latinum non repperi, sed potui illum Vergilii versum verba commutans sine sensus laesione formare,

quarum quae forma pulcherrima Deiopea,

ut sit sic,

quae quarum facie pulcherrima Deiopea.

De hexametro heroico et eius schematibus satis dictum: nunc de hexametro bucolico paulisper tractemus. quod metrum ab heroico hoc differt, quod illud schemata habet triginta duo, hoc vero decem. ‖ nam primi pedes tres variati schemata faciunt octo: nam quartus pes semper dactylus sit necesse est. | quintus pes duo schemata habet: nam aut spondeus est aut dactylus. nam sextus, id est novissimus, sicut in heroico metro, indifferens inter schemata non computatur.

De hexametro bucolico et eius schematibus decem. Bucolicum hexametrum Daphnis pastor vel Thyrsis repperisse dicuntur, qui pastores et poetae fuisse perhibentur, de quorum officio nomen est inditum huic metro, ut bucolicum diceretur. de cuius schematibus exempla omnia de bucolico carmine Vergilii componamus. monoschematistus dactylicus hexametri bucolici fit hoc modo, si tres primos habuerit dactylos (nam de quarto nulla quaestio est, quod dactylus sit), ut

ulla dolum meditantur, amat bonus otia Daphnis.

monoschematistus spondeadeus fit, cum tres primi pedes spondei sunt, *ut*

mutabit merces, omnis feret omnia tellus.

trischematisti dactylici dicuntur, cum duo dactyli sunt et spondeus: hi enim, id est dactyli, aut duo iuncti ponuntur et tertius spondeus, ut est

quin age, siquid habes, in me mora non erit ulla;

aut dactylus spondeus dactylus, ut est

---

1 ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον *Scaliger* *p* ΑΥΜΑΚΑΡΑΠΑΙΡΗ ΙΔΗΜΟΥΡΗΙΕΝΕϹΟΑΒΙΟΔΗΜΟΝ *A* ΛΙΜΛΙΛΡΑΤΡΕΙΔΕΜΟΙ ΡΕΓΗΝΗϹΟΛΒΙΟΛΗΜΟΝ *B*: *Hom. Il. Γ 182* 2 potui illū uerḡ uersū *C* potuit illum uirgilii uersum *B* potuit illum uergilius uersum *A* 3 laesionem *corr.* — ne *B* lectione *C* 4 quarum] *Verg. Aen. I 72* 8 hoc *om. pA*, *add. BC* 9 hoc vero decem *om. B*, *add. AC* 10 semper dactilus sit *AC* dactilus sit semper *B* 11 pes est duo *B* 13 non computatur *B* nuncupatur *pC* nuncupantur *A* 14 decem] X et II *B* IIX et II *A*, *om. p. duobus schematibus quinti pedis separatis scribi potuit* VIII et II 15 tyrsis *AC* ti *sequente lacuna trium vel quattuor litterarum B* qui] quia *ABC* pastores] pastor̄ *B* 17 de cuius schematibus exempla omnia *pA* de cuius schematis omnia *C* cuius schematis exempla *B* 18 monoschemastitus dactilus *A* 19 fit hoc modo *B* fit (sit *C*) modo hoc *AC* habuerit dactilicos *B* 20 ut *om. BC* 21 ulla] *Verg. bucol. 5, 61* meditant *B* 22 monoschemastitus *A* sunt spondei *pA* ut *om. ABC* 23 mutabit] *Verg. bucol. 4, 39* 24 dactili sint *C* 25 et tertius spondeus *B* tertius est spondeus *pAC* 26 quim age si quid habes im neu *B*: *Verg. bucol. 3, 52* 27 aut *ante* dactylus *et* 507, 2 *ante* spondeus *om. ABC, add. Gaisfordius. omissa utroque loco coniunctione scribi poterat* hi enim, id est duo dactyli, aut iuncti ponuntur aut divisi, duo dactyli tertius spondeus, ut est quin *sqq.*

lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas;

aut spondeus duo dactyli, ut est

si nescis, meus ille caper fuit, et mihi Damon.

hoc modo etiam trischematisti spondeadei fieri possunt, duo spondei et dactylus, ut est

et longum formose, vale vale, inquit, Iolla;

spondeus et dactylus spondeus, ut est ‖

et me Phoebus amat, Phoebo sua semper apud me;

dactylus duo spondei, ut est

iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

de quinti pedis schematibus duobus damus exempla aut Vergilii aut nostra: Vergilii hoc est, ut dactylus sit quintus pes,

omnia fert aetas, animum quoque, saepe ego longos:

ut sit spondeus quintus pes, in hoc metro hoc erit exemplum,

Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat.

sic igitur bucolicum hexametrum schemata habet decem, heroicum vero hexametrum triginta duo. | nunc de choerilio metro secundum dispositionem specierum metri dactylici doceamus.

De choerilio hexametro et eius schematibus octo. Choerilium metrum, quod et diphilium et angelicum nuncupatur, constat penthemimerica caesura et syllaba et altera penthemimerica. unde est metrum hexametrum catalecticum: una enim syllaba deest ut sint in eo pedes sex. huius metri est graecum exemplum

---

1 lenta] *Verg. bucol. 3, 83* 3 si nescis] *Verg. bucol. 3, 23* ille *om. B* 4 trisschematisti spondeadei *C* trisschematistis spondei *B* trischemasti spondei *A* 6 et longum] *Verg. bucol. 3, 79* 8 et me] *Verg. bucol. 3, 62* amat p. s. a. m. *B* 10 iudicio] *Verg. bucol. 5, 18* 13 omnia] *Verg. bucol. 9, 51* longos] d. *B* 14 erit exemplum hoc *C* 16 sic *BCa** si *A* exametrum bucolicum *B* 17 choerilio *AC* corialio *B* 19 DE CHOERILIO *A* DE CORILIO *B* Choerilium *Ca** Chorilium *A* Corilium *B* exametrum *C* 20 diphilium *Naekius Choeril. Sam. quae supers. p. 257*, delphicum *ABC: cf. Mar. Victor. p. 70, 17. 73, 22* 21 syllaba] sylla *lacuna trium vel quattuor litterarum relicta B* 22 pedes sex (UI *BC*) sed exemplis schemata octo (UIII *BC*) doceamus ponamus igitur schemata quattuor (IIII *BC*) sed duplicata utriusque caesurae pentimemericae huius metri sed sicut ante docui (sicut docui antea *B*) syllabam adicientes primae caesurae (prima caesura *B*) est grecum exemplum HNIKA MEN (MHN *B*) BACIΛECHN XOIPIΛCOEN CATIPOIC latinae sic (XOPIACONNTYPOIC latine *B*, est grecum — sic *om. C*) intereunt pecudes stant corpora magna boum (bouum *A*) in qua syllaba finiatur pars (par *B*) orationis necesse est bini dactili (binis dactilis *B*) *ABC. perturbatam codicum scripturam expressit Putschius; parum probabiliter una cum iis quae sequuntur ita emendare studuit Naekius l. c.*, pedes sex. sed exemplis schemata octo doceamus. ponamus igitur schemata quatuor huius metri, sed duplicata utriusque caesurae penthemimericae, sicut ante docui syllabam adiicientes. primae caesurae est graecum exemplum: *ἡνίκα — Σατύροις.* latine sic: inter enim — boum. bini dactyli cum suis syllabis, id est: arma virumque cano, bis; et una syllaba in medio plus, id est, in fine primae caesurae: in qua syllaba finiatur pars orationis necesse est. binis spondeis cum suis syllabis, et

ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοιρίλος ἐν σατύροις,

latine sic,

intereunt pecudes, stant corpora magna boum.

[sed exemplis schemata octo doceamus] ponamus igitur schemata quattuor, sed duplicata utriusque caesurae penthemimericae, sicut antea docui, syllabam adicientes primae caesurae, in qua syllaba finiatur pars orationis necesse est: bini dactyli cum suis syllabis et una syllaba in medio plus, ut

arma virumque cano nunc arma virumque cano;

bini spondei cum suis syllabis et una in medio plus, id est in fine primae caesurae,

mox et frumentis est, mox et frumentis;

bini dactyli et bini spondei cum suis syllabis et una plus in medio,

omnia Mercurio dant, dant Musae dulces;

bini spondei et bini dactyli cum suis syllabis et una in medio plus,

exempla vero nos omnia nostra damus;

singuli dactyli et singuli spondei ex utraque parte cum suis syllabis et una syllaba in medio plus,

cuncta tibi nunc do sic carmina te digna;

singuli spondei et singuli dactyli cum suis syllabis et una in medio plus,

Musarum cecini nunc cuncta metra tibi;

dactylus, spondeus, sua syllaba et una altera plus, spondeus, dactylus *et* syllaba,

optima Musarum do metri choerilii;

spondeus, dactylus, sua syllaba et una altera plus et dactylus, spondeus et syllaba,

praecepta memorans de pectore caelesti.

haec sunt schemata metri choerilii. sed ne quis nos imperitiae arguat, quod quattuor schemata praemisimus esse huius metri, sed bina singulae

---

una in medio plus: Mox et frumentis *sqq. transposui verba* huius metri *et* est graecum exemplum — boum. *deinde verba* sed exemplis schemata octo doceamus, *quamquam per se defendi possunt, tamen propter ea quae infra 25 sqq. scripta sunt, tamquam addita ab alio grammatico, seclusi*

1 ἡνίκα] *cf. Naek. Choeril. p. 264* 3 intereunt] inter enim *p: Verg. georg. III 368 sq.* 7 una] nulla *ABC* ut arma uirumque cano nunc arma uirumque cano Bini spoñ *C* id est arma uirumque cano bis binis spondei *A* ut arma uirumque cano binis spondeis *B* 10 mox] *Verg. georg. I 150* 11 bini dac̄ et bini spoñ *C* binis dactilis et binis spondeis *AB* 12 omnia] *Verg. Aen. IIII 558* omnia Mercurio similis 13 bini spoñ et bini dac̄ *C* binis spondeis et binis dactilis *AB* *post* plus *dimidia fere versus pars vacua relicta est in B* 15 singulis dac̄ et singul' spoñ *C* singulis dactilis et singulis spondeis *AB* 18 singulis spondeis et singulis dactilis *ABC* una syllaba in medio *B* 20 dactilus spond' *B* dactilo spondeo *A* dac̄ spoñ *C* spondeus dactilus syllaba *B* spondeo dactilo syllaba *A* spoñ dac̄ syllaba *C* 21 musarum do *AC* metrarum de *B* metri *AB* metra *pC* Choerilii *p* choerili *C* cherili *corr.* chorili *B* coherili *A* 22 spondeus dactilus — dactilus spondeus *B* spondeo dactilo — dactilo spondeo *A* spoñ dac̄ — dac̄ spoñ C 25 metri schemata *B* choerilii *C* chorili *B* coherilii *A* ne qui *A* 26 promisimus *C* promisimus (uel prae) *AB* esse huius metri *AB* huius metri esse *C*

caesurae, et exempla posuimus octo, hoc debet scire, quod singulae | caesurae huius metri percussae quaterna schemata habent, inter se tamen copulatae altera quaterna. nam aut quattuor sunt dactyli, ex utraque parte bini; aut quattuor sunt spondei, ex utraque parte bini; aut primi duo || sunt dactyli et duo spondei novissimi; aut duo spondei primi et novissimi duo dactyli; aut in prima parte dactylus et spondeus et in novissima similiter dactylus et spondeus; aut in prima parte spondeus et dactylus, in novissima similiter spondeus et dactylus; aut in prima parte dactylus et spondeus, in novissima spondeus et dactylus; aut in prima *parte* spondeus et dactylus, in novissima dactylus et spondeus. quorum schematum exempla supra tractavi.

Hoc tamen scire debemus, quod ex hoc metro sublata illa syllaba, quae plus ponitur in prima caesura penthemimerica, et secunda caesura remanente integra monoschematista dactylica penthemimerica erit metri elegiaci secundus versus pentameter. quod metrum ideo non est additum in numero specierum metri dactylici, quoniam non est uniforme per singulos versus, sed binos, et quoniam species est speciei, id est metri choerilii, non generis, id est metri dactylici. tamen demus exempla schematum metri elegiaci, quod primum versum håbet schematum XXXII: nam heroicum continet, cuius metri schemata supra monstravi. nunc secundi versus schemata * habet, sicut exemplis docebo. secunda vero caesura et ipsa penthemimerica monoschematista est: nam semper duos dactylos habet; prior vero aut duos dactylos, ut est

accipe carmina nunc, Maxime, iussa tua;

aut duos spondeos, ut est

hoc metrum coeptum Simplici iussa tenet;

aut dactylum et spondeum, ut est ||

grammaticus dat haec carmina sic elegi;

aut spondeum et dactylum, ut est

et te, Maxime, nunc gaudet habere deos.

elegiacum metrum dictum est, quod εε sonat interiectionem flentis, et hoc

---

1 octo] UIII° *C* octo bina, *sed deleto* bina *A* UIII bina *B* scire *BC* sciri *pA* 2 in se tamen copulata altera *AB* in se tam̄ copulatę habent altera *C* 5 et duo nouissimi spondei *p* 6 similiter] sit *AC* parte sit *B* 8 similiter] sit *ABC* 9 parte *om. ABC* 11 supra *om. B* 14 integra *om. pA, add. BC* 15 elegiaci] eleagi *B* 16 metri *om. B* 17 id est metri *priore loco om. B* choerilii *C* chorilii *AB* 18 schematum id est metri *ABC* 20 monstraui *pA* monstrauimus *BC* 21 *lacuna, quam indicavi, ita fere suppleri potest*, nunc secundi versus schemata dabimus: prima igitur caesura penthemimerica quattuor schemata habet 23 habet *om. ACp, add. B* aut *om. ACp, add. B* 24 accipiet *p* nunc *om. B* 26 simplici *AC* simplicia *B*. coepto simplice *coniecit Santenius in Terent. Maur. p. 288* 27 dactilicum *B* 28 sic legi *ABC* sicca legi *p* 31 est *om. B* quod ee̅ sonat *B* quod esset sonat *pA* quod sonat *C* quod ἒἒ sonat *Heinrichius apud Frankium Callin. p. 31*

metro mortuis fletus componebant antiqui vel epigrammata consecrationum, sicut Horatius docet de arte poetica [sic], |

versibus inpariter iunctis querimonia prima,
post etiam inclusa est voti sententia compos.

auctorem vero huius metri, id est elegiaci, alii Pythagoram, alii Ortugen, non nulli Mimnermum dicunt. unde de incerto auctore eleganter Horatius lusit sic,

quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.

nunc secundum ordinationem supra positam quartam speciem hexametram metri dactylici doceamus, quae est priapeia.

De metro priapeio monoschematisto hexametro. Priapeium metrum monoschematistum est: constat enim spondeo, duobus dactylis, spondeo, dactylo, spondeo, ut est apud Homerum versus ille,

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

inveni et apud Vergilium hac divisione, *in* qua tamen observandum est ut in utraque versus divisione finita sit pars orationis, ut est illud Vergilianum,

externum tulit aut cruor hic de stipite manat,

et illud alterum,

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

hoc metrum divisum faciet per singulas divisiones suas duo trimetra, de quibus opportunius tractabo.

Nunc quoniam hexametras species quattuor metri dactylici tractavimus, consequens est ut, sicut ordinavimus, de pentametris doceamus.

De pentametro integro acatalecto monoschematisto. Est metrum integrum pentametrum dactylicum, quod semper quinque dactylis constat, quale est exemplum graecum illud,

ΔΕΙΜΟΝΑΜΦΕΑΗΝΕΝΗΠΤΥΩΜΕΝΟΝΩΑΗΤΟ.

latina exempla haec,

---

1 consecratione *corr.* — num *B* 3 versibus] *Hor. a. p. 75 sqq.* prima] primum, *quod est apud Horatium, Plotius quoque scripsisse videtur* 4 uoti *Ba** uotis *AC* 5 alii phitagoram alii ortugen *B* alii pithagoriam (*corr.* — ram *a** pytagorā *C*) quidam ortugen *AC* 6 mimnermum *pA* mineruam *BC* de *om. A, add. pC et in marg. B* 11 priapea *A* 13 est *om. B* duobus dac̄ et spon̄ dac̄ spon̄ *C* duobus dactilis et spondeo dactilo et spondeo *A* duobus dactilis &c spond. dactilis spond. *B* 15 *Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι Scaliger p* ΚΟΙΡΕΤΗϹ ΤΗΜⲁ|ΧΟΝΤΟΚⲁΡⲁΙΤⲰΡΟΙΜΝΕΧⲁΡ Μⲁι *A* ΡΟΥΡΗΤΕϹΤΕΜⲁΧΟΝΤΟΡⲁΙΤΟΡΟΙΜΕΝΕΧⲁΡΜⲁι *B: Hom. Il. I 529* 16 hac] ac *B* in qua *p* quà *ABC* 17 illud Vergilianum *om. C* 18 externum] *Verg. Aen. III 43* manet (a *supra*) illud *A* 19 iterum *ABC* 20 cui non dictus alex. p. & l. d. *B: Verg. georg. III 6* 21 duo dimetra *ABC*: *cf. p. 515, 11* 24 est *om. A* 28 ΔΕΙΜΟΝⲁΛⲁΦΕΛΕΝΕΙΠΤΥΟ(ω)ΜΕΝΟ(ω)ΛΕϹΟ *B* *Δῆμον ὃν ἀμφ' Ἑλένῃ πεπρωμένον ὤλεσε Scaliger, Δείκελον ἀμφ' Ἑλένᾳ πεπυρωμένον ὤλετο Bergkius poet. lyr. graec. p. 1348 ed. tert., εἰκόνα δ' ἀμφ' Ἑλένας πεπυρωμένον ὤλετο Heckerus apud Bergkium. exhibui corruptam codicis A scripturam*

Italiam sequimur fugientem et volvimur

et

quadrupedante putrem sonitu quatit ungula

et

at tuba terribilem sonitum procul aere *dat*.

huic metro detracta syllaba novissima facit metrum simmium sic.

De metro simmio pentametro monoschematisto. Simmium metrum pentametrum monoschematistum est: constat enim semper quattuor dactylis et quinto pede | disyllabo indifferenti. unde [quasi] quintus pes schemata habet quattuor: nam aut spondeus erit aut pariambus [id est pyrrichius] aut trochaeus aut iambus. de quibus schematibus quattuor latina dabimus *exempla:* nam graecum unum repperi solum, ‖

χαῖρε ἄναξ ἕταρε ζαθέας μάκαρ ἥβας.

latina exempla haec sunt: quattuor dactyli et spondeus, ut est

fulmine magna Iovis ferit oppida grandi;

quattuor dactyli et pariambus [id est pyrrichius], ut est

ipse pater tuam Iuppiter erige domum;

quattuor dactyli et trochaeus, ut est

culminibus crepitans sonat horrida grando;

quattuor dactyli et iambus, ut est

agricolis dedit omnia dulcia Ceres.

huic metro, id est simmio, metrum aeolicum dactylicum sapphicum contrarium est. nam incipiens a pede disyllabo *quolibet* desinit in dactylos quattuor, sicut exemplis docebimus.

De metro aeolico sapphico pentametro dactylico. Metrum aeolicum sapphicum pentametrum constat, sicut dixi, primo pede disyllabo quolibet, ceteris quattuor dactylis. unde primus pes eius quattuor schemata habet, sic uti simmii metri pes novissimus, quod exemplis latinis quidem quattuor docebimus: nam graecum unum repperi. graecum exemplum hoc est,

---

1 Italiam] *Verg. Aen. V 629* 3 quadrupendante *B: Verg. Aen. VIII 596* 5 et at tuba — aere dat *om. C: Verg. Aen. VIIII 503* procul aere dat *infra p. 2653*, procul aere canoro *A* procul aere cit *a*p* procul a. *B* 6 facit metrum simium sic *BC* faciet metrum simium sic *A*. *si verum est* sic, *excidit exemplum metri simmii*, at tuba terribilem sonitum procul aere 7 simmio *pA* SIMIO *B* simmium *pA* simium *BC* 9 disyllabo] syllabo *ABC* syllaba *p* 11 quibus] cuius *ABC* 12 exempla *om. ABC* 13 *χαῖρε ἄναξ ἕταρε ζαθέας μάκαρ ἥβας p Hephaest. p. 23, 5 ed. Westph.*, XAIPEANAEMAKAPE (PE *om. B*) ZZAEACMAKAPEBAC *AB* *χαῖρε ἄναξ μάκαρ ζαθέας μάκαρ ἥβας Scaliger* 14 haec sunt *A* sunt haec *B* 15 fulmine *Ca* flumine *AB* 16 id est] idem *A* 17 tuam iuppiter *BC* iuppiter tuam *pA* 19 culminibus] *Verg. Aen. V 459* culminibus crepitant, *georg. I 449* tam multa in tectis crepitans salit horrida grando sonat horrida (orrida *A*) grando *AC* s. h. g. *B* 22 simmio *pA* simio *BC* 23 quolibet *om. ABC* in dactilos IIII *C* in dactilicos IIII *B* in dactilos *A* 26 constat *om. pAC*, *add. B* 28 simmii *pA* simii *BC* 29 graecum *posteriore loco om. B*, *add. A*

ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πόκα.

latina exempla haec sunt: spondeus, quattuor dactyli, ut est

o regina novam cui condere Iuppiter;

pariambus [id est pyrrichius], dactyli quattuor, ut est

erat Hectoreus tumulus rapidum prope; ‖.

trochaeus, quattuor dactyli, ut est*

Ceres, magna deum genetrix, Phrygiam regit.

de sapphico aeolico pentametro satis dictum: nunc ad penthemimericum duplex archilochium pentametrum veniamus.

De metro dipenthemimerico archilochio pentametro. Archilochium dipenthemimericum pentametrum constat ex duabus divisionibus penthemimericis monoschematistis: semper enim binis dactylis constant, ut est exemplum graecum,

ἐν δὲ Βατουσιάδης, ἐν δὲ Βατουσιάδης,

latine sic, |.

Simplici summe virum, Maxime summe virum.

hoc metrum archilochium pentametrum dactylicum dipenthemimericum ab elegiaco metro hoc differt, quod illud habet primum versum heroicum hexametrum, secundum vero dimetrum penthemimericum, hoc vero solum dipenthemimericum; et quod illud primam caesuram tetraschematistam habet, hoc vero utramque monoschematistam.

De pentametris dactylicis speciebus quattuor satis dictum: nunc ad tetrametras species veniamus, quae sunt numero duae, sicut supra praemisi.

De tetrametro bucolico vel heroico. Tetrametrum bucolicum octo schemata habet. tres enim pedes primi variantur: nam quartus semper dactylus sit necesse est in bucolico tetrametro. ‖ in heroico vero sunt schemata XVI: nam quattuor pedes variantur in tetrametro heroico, sicut exemplis docebimus, de bucolico quidem tetrametro ex libro bucolicorum vel georgicorum, de heroico vero tetrametro de omni corpore Vergilii. tres dactyli, nam quartus *semper* dactylus, *ut*

---

1 HPᴀMᴀN|MENETωCEENᴀTOIKᴀᴀIΠOKᴀ *A* HPᴀNᴀNMENETωCEEEENᴀTEIΠᴀ|ΛHTOPᴀ *B ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν ἆτε πάλαι πόκα Scaliger p: cf. Hephaest. p. 25, 6 ed. Westph.* 2 haec sunt *A* sunt haec *B* 3 orienā nouam cui c. i. *B: Verg. Aen. I 522* 4 id est pyrrichius *om. C* 7 ceres *C* cere *AB* Core *p. lacunam, qua exemplum trochaei excidit, indicavi* genetrix *C* genitrix *AB* frigia *B* 8 dictum est *pA* 9 archilocium *C* archilogium *A* archiloicum *B* ueniam *ABC* 10 dipenthemimerico] PENTAMEMERICO *AB* 11 dipentamimericum *B* dipentamemericum *A* pentimemericum *C* 12 constat *ABC* 13 exemplum *om. pA, add. B* 14 ENΔEBᴀTTOYCIᴀᴀHCHNᴀEBᴀTTOYCIᴀΔHC *A* ENΔEBᴀTTOYCIᴀ ᴀNCENΔEBᴀTTOYCIᴀΛEC *B: cf. Hephaest. p. 23, 15 ed. Westph.* 15 sic *om. B, add. A* 16 simplice *C* 17 pentametrum *om. pA, add. BC* 18 elegiaco *BC* eliaco *A* Aeolico *p* 20 tetraschematistam *BC* trischematistam *A* 24 DE EXAMETRO *A* DE HEXAMETRO *B, qui in margine additam habet inscriptionem* 30 semper *om. ABC, add. p* ut *om. ABC*

ulla dolum meditantur, amat bonus;
tres spondei et dactylus, ut
mutabit merces omnis feret;
duo dactyli spondeus et dactylus, ut
quin age siquid habes in me mora;
dactylus duo spondei et dactylus, ut
iudicio nostro tantum tibi;
dactylus spondeus dactylus et dactylus, ut
lenta salix feto pecori mihi;
duo spondei dactylus et dactylus, ut
et longum formose vale vale;
spondeus duo dactyli et dactylus, *ut*
et nobis idem Alcimedon duo;
spondeus dactylus spondeus et dactylus, ut
et me Phoebus amat Phoebo sua.

Sic ergo bucolicum quidem tetrametrum octo schemata habet, quarto pede semper dactylo, ceteris tribus variatis. heroicum vero tetrametrum, quamvis et ipsum quattuor habeat pedes dactylicos, sicut et illud, tamen schemata habet XVI, quoniam quattuor pedes variati XVI schemata faciunt, quod exemplis docebimus. quattuor dactyli, ut
sic tibi nulla dies malum inferat;
tres dactyli | spondeus, ut
Tityre tu patulae recubans sub;
duo dactyli duo spondei, ut
talia saecla suis dixerunt; ||
dactylus tres spondei, ut
candidus insuetum miratur;
quattuor spondei, *ut*
flammarum longos a tergo;
tres spondei unus dactylus, ut
exportant tectis et tristia;
duo spondei duo dactyli, *ut*
mox et frumentis labor additus;
spondeus tres dactyli, ut

---

1 ulla] *Verg. bucol. 5, 61* 3 mutabit] *Verg. bucol. 4, 39* 4 ut *om. BC* 5 quin] *Verg. bucol. 3, 52* 7 iudicio] *Verg. bucol. 5, 18* 9 lenta] *Verg. bucol. 3, 83* 10 duo spoñ dac̄ et dac̄ ut et longum *C* duo spondei dactilus ut et longum *AB: Verg. bucol. 3, 79* 12 ut *om. ABC* 13 et nobis] *Verg. bucol. 3, 44* 15 et me] *Verg. bucol. 3, 62* 16 octo] UIIII *B* 17 pede *om. pAC, add. B* 22 tres dactili dactili spondeus *A* 23 tytire tu patule r. s. t. f. *B: Verg. bucol. 1, 1* 25 talia saecla s. def *B: Verg. bucol. 4, 46* 27 candidus] *Verg. bucol. 5, 56* 28 ut *om. ABC, item* 32 29 flammarum] *Verg. georg. I 367* 31 exportant tectis ept. *B: Verg. georg. IIII 256* 33 mox] *Verg. georg. I 150*

saltantis satyros imitabitur;
dactylus spondeus dactylus spondeus, ut
Musa mihi causas memora quo;
spondeus dactylus spondeus dactylus, ut
clamoremque ferunt ad litora;
spondeus dactyli duo spondeus, *ut*
insignem pietate virum tot;*
dactylus spondeus duo dactyli, ut
hinc pecudes armenta virum genus;
spondeus dactylus duo spondei, ut
circum perque duas in morem;
duo dactyli spondeus dactylus, ut
Calchidicaque levis tandem super;
duo spondei dactylus spondeus, ut
contundet moresque viris et.

huc usque de bucolico vel heroico tetrametro: nunc de secunda specie dactylica tetrametra anacreontia componamus.

De metro anacreontio tetrametro dactylico monoschematisto. Anacreontium tetrametrum dactylicum a tetrametro bucolico hoc differt, quod illud quidem octo schemata habet et quartum pedem semper dactylum, | hoc vero monoschematistum est: nam semper tribus dactylis percutitur et quarto pede spondeo. cuius metri exemplum graecum est

ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ,

latinum exemplum hoc,

o mihi praeteritos referat si.

Quoniam de tetrametris dactylicis speciebus docuimus, nunc de trimetris dactylicis doceamus.

De hemidexio trimetro acatalecto dactylico. Hemidexium trimetrum dactylicum, ut quibusdam placet, monoschematistum est, ut semper tribus dactylis percutiatur, negantibus aliquod metrum speciale plus quam unum schema posse recipere imperitissime. nam heroicum cum sit speciale,

---

1 saltantis] *Verg. bucol. 5, 73* 3 Musa] *Verg. Aen. I 8* causas memora quo *A* causas m. q. *B* carissima musae *C* 5 clamoremque] *Verg. georg. I 362* 6 ut *om. ABC* 7 insignem] *Verg. Aen. I 10. lacuna, quam indicavi, exemplum versus ex dactylo, duobus spondeis, dactylo compositi excidit* 9 hinc pecudes] *Verg. georg. IIII 223* 11 circum] *Verg. georg. I 245* 13 calcidicaque *AC* calcidicatque *B* Chalcidicasque *p: Verg. Aen. VI 17* 15 contundet moresque uiris et *AC* contuudetq; morū u. & *B: Verg. Aen. I 264* 18 Anacreunicium tetrametrum *A* Anacreontium metrum tetrametrum *B* 20 octo schemata habet et quartum *A* schemata habet UIII habet et quartum *B* schemata habet UIII et quartum *C* 21 est *om. pA* 23 *ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ Scaliger p* NàIMEΛHXàPIECCàXEΛIΔOI *A* NàIMEΛEXàPIECCàXEΛEIΔOI *B: cf. Hephaest. p. 23, 9 ed. Westph. ὕστερον δὲ καὶ Ἀνακρέων τούτῳ τῷ μέτρῳ καὶ ὅλα ᾄσματα συνέθηκεν, ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ* 25 o mihi] *Verg. Aen. VIII 560* 26 trimetris] metris *B*

tamen nullo quamvis imperitissimo contra dicente habet schemata XXXII. ergo et hemidexium trimetrum | dactylicum schemata habet octo, de quibus unum solum ponam. graecum exemplum [hemidexium] quod repperi tribus dactylis constans, ut

ξεῖνε τὸν Ἀρχεβίου τάφον.

latinum exemplum [hemidexium trimetrum dactylicum] hoc erit monoschematistum dactylicum, ut

et Chaos et Phlegethon loca.

secunda species trimetri dactylici glyconia nuncupatur, de qua brevissime doceamus.

De glyconio trimetro dactylico. Glyconium trimetrum dactylicum monoschematistum est. constat enim semper spondeo, duobus dactylis, sicut omnibus peritissimis placuit; ut quibusdam || non bene curiosis placet, incipiens a quolibet disyllabo, ut primus pes quattuor schemata habeat et duo pedes schemata CCLVI, ut quivis de trisyllabis pedibus sint, qui sunt octo. graecum exemplum hoc est,

ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δέ,

latinum hoc,

o regina novam cui.

de tertia specie trimetra dactylica breviter componamus.

De pherecratio monoschematisto symptycto. Pherecratium trimetrum, quod quidam symptycton, alii anapaesticum dicunt, monoschematistum est: semper enim spondeo dactylo spondeo percutitur. cuius exemplum graecum est

χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ,

latinum

1 schemata XXXV *A* 2 schemata habet UIII *AC* habet schemata UIIII *B* 3 graecum exemplum *A* exemplum graecum *B* hemidexium *et postea* hemidexium trimetrum dactylicum *tamquam ex margine illata seclusi. reliqua neglegentiae grammatici tribui possunt. nam rectius scribendum erat* de quibus unum solum ponam, quod repperi, tribus dactylis constans. graecum exemplum hoc est, *ξεῖνε sqq.* latinum exemplum hoc erit, et Chaos *sqq.* 5 *ξεῖνε τὸν Ἀρχεβίου τάφον Scaliger* ΞΕΙΝΗΤΟΝΑΡΧΕΒΡΟΥΤΑΦΩΝ *A* ΞΕΙΝΕΤΟΝΑΡΧΕΒΡΟΥΤΑΦΟΝ *B* *ξεῖνε τὸν Ἀρχιλόχου τάφον p. partem hexametri ex epigrammate Callimachi petitam esse coniecit Bergkius poet. lyr. graec. p. 1347 ed. tert.* 8 et *priore loco om. A, add. BCa: Verg. Aen. VI 265* 9 de qua *AC* Sed quā *B* 11 DE GLICONIO *B* DE CLINIO *A* Gliconium trimetrum *C* Clinium trimetrum *A* Gliconium metrum trimetrum, *sed deleto* metrum *B* 13 curiosis placet (licet *pAC*) ut primus pes quattuor schemata habeat incipiens a quolibet disyllabo et duo *ABC. transposui verba* incipiens a quolibet disyllabo. *deinde rectius erat* et duo pedes trisyllabi efficiant schemata CCLVI, *qui est numerus schematum versus e primo pede disyllabo quolibet et duobus trisyllabis quibuslibet compositi* 17 ΑΡΙCΤΩΝ *A: Pind. Ol. 1, 1* 19 o regina] *Verg. Aen. I 522* 21 SIMPTICTO *A* SIMTISTO *B* 22 simticton *ABC: Hephaest. p. 33, 8 ed. Westph. συμπτύκτοις ἀναπαίστοις* anapaesticum] antispasticum *Santenius in Terent. Maur. p. 373* 25 XPICOCΑΙΕΟ MENONHP *A* XPICOCΑΙΕΟΜΕΝΟΝΠΕ *B: Pind. l. c.*

cessit condere gentem.

his copulatis, glyconio praeposito et pherecratio subiuncto, erit illud metrum hexametrum monoschematistum priapeium, de quo paulo ante monstravi, quod constat prima parte ex glyconio, spondeo duobus dactylis, in novissima vero, sicut pherecratium, spondeo dactylo spondeo,

o regina novam cui cessit condere gentem,
externum tulit aut cruor hic de stipite manat,
cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

* est trochaicum trimetrum habens schemata IIII.

De trochaico trimetro. Trochaicum trimetrum quattuor schemata habet: || duobus enim pedibus variatis | tertium semper trochaeum habeat necesse est. *ex duobus dactylis et trochaeo,*

μή τι φόβονδ' ἀγόρευε,
Oebale quem generasse;

huic contrarium ex duobus spondeis et trochaeo,

et longum formose;

ex dactylo spondeo *et trochaeo,*

quidve dolens regina;

ex spondeo dactylo *et trochaeo,*

insignem pietate.

Huc usque de trimetris: nunc ad dimetra veniamus.

De adonio dimetro sapphico dactylico. Adonium dimetrum dactylicum catalecticum a Sappho inventum, unde etiam sapphicum nuncupatur, monoschematistum *est*: semper enim dactylo et spondeo percutitur,

ὦ τὸν Ἄδωνιν.

unde in sapphici metri conclusione *est cum conclusione* sensus apud Horatium sic,

terruit urbem,
Pyrrha sub antro:

Vergiliana haec,

---

1 condere gentem] *Verg. Aen. I 33* 2 ferecrati *B* 3 ante paulo *C*: *p. 510, 12* 4 ex glyconio] ex clinio *A* dactylis] spond. *B* 7 extuemum *corr.* externum *B*: *Verg. Aen. III 43* stipite manat *om. B* 8 cui non] *Verg. georg. III 6* 9 est trochaicum trimetrum habens schemata III *AB*. *om. pC. lacuna, quam indicavi*, quarta species trimetri dactylici *vel simile quiddam excidisse videtur* 11 semper habeat trocheum *C* 12 ex duobus dactylis et trochaeo *om. ABC* 13 μή τι φόβον δ' ἀγόρευε *Guisfordius* ΜΗΤΙΦΟΒΟΝΔⲁΤΟΡΕϹΘ *A* ΜϾΤΙΦΟΒΟΝΔⲁΤΟΡϾϹϾ *B* μητὶ φόβῳ ῥέθος ἄλτο *p*: *Hom. Il. E 252* 14 ΟϾΒⲁΛϾ *B*: *Verg. Aen. VII 734* 16 et longum] *Verg. bucol. 3, 79* 17 ex *et* et trochaeo *om. ABC*, *item* 19 18 quidve] *Verg. Aen. I 9* 20 insignem] *Verg. Aen. I 10* 22 DE ADONEO *AB* Adoneum *ABC* 23 inuentum unde etiam *BC* inuentum est unde iam *pA* 24 est *om. ABC* 25 ωΤΟΝ ⲁΔΟΝΙΝ *AB* 26 unde est in *C* est cum conclusione *om. ABC*: *cf. Mar. Victor. p. 161, 25. 176, 2* 28 terruit] *Hor. carm. I 2, 4* 29 Pyrrha] *Hor. carm. I 5, 3.* Pyrrha—Iuppiter urbem *om. Ap, add. BC*

Iuppiter urbem,
ora tenebant.

huic metro, id est adonio, addita syllaba faciet metrum hymenaicum.

De hymenaico dimetro sapphico. Hymenaicum dimetrum dactylicum sapphicum monoschematistum est: semper enim duobus dactylis constat, ||

Ὕμεν' Ὑμήναον,
ὦ τὸν Ἀδώνιον,
inde toro pater,
mens sibi conscia.

huic metro acatalecto, id est hymenaico, addita syllaba faciet metrum archilochium penthemimericum, sed simplex.

De archilochio penthemimerico simplici hypercatalecto. Archilochium penthemimericum simplex hypercatalectum monoschematistum est: constat enim semper duobus dactylis et syllaba,

ἐν δὲ Βατουσιάδης,
μῆνιν ἄειδε θεά,
arma virumque cano,
Lydia dic per omnis.

hoc metrum duplicatum faciet archilochium dipenthemimericum pentametrum, de quo paulo ante tractavi.

Hoc tamen scire debemus, quod dactylicum metrum et eius species XVII *ex* quattuor catalexibus unam solam non recipit brachycatalectam.

has tibi dactylici species per carmina metri
bis senas et quinque simul dedit ore Sacerdos.

DE IAMBICO METRO ET EIVS SPECIEBVS XXIII

Iambicum metrum non ut dactylicum | simplex est, sed varium. cuius species sunt infinitae, sed principales || et nobilissimae XXIII hae. pura

---

1 Iuppiter] *Verg. Aen. I 522* 2 oro *A: Verg. Aen. II 1* 3 adoneo *ABC* 4 DE METRO HYMENAICO DIMETRO SAFFICO *B in marg.* 6 Ὕμεν' Ὑμήναον Ὦ τὸν Ἀδώνιον *Bergkius poet. lyr. graec. p. 911 ed. tert.*, ΥΕϹΖΕΡΥ ΜΗΝΙΟΝ ΤΩΝ ⲀΔΩΝΙΟΝ *A* ΥΕϹϹΕΡΥΙⲀ¦ΗΝΙΟΝΩΤΟΝⲀΔΟΝΙΟΝ *B* υἷες Ἐριννύων, ὦ τὸν Ἀδώνιον *Scaliger* μήνιον τὸν καλυδώνιον *p. in priore versu Bergkii emendationem recepi, quamquam scribi potuit ὦ ὑμενήιον, ficto a grammatico exemplo. nam alterum exemplum, e versu Sapphonis supra p. 516, 25 citato fictum esse videtur* 8 inde] *Verg. Aen. II 2* 9 mens] *Verg. Aen. I 604* 10 acatalecto *pA* catalecto *BC* 11 pentamemericum *A* pentamericum *B* pentimemericum *C* 12 PENTAEMEMERICO *A* PENTAMEMERICO *B* 13 pentamemericum simplex *A* pentamericum metrum simplex *B* 15 ἐν δὲ βατουσιάδης et μῆνιν ἄειδε θεά *p* ΘΝⲀΕΒⲀΤΟΥϹΙⲀΔΝΟϹ: ΜΚ|ΝΙΝΛΕΙΔΘΘΕⲀ *A* ΝⲀΕΒⲀΤΟΥϹΙⲀΔΕΟϹΜΡΝΙΝΛΕΙΔΕΘΕⲀ *B* 18 Lydia] *Hor. carm. I 8, 1* omnis *AC* omnes *B* 19 dipentamemericum *AC* dipentamimericum *B* 20 de quo *BCa* de qua *A* paulo ante] *p. 512, 10* 22 ex *om. ABC* 24 dedit *AC* aedit *B* 25 ET HIUS SPECIEBUS XXXIII *B* 27 Hę pura *B* Haec pura *pAC. nomina specierum metri iambici viginti et trium, quae post hac ponenda fuerunt,*

iambica trimetra, quae archilochia nuncupatur, quae solos iambos recipit et raros spondeos.

De puro iambico trimetro archilochio acatalecto. De hoc metro, id est puro iambico trimetro archilochio, exempla graeca haec sunt,

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;

et

ἰὼ Κάικε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί,

latina haec,

ibis liburnis inter alta navium

et

paratus omne Caesaris periculum.

huius pedibus [id est iambici metri] ideo additus est pes spondeus, ut eius velocitas tardaretur. sic enim Horatius de metro iambico docet in libro qui inscribitur de arte poetica,

syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus,
pes citus:

postea de eodem

non ita pridem,
tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
spondeos stabilis in iura paterna recepit.

Est et tragicum iambicum et comicum iambicum et clodum iambicum, quod hipponactium nuncupatur. scanduntur autem pedibus quinque, dactylo spondeo iambo tribrachy anapaesto. hoc tamen observare debemus, quod in prima parte et tertia et quinta hi pedes quinque reperiuntur; in secunda vero et quarta parte (nam de sexta nulla ratio est, quoniam in omni metro pes novissimus indifferens est), illos ponere debemus, qui ex brevi incipiunt, iambum tribrachyn anapaestum. ‖ sic Horatius de arte poe-

---

sicut in dactylico metro p. 502, 7 factum est, a grammatico omissa sunt, cum, antequam singulas species inde a dimetro tractaret p. 520, 2 sqq., de diversis trimetri generibus praeciperet

1 nuncupatur *B* nuncupantur *pAC* quod solos *ABC* 4 IAMBICO *A* IAMBO *B*. *inscriptionibus versuum iambicorum septem usque ad trimetrum catalecticum p. 521 numeri I—VII additi sunt in B* 5 *πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε ἰὼ Κάικε Μύσιαί τ' ἐπιῤῥοαί Scaliger* ΠΑΤΕ ΡΑΚΑΜΒΑΠΟΤΟΝΕΟΡΑϹΟΤΟΔΕΕΤΙΟ ΝΟΚΑΕΙΚΕΜΥϹΙΑΙΤΕΠΡΡΟΑΤ *A* ΠΑΤΕΡΑΙΚΑΜΒΑΠΟΤΟΝΕ·ΦΡΑϹΟΤΟΔΕΕΤΙΟΝ·ΚΙΛΕΙ|ΚΥΕΜΥϹΙΑ·ΙΤΕΝΡΡΟΑΙ *deleta Υ littera priore loco B Πάτερ λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε Ἔπος; τίς σὰς παρήειρεν φρένας p. duos Archilochi versus saepe a grammaticis citatos (fr. 92 Bergk. poet. lyr. p. 558 ed. tert.) addito v. ἔπος continuaverat Putschius. posteriorem, qui est Aeschyli (fr. 139 Nauck trag. graec. fragm. p. 35), post Scaligerum restituit Nauckius in actis academiae Petropolitanae a. 1860 p. 265* 9 ibis] *Hor. epod. 1, 1. 3* 12 huius pedis id est iambici *pAC* huius pedes idē et iambici *B* additus est *BCa* additur est *A* 13 enim *om. C* 14 qui inscribitur *pA* qui scribitur *BC* 15 syllaba] *Hor. a. p. 251* 17 postea de eo *pAC* post eadeo *B*. *an* postea de spondeo? *Hor. a. p. 254* 20 stabiles *C* iniuria *A* recepit *pC* recipit *AB* 25 ratio] *fortasse* quaestio 27 tribrachiu *AC* tribrachiū *B*

tica propter iambum pedem, 'non ut de sede secunda cederet aut quarta', id est non permittens spondeo partem secundam vel quartam. sextae partis ideo non fecit mentionem, quoniam, sicut ante dixi, de pede novissimo nulla ratio est. notandum tamen est quod frequenter docuimus excepto dactylico et eius speciebus cetera omnia metra per dipodian vel syzygian scandi, sicut ipse Horatius docet, 'non ut de sede secunda cederet aut quarta socialiter', id est sociatus et copulatus cum altero de illis scilicet quattuor, quos supra docui cum spondeo in | iambicum metrum convenire. distant tamen inter se hae species iambici metri, quas supra posui, usu pedum. nam in tragico, ut altius sit, spondei frequenter ponuntur. est enim res tumida tragoedia. sic Horatius,

indignatur item privatis ac prope socco
dignis carminibus narrari cena Thyestae,

id est humili et vili sermone [hoc est comica]. nam frequenti iambo res tragica dici non debet. in comico vero iambico frequentiores iambi, anapaesti vel tribrachi debent poni, quia res comica, id est urbana et laeta, velociori pronuntiatione per breves pedes est componenda. clodum vero, id est hipponactium, in ceteris quidem quinque simplicibus pedibus simile est tragico quam comico iambico, in novissimo vero ab ambobus discrepat. nam ante novissimam syllabam non ut illa brevem habet, sed longam. ‖

De hipponactio clodo trimetro acatalecto iambico ananio. Hipponactium trimetrum clodum percutitur sicut iambicum trimetrum archilochium comicum vel tragicum, sed paenultimam syllabam longam habet contra illorum rationem, quae brevem habent. exemplum clodi hipponactii hoc est,

ἀκούσαϑ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω,

latinum,

---

1 non ut] *Hor. a. p. 257* sede *om.. AB, superscriptum exhibent Ca** 2 permittens *pA* permutans *BC* uel quartam *BC* aut quartam *pA* 3 partes *corr.* partis *B* quoniam *BC* quia *pA* 4 tamen sit quod *ABC* docuimus omnia metra excepto dactilico (dactilo *A*) et eius speciebus cetera omnia metra *ABC: cf. p. 500, 27* 6 ipse *om. pA, add. BC* non] Nam *B* sede *om. A, add. B et superscriptum C* 7 cum alter de illis scilicet quattuor quod *ABC* 8 cum spoñ *et deinde* conuenire (t *superscr.*) *C* in *om. B* 10 posuit *B* 12 indignantur *corr.* — atur *A: Hor. a. p. 90* 13 caena tyehe *B* 14 hoc est comica (o *superscr.*) *C* hoc est comico *p. seclusi verba ex interpretatione verborum* socco dignis carminibus, *ut videtur, relicta* nam *om. pA, add. BC* 15 iambico] iambo *B* 17 uelociori *BC* uelociore *pA* per breues est pedes componenda *C* 18 vero] autem *B* simplicibus quinque *B* 19 similior est *p. fortasse* potius simile est: *cf. Hephaest. p. 18, 19 ed. Westph.* ab *om. B* 20 ut illa *p* ut illã *A* ut illam *BC* habeat *B* 24 syllabam *om. pA, add. BC* 25 rationũ *B* hipponacti *AB* 27 *ἀκούσαϑ' Ἱππώνακτος οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω Scaliger p* ΑΚΟΥϹΑΤΤΙΠΟΩΑΚΤΟϹΟΥΤΑΡΑ ΚΗΥΩ *A* ΑϹΟΙΚΑΙΠΠΟΑΡΤΟ ϹΟΙΤΑΡΑΚΗΝΟ *B* 28 latine *ABC*

latina trado carmina sic Sacerdos.

Crescit autem iambicum metrum a dimetro usque ad tetrametrum et catalexis recipit totas, id est quattuor, quamvis ausi sint multi et pentametra et hexametra iambica componere. de quibus omnibus exempla ponemus.

De dimetro catalectico iambico anacreontio. Dimetrum catalecticum anacreontium heptasyllabum *fit* hoc modo,

ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι,
πάρεστι γάρ, μαχέσθω,
oblivionem sensit.

deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum, ideo catalecticum.

De acatalecto dimetro archilochio. Acatalectum archilochium dimetrum | iambicum fit syllaba addita anacreontio dimetro catalectico, ut est

τίς σὰς παρήειρε φρένας; ||
oblivionem sensibus,
Anacreonta Teium.

De dimetro acatalecto clodo hipponactio. Hipponactium dimetrum acatalectum clodum iambicum fit hoc modo, cum paenultima syllaba pedis quarti simplicis longa sit, cum [iambico] deberet esse brevis,

χαῖρε ὦ Λεσβία Σαπφώ,
salve o Lesbia Sappho.

---

1 latina trado carmina hic sacerdotis *Scaliger*, latina trado carmina haec Sacerdos sic *coniecit ten Brink Mnemos. v. III p. 334* 3 catalexin *B* multi pentametra *B* 6 DE METRO CATALECTICO *AB* 7 fit *om. ABC* hoc modo OMENOEΛOMMAXECOꞷINꞷPECTITꞷPMꞷXECON | deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum ideo catalecticum | obliuionem sensit ana creo tenius DE CATALECTO DIMETRO ARCHILOCIO *B* hoc modo OMENOEꞷωNEMꞷXECOꞷIΠꞷPECTΠꞷPMꞷXECON deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum ideo catalecticum DE CATALECTO TRIMETRO ARCHILOCIO *A* hoc modo dissoluebat haec crines. Item obliuionem sensit anacreon. Deest enim una syllaba plena ut sit dimetrum plenum ideo catalecticum *C*. *Anacreontis versus restituit Scaliger*, *recepit Putschius. latinum exemplum, quod omitti non poterat*, oblivionem sensit, *ex BC addidi, quamquam dubitari potest, utrum illud genuinum, an ex iis quae sequuntur falso huc translatum sit. nam* dissoluebat haec crines *in C interpolatori debetur.* anacreo tenius *autem in B ex margine illatum esse videtur, siquidem* Anaoreo Teius *pro dimetro catalectico poni a grammatico vix potuit* 13 addita syllaba *B* 14 *τίς σὰς παρήειρε φρένας Scaliger* TICCꞷKPꞷPΘΦPOENE *A* TICCꞷKPPꞷPHIPEΦPOENE *B* *τὶ μακρὰ δὴ φρονεῖς τάλαν p. versus quem Putschius exhibuit vulgo inter Archilochi fragmenta (fr. 108 Bergk poet. lyr. p. 714 ed. tert.) receptus est. Scaligeri emendationem indicaverat Kiehlius Mnemos. v. III p. 228* 15 obliuionem sensibus *AB* obliuionem sensit *C: Hor. epod. 14, 2* 16 Anacreonta Teium *Gaisfordius* anacronteius *vel* anacrenteius *A* anacreunteus *corr.* anacrenteus *B* anacreontes. Item serena lux micat polo *C: Hor. epod. 14, 10* 17 DE DIM. — HIPPONACTIO *in marg. B* 18 catalectum *C* 20 XꞷIPEOꞷEZEBICꞷΦΦω salueo lesbia saffo *A* XꞷIPEOꞷEZEBIZꞷΦΦPO salueo lesbia saffo *B* ut salueo lesbia saffo *C* *χαῖρ' ὦ Λεσβία Σαπφώ* Salve Lesbia o Sappho *Scaliger* *χαῖρ' ὦ σὺ λεσβικὰ Σάπφω* salveto Lesbia sappho *p. Putschii*

De alcmanio trimetro brachycatalecto coluro. Trimetrum iambicum brachycatalectum colurum, quod alcmanium nuncupatur, percutitur sic, cum novissimus pes, id est tertius, debens et ipse, sic uti duo ante se, quattuor habere syllabas duas habeat, ut est

ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος,
relapsus atque notus in vultus.

huic si addiderimus alterum pedem disyllabum iambum, erit trimetrum iambicum purum acatalectum archilochium, de quo paulo ante tractavi,

ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος βαθύ,
relapsus atque notus in vultus honor,
beatus ille qui procul negotiis.

De trimetro catalectico iambico. Trimetrum catalecticum iambicum fit hoc modo, cum una syllaba deest ut sex pedes iambici binis iunctis trimetrum faciant, ut est

ΑΝΤΩΤΙΜΟΥCΑΠΡΟCΙΜΗCΟΝ ||

[hic enim cum una syllaba in fine deest, catalecticum fecit esse non trimetrum iambicum, ut est]

---

scripturam secutus versum Diphili comici e comoedia Sappho citari coniecit B. ten Brink Philol. v. XIII (a. 1858) p. 608. sed utrumque versum a grammatico, cui vitia metri tribuenda sunt, fictum esse apparet

1 DE ALCMANICO *AB* 2 alcmanicum *C* sic cum] sicū *B* 3 et ipse sicuti *BC* sicut et ipse *A corr.* et ipse sicut *a* 5 *ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος Scaliger* ΑΚΡΕCΜΕΝΟ|ΥΚΕCΕCΤΙΝΟΙΔΙΧΗΟC *A* ΑCΚΙCΜΕΝΟΥΚΕCΕCΤΙΝΟΙΛΙΧΝΟΧ| *B μέλει φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ (Aesch. Sept. c. Theb. 287) p*

7 adderimus *A* trimetrum] metrum *C* 9 ΑCΚΡΕCΜΕΝΟΥΚΕCΕC|ΤΥΝΟΥΔΙΧΝΟΧΒΑΘΕ *A* ΑCΚΡΙCΜΕΝΟΙΚΕCΕCΤΙΝΟΥΔΙΧΝΟCΒΕΕ *B ἀχὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος βέλους Scaliger Ἄσκρες μὲν οὐκ ἔσεστι μοὶ λύχνος βαθύς p ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστί μοι, λίγδον δ' ἔχω Bergkius poet. lyr. p. 731 ed. tert., ubi ψυχὴν δ' ἔχω Hartungius griech. Lyr. v. V p. 93, ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστί οἱ διαὶ χερός Emperius opusc. philol. p. 308. eundem versum citari, de quo quinque pedes supra positi erant, certum est; de ipsis verbis non constat* 10 relapsus] *Hor. epod. 17, 18*

11 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 12 DE METRO CATALECTO *AB*. VIII *pro* VII *in marg. adscriptum est in B* iambicum *om. BC, add. pA* 13 sex] est ex *A corr.* sex *a* 14 ut est *om. A* 15 ΑΝΤΩΤΙΜΟΥCΑ|ΠΡΟΙΜΗCΟΝ *A* ΑΝΤΩ|ΤΙΜΟΥCΑΠΠΟCΛΛΗCΟΝ *B. ἀντῳδὴ κωτίλλουσα προσλάλησον et infra* 522, 4 *ἀντῳδὴ κωτίλλουσα προσλαλησάτω coniecit Scaliger, qui spondeum in secunda sede neglegentiae grammatici tribuisse videtur, Ἀντωνίνῳ τι μοῦσα προσύμνησον μέλος Terhaerius apud Gaisfordium, Ἀντωνίῳ τί οὐ πρόσεστι Μοῦσα; et Ἀντωνίῳ τί οὐ πρόσεστι Μοῦσά σοι; ten Brink Philol. v. VIII (a 1853) p. 589, Ἀντώνιός τις Μοῦσα προσφιλὴς ὤν et Ἀντώνιός τις Μοῦσα προσφιλέστατος Bergkius poet. lyr. p. 732 ed. tert., qui de Antonio Musa medico versum dictum esse voluerunt. ἀγώνυμόν τι Μοῦσα πρὸς λάληθρον et ἀγώνυμόν τι Μοῦσα πρὸς λαλίστατον M. Schmidtius Zeitschr. f. Gymn. Berolini 1855 p. 220, αἰτῶ τι, Μοῦσα, πρός σ' ἀδμῆτος αὐγῆς Emperius opusc. philol. p. 308, ἀντωπὸν ὅττι Μοῦσα πρός μ' ἐλέξατο infra Hartungius griech. Lyriker p. 93* 16 hic enim — iambicum ut est, *quae inter graecum et latinum exemplum non recte interposita sunt, pro iis quae sequuntur,* hic enim si fuerit *sqq., olim scripta, deinde alieno loco posita esse videntur*

setosa duras exuere pellis.

huic enim si fuerit addita in fine syllaba, fiet archilochium, de quo paulo ante tractavi,

ANTONINOTIMOYCAΠPOCAΔMI
setosa duris exuere pellibus,
πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
ibis liburnis inter alta navium.

De paliambico comico trimetro acatalecto. Paliambicum comicum trimetrum acatalectum fit hoc modo, primo pede | anapaesto, secundo iambo, tertio dactylo, tribus iambis. sed novissima syllaba indifferens: invenitur enim pyrrichius, qui per communem syllabam finit partem orationis [poterit pro iambo accipi],

Δίδυμός ποθ' ἡμῖν περιτυχὼν ὁ μουσικός,
Didymus cares musice poeta lumine.

De hipponactio trimetro ananio clodo acatalecto. Hipponactium ananium clodum trimetrum iambicum acatalectum fit hoc modo, cum novissimus pes disyllabus a longa incipiat, cum deberet a brevi, ut iambus sit, non spondeus vel trochaeus, ut est exemplum hoc,

ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω,
ὦ Κλαζομένιοι Βούπαλός τε κἄθηνις, ‖

1 duras exurat (exuere a* exurat C) pelles AC duras exurat pellis B duris exuere pellibus p: cf. p. 527, 13 2 hic ABC in fine addita BC 4 ANTONINOTIMO:YCA-ΠPOCAΔMICATOC duris exuere pedibus A ANT$\overset{\omega}{\text{O}}$NINOTIΛIOXCAΠPOCAΛECATOC duris exuere pellibus B duris exuere pellibus et in marg. hor setosa duris exuere pellibus C: Hor. epod. 17, 15 6 πάτερ λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε Scaliger p ΠATEP-AYKAMBAPOICONE:ΦPACOTOΔE A ΠAΠHPAINAMBAPOICOCUIEΦPACUTODH B 7 ibis] Hor. epod. 1, 1 8 DE PALIAMBICO AMICO TRIMETRO Paliambicum B DE PALIMBACHIO COMICO TRIMETRO Palimbicum (Palimbacchicum p) Ap Paliambicum C. *paliambicum metrum, quod ab aliis commemoratum non inveni, si verum est nomen, hoc esse voluit grammaticus, in quo post alios pedes primo et tertio loco constanter adhibitos positi essent iambi. palintrochaicum incerta significatione est infra p. 530, 2* 9 acatalecticum AC catalecticum B secundo iambico B 10 syllaba est indifferens C 11 poterit pro iambo accipie (*deleta, ut videtur, e littera*) B et potest pro iambo accipi C, *om.* A. pro iambo accipio *Gaisfordius*. *an* invenitur enim pyrrichius et poterit pro iambo accipi, qui per communem syllabam finit partem orationis?
13 Δίδυμός ποθ' ἡμῖν περιτυχὼν (περίτυχεν p) ὁ μουσικός Scaliger p ΔIΔI-MOC:ΠOΘHMINΠEPYTYXNOMOYCIKOC A ΛYΛYMOCΠOΘHMINΠHPITPYXNO-MO|YCIKOC B 14 didimus kares musicae poeta lumine AB dedimus kares musica poeta lumine C Didymus carens lumine poeta musicae *Bergkius poet. lyr. p. 732 ed. tert.* 19 AKOYCATΠPωNAKATOCOYAPAANKωKAAZOMENIOIBOYΠAAOCKA-TEINE A AKOICATΠPωNAKATOCOYAPA·ΛHKOKAAZOMENIO YBOYNAΛOCKA-ΘHINE B Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ βουπάλῳ κατηρῶντο p. *posteriorem versum e Tzetzae scholiis in Lycophr. v. 436 (Hippon. fr. 11 Bergk poet. lyr. p. 754 ed. tert.) Putschius recepit. veram scripturam collato Iuba apud Rufinum p. 2712 restituit Bergkius l. c.* Βούπαλον κατέκτεινα *coniecerat B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 74 et Iub. fragm. p. 27*

non usitatas inferam positiones,
cares amore castitas incendenti.

De duplici clodo hipponactio trimetro acatalecto. Duplex clodum hipponactium trimetrum acatalectum fit hoc modo, cum tertii pedis quattuor syllabae sint longae, ut est exemplum hoc,

ἀναξίως ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ,
senes quod omnes rideant cunctos canos.

hic enim pes novissimus quattuor suas syllabas longas habet, *πταίων κώλῳ*, cunctos canos.

De amphicolo hipponactio trimetro acatalecto. Amphicolum hipponactium [clodum] *trimetrum acatalectum* fit hoc modo, cum ex utraque parte iambici trimetri, prima et novissima, clodum sit metrum. in prima clodum est, cum in secundo loco debente poni iambo vel tribrachy vel anapaesto spondeus vel dactylus ponatur, sic et in novissima, quale est hoc exemplum,

ὁ Κιθαιρὼν Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν,
vos istaec intro auferte abite iam nostri.

nam aecin secundus pes spondeus est, cum deberet unus esse de his qui a brevi incipiunt iambicis, *sic* et novissimus. ideo amphicolum, *quod* ex utraque parte, quod *ἀμφί* graece dicitur, clodum sit, quod Graeci *χωλόν* vocant. |

---

2 cares amore (amores *B*) castitas incendenti *ABp* caras amores astitas (*corr.* cares amore castitas) incendenti *C. fortasse* carens amore castitas iuventutis 3 *inde a duplici clodo hipponactio trimetro usque ad finem libri inscriptiones versuum et metrorum omnium in B omissae sunt, spatio tamen vacuo relicto* 5 sint *BC* sunt *pA* 6 *ἀναξίως ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ Bergkius Hippon. fr. 44 poet. lyr. p. 764 ed. tert.*, ΑΝΑΒΙΟϹΠΑΔΝΗΤΙΡ|ΡΟϹΠΤΑΙΩΝΚΩΑΩ *A* ΑΝΑΒΙΟϹΙΤΑΔΗΝΤΙΡΡΟϹΠΙΛΙΟΝΚΩΛΩ *B* *ἀναβιῶσα ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ p*, *Ἀναξίβιος ἀκμῆτι προσπταίων κώλῳ Meinekius poet. choliamb. p. 121*, *ἀνὰ μὲν ἔβωσ' ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ B. ten Brink Philol. v. VI p. 52* 7 senes *AC* senon *B*: *Hor. epod. 5, 57* senem, quod omnes rideant, adulterum Latrent Suburanae canes 8 syllabas suas *B* *πταίων p* ΠΠΩΝ *A* ΙΤΤΙΩΝ *B* 11 trimetrum acatalectum *om. ABC.* clodum *autem a Plotio, qui* amphicolum, *nisi potius* amphicholum *scripsit, a χωλός derivari voluit, addi non poterat* 12 trimetri] metri *ABC* 16 *ὁ Κιθαιρὼν Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν Meinekius choliamb. poet. p. 130*, ΟΚΙΕΑΡΡΩΝΑΙΔΙΟΙΟϹΙΝΕΝΧΟΡΟΙϹΒΑΧΧΩΝ *A* ΟΚΙΟΛΡΡΟΝΛΙΔΙΟΙΟϹΙΝΕϹΧΟΡΟΙϹΒΑΧΧΩΝ *B*. *ὁ χαίρων Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν coniecit Gaisfordius, ὁ Κιθαιρὼν εὐίοισιν ἐν χοροῖς Βακχῶν Emperius mus. Rhen. v. I (a. 1842) p. 457 et opusc. philol. p. 154 ὢ Χῖε χαίρων Λυδίῳ χορῷ Βάκχων B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 43* 17 uos isthaec *pC* uos ista haec *B* uos ita haec *A*: *Terent. Andr. I 1, 1* vos istaec intro auferte, abite, Sosia 18 nam aec inscdś pes sponds est *B* nam haec in secundus pes spondeus *A* nam hic est secundus pes spoñ *C* nam haec in secundo pede spondeus est *p* esse unus *B* 19 iambicis *C* iambici *AB* sic *om. ABC* quod *priore loco om. ABC*

20 amphi grece dicitur clodum sed quod greci ΧΟΛΟΝ uocant *A* ΑΜΦΙ graece dicitur clodum sed quod graeci ΧΩΛΩΝ uocant *B* amphi grece dicitur clodum quod greci ΧΩΛΟΝ uocant *C*

De tetrametro iambico brachycatalecto coluro. Tetrametrum brachycatalectum colurum fit hoc modo, cum novissimus pes debens habere syllabas quattuor duas habeat, ut est ‖

ὁ Πύθιος μεσομφάλοις θεὸς παρ' ἐσχάραις,
post insepulta membra different lupi mali.

hic enim unus pes disyllabus deest ut sit tetrametrum plenum acatalectum. miurum dicitur, quod minus sit, quod Graeci *μι* dicunt, *in* coda, id est novissima parte, quam Graeci *οὐράν* vocant. sic et colurum, quod sit *κολοβόν*, id est curtum, *ἐν τῇ οὐρᾷ*, id est in coda, in fine.

De tetrametro catalectico comico. Comicum tetrametrum catalecticum fit hoc modo, cum novissimus pes tres habeat syllabas, debens habere quattuor,

δίκαιός ἐστιν ὁ φθόνος, τὸν γὰρ φθονοῦντα δάκνει,
indormit unctis omnium cubilibus malignus.

hic enim una syllaba deest ut sit integrum tetrametrum acatalectum, de quo breviter doceamus.

De tetrametro acatalecto iambico * Tetrametrum choricum hypercatalectum fit hoc modo, cum in locis quidem paribus pedes iambici trisyllabi ponuntur incipientes a brevi, hoc est tribrachys et anapaestus, et in novissimo aut bacchius a brevi *aut* amphibrachys propter novissimam syllabam indifferentem; in locis vero imparibus iambici disyllabi, aut iambus aut spondeus, ut est

multos Helena viros lepida suo subigit amore pulchro ‖

et

recte Phrygia magnae Cereris adit genua sibi benigna,

---

3 syllabas quattuor *AC* IIII syllabas *B* habeat *BC* habet *pA* 4 *ὁ πύθιος μεσομφάλιος θεὸς παρ' ἐσχάραις p* ΟΡΙΘΙΟCΜΕΝΟΜΦⲀⲀΟΥΟΕCΠΛ|ΡΕCΧΔⲀΡⲀΙC *A* ΟΡΙΟΙΟCΜΕ|ΝѠΜΦⲀⲀѠΥΘΕCΠⲀΡΕCΧⲀⲀΡⲀΙC *B*. *μεσομφάλοις Bergkius poet. lyr. p. 1348 ed. tert. μεσομφάλου est in libris infra p. 526, 18, ἐσχάραις infra p. 525, 14* 5 post] *Hor. epod. 5, 99* lupinali *A* 7 miyrum *B* MIOYPŪ *C* morum *A* ·MI· dicunt CODAIDES nouissima pars *A* M͞I dicunt coda ides nouissima pars *B* MI dicunt COΔΛ id ÷ nouissima pars *C μεῖον* dicunt, coda, id est nouissima parte *p* 8 colorum *A* quod sit ΚΟⲀΟΒΟΝΙΔΕC curtument ΟΥΡⲀ *A* quod sit ΚΟΛΟΒΟΝΙΔΕC curtum ΕΝΘΗΟΥΡⲀ *B* quod sit ΚΟΛΟΥΡΟΝ id ÷ curtum ΕΝΤΗΟΥΡΛ *C* 9 in cauda *C* 10 CATALECTO *A* 11 tres] tris *BC* 13 ΟΦΕΟΝΟCΤΟΝΚⲀΡΦΕΟΝΟΥΝΤⲀΔⲀΚΝΕΙ *B* *δάκνει*] ⲀΔΚΝΕΤ *A* 14 indormi cunctis *AB* indormit cunctis (l' unctis) *C* indormts cunctis *p: Hor. epod. 5, 69* indormit unctis omnium cubilibus malignis *p* 15 chatalectum *A* 17 *lacunam, qua definitio tetrametri acatalecti cum inscriptione tetrametri hypercatalecti excidit, indicavi: cf. p. 526, 1* corioum *BC* corium *A* chorium *p* 20 aut bachius a breui amphibrachis *A* antibacchius (antibachius *B*) a breui amphibrachis *BC*. bacchium *Plotius dixit pedem ex duabus longis et una brevi p. 539, 11* antibacchii *autem nomine usus non est, sed* palimbacchium *dixit pedem bacchio contrapositum p. 499, 7* 21 iambici dissyllabi *BC* disyllabi iambici *A* aut iambi aut spond' *B* 23 helina *AB* lepida *pA* tepida *BC* 25 Cereris] ceteris *B* benigne *corr.* — na *B*

εἴδω τρυφερόν, εἴδω μελιχρόν, εἴδω ἁπαλόν, εἴδω ἄγαλμα,
cantas nimium, volas nimium, cessas modicum, erras hirundo,
ὁ μῦς διέφαγε τὴν παγίδα, τυροῦ λεπίδα κακῶς μασᾶται,
mones, Helene, vates Phrygie fatis solite veris moveri.

De tetrametro brachycatalecto clodo *vel* episcazonte trimetro. Tetrametrum clodum brachycatalectum, | quod et episcazon trimetrum nuncupatur, fit hoc modo, cum quartus pes debens esse tetrasyllabus duas habeat syllabas, ideo brachycatalectus; clodus propterea, quod ipsum pedem novissimum disyllabum debens habere iambum habeat spondeum,

Ἑρμῆ μάκαρ καθ' ὕπνον οἶδας ἐγρήσσειν,
non ut superbas invidae Carthaginis arces.

hoc a miuro tetrametro, de quo paulo ante tractavi, ideo differt, quod illud novissimum pedem iambum habet, mali, hoc vero spondeum, arces, illud *σχαραις*, hoc *γρησσειν*.

De tetrametro perfecto acatalecto clodo. Tetrametrum acatalectum clodum fit hoc modo, cum quattuor pedes iambicos tetrasyllabos habeat, sed octavum disyllabum spondeum pro iambo,

ΑΝΑCCΑΘΝΑΤΩΠΚΟΝΑΑΧΟΥCΑΡΙΟΡΟΝΙΝCΟΥ
parumne campis atque Neptuno superfusum dextris.

---

1 *Εἴδω τρύφερον, εἴδω μελιχρὸν, εἴδω ἁπαλὸν, εἴδω ἄγαλμα p* ΕΥΔΩΤΡΥΦΕΡΟΝΕ¦ΥΛΟΜΕΝΧΡΟΝΕΕΥΛΟΛΤⲀⲀΝⲀΕΥⲀ|ΟⲀΤΛⲀΜΛ *A* ΕΥ (ΛΩ *add. in marg.*) ΤΡΥΦΕΡΟΝΕΥΛΩ¦ΜΕΝC (*deleta* C *littera*) ΧΡΟΝΧΕΥΛΩⲀΤⲀΛΜΕΥΛΩΛΤⲀΛΜⲀ *B. fortasse λαλῶ* 2 cantas nimirum *A* erras *BC* herras *deleta* h *littera A* at erras *p* 3 ΟΜΙCⲀΙΕΟⲀΤΕΤΗΝΠⲀΤΙⲀⲀΤΥΡΟ,ⲀΕΠΙΚⲀΚΩΕΜⲀΝΜⲀΝΗΤⲀC *A* ΟΜΥCΔΙΕΦΛΤΕ|ΤΗΝΠΛΤΙΚⲀΤΙΡΟΛΕΠΥΚⲀΚΩCΜⲀΜΜⲀ·ΝΗΤⲀΙ *B. ὁ μῦς διέφαγε τὴν παγίδα τυροῦ, ἀφ' οὗ κακῶς μάλα μαίνεται ex exemplo Vossiano adscripsit Gaisfordius hoc secutus posui quod versus postulabat, quamvis verba in exemplo a grammaticis, ut videtur, ficto incerta sint* 4 Helenae *pC* heline *B* helinę *A* frigie fatis solite *B* Phrygiae fatis solitae *pAC* 5 clodo episcazonte *A* clodo episcazo *p* 6 episcazon *C* epicazon *B* piscazon *A* 9 habeat spond' *B* habet spondeum *pAC* 10 ΕΡΜΗ¦ΜⲀΚⲀΡΚⲀΘΥΠΝΟΝΟΙΔΛCΕΤΡΗC¦CΕΙΝ *A* ΕΡΜΕΜⲀΚⲀΡΚⲀΤΙΙΤΝΟΝΟΙΔΛCΕΤΡΗCCΕΝΙ *B* *Ἑρμῆ μακάταθ' (μακάρταθ' voluit) ὃς καθ' ὕπνον οἶδας ἰκρήσσειν p Ἑρμῆ μάκαρ, τὸ γὰρ (vel τὸ καὶ) κάτυπνον οἶδας ἐγρήσσειν (vel ἐκπρήσσειν) Meinekius poet. choliamb. p. 131, Ἑρμῆ μάκαρ, κάτυπνον οἶδας ἐκπρήσσειν B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 64 errorem de tetrametro tribuens Plotio. μακάρτατε ultima syllaba producta grammaticus pro μάκαρ, quod in versu Hipponactis invenerat, scripsisse videtur, ut tetrametrum efficeret* 11 non ut] *Hor. epod. 7, 5* non ut superbas invidae Carthaginis Romanus arces ureret: *cf. p. 528, 10* inuidae (ae *in litura C*) carthaginis *Cp* inuidia carthaginis *A* inuidia parthacinis *B* 12 a miuro *pC* a muro *A* a miro *B* ideo] in eo *p. fortasse* eo 14 illud ΕΧⲀΡⲀΤΕ hoc ΤΡΗCCΕΙΝ *A* illud CΧⲀΕⲀΙC hoc ΤΡΩCΕΙΝ *B, om. Cp* 16 hoc modo *om. pAC, add. B* iambicos tetrasyllabos *C* iambicos et tetrasyllabos *AB* 18 ⲀΝⲀCCⲀΘΝⲀΘΩΤΙΚΟΝ·ⲀΧCΟΥCⲀΡΙΡΟΝΙΝCΟΥ *B* *Ἄνασσα θνατῶν κοινὰ μοῦσα* ΡΙΟΡΟΝ *λίσσον p. corrupta verba sic, ut in A scripta sunt, exhibui* 19 Parum necambis *A* Parumne campis *p*: *Hor. epod. 7, 3* Parumne campis atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis

hoc a tetrametro acatalecto, de quo supra docui, hac ratione differt, quod in illo novissimus pes disyllabus ‖ a brevi incipit, in hoc a longa; in illo iambus, *θαγαρ*, enim, eos, in hoc spondeus, AICCOY, dextris.

De cinaediambico tetrametro brachycatalecto. Tetrametrum cinaediambicum brachycatalectum fit hoc modo: duos primos pedes iambicos tetrasyllabos habebit, tertium hexasyllabum ex tribrachy et dactylo constantem, quartum vero trisyllabum, sed a brevi incipientem, aut anapaestum aut amphibrachum,

ΤΑΧΥϹΕΜΕΤΑΜΤΥΧΗΒΙΟΤΟΝΜΑΙΝΕΤΕΠΡΟΒΑϹΑ
fractosque remos differat zephyrus arduus verendus.

De satyrico tetrametro coluro. Tetrametrum satyricum colurum est quod constat spondeo iambo spondeo tribrachy et tribus iambis, ut sit tetrametrum brachycatalectum,

τὸν Πύθιον τὸν Δήλιον ὃν ἔτασσε† βίχορος,
Musae Iovem laudate et agiles choros date.

hoc a tetrametro brachycatalecto miuro, de quo supra docui, hac ratione distat, quod illud quartum pedem simplicem disyllabum habet, | hoc vero trisyllabum tribrachyn: in illo *φαλοις*, bradif, in hoc *λιονον*, teeta.

Secundum rationem metri iambici huc usque extendi metrum iambicum deberet, a dimetro usque ad tetrametrum, quamvis Horatius usque ad trimetrum praeceperit, cum de sexto pede vel septimo iambico nullam fecerit mentionem. sed quoniam multi ‖ ausi sunt et pentametra et hexametra et heptametra et octametra iambica facere, de his quoque brevis-

---

1 quod anullo *B* 2 incip̄. in hoc alonga *C* incipit quod in hoc a longa *AB* in illo iambus ΟΑΡΤΑΡ enim eos in hoc spondeus ΑΙϹϹΟΥ dextris *A* in illo iambus ΘΑΤΑΡ enim eos in hoc spond's ΑΥϹΟΙ. dextras *una littera post* I *deleta B* in illo iambus enim eos in hoc spondeus *λίσσον* et dextris *p*, *om. C*. *θαγαρ* enim eos *ad tria exempla tetrametri iambici acatalecti in lacuna, quam indicavi p. 524, 17, omissa pertinent* 4 DE CINAEDIIMBICO *A* cinediambicum *A* cinaediiambicum *B* cinedi iambicum *C* 6 constantem *pA* consonantem *BC* 7 anapaestum] *immo* antibacchium, *quem* bacchium a brevi *Plotius dixit supra p. 524, 20* 9 ΤΑΧΥϹΕΜΕΤΑΜΤΙΧΗΒΙΟϹΤΟΝΜΑΙΝΗΤΗΠΡΟΒΑϹΑ *B* *ταχύ σε* ΛΕΥΤΑΜΤΥΧΗ*βιοτον* ΜΑΙΝΕΤΕ *πρόβασα p. verba sic, ut in A scripta sunt, exhibui* 10 fractosque *Ca** fractoque *AB*: *Hor. epod. 10, 5* Niger rudentes eurus inverso mari Fractosque remos differat deferat, *in marg.* differat *C* zephirous *B* 14 *τὸν πύθιον τὸν δήλιον ὃν ἔτασσε βίχορος p* ΤΟΝΠΙΘΙΟΝΕΟΝΔΗΛΙΝΟΝΕ ΓΛϹϹΕΒΙΧΟΡΟϹ *A* ΤΟΝΠΥΤΙΟΝΤΟΝΔΕΔΙΟΝΟΝΗΤΑϹϹΕΒΙϹΤΡΟϹ *B* *ὃν ἔτης σέβει χορός Isaacus Vossius apud G. I. Vossium instit. poet. II 35, 10 p. 124* 15 et agiles date choros *Marius Victorinus p. 82, 12,* etiam agiles choros date *G. I. Vossius l. c.* 16 miuro *pC* inuiro *A* miro *B* 18 tribrachin in illo ΦΑΑΟΥΒRADIFĪ· hoc aio ΝΟΤΕΕΤΑD Secundum *A* tribrachim in illo ΦΑΛΑΛΟΥΒΚΑΔΙΦΙΜ· hoc ΑΙΟΝΟΘΕ & Secundum *B* tribrachin et secundum *C* tribrachym in illo Secundum *p*: *cf. p. 524, 4* 19 huc usque *p* hoc usque *ABC* metrum] trimetrum *B* 20 Horatius] *a. p. 251 sqq.* 22 ausi sunt *B* ausi sint *pAC* 23 eptemetra et octometra *A*

sime doceamus. metri iambici schemata, sicut quibusdam placet, sunt numero MMXLIIX; sicut ratione colligimus, CCCXX.

De pentametro catalectico iambico. Pentametrum catalecticum iambicum tale est: quattuor pedes iambicos tetrasyllabos habet, quintum trisyllabum pro tetrasyllabo, ut

qua tristis Orion cadit quietiusve nec feratur aequor.

hoc potest dividi in dimetrum acatalectum archilochium, de quo supra docui,

ΦΑΒΘΥΛΟϹΘΟΘΙΑΘΥϹ
frangit trementes ilices,

et in trimetrum catalecticum, de quo similiter supra tractavi,

nec sidus atra nocte amicum apparet,
setosa duras exuere pelles.

De hexametro iambico catalectico. Hexametrum iambicum catalecticum tale est, quinque pedes iambicos tetrasyllabos recipiens et sextum trisyllabum,

nam qualis aut Molossus aut fulvus Lacon, amica vis pastoribus, per altas.

hoc divisum facit dimetrum acatalectum,

parata tollo cornua,

et tetrametrum catalecticum,

---

2 numero MMXLIIX, *sed* IIX *in litura A*, numero M͞MLXLII *BC: numerum schematum hoc loco indicatum ad octametra pertinere apparet, quamquam qua computatione ille effectus sit non constat. trecenta et viginti autem schemata, quae ipse grammaticus posuit, tetrametri acatalecti esse voluit* collegimus *ABC* 3 catalecto *A* catalecticum *BC* catalectum *A* 5 ut *Αἴτωλος ἀνὴρ ὑψόθεν* Qua tristis *p graeco exemplo dimetri acatalecti* (*Pind. Ol. 3, 21*) *pro eo quod in codicibus post* docui *scriptum est interposito* 6 qua tristis orion candit quietiusue nec feratur aequor *AB*, *dimidia versus parte post* candit *vacua relicta in B*, qua tristis orion cadit quietiore nec feratur equore, *sed* dit *et* ore *in litura C: Hor. epod. 10, 10* 9 ΦᾲΒΟΥΛΟϹΕΙ|ΘϹΘΙΛΟΙϹ *ultima littera prioris versus* I *vel* Ϲ *abscisa B*, *om. p. dedi scripturam codicis A. ἄβουλος ἦσθ' ὦ Ἴλιος Schneidewinus coniect. crit. p. 141, ἄβουλος εἶς σὺ σῷ φίλῳ B. ten Brink Mnemos. v. III* (*a. 1854*) *p. 280, ἄβουλος ἐς φίλους θεός Kiehlius ib. p. 228, ἄβουλος ἦσθεο σφαλείς Emperius opusc. philol. p. 308, φαγηλὸς* (*vel ῥαβδοῦχος*) *ὣς Θεοινίοις Bergkius Archil. fr. 105 poet. lyr. p. 713 ed. tert., πρόβουλός ἐσθ' ὁ Λεώφιλος Hartungius griech. Lyr. p. 110* 10 fragitrementes ilicest *AB*, *viginti fere litterarum spatio in fine versus in B relicto*, ut frangitrementes ilicem (t, s *superscr.*) *C: Hor. epod. 10, 8* 12 nec sidus] *Hor. epod. 10, 9* amicum apparet *p* amicum est et *superscripto* apparet *C* amicum est *AB* 13 setosa] *Hor. epod. 17, 15: cf. p. 522, 1* exuere *p* exuerant *ABC* 15 recipiens *AB* recip̄ *C* 17 nam qualis] *Hor. epod. 6, 5. spatia complurium litterarum ante* nam *et deinde ante* 20 parata *et ante* 528, 1 qualis *in B vacua relicta sunt, quod indicio esse potest ante latinos versus olim graeca exempla scripta fuisse* molosus *ABC* falcus *B corr.* fuluus *b* 19 hoc diuisum metrum catalecticum *AB* hoc diuisum metrum catalecticum facit ut *C* 20 parata] *Hor. epod. 6, 12*

qualis Lycambae spretus infido gener Bupalo. ‖

De heptametro acatalecto iambico. Heptametrum acatalectum septem integros pedes iambicos tetrasyllabos habet, ut

minusve languet fascinum, quod ut superbo provoces
ab inguine, ore adlaborandum est tibi.

hoc divisum poterit acatalectum trimetrum et acatalectum tetrametrum facere, quorum supra exempla tractavi.

De octametro catalectico iambico. Octametrum catalecticum fit septem | pedibus iambicis tetrasyllabis, *octavo trisyllabo*,

non ut superbas invidae Carthaginis Romanus arces
ureret intactus aut Britannus*.

hoc quoque divisum facit tetrametrum integrum acatalectum et tetrametrum catalecticum, de quibus supra docui. hoc tamen scire debemus, quod praeter heptametrum cetera supervacua, hoc est pentametrum hexametrum octametrum, catalectica sunt; solum vero heptametrum acatalectum. nullum tamen de his quattuor aut brachycatalectum aut hypercatalectum poterit reperiri. species iambici metri, quas nunc dedi, viginti tres sunt, sicut exempla tradunt.

DE METRO TROCHAICO ET EIVS SPECIEBVS XI

Trochaicum metrum in prima quidem parte et tertia et quinta pedes recipit duos, trochaeum et tribrachyn, in secunda vero et quarta et sexta vel novissima quinque recipit pedes, trochaeum tribrachyn anapaestum spondeum dactylum vel amphimacrum ‖ propter novissimam syllabam indif-

1 quales cambe spretus infido gener bupalo *A* qual'-iambus est petrus gener bupalo *B* ut quales (*corr.* -is) cambe(ly)spretus infido gener bu(b)palo *C*: *Hor. epod.* 6, 13. Bupalo, *quod nomen ex sequente apud Horatium versu petitum est, a grammatico in fine versus catalectici positum esse parum probabile est.* gener aut acer *vel* gener inultus *scribere potuit* 4 minusuelanguet fascinum *A* minusue distringet langet fuscinum *B* minusue distringet languet fascinum *C*: *Hor. epod.* 8, 18 superbo] super *B* 5 ore laborandum *AB et superscripto* ad *C* ore allaborandum *p* 6 hoc diuisum poterit acatalectum trimetrum et acatalectum tetrametrum facere quorum C, *ubi in margine post* facere *adscriptum est* aut acer hostis, *quod ad Horatii versus supra* 1 *citatos pertinet*, hoc diuisum (diuidi *p*) poterit in (in *om. B*) acatalectum trimetrum et (et *om. B*) acatalectum tetrametrum quorum *ABp* 7 exempla supra *B* 8 DE OCTOMETRO CATALECTO *A* catalectum *BC* 9 octavo trisyllabo *om. ABC* 10 non ut superbas inuidiae cartaginis romanus arche surgeret intactus aut britannicus *A* non ut superius inuidiae cartaginis romanus arces ureret intactus aut brittannus *B* ut non ut superas (*corr.* superbas) inuidie (*corr.* -de) carthaginis romanus arces ur(e)eret intactas aut brit(ut)tannus *C*: *Hor. epod.* 7, 5: *cf. p.* 525, 11. *lacunam, qua unus pes iambicus tetrasyllabus excidit, indicavi:* intactus aut Britannus ut descendat *vel* intactus aut descenderet Britannus *scribi potuit* 14 quod *om. pAC, add. B* ceteras superuacuas *C* hexametrum octametrum *om. A, add. a in marg.* 16 aut hypercatalectum *om. pAC, add. B* 19 XI *in inscriptione om. A* 23 propter] . . . ter *corr.* praeter *C*

ferentem. unde schemata habet CCLXXXVIII. crescit tamen a dimetro usque ad tetrametrum.

De anacreontio trochaico dimetro acatalecto. Trochaicum anacreontium dimetrum acatalectum est quod constat trochaeis quattuor, qui iuncti faciunt dimetrum acatalectum, ut

aura veris et favoni.

De euripidio dimetro catalectico. Trochaicum dimetrum catalecticum euripidium fit una syllaba a superiore metro sublata.

De dimetro catalectico clodo trochaico. Trochaicum dimetrum catalecticum clodum fit hoc modo, cum paenultima syllaba debens brevis esse longa sit, ut

Gratiae decorae stant.

De dimetro brachycatalecto coluro ithyphallico. Trochaicum dimetrum brachycatalectum colurum, quod ithyphallicum dicitur, fit | tribus trochaeis; ideo colurum brachycatalectum, quod duae syllabae desunt in fine, ut sit dimetrum integrum acatalectum,

ΜΗΜЄΤΩΛЄΦЄΙΤЄ

pauperum tabernas.

ithyphallicum dictum, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero patri *φαλλόν*, id est fascinum virilem, *ἴθυνον*, id est ciebant, dicentes *εἶθε μ' ἰθύφαλλε*. nunc de trimetris trochaicis breviter doceamus. ‖

De trimetro catalectico trochaico. Trimetrum catalecticum fit, cum quinque pedes sint trochaici et una syllaba, ut est

Faunus immolare sive malit † se.

De trimetro catalectico *clodo*. Trimetrum catalecticum clodum est tale, quale superius, sed paenultima syllaba longa pro brevi,

οἱ θεοὶ τὰ κοινὰ Ταντάλῳ δόντες,

---

1 C̅C̅ILXXXVIII *B* CCDXXXVIII *ut videtur corr.* CCIXXXVIII *C* 2 usque ad tetrametrum *BC, sed litterae* que ad tetr *in litura C*, usque ad altera metrum *pA* 4 faciunt iuncti *B* 5 achatalecticum *A* 6 ut aura *(prius* a *in litura)* ueris et fauoni *C* aura (uira *A*) ueneris et faboni *AB: Hor. carm. I 4, 1* grata vice veris et favoni 7 DE EURIPIDO DIMETRO CATALECTO *A* 8 euripidium *A* euripidum *B* euripideum *pC* a *om, BC, add. pA. deinde exemplum metri euripidii omissum est* 9 catalectum *pA* 12 Gratiae] *Hor. carm. I 4, 6* Gratiae decentes decore stant *B* decores stant *A* 13 BRACHICATALECTICO *A* 14 quod ythipalicū tium dī *B* 15 desunt *Gaisfordius* sunt *ABC* 16 achatalecticum *A* 17 ΜΗΜЄΤѠΛЄΦЄΙΤЄ *A* ΜΗΜЄΙ·ΤѠⲇЄΥΤЄ *B* *μή με λιπεῖτε p μή με δὴ λιπῇτε Gaisfordius. fortasse μή με τῷδ' ἐφῆτε* 18 pauperum tabernas *pC* pauperum tabernai *ut videbatur A* pauperum taberna *B: Hor. carm. I 4, 13* 19 libro *A* 20 *ἴθυνον*] ΙЄΥΝΟΝ *B* ЄΙΘⲇΜЄЄΙΘΥΦⲇΜЄ *A* ЄΙΘΛΜЄЄ ΟΘΥΦⲇΝЄ *B* ЄΙΘΛΜЄЄΙΘΥⲇΝЄ *C* 21 de *om. B* 24 Faunus] *Hor. carm. I 4, 11* nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis, seu poscat agna, sive malit haedo *fortasse* sive malit hoc 25 clodo *om. A, add. p* catalectum *B* 27 ΟΘЄΟΙΤⲇⲇѠΙΝⲇΙΤⲇΝΤⲇⲇΟ ΙΟΔΟΝΤЄC *A* ΟΘЄΟΙΤⲇΛΟΙΝⲇΙΤⲇΝΤⲇ ΜΟΙΟΛЄΝΤЄC *B* *οἱ θεοί τ' ἄποινα (τὰ λοιπὰ Gaisf.) Ταντάλῳ δόντες p Gaisfordius. versus inter Hipponactis fragmenta vulgo receptus (poet. chol.*

arma ferte, date tela celata.

De trimetro brachycatalecto *coluro* chorio palintrochaico. Trimetrum brachycatalectum colurum chorium palintrochaicum fit, cum quinque pedes trochaici metri ponantur, debentes esse sex, ut sit trimetrum acatalectum,

immemor struis domos severas.

De tetrametro catalectico. Tetrametrum catalecticum trochaicum fit, cum septem pedes trochaici metri ponuntur et syllaba,

non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi.

De tetrametro coluro *brachycatalecto* trochaico. Tetrametrum trochaicum colurum brachycatalectum fit hoc modo, cum septem pedes soli trochaici metri ponuntur, cum debeant poni octo,

hic superbum Tantalum convivam Iovis alti.

Ausi sunt quidam excedere tetrametra trochaica et pentametra facere, de quibus per exempla tractemus. ‖

De pentametro catalectico trochaico. Pentametrum catalecticum fit, cum novem | pedes disyllabi trochaici ponuntur et una syllaba,

continente ripa quid quod usque proximum revellis agrum hunc.

De pentametro coluro brachycatalecto. Pentametrum brachycatalectum colurum fit novem integris positis pedibus trochaicis. in coluro enim semper duae syllabae desunt ut sit metrum acatalectum integrum,

in sinu ferens deos et uxor et vir sordidasque vestis.

Hoc tamen notemus, quod una sola species in trochaico metro acatalecta reperitur, dimetra anacreontia, de qua prima specie supra tractavi. ceterae aut catalecticae sunt aut brachycatalectae: nam hypercatalectae nullae sunt.

---

ed. Meinek. p. 131, poet. lyr. ed. Bergk p. 777 ed. tert.) non dubito quin a grammaticis fictus sit. οἳ δὴ θεοὶ τἄποινα Ταντάλῳ δόντες Hipponactem scripsisse coniecit B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 76

1 arma] *Verg. Aen. IIII 394* ferte citi flammas date tela inpellite remos 2 coluro *om. A* 3 colurum chorium palintrochaicum *A* colurum corium parintrochaicum *B* colurum corioralicum trochaicum *C* 4 esse VI *C* sex *AB* trimetrum] metrum *A* 5 immemor struis *p* inmemor eruis *A* immemor ruis *una littera ante* ruis *deleta C* in mortuis *B: Hor. carm. II 18, 19* inmemor struis domos domos *BC* domus *pA* 7 pedes *om. A, add. a* 8 non os eburne caureas *B* N os ebur nec aureas *C: cf. Hor. carm. II 18, 1. 3. 7* mihi *om. C* 9 brachycatalecto *in inscriptione om. A* Tetrametra *B* 12 hic] *Hor. carm. II 18, 36* hic superbum Tantalum atque Tantali genus conuiuas *ABC. rectius erat* magni Iovis convivam 13 quidam ausi sunt *B* et *om. AB, add. C* 17 continente] *Hor. carm. II 18, 22* continente — revellis agri terminos reuelles *B* agrum hunc *B* agrum agrum hunc *p* (*AC?*) 18 brachycatalectum] catalecticum *ABC* 19 pedibus integris positis *C* 20 acatalectum] catalecticum *ABC* 21 in sinu] *Hor. carm. II 18, 27* ferens *p* flens *A* fens *B* ferentes *C* sordidasque uestis *A* sordidas uestis *et in marg.* q, *B* sordidasque uestes *C* sordidosque natos *p* 22 specie sint trochaico *B* 24 ceterae aūt (*h. e.* autem) *B* catalecte *BC* brachicatalecticae *A* 25 hypercatalecta nulla sunt XI de trochaico *ABC. duos trimetros trochaicos restitui. nam a trimetro Plotius in definitione trochaici metri profectus est*

undecim *sunt* de trochaico fonte rivi,
quos habemus supra titulis bene refusos.

Ex hoc metro, trochaico scilicet, et iambico constat metrum saturnium, quod mixtum est. ideo nec inter species iambicas posui nec inter trochaicas. constat autem ex iambico dimetro catalectico hipponactio amphicolo et tribus trochaeis, id est ithyphallico. quo metrò usi sunt Euripides et Callimachus et apud nos Naevius sic [de metro saturnio. saturnium compositum vel mixtum ex iambico metro et trochaico, iambico dimetro amphicolo hipponactio catalectico et trochaico dimetro brachycatalecto ‖ ithyphallico, hoc est tribus trochaeis, composuit Naevius hoc modo], 'ferunt pulchras creterras': huc usque hipponactium amphicolum dimetrum catalecticum iambicum est. nam quod sequitur trochaicum dimetrum brachycatalectum ithyphallicum tale est, 'aureas lepistas': novissima syllaba indifferens. totus versus sic,

ferunt pulchras creterras aureas lepistas

et

malum dabunt Metelli Naevio poetae

et

trahuntque siccas multas machinae carinas.

DE METRO ANAPAESTICO ET EIVS SPECIEBVS XIII

Anapaesticum metrum pedes recipit | quattuor, anapaestum spondeum dactylum procceleumaticum, et est schematum CXXIIX: catalexin tamen habet [id est finem] ab ionico maiore vel molosso. crescit tamen a dimetro usque ad tetrametrum.

De dimetro catalectico. Anapaesticum dimetrum catalecticum fit hoc modo, dactylo spondeo dactylo †

---

2 supera *A* refusos *BC* rufos *pA* 4 est *om. AB, in marg. in initio versus add. C* nec inter species (iambico posui nec inter *in marg. add. b*) trochaicas *B* 5 ex iambo *pA* 6 amphiloco, *sed* loco *in litura A* trochaicis *ABC* 7 Euripides *Santenius in Terent. Maur. p. 353*, cyrides *AC* cyridus *B* Choerilus *cod. Scalig. 37: cf. Caes. Bass. p. 265, 14* apud Euripidem et Callimachum et quosdam antiquae comoediae scriptores tale inveni genus meuius sic *ABC* neuius sic *a** Naeuius *p. quae sequuntur*, De metro saturnio — 10 Naevius hoc modo, *ex superioribus neglegenter repetita sunt* 10 ithipalico *B* stipallico *A* stipallico *corr.* ytipallico *C* neuius *BC* maeuius *A* 11 pulcras *B corr.* pulchras *b* creterras *AB* crateras *C* hoc usque *A* 12 cataleoticum *a* catalectum *A* acatalecticum *BC* 13 brachicatalecticum *C* ithipalicum *B* stipallicum *A* ytipallicum *C* 14 novissima — lepistas *om. C* 15 craterras *p* crateras *codex Cusanus* 17 metellinę | (uio poetae et trahuntque siccas multas machinae *in marg. add. a*) carrinas *A* 19 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 20 XIII] XII *A* 21 anapaestum] anapaesticum *B* 22 schematum (schematicum *A*) CXXIIX *AB* schematum CXXII *C* tamen *priore loco in litura a** 26 dactilo spondeis dactilo *ApC* dact. spond. dact. *B*. *dimetrum catalecticum, cuius et definitio et exemplum in libris corruptum est, ita descripserat grammaticus, ut una syllaba in fine addita dimeter acatalectus, qualem postea posuit, efficeretur. quod ita restitui potest,* dactylo, spondeo, pyrrichio, dactylo, sidera pulcherrima sidera

sidera pulchra pulchra sidera.

huic addita syllaba faciet dimetrum acatalectum.

De dimetro acatalecto. Anapaesticum dimetrum acatalectum constat pedibus his, dactylo, spondeo, anapaestis duobus. latinum exemplum melius est,

iam tibi Mars in genibus recubans. ‖

De dimetro dipyguo hypercatalecto. Anapaesticum dimetrum dipygnum hypercatalectum fit hoc modo, dactylo, spondeo, duobus dactylis, syllaba,

tu fueras formose puer fueras.

De trimetro acatalecto simplici. Trimetrum anapaesticum acatalectum simplex fit hoc modo, duobus anapaestis, spondeo,

Lacedaemona pastor flens.

De dimetro acatalecto simplici. Anapaesticum dimetrum acatalectum simplex duobus anapaestis constare debet,

tribuit mihi lex.

De proceleumatico tetrametro acatalecto. Anapaesticum tetrametrum proceleumaticum *acatalectum* constat tribus proceleumaticis et quarto anapaesto,

moreris asine, moreris asine vapulans.

De tetrametro acatalecto pleno proceleumatico. Plenum proceleumaticum tetrametrum fit quattuor proceleumaticis plenis | positis,

id agite, peragite celeriter itinera.

hoc ideo evenit in anapaestico, quoniam *in* dactylico contrario eius spondiazon evenit purus, qui contrarius est proceleumatico.

De tetrametro acatalecto pleno archigenio. Tetrametrum anapaesticum

---

2 acatalecticum *B* catalecticum *pAC* 3 DE DIMETRO ACATALECTO ANAPESTO Dimetrum achatalectum *A* Dimetrum acatalectum *C* imetrum catalectum *B* 4 duobus *om. ABC, add. a*p* latinum exemplum melius est *om. C* 6 mars ingenitus *BC* marsim genitus *A. an* Mars in gremio? 7 .napaestum *B* dipignum *BC* *δίκυκνον p. fortasse* dizygum 10 DE TRIMETRO CATALECTICO SIMPLICI Trimetrum anapesticum catalecticum fit *A* imetrum (Dimetrum *b*) anapaesticum catalecticum simplex fit *B* Trimetrum anapaesticum catalecticum simplex fit *C. trimetrum acatalectum simplex dixit grammaticus versum dimetrum brachycatalectum, in quo quartus pes deest* 13 trimetrum acatalectum *AC* trimetrum catalectum *B* 14 tribus anapaestis *ABC* 15 ut tribuit mihi lex bona hec *C.* bona haec *addidit interpolator, postquam* trimetrum *et* tribus anapaestis *falso scriptum erat* 16 CATALECTO *A. acatalectum versum esse voluit grammaticus supra p. 452, 21; tetrametrum proceleumaticum catalecticum dixit Marius Victorinus p. 99, 5* 17 acatalectum *om. ABC* proceleumatis *B* 19 moreris] memor eris *priore loco pA.* *ὄνος ὄνος ἀπέθανε τίνι τίνι θανάτῳ supra p. 452, 24* 21 fit tetrametrum *ABC* quattuor] tribus *B* 22 peragite *om. A, add. a* celeriter *pA* celerate *BC: cf. Mar. Vict. p. 101, 21* itenera *B* 23 hoc ita euenit in anapaestico quomodo in dactylo *p: cf. p. 500, 21* qm̄ dactilico *B* quō dactilico *C* quō dactilo *A* spondeiazon *A* spondeazon *C* spondaizon *B* 25 acatalecto] CATALECTO *A*

plenum acatalectum, ‖ quod archigenium nuncupatur, quattuor puris anapaestis componitur,

Chaos et Phlegethon loca nocte silent,
Boreas pelago fervido crepitans.

De tetrametro brachycatalecto aristophanio duplici. Tetrametrum brachycatalectum duplex aristophanium fit dactylo, spondeo, anapaesto, spondeo, tribus anapaestis et syllaba,

quidve dolens sic Veneris natus calamos calidos tibi mittit.

De tetrametro hypercatalecto diodorio simplici. Tetrametrum hypercatalectum simplex diodorium fit una syllaba addita metro archigenio, de quo paulo ante tractavi. illud enim quattuor anapaestos solos accipit, hoc et syllabam,

Lalagen coleres specie rationis.

De tetrametro miuro simplici. Tetrametrum miurum simplex fit hoc modo, archigenii metri novissimo pede anapaesto iambo facto, id est tribus anapaestis et iambo constat,

lapides mare turgidum eluens.

inter miurum et colurum et catalecticum hoc interest. miurum est, cum novissimi pedis prima syllaba tollitur, ac si pro anapaesto iambum ponas: colurum, cum novissimi pedis duae syllabae novissimae tolluntur, ac si pro proceleumatico ponas pyrrichium. catalecticum contrarium est miuro: nam novissimi pedis novissima syllaba tollitur, ac si pro dactylo trochaeum ponas. brachycatalectum hoc est quod et colurum. acatalectum vero integrum est. | hypercatalectum unam syllabam plus accipit, ac si pro trochaeo dactylum ponas. ‖

De pentametro anapaestico catalectico simplici. Fecerunt multi etiam pentametra anapaestica, quae constant quattuor anapaestis et pyrrichio, id est pariambo,

tuba terribilem sonitum procul aere dat.

De tetrametro brachycatalecto laconico duplici. Hoc metrum laconicum constat dactylo, spondeo, anapaesto, spondeo, duobus anapaestis et

---

3 Chaos et Phlegeton *p* Sed flegeton *AB* ut illa sed flegeton *C: Verg. Aen. VI 265* et Chaos et Phlegethon loca nocte tacentia late silent et boreas *C* 4 fervido] tumido *p.* fervido *prima syllaba correpta dixit Plotius, sicut p. 536, 13* servate 8 quidve] *Verg. Aen. I 9* quidve dolens regina deum sic *om. B, superscriptum in C* calidos calamos *B* 9 DIODORO *A* 11 tractauimus *B* 13 lalagen (ut legan *C*) coleres speciosae rationi *BC* lalagen coloré (colere *a*p*) speciosae rationi *Ap* 15 architenii *A corr.* archigenii *a** archirenii *B* iambico facto *ABC* 17 eluens *pA* elucens *B* elucens (t) *C* 20 tolluntur *BC* tollantur *pA* 21 pro *ante* procel. *om. B* 22 trochaeum *BC* spondeum *pA* 23 quod colurum *C* 24 syllabam plus *BC* plus syllabam *pA* 25 ponas *B* ponamus *pAC* 26 multi etiam *pA* et multi etiam *BC* 29 tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 30 laconium *B* 31 anapaesto spondeo *om. pA, add. BC*

spondeo. trahitur enim ab aristophanio tetrametro brachycatalecto, de quo paulo ante monstravi, quod constat dactylo, spondeo, anapaesto, spondeo, tribus anapaestis et syllaba. sed sublata syllaba novissima et novissimo anapaesto in spondeum mutato fit metrum hoc laconicum [ante],

quidve dolens sic Veneris natus calamos calidos armas.

Quamvis poteras titulis scire numerum istum, tamen
anapaesto pede bis senae sunt species et species una.

DE CHORIAMBICO METRO ET EIVS SPECIEBVS XVI

Choriambicum metrum quamvis de pede composito constet, tamen simplex est, incipiens a choriambo, desinens in dactylum vel palimbacchium vel in talem, qualem catalexis exegerit [sed simplicia catalectica]. ‖

De dimetro catalectico choriambico. Choriambicum dimetrum catalecticum fit hoc modo, *choriambo et dactylo vel amphimacro*,

ἰστοπόνοι μείρακες,
quaesieris scire hoc.

De dimetro acatalecto phrynichio. Choriambicum dimetrum acatalectum, quod phrynichium nuncupatur, incipit a dispondeo et desinit in | choriambum vel in hippium, id est epitritum, primum propter novissimam syllabam indifferentem,

cantantes nunc deficiunt.

De trimetro catalectico. Trimetrum catalecticum fit duobus choriambis et amphimacro,

dive potens Aeoliae insulae.

---

3 et nouissimo uno anapaesto *pAC* 4 in spondeo mutato fit hoc metrum laconico (*corr.* — cum) *B* ut ante *C*. *in B unius versus spatium post* ante *relictum est* 6 quauis *B* ex titulis *p* 7 species et species una *C* species et una *A* species est una *B*. *duos tetrametros anapaesticos Plotius posuisse videtur. quorum alterum ita, ut in C scriptus est, exhibui; alter, qui rectius post illum ponitur, ita fere scribi potest*, quamvis poteras supra scriptis titulis scire numerum istum. *nam* scire *ultima producta grammatico condonandum est* 8 SPECIEBUS XVI *A* speciebus XXI *p*

10 a choriambo *C* a choriamboco *corr.* — bico *B* a choriambico *A* balimbachium *corr.* pal. *B* palimbachio *corr.* — ium *C* paliambicum *A* paliambum *p* 11 exegent (exegerit *a*) | CATALECTICO DE CHORIAMBICO DIMETRO Choriambioum *A* exegerit sed simplicia catalectica Choriambicum *BC*, *spatio inscriptionis in B relicto.* sed simplicia catalectica, *quae in A omissa sunt, ex margine videntur illata esse* 13 choriambo et dactylo vel amphimacro *om. ABC* 14 ἰστοπόνοι μείρακες *p* ЄICTONONOMЄIPᾀKЄC *AB: cf. Hephaest. p. 30, 13 ed. Westph.* 15 scire hoc *AC* scire haec *B* scire quid *p: Hor. carm. I 11, 1* tu ne quaesieris scire nefas 16 PRYNICHIO *A* acatalectum quod Phrynichium *p* catalectum quod prinichium *AC* catalecticum quod pyrrichium *B* 17 in choriambo *BC* 18 uel in hippio id est epitrito primo *C* 20 cantantes nunc deficiunt *pA* cant deficiunt *spatio quinque litterarum post* cant *relicto B* ut cantantes deficiunt *C* 21 catalectico] CATALECTO *A*

23 diuae *AB* ut diue *C* potens *om. A, add. a in marg.* Aeoliae *pC* aeliae *AB*

De trimetro catalectico. Interdum trimetrum catalecticum a diiambo incipit, in medio choriambum habet, in novissimo amphibrachyn,

nepotem o conficere studebat.

De trimetro pindarico. Trimetrum choriambicum catalecticum pindaricum fit prima syzygia ex iambo et trochaeo, id est ex antispasto, in medio choriambo, in fine amphibrachy,

canebas eos puero colendo.

graecum exemplum non inveni.

De trimetro catalectico sapphico. Trimetrum catalecticum sapphicum hendecasyllabum ‖ fit primo pede ditrochaeo, medio choriambo, *in* fine palimbacchio ita,

immolare caelicolis volebas,
Mercuri facunde nepos Atlantis;

aut primo trochaeo, secundo spondeo, id est hippio secundo, choriambo, palimbacchio,

iam satis terris nivis atque dirae.

De trimetro acatalecto. Trimetrum acatalectum interdum fit primis *duobus* diiambis, tertio choriambo,

beatus ille qui procul scire potest.

De trimetro acatalecto. Fit trimetrum acatalectum etiam hoc modo, primis duobus choriambis, tertio diiambo,

carpe diem quam minimum dolendo nos.

De trimetro acatalecto clodo. Trimetrum acatalectum clodum fit primo choriambo, insequentibus syzygiis iambicis; paenultima syllaba longa sit pro brevi. | novissimus enim pes simplex trochaeus cecidit pro iambo,

bella ferae Numantiae dedit Roma.

---

1 trimetrum] dimetrum *ABC* a diiambo *C* a iambo *AB* 2 in nouissimis *B* 3 conficere studebant *C* conficere studebant *AB* facere studebat *p* 5 ex *posteriore loco om. pA, add. BC* 7 *malim* puer o colende, *quamquam* colendo *correpta ultima dici potuit, ut* 22 dolendo 10 fit primo pede ditrochaeo *B* fit primo pede trochaeo *pC* fit (primo pede *add. a*) trocheo *A* in *om. ABC* fine] sine *B* 12 caelicolis *C* caelicol' *B* caelicolas *pA* 13 Mercuri] *Hor. carm. I 10, 1* 14 choriambo *BC* choriambico *pA* 15 palinbachio *ABC, sed* palin *al. man. deletum in A,* bacchio *p* 16 iam] *Hor. carm. I 2, 1* nivis *om. B* 17 acatalecto] CATALECTO *A* acatalecticum interdum fit *C* acatalectum interfit *A* acatalecticum inter fit *B* 18 duobus *om. ABC* 19 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 20 Fit *om. B* 21 primis duobus choriambis tertio iambo *pA* primo duobus iambis et tertio choriambo *BC* 22 carpe] *Hor. carm. I 11, 8* carpe diem quam minimum credula postero quam minimum delendonos *A* quam minimum dolens *a*p* quam uir minimum dolendonos *B* quamuis minimum delendonos *C* 24 *fortasse* duobus sequentibus iambicis ut penultima *C* 25 enim *om. BC, add. pA* 26 bella] *Hor. carm. II 12, 1* nolis longa ferae bella Numantiae Numantiae dedit *pA* numantia edidit *BC*

De tetrametro catalectico. Tetrametra, quae frequentius cadunt catalectica, fiunt tribus choriambis, quarto pede amphibrachy,

scire nefas finem eum quem tibi di dedere. ‖

De tetrametro catalectico anacreontio choriambico. Choriambicum anacreontium tetrametrum catalecticum fit primi choriambi soluta prima syllaba longa in duas breves, ut sit pes primus ex tribrachy et iambo vel ex pyrrichio et anapaesto, duobus mediis choriambis, quarto pede, id est novissimo, palimbacchio, ut

atavus eras dulce decus praesidiumque genti.

De tetrametro catalectico eupolidio choriambico. Choriambicum eupolidium tetrametrum catalecticum fit primo pede ditrochaeo, secundo choriambo, tertio ditrochaeo, quarto, id est novissimo, amphimacro,

di boni servate Sacerdotem vos colentem vos.

De pentametro catalectico callimachio. Choriambicum catalecticum pentametrum callimachium fit quattuor choriambis, quinto pede amphibrachy,

nec babylonos numeros ut melius quicquid erit geremus.

De hexametro catalectico philicio. Hexametrum catalecticum choriambicum, quod philicium dicitur, constat quinque choriambis, sexto pede, id est novissimo, amphibrachy,

te potius, Bacche pater, teque decens canto Venus, qui modicos amatis.

De choriambico asclepiadeo. Choriambicum asclepiadeum fit, cum primus pes ‖ spondeus sit, ceteri | choriambi, novissimus pes disyllabus. omnia enim asclepiadea choriambica brachycatalecta sunt. tetrametrum asclepiadeum brachycatalectum duodecasyllabum, ut

---

1 CATALECTO *A* Tetrametra *a*pC* Tetrametrū *A* Tetrametr' *B* catalectica *ABC* catalectico *a** 3 scis sene fas finem eum cedere *ABC* Scire nefas quem mihi finem aut tibi dii dedere *p*: *Hor. carm. I 11, 1* tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi Finem di dederint 8 nouissimo palimbachio *AC* nouissimo bacchio *a*p* palimbachio nouissimo *B* aut atauos eras *A* attauus eras eras*B* ut atauos *C*: *Hor. carm. I 1, 1* 11 eupolidium *pC* euspolidium *B* espolidium *A* primo pede ditrochaeo *B* primo pede trochaeo *pAC* 13 dii *p* 14 CALLIMACHO *A* 15 calimachium *AB* 17 nec babilonos *ABC* nec babylones *p*: *Hor. carm. I 11, 2* nec babylonios Temptaris numeros, ut melius quidquid erit pati erit geremus *p* erigeremus *Ca* erigemus *A* heri (*corr.* eri) geremus *B* 18 PHILICO *A* 19 Philicium *G. I. Vossius de poet. graec. p. 218*, philicum *ABCp* Philiscium *Santenius in Terent. Maur. p. 325: cf. Caes. Bass. p. 263, 25* 21 ut Te posius *C* te posius *AB* te posui *p*: ta potius bacce pater teque decens contenerius *codex Cusanus. Hor. carm. I 18, 6* Quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus? At ne quis modici transiliat munera Liberi qui modico uenus *post* Venus *addita et al. man. deleta sunt in A* melicos *Santenius l. c.* 24 primus pes *pA* primus *BC* 25 omnia eneas clepiadia *A* tetrametrum uero asclepiadeum *B* 26 duodecasyllabum *BC* dedecasyllabum *A* hendecasyllabum *a*p*

M a e c e n a s a t a v i s e d i t e r e g i b u s.

fit etiam pentametrum brachycatalectum asclepiadeum choriambicum, ut

t u n e q u a e s i e r i s s c i r e n e f a s q u e m m i h i q u e m t i b i.

De choriambico phalaecio. Choriambicum phalaecium fit spondeo, dactylo, syllaba, duobus dactylis. ex heroico enim venit vel elegiaco sine ultima syllaba secundae caesurae penthemimericae, ut

Maecenas atavis edite regibus,

tetrametrum acatalectum. fit etiam pentametrum acatalectum phalaecium spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis,

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

Ergo hoc notēmus, quod choriambicum a spondeo incipiens, si ceteris choriambis scandatur, asclepiadeum metrum vocatur; sin vero dactylo, syllaba et dactylis, phalaecium nuncupatur.

hae sunt sedecim vere choriambo pede lectae species.

DE ANTISPASTICO METRO ET EIVS SPECIEBVS X

Quibusdam placet ut metrum antispasticum inter traductiva vel mixta referatur. sed errant: nam generale est positum contra choriambicum, cuius species || exemplis docebimus. cadunt tamen in hoc metro et hippii, id est epitriti, et ionici et choriambi et bacchii.

De dimetro antispastico acatalecto glyconio. Antispasticum acatalectum dimetrum glyconium fit spondeo *et* duobus trisyllabis [dactylo et amphimacro], ut

κάπρος ἠνίχ' ὁ μαινόλης,

s i c t e d i v a p o t e n s C y p r i.

hoc differt a glyconio dactylico, quod illud, sicut ante tractavi, spondeo

---

1 Maecenas] *Hor. carm. I 1, 1* edite] ÷ (*h. e.* est) *A* 2 fit etiam pentametrum *C* fit etiam ō pentametrum *A* o. fit etiam pentametrum *B* fit etiam octo pentametrum *p* 3 tu] *Hor. carm. I 11, 1* 4 falleucio *et* falleutium *expuncta al. man.* u *A* falecium *C* falleuceum *B* 6 ultima] ulla *ABC* pentimemericae *AB* pentamemericae *C* 7 atauis est regibus *A* attauis e i R *B* 8 tetrametrum acatalectum *om. Ap, add. BC. scribendum erat* et est tetrametrum acatalectum, *nisi potius verba ad definiendum superiorem versum in margine adscripta fuerunt* falecium *AC* falleuceum *B* 9 spondeo dactilo syllaba (dact. *add. B*) spondeo duobus dactilis *ABC: cf. infra p. 539, 7* 13 falecium *C* falleuceum *B* palecium *A* 14 haec sunt *A* 16 anapesticum *A* intetraductiua *AC* introductiua *B* inter abortiua *p* 17 choriambum *B* 18 tamen et in hoc metro ippi *B* hippi *A* 19 choriambi *B* choriambici *pAC* 21 et *post* spondeo *om. ABC* amphibraco *B.* dactylo et amphimacro *propter exempla eorum pedum quae sequuntur adscripta sunt. nam glyconeum antispasticum ex spondeo et trisyllabis duobus quibuslibet constare voluit grammaticus* 22 ut ΚΑΠΡΟΟΗΝΙΧΟΜΑΙΝΟΛΗϹ *B* u ΚΑΠΡΟϹΗΝΙΧΟΜΑΙΝΟΑΗϹ *A: Heph. p. 33, 9 ed. Westph. δίμετρον δὲ ἀκατάληκτον τὸ καλούμενον γλυκώνειον αὐτοῦ Γλύκωνος εὑρόντος αὐτό, κάπρος ἠνίχ' ὁ μαινόλης* 24 sic] *Hor. carm. I 3, 1* 25 differt a gliconio dactilo *AC* differt glyconio dactilus *B* ante tractavi] *p. 515, 11*

constat et duobus dactylis, hoc vero spondeo et *duobus* trisyllabis quibuslibet. potest tamen et spondeo et choriambo percussum facere | metrum asclepiadeum, sicut ante docui,

sic te diva potens Cypri.

De penthemimerico dochmiaco aeschylio. Antispasticum penthemimericum dochmiacum aeschylium fit antispasto, hippio secundo et disyllabo,

†qui sonante te coegit dare.

De dochmiaco trimetro catalectico euripidio antispastico. Antispasticum dochmiacum euripidium trimetrum catalecticum fit antispasto, ditrochaeo, amphimacro,

†decretamus sic corona pulchra nos.

De hephthemimerico antispastico pherecratio. Antispasticum hephthemimericum pherecratium fit hippio quarto, hippio primo, hippio tertio, spondeo vel trochaeo,

nunc te, Bacche, canam nec non silvestria tecum. ‖

constat enim pherecratium antispasticum duplici pherecratio dactylico copulato,

nunc te, Bacche, canam nec
non silvestria tecum.

De trimetro brachycatalecto praxilio. Antispasticum trimetrum brachycatalectum praxilium fit hippio tertio *et* tribus trochaeis,

trahuntque nunc machinae carinam.

hoc etiam ithyphallicum antispasticum nuncupatur.

De tetrametro puro antispastico acatalecto. Antispasticum tetrametrum purum acatalectum fit quattuor antispastis,

refer, Musa, precor dulce melos voce sonans sacra.

graecum exemplum non repperi.

De tetrametro acatalecto mixto. Antispasticum tetrametrum acatalectum mixtum fit antispasto, choriambo, hippio quarto, hippio tertio,

---

1 spon̄ et trisyllab. *C* spondeo trisyllabis *pA* spond. trissyllab. *B* 5 DE PENTEMEMERICO DOCMIACO ESCHYLO Antispastium pentemememericum dogmiacum ascylium *A* Antispasticum pentemememericum dogmiacum eschilum *B* Antispasticum pentamemericum docmiacum aeschylum *C* 6 hippio] hyppo *B* 7 *fortasse* quis o Faune te coegit dare cogit *B* 8 DE DOGMIACO *A* EURIDIO ANTISPASTO *A* 9 dogmiacum euripidium *A* docmiacum euripidium *C* dogmiacum euripidum *B* 11 decretamus sic *AC* decretam' sic *B* decreta musis *p.* *fortasse* decet myrtus et 12 DE EPTIMEMERICO *A* heptememericum *A* eptamemericum *C* eptametrum *et in marg.* Al. eptemericum *B* 13 hippio quarto *om. A* 15 nunc] *Verg. georg. II 2* canam nec. n̄. S̄. P̄. Antispasticum trimetrum (*omissis* constat — 19 tecum) *B* 21 hippio tertio *C* hippio *pA* tertio *B* et *om. ABC* 22 trahunt, *quod pro iambo positum est infra p. 544, 23, hoc loco pro spondeo habuisse videtur grammaticus, nisi potius* trudunt *scripsit. Hor. carm. I 4, 2* trahuntque siccas machinae carinas 26 refert *A* sonans *pAC* canens *B et codex Cusanus*

Sacerdos docens bene vos formavit ad artes bonas.

quidam imperiti de hoc metro exemplum dederunt illud Horatianum,

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

quod aut asclepiadeum est, sicut ante monstravi, constans spondeo, *tribus* choriambis, *disyllabo,*

nullam, Vare sacra, vite prius, severis ar,borem, |

aut phalaecium constans spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis,

nullam, Vare sac,ra, vite pri,us, severis, arborem.

De tetrametro sapphico priapeio catalectico. Antispasticum tetrametrum catalecticum sapphicum priapeium fit spondeo, dactylo, bacchio (sed ut secunda bacchii longa fiat positione, non sit natura) et spondeo vel iambo, bacchio simili superiori et spondeo, non valde ut sit in divisione finita pars orationis, quod si inventum fuerit, erit laudabilius,

istaec composui metra Sacerdos optima nunc.

De epimicto sapphico tetrametro hypercatalecto. Antispasticum tetrametrum hypercatalectum sapphicum fit ditrochaeo, hippio tertio, ditrochaeo, hippio tertio, syllaba,

pauperum tabernas regis, o beate, regumque turris.

De hexametro brachycatalecto. Antispasticum hexametrum brachycatalectum fit hoc modo, hippio quarto, hippio tertio, hippio quarto, ionicis duobus maioribus, trochaeo. latinum exemplum melius est,

antispastus hos nunc pedes conclusos regens tota decem schemata tradit.

DE IONICO METRO ET EIVS SPECIEBVS X

Ionicum metrum, sicut supra docui, duplex est, unum a maiore, quod ex spondeo constat et pyrrichio; alterum a minore, constans ex pariambo et spondeo. ionicum maius interdum puro ionico scanditur, μή μοι λέγε, 'solem colo'; interdum soluta longa prima componitur, ut sit ex anapaesto et pyrrichio, ἔλεγον λέγε, 'nive candidum'; interdum duabus longis solutis,

---

3 nullam] *Hor. carm. I 18, 1* 4 tribus *et* disyllabo *om. ABC* 7 falecium *AC* falleuceum *B* 9 prius *om. B* 12 fiat *p* faciat *ABC* 13 superiore *B* non ualde *BC* ualde *pA*. *si verum est* non valde, *hoc voluit grammaticus, non valde observari ut pars orationis finiatur post duos antispastos* in *om. B* 14 inuenta fuerit *ABC* 15 isthaec *A* ista haec *BC* *fortasse* optime, *quamquam* optima *ultima producta dicere potuit Plotius* 17 fit ditroch. hippio III° ditroch. hippio III° syllaba *C* fit ditrocheo hyppio tertio syllaba hippio tertio syllaba *A* fit ditrochaeo hippio tertio syllaba *B* 19 pauperum] *Hor. carm. I 4, 13* pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres, o beate Sesti beate *BC* beatum *pA* 25 unum maiore *B* quod a spondeo *AB* quod spondeo *pC* 26 constans ex spond. et pariambo ionicus maius *B* 27 μή μοι λέγε *p* ΜΗΜΟΙδΕΤΕ *A* ΙδΗΜΟΙδδΗΤΕ *B* 29 ἔλεγον λέγε] ΕΛΕΤΟΝδΕΤΕ *A* ΕδΝΤΟΝδete *B* ἑκατόνζυγε *p*

ut sit compositum ex proceleumatico et pariambo, ‖ ἑλικοβλέφαρε, 'colere Cererem'. commiscetur autem huic metro et ditrochaeus * et chorio, sed tribrachy, | καλλικέλαδε, 'arma gerere'; et a chorio, sed tribrachy, et trochaeo, φιλοχορευτά; 'tabula lecta': sed omnibus pedibus temporum sex. finem tamen habet aut in spondeum aut in trochaeum, quod etiam sotadeum metrum dicitur, de quo sub exemplis postea tractabimus. interdum et molossos omnes habet: unde et molossicum metrum hoc dicitur. nam prima longa molossi soluta facit ionicum minorem, novissima maiorem,

Maecenam Romani fecerunt summum

vel 'summi', quoniam catalexis [id est finis] ionici aut trochaeo terminatur aut spondeo. sunt autem ionica metra a maiore quidem octo, a minore duo.

De dimetro brachycatalecto clodo hipponactio ionico maiore. Ionicum maius dimetrum brachycatalectum clodum hipponactium fit spondeo, iambo et una syllaba, ideo brachycatalectum clodum, ut

ΠΙCCΕΝΗΤΑCΑΝΤΗC
recte dedere. ‖

De dimetro acatalecto cleomachio ionico maiore. Ionicum maius dimetrum acatalectum cleomachium fit ionico maiore et ditrochaeo,

nec prata rigantur amne.

De trimetro brachycatalecto ionico maiore ithyphallico. Ionicum brachycatalectum trimetrum ithyphallicum fit hippio tertio, ditrochaeo et trochaeo vel spondeo,

---

1 *ἑλικοβλέφαρε p* ΕΛΙΚΟCΤΙΗΤΑΛΗ *A* ΕΛΥΚΟCΠΗΤΛΑΗ *B. an ἑλικοπλόκαμε?* colere *p* colore *AB* colite *C* 2 et ditrocheo et chorio sed tribrachi ΚΑΛΑΤΚΕΛΑΗ arma gerere et a chorio sed tribrachi et trocheo ΦΙΛΟΚΧΟΡΕΙΤΑ Tabula leta *A* et ditrochaeo et chorio sed tribus brachicatalectis. ΛΛΔΕ arma gerere et a choreo sed tribrachi et trochaeo ΦΙΑΟΚΟΛΟΡΕΙΤΑ tabula lecta *B* et ditroch. et chorius et tribrachis ut arma gerere. et tribrachis et trocheus ut Tabula lecta *C* et ditrochaeo et chorio, sed tribrachy, *κάλλος ἄμαχον*. Arma gerere. et a chorio, sed tribrachy et trochaeo, *φιλοχορεύτα* Fabula laeta *p. exemplum ditrochaei pro ionico positi a grammatico omissum esse parum probabile est. quare lacunam indicavi. reliqua ita fere restitui possunt,* componitur etiam a trochaeo et chorio, id est tribrachy — et a chorio, id est tribrachy, et trochaeo. *nam chorium, quo nomine trochaeum ab aliis appellari dictum est supra p. 498, 15, tribrachum dixisse videtur grammaticus* chorio seu tribrachy *utroque loco Santenius in Terent. Maur. p. 73* 4 pedibus *om. B* 5 aut trochaeum *B* 6 sub exemplis *BC* sub exemplo *pA* 7 molosus omnis *A* 9 micenam *B* 13 fit spondeo clodum (spond. clodo *B*) et una syllaba ideo brachicatalectum ut *ABCp.* fit spondeo, iambo et una syllaba *scripsi, latinum exemplum, quod subiectum est, secutus, quamquam is versus non recte brachycatalectus dicitur: cf. Serv. de cent. metr. p. 464, 5* hipponactium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc, palmam cape victor 15 ΠΙCCΕΝΗΤΑCΑΝΤΗC *A* ΠΙCΗΝΙΠΑCΑΝΤΝΕ *B Πίσσην παρ' αὐτὴν Meinekius poet. choliamb. p. 132, πίσσαν πάσαντες ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 38* 18 cleumachium *ABC* et dimetrocheo *B* 20 MAIOREETTHIPALICO *A* maiore et ithyphallico *p* 21 trimetrum hithipalicum *B* trimetrum *pAC* ditrochaeo *B* et ditrochaeo *pAC.*

seu poscat agna seu malit haedo.

novissima indifferens est.

De trimetro catalectico alcaico ionico maiore. Ionicum maius trimetrum catalecticum alcaicum fit hippio tertio, ionico maiore, dactylo vel amphimacro,

vides ut alta stet nive candidum,
stravere ventos aequore fervido.

fit hoc enneasyllabum duobus hippiis tertiis et syllaba, ut sit dimetrum hypercatalectum,

ludumque fortunae gravesque. |

De trimetro acatalecto ionico maiore. Ionicum maius trimetrum acatalectum fit duobus ionicis maioribus et ditrochaeo,

silvas deus alta nive obruebat.

De tetrametro brachycatalecto. Ionicum maius brachycatalectum tetrametrum fit || ionico maiore, ditrochaeo, ionico maiore, spondeo vel trochaeo,

nunc cetera arma lecta vobis bona dantes.

De tetrametro catalectico. Ionicum tetrametrum catalecticum fit tribus ionicis maioribus, quarto amphibrachy, cum deberet ditrochaeo,

deprome bonum quadrimum vinum celer avitum.

De tetrametro acatalecto sotadeo. Ionicum maius tetrametrum acatalectum sotadeum fit modis tribus: tribus ionicis maioribus et ditrochaeo,

morosa iuventus bona semper dolet eligendo;

aut tribus ionicis maioribus et dispondeo,

*qui primus ab oris venit;

aut solvitur primi ionici maioris prima longa, secundus ionicus maior ponitur integer, tertii ionici maioris secunda longa solvitur, quartus pes trochaeus ponitur, ut faciat tetrametrum brachycatalectum,

---

1 *fortasse* seu poscat agnave malit haedo: *Hor. carm. I 4, 12* haedo] haec *ABC* 3 catalectico] ACATALECTICO *pA* Ionicus maius *B* 4 catalecticum *pAC* acatalectum *B* 6 uides alta (ut *supra*) stet niue *C* uides altas tenuine *A*: *Hor. carm. I 9, 1. 10* 8 eneasyllabum (n *supra*) *C* aneasyllabum *A* endecasyllabum *B* hippis tertiis *A* hippis ternis *B* 10 ludumque] *Hor. carm. II 1, 3* 13 deus alta] deusacra *AC* ds sacra *B* dea sacra *p* 15 ionico maiore *posteriore loco om. B* trochaeo cetera arma lecta uobis bona date uel dantes *B* troch. ut Cetera arma lecta uobis bona dantes *C* trocheo lecta nobis bona date uel dantes *A*. *fortasse* dantes vel date *scripsit Plotius, ut* date *priore syllaba producta pro exemplo trochaei esset* 17 acatalecticum *C* 19 deprome] *Hor. carm. I 9, 7* deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota quadrimum] quadronum *B* celer auitum *p* celarauitum *A* celeauicum *B* celarabicum *C* 20 maius *om. B* 21 sotadeum *om. pAC, add. B* 24 uenit *pC* ueni *A* ueniat *B*. *lacunam, qua duo ionici a maiore exciderunt, indicavi. fortasse* qui primus ab *ter posuerat grammaticus* 25 aut solvitur] ut soluatur *B* secundus ionicus *pA* et secundus ionicus *C* Sed si ionicus *B* 26 integer *pA* ut aeger *B* aut *C* soluitur et (*supra*) quartus *C*

gracilis puer fulget tuus Hyla sub Arethusa.

hoc ideo sotadeum dictum metrum, quod Sotades poeta eo usus est.

De ionico minore dimetro catalectico. Minus ionicum dimetrum catalecticum fit ionico minore et anapaesto,

ἴθι μᾶτερ μεγάλη,
nive candens nimia. ||

De dimetro acatalecto. Ionicum minus acatalectum fit duobus ionicis minoribus,

calamis nunc canimus nos.

interdum et trimetrum acatalectum invenimus constans ex tribus ionicis minoribus, ut Horatius

m i s e r a r u m e s t n e q u e a m o r i d a r e l u d u m.

cui additus ex utraque parte spondeus faciet unum genus secundum de sotadeis, ut

prorsus miserarum est neque amori dare ludos dulcis.

species decem hoc sunt pede ionico. |

DE PAEONICO METRO ET EIVS SPECIEBVS QVATTVOR.

Paeonicum metrum multi creticum nuncupaverunt, quoniam una longa cretici, id est amphimacri, soluta constat. unde Cratinus dicens 'age Musa, dicamus creticum modum' intulit metrum paeonicum. hoc ergo metrum, id est paeonicum, habet secum mixtos creticos, id est amphimacros.

De dimetro paeonico acatalecto puris paeonibus. Paeonicum dimetrum acatalectum fit duobus paeonibus puris,

Lacedaemonius heros.

graecum exemplum non inveni. ||

De dimetro puro acatalecto. Aliud paeonicum metrum acatalectum fit paeone et amphimacro,

ὦ πόλι φίλη φίλη,
flumina gelu gelant.

---

1 gracilus *B* 2 hoc — usus est *om. Ap, add. BC* 4 minore (et) anapesto *Ca*p* minore anapesto *AB* 5 ἴθι μᾶτερ μεγάλη *p* ΙΘΜᾰΤΗΡΜΕΤᾰᾰΝ *A* ΙΕΜΗΤΙΡΜΕΤᾰΛΗ *B* 9 nunc canimus *pA* hunc canimus *C* hunc animus *B* 12 miserarum] *Hor. carm. III 12, 1* 13 cui additus *pAC* cui si addatur *B* secundum *postea adscriptum esse videtur, quia hoc genus sotadeorum secundo loco positum erat supra p. 541, 23* 15 dari *B* 16 hoc sunt *A* hoc snut *corr.* hęc sunt *ut videtur C* he sunt *B* 20 dicens Agemus (dic̄ Agamus *C*) dicamus (illud *add. B*, illum *add. C*) creticum modum intulit metrum peonicum *ABC* dicens "Εγειρε μοῦσα κρητικὸν μέλος. Intulit metrum Paeonicum, χαῖρε δὴ μοῦσα χρονία μ' ἥκεις, ὅμως Δ' ἦλθες, οὐ πρὶν ἐλθεῖν ἴσθι σαφὲς ἀλλ' ὅπως *p. Cratini versus ex Hephaest. p. 40, 20 ed. Westph. petivit Putschius* 26 Lacedemonius herōs *C* lacedaemonios aeras *B* lacedaeminio (*corr.* — monio *a**) sacras *A* 31 ὦ πόλι] *Hephaest. p. 41, 5 ed. Westph. Atil. Fortun. p. 291, 1*

De trimetro acatalecto cratineo. Trimetrum acatalectum fit primo amphimacro, duobus paeonibus,

candidum, Musa, mihi fer honorem.

De trimetro acatalecto in medio habente amphimacrum. Trimetrum acatalectum fit etiam in medio habens amphimacrum,

candidus eras puer nunc refluis.

graecum exemplum non inveni.

Ergo paeonicum metrum fit modis quattuor: aut solis paeonibus; aut primo paeone, novissimo amphimacro; aut primo amphimacro, novissimis paeonibus; aut ex utraque parte paeonibus, in medio amphimacro. quattuor species habet hoc metrum.

DE METRIS COMPOSITIS

Huc usque de simplicibus metris et generalibus et eorum speciebus propriis docuimus, ex quibus composita necessariora tractemus. nam omnia ne numero quidem poterunt comprehendi. unde siquis invenerit aliquod metrum | in hoc libro non positum, quem de graecis nobilibus metricis lectis a me et ex his quicquid singulis fuerat optimum decerpto composui, || non imperitia iudicet ignoratum. nam aut aliqua re detracta aut addita aut commutata inveniet figuratum. ergo de compositis breviter exponamus.

De metro iambelego. Iambelegum metrum constat ex syzygia iambica monometra et syllaba et ex dipodia dactylica penthemimerica [duobus pedibus dactylicis et syllaba], unde etiam metrum nomen accepit, quod iambico et elegiaco constet. melius erit latinum exemplum: nam in utraque caesura finiam partem orationis, non ut graecum,

amore cogis scribere versiculos.

De metro encomiologico stesichorio. Encomiologicum stesichorium fit e contrario: in hoc enim praeponitur penthemimericum dactylicum et subiungitur iambicum.

---

1 CRATINO *pA* 3 candidum mihi musa mihi fer honorem *codex Cusanus* 4 De trimetro achatalecto in medio habentem amphimacrum Trimetrum achatalectum fit etiam *A* In medio habentem dimetrum acatalectum amphimacrum fit etiam *spatio octo litterarum in fine versus ante* In *relicto B* Fit etiam *C* 12 DE METRIS COMPOSITIS *om. ABC, add. Gaisfordius* 13 metris] pedibus *B* 14 necessariora tractemus *C* necessario retractemus *AB. an* necessario breviter tractemus? 15 ne numero quidem *pAC* nec numero *B* 16 libro] metro *et in marg.* libro *B* nobilibus] nominibus *et in marg.* nobilibus *B* 17 singulis *om. B* 18 aliqua parte detracta *Westphalius Metr. v. I p. 133 ed. sec.* 21 et *ante* ex dipodia *om. pAC, add. B* 22 pedibus] peonibus *ABC* 23 elegiaco constet cuius tale erit exemplum ut Inter utramque cesuram finiam partem orationis Amore *C* elegiaco constet *B* elegiconstet *A* elego constat *p. deinde graecum exemplum, quod grammaticus posuerat, omissum est* exemplum latinum *B* in *om. B* 25 amore] *Hor. epod. 11, 2* scribere versiculos amore percussum gravi 26 Encomiologicum stesichorium — 544, 1 puellis *post* Encomiologicum archilochium — 544, 5 paenitet *positum est in C*

mollibus in pueris aut in puellis.

De encomiologico archilochio. Encomiologicum archilochium fit penthemimerica dactylica praeposita et quattuor pedibus disyllabis iambicis subiunctis,

fabula quanta fui, conviviorum paenitet.

De logaoedico archebulio. Logaoedicum archebulium fit duobus dactylis et duobus trochaeis vel trochaeo et spondeo,

iam Cytherea choros Venus dat.

huic additus alter trochaeus faciet ithyphallicum dactylicum, de quo saepe tractavi. ||

De archebulio hemiepi. Archebulium hemiepes constat duobus dactylis et spondeo,

eruerint Danai quae,
emicat Oceano lux.

huic addita syllaba faciet hemidexium trimetrum, de quo supra tractavi. manente vero in qualitate sua, sed verso, erit glyconium trimetrum ex spondeo et duobus dactylis, de quo etiam ante docui in speciebus dactylici metri. |

De logaoedico archilochio ithyphallico. Logaoedicum archilochium ithyphallicum fit quattuor dactylicis pedibus et tribus trochaeis, novissima syllaba indifferens,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

huic additur alter versus constans ex diiambo et syllaba et tribus trochaeis,

trahuntque siccas machinae carinas,

sed puris trochaeis. exemplum hoc est,

alterno terram quatiunt pede, dum gravis Cyclopum
Vulcanus ardens visit officinam.

---

1 immobilibus in pueris aut puellis *A* in mobilibus in pueris et puellis *B* immo nobilibus in pueris et puellis *C*: *Hor. epod. 11, 4* 5 fabula *Ca*p* tabula *AB*: *Hor. epod. 11, 8* fui *a*p* fuit *ABC* conubiorum *AC* comibiorum *B* couuiciorum *p* 6 DE LOEGAOEDICO ARCHEBOLIO Loegaoedicum archebolium *A* oegiaoedicum archebolium *B* Loegiacedicum archebolium *et in marg.* l'. loegaoedicum *C* 8 iam] *Hor. carm. I 4, 5* iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna uerius *p* 9 additur *B* sthipalicum *A* stipalicum *BC*, l'ytipalicum *in marg. C* 10 tractaui *AB* tractat' (*h. e.* tractatur) *B*. saepe tractavi, *si verum est, referendum ad solum ithyphallicum, cuius saepius in superioribus mentio facta est* 11 DE ARCHEBOLIO *ut videtur A* archebulium *A* archebolium *corr.* -bulium *C* ychebolicum *B* 13 eruerint] *Verg. Aen. II 5* 15 addita una syllaba *B* supra tractavi] *p. 514, 28* 16 verso] uerbo *B* 17 et *om. pA* ante docui] *p. 515, 11* 19 DE LOEGAOEDICO ARCHILOCIO ITHIPALICO Loegaoedicum archilocium ithipalicum *A* Loegaoedicum archilocium ythipalicum *C* oegaoedicum archilogium hithipalicum *B* 20 et tribus trochaeis *om. BC, add. A* 21 indifferens *A* indifferens est *C* indifferenš *B* 22 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* accis *C* aeris *B*, *om. A* gratia et fauoni *quattuor litterarum spatio ante* et *relicto B* 23 additur *A* adoritur *BC* 26 alterno] *Hor. carm. I 4, 7* 27 uisit *AC* iussit *B* ussit *p* officinās *C*

sed ut breviter doceamus, quodcumque metrum constabit ex dactylico et trochaico, logaoedicum ithyphallicum nuncupatur.

De composito pindarico. Compositum pindaricum fit penthemimerico iambico ex utraque parte posito et in medio penthemimerico dactylico, ||

ὃς καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν,
contrane lucrum pauperis ingenium nihil valere.

De composito susarionio. Compositum susarionium fit quattuor pedibus trochaicis praepositis et subiuncto penthemimerico dactylico,

ΕΩCOTYPOTINNAΠOIKONNTHΤΕΠΤΥΡΙΟΝ
machina trahit carinam solvitur acris hiems. |

De prosodiaco hyporchematico. Prosodiacum hyporchematicum fit syllaba et penthemimerico dactylico et syllaba et tribus trochaeis [ithyphallo],

iam| arma virumque cano iam o beata Musa.

DE ASYNARTETIS METRIS

Asynarteta metra, id est inconvenientia, fiunt modis duobus: aut cum pes in aliquo metro non suo loco ponitur, ac siquis in iambico metro spondeum pedem secundo vel quarto loco ponat, ut Terentius

vos istaec intro auferte, abite, Sosia.

qui versus constare potuisset, vel si in novissima parte spondeum habuisset; esset enim amphicolum hipponactium [metrum iambicum], de quo

---

1 constabit ex dactilico et trochaico loegaoedicum ythipalicum nuncupatur *C* constauit ex dactilico et trochaico ioegaoedicum hythipalicum nominatur *B* constabit dactilicum et trochaicum loegaoedicum ithipalicum nuucupatur *A* 3 prodaricum *B* pentememerico iambico *A* pentememerica iambico *B* pentememerica iambica (*corr.* — bico) *C* 4 posita *B* 5 OMNHTYPEICλTλωΠΕλΕΚΕΠΕΚΕΙΟΞλ|ΝΕλΝλΕλΝλΝ *A* OMNH|TYPEICλTλωΠΕλCΚΕΙΥΕΙCΕΙΟΖλΝΟλΝλCλΝλΝ *B*: *Hephaest. p. 52, 7 ed. Westph.* *ἀνεστραμμένον δέ ἐστι τούτῳ τὸ Πινδαρικὸν καλούμενον, ὃς καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν. inde versum inter Pindari hymnorum fragmenta receptum (fr. 9 ed. Boeckh) restituit Putschius* 6 contraque *p* 7 susarionum *A corr.* — nium *a* 8 pentememerico (*corr.* — ca) dactylica *C* 9 ΕΥCOΤΙΡλΤΙΝΝλΠΟ|ΙΚonta ΤΕΤΟΤΥΡΙΟΝ *B* *χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν θέμιν οὐρανίαν p. exhibui scripturam codicis A. versus quem Putschius recepit ex exemplis dimetri trochaici acatalecti Heph. p. 54, 22 ed. Westph. χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν et versus iambelegi ib. p. 51, 22 πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν fictus est* 10 machina trahit carinam *A* machina trahit carina *B* machinam trahit carina *C* machinae trahunt carinam *p*: *Hor. carm. I 4, 1* aeris *B* 11 DE PROPOSODIACO YPORTHEMATICO Proposodiacum yporchematicum *A* roposodiacum hyporchematicum *B* Proprosodiacum hyporchematicum *C* 12 pentememerico dactilo *AB* pentamemerica dač *C* ythipallo *A* itipalo *B* ythipalo *C* 14 iam Arma uirumque cano iam bona musa *spatio novem fere litterarum ante* Arma *et duodeviginti fere litterarum post* musa *in fine duorum versuum relicto B* 19 uos ista hec *C*: *Terent. Andr. I 1, 1* 20 uel si *AB* si uel *C* 21 metrum iambicum *om. Ap. fortasse* trimetrum iambicum

supra tractavi. fit asynartetum etiam per antipathian, id est per contrarietatem, ac siquis proceleumaticum pedem, qui anapaestico datus est metro, contrario eius, id est dactylico, praestet, ut Vergilius

arietat in muros et duros obice postis,
genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis,
inclusere cava et nigra nemus abiete cingunt.

quos pedes quidam faciunt dactylicos, primas duas breves ligatas pro longa accipientes, sicut praecepit Iuba metricus. sed errant: nam genus est illud asynartetum, quo usa est Sappho per totum librum suum primum.

---

1 supra] *p. 523, 10* fit sinartetum etiam *A* fit arsinartetum etiam *B* fit etiam asinartetum *C* 2 ac si] ut si *C* 3 eius id est dactilo *C* eiusdem dactilo *B* 4 Arietat in muros et duros obice postis Genua (Gentia *B*) labant gelidus concreuit frigore sanguis Inclusere caua et nigra nemus abiete cingunt *BC* Arietat in muros genua labant abiete cingunt *Ap. Verg. Aen. XI 890. XII 905. VIII 599* 8 sed errant *C* sed errans *B* errant *pA* 9 sappho toto libro suo primo EXPL. DE METRIS MARII PLOTII SACERDOTIS *C* saffo per totum librum suum primo EXPLICITA SUNT METRA MARII PLOCII PONTIFICIS · AC SACERDOTIS MAXIMI *A* saffo per toto librum suo primo *B*

RVFINI

COMMENTARII

DE METRIS COMICORVM ET DE NVMERIS ORATORVM

Quae ex duobus commentariis Rufini de metris comicorum poetarum et de compositione et numeris oratorum relicta sunt, ante octavum saeculum in uno codice cum duobus libris Prisciani de constructione et tribus eiusdem grammatici libris ad Symmachum et cum carmine Remi Favini qui dicebatur de ponderibus et mensuris scripta erant. de quo dixi gramm. lat. v. III p. 387: idem de carmine de ponderibus et mensuris disputantes probaverunt Schenkelius Sitzungsber. d. Akad. d. Wiss. Wien 1863 v. XLIII p. 58 et Christius mus. Rhen. v. XX (a. 1865) p. 68. ex hoc archetypo autem omnes codices, in quibus Rufini libelli inde a nono saeculo scripti sunt, originem duxerunt. sed quamvis magnus numerus eorum codicum nunc supersit, propterea quod cum libris Prisciani illi quoque saepe describebantur, tamen propter communem omnium originem diversitas scripturae in Rufini libris non maior est, quam in libris Prisciani. itaque cum ad restituendam veteris archetypi lectionem paucis codicibus opus esset, tres élegi, quorum integra scriptura exhiberetur, duos Parisinos 7496 et 7501, quibus olim in Prisciani libris minoribus usus eram, et praeter hos in commentario de metris comicorum poetarum tertium Vaticanum bibliothecae Christinae reginae Sueciae 733.

Codex Parisinus 7496 (A), de quo post Hertzium praef. Prisc. p. X dixi gramm. lat. v. III p. 388, paulo antiquior quam reliqui et diligentissime scriptus est nono, ut videtur, saeculo. pauca eadem veteris librarii manu correcta vel in marginibus adscripta sunt. ea tamen quae in archetypo graece scripta erant praeter singula quidem vocabula vel breviores locos librarius non integra descripsit, sed paucis litteris scriptis graeca deesse adnotavit. quem defectum in priore parte commode supplebant fragmenta codicis Parisini 7498 eadem fere aetate scripta: cf. gramm. lat. v. III p. 396. in eo codice enim aliquot membranis amissis haec sola ex Rufini commentariis relicta sunt, *Commentarium Rufini viri dissertissimi grammatici Antiochensis in metra Terentiana. Euantius* — p. 2712 *sudes in ista*, p. 2715 *armat iambus dactylus his causis* — p. 2719 *in quo illud vel maximum est.* in his igitur fragmentis reliqua quidem fere omnia prorsus eodem modo atque in codice A scripta sunt, et siqua in illo, ut dixi, librarius correxit, emendata scriptura exhibita est; sed graeca

vocabula plene perscripta leguntur. ex quo apparet unum vetus exemplum a duobus librariis accurate expressum esse, in quo graeca vocabula ab altero, sic ut in illo scripta erant, repetita, ab altero plerumque praetermissa sunt.

Codicem Parisinum 7501 (B) decimo saeculo scriptum breviter descripsi l. c. p. 389. is saepius quam reliqui a scriptura alterius Parisini recedit, et cum non nullis locis, in quibus ille corruptus est, veram lectionem servavit, tum plura neglegentius scripta, quaedam vero etiam consilio scribentis mutata sunt; e quibus maxime memorabile est illud, quod bis p. 2707 et 2713 omissis verbis quae antea ex aliis scriptoribus iam a Rufino citata erant pro his scriptum est *ut praefatum est.* praeterea multa partim a vetere librario, partim recentiore manu (b) correcta sunt.

Codex Reginensis 733 (R) post panegyricum Optatiani antiquiore manu quam reliqua scriptum continet praeexercitaminum Prisciani partem extremam, Rufini commentarium de metris comicorum poetarum, carmen de ponderibus et mensuris saeculo decimo scripta, *De allocutione — inglorium est. Prisciani sophistae ars praeexercitaminum secundum Hermogenem uel Libanium explicit.* ‖ *Commentarium Rufini v. d. grammatici Antiochensis in metra Terentiana. Euanthius — Iuba.* ‖ *Versus Remi Fauinii de ponderibus. Pondera paeoniis — notetur.* huius scripturam maxime propter graeca vocabula, quae in eo, sicut in Parisino 7498, accurate perscripta sunt, proponendam existimavi. nam in reliquis raro a codice A recedit. cum utroque fere accurate consentit fragmentum codicis eiusdem bibliothecae 1709 saec. X, in quo post Prisciani libros ad Symmachum scriptos haec pauca Rufini relicta sunt, *.uanthius in commentario Terentii — iambicus Terentii senari* p. 1707.

Praeter hos libros collata habebam ea quae in codice Vossiano 33. 4 leguntur, *Versus Rufini grammatici de metris terrentiani plauti et ceterorum — rhetores aptant* p. 2709—2715: cf. gramm. lat. v. III p. 389. sed ea et neglegenter scripta et meliorum codicum AR scripturam ita sequi videbam, ut vix paucis locis aliquid quod memoria dignum esse videretur praeberent. in optimo codice eiusdem bibliothecae Voss. 12. 8, quo in Prisciani libris et Hertzius et ego usi sumus, ex Rufini libellis, qui in illo olim post Prisciani libros ad Symmachum scripti erant, nunc duae membranae relictae sunt, *Commentarium Rufini u. d. grammatici Antiochensis in metra Terentiana — ne forte impru* | p. 2709: cf. Hertz praef. Prisc. p. XXI. in commentario de numeris oratoriis Orellius, qui eam partem in scholiastarum Ciceronis vol. I p. 183 sqq. edidit, codice Einsiedlensi 338 undecimo saeculo scripto usus est. eundem et alterum huic simillimum Einsiedlensem 339 commemoravit Hagenus anecd. Helvet. p. LXI, qui scripturam codicis parum accurate ab Orellio indicatam esse adnotavit. ea autem quae Orellius excerpsit satis ostendunt eum codicem cum Parisino A accurate consentire. deinde Halmius in

eodem commentario inter rhetores latinos p. 575 sqq. a se edito codicem Tegernseensem 375, nunc Monacensem 18375, adhibuit: cf. praef. p. XIV. in eo autem uterque Rufini commentarius post Prisciani institutiones et carmen de ponderibus et mensuris et libros ad Symmachum scriptus est saeculo decimo. denique versus Rufini de compositione et metris oratorum e codice Vindobonensi 2521 saec. XII editi sunt in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 252 sqq., *Versus Rufini cuiusdam scholastici de pedibus quibus utuntur oratores. Haec ego Rufinus collegi mente benigna Discipulisque dedi munera pulchra libens. Musigenae — hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.* qui versus in eo codice eadem inscriptione addita inter alia carmina scripti sunt: cf. Endlicher cod. philolog. lat. bibl. Palat. Vindobon. p. 179.

Verum de his libris, sicut de aliis quibusdam, quos nunc omitto, accuratius quaerendum esse non existimavi, postquam ex uno eodemque fonte omnes derivatos esse intellexi. neque diversi ab iis libris, de quibus modo dixi, origine fuerunt illi, quibus quinto decimo saeculo Itali usi sunt. e quibus in commentario de metris comicorum poetarum duos Laurentianos plut. 38, 21 et 47, 1 a Bandinio catal. cod. lat. bibl. Med. Laurent. v. I p. 269 et 387 descriptos accuratius examinavi, alios in Vaticana bibliotheca vidi, Vat. 1482, 1493, 2725, 3027, Vrbin. 306. sed hi et neglegentia librariorum et pravis doctorum virorum mutationibus valde corrupti, graeca autem vocabula vel in omnibus vel in pluribus omnino omissa sunt.*) ceterum in iis locis, in quibus veteres codices inter se discrepant, hi recentiores scripturam codicis Parisini B, quae ipsa quoque ab antiquiore memoria saepius deflexa est, sequuntur.

Ex hoc genere codicum quinto decimo saeculo scriptorum Rufini libri una cum Prisciano primum editi sunt a. 1470 (Venetiis apud Vindelinum Spirensem). quae editio deinde in reliquis omnibus, in quibus proximis annis post iidem libri simul editi sunt, accurate expressa est. meliorem codicem primus adhibuit is qui editionem Parisinam a Iodoco Badio Ascensio a. 1516 factam curavit. in ea editione enim plurima vitia, quibus priores editiones depravatae erant, sublata, graeca vocabula, quae antea omissa erant, maximam partem restituta, omnia denique ita ad veterum codicum scripturam revocata sunt, ut ex omnibus editionibus, quae adhuc factae sunt, haec una maxime ad fidem veterum codicum exacta sit. nam

---

*) Interpolationis exempla in Laurentianis codicibus in primis memorabilia sunt haec, quae propterea hoc loco adnotavi, quod ea postea in edita exemplaria propagata sunt, p. 2705 *etsi ipsi*] *etsi usi ipsi*: p. 2709 *id sibi negoti credidit solum dari, primae scaenae similes, vos istaec*] *id sibi negotii credidit solum dari, populo ut placerent quas fecisset fabulas, vos istaec,* cf. Prisc. de metr. Ter. p. 422, 25: ib. *maximus auctor*] *saepius auctor*: p. 2711 *extendit*] *extrita* Laur. 47, 1, *extente* Laur. 38, 21 cum reliquis libris: ib. *concisa*] *conuersa*: p. 2713 *Fl. Caper*] *Flauianus Caper*: ib. *Sacerdos qui et Donatus*] *Sacerdos quod etiam docuit Donatus.*

postea editores neglecta optima editione Ascensiana vel paucis ex ea receptis plerumque lectionem exemplorum antea impressorum repetiverunt. maximam autem auctoritatem editio Aldina a. 1527 nacta est. sed quamvis in ea plura quam in reliquis editionibus partim ex codice manu scripto partim ex editione Ascensiana, ut videtur, emendata sint, tamen haec quoque multis locis, in quibus Ascensiana bonam et veterum codicum fide confirmatam scripturam praebebat, priores editiones secuta est. post Aldum Putschius, qui se Rufini commentarium 'ex libro Scaligeri restitutum' edidisse scribit, quaedam emendavit. videtur autem exemplum Aldinae editionis paucis locis a Scaligero partim coniectura partim ex vetere codice emendatum habuisse. Putschii editionem addita scriptura editionis Venetae a. 1476 et editionis Aldinae Gaisfordius in scriptoribus latinis rei metricae repetivit. praeterea Pithoeus et Capperonnerius commentarium de numeris oratoriis inter rhetorum latinorum libros a se editos receperunt. quorum neuter manu scriptos codices habuit, sed Capperonnerius in locis Ciceronis a Rufino citatis quaedam ex Cicerone emendavit. hos secuti Orellius schol. Cic. vol. I p. 183 et Halmius rhetor. lat. p. 575 eundem commentarium ediderunt. e quibus Orellius scripturam codicis Einsiedlensis, ut supra dixi, et editionis Iuntinae cum Aldina plerumque consentientis adiecit; Halmius ex codicibus Parisinis, quorum scripturas a me excerptas ad eum miseram, adhibito etiam Tegernseensi codice lectionem emendavit, neque tamen scripturas codicum adnotavit.

Ego in nova editione in primis codicem Parisinum 7496, cuius fides cum plurimis antiquissimisque codicibus tum Reginensi 733 et Parisino 7498 suppletur et confirmatur, secutus sum. secundum locum ab hoc tribui Parisino 7501. his duobus libris autem de vetere lectione ita constat, ut alii vix quidquam, quod quidem non coniectura inventum, sed ex antiqua memoria propagatum sit, adferant. ex editis exemplaribus a lectione veterum codicum saepe dissentientibus, quorum nullam omnino auctoritatem esse apparet, ea quae digna esse memoria videbantur adscripsi, ut intellegeretur, quem ad modum haec olim vulgo edita fuissent. tres autem veteres editiones praeter Putschianam adhibui, quarum usum bibliotheca universitatis Lipsiensis mihi praestitit, principem a. 1470, Ascensianam a. 1516, Aldinam a. 1527. e quibus cum Ascensiana saepe sola diversam a reliquis lectionem eamque cum veteribus codicibus consentientem exhibeat, interdum etiam Putschius vitia priorum exemplarium correxerit, non opus fuit illud quovis loco adnotare, sed plerumque uno signo ς ad vulgatam lectionem indicandam ita usus sum, ut modo communem omnium editionum eam lectionem esse, modo excepta Ascensiana vel Putschiana reliquas consentire significaretur. nam pravas antiquissimorum exemplarium lectiones ex principe editione propagatas, deinde et in Ascensiana et in Aldina editione correctas raro indicavi.

Nomen Rufini praeter inscriptionem in principio prioris commentarii

positam et duos versus eidem commentario subiectos, *Haec ego Rufinus collegi mente benigna Discipulisque dedi munera pulchra libens*, in libris manu scriptis praescriptum est versibus de metris Terentii et Plauti et ceterorum p. 558, 7 et de compositione et de metris oratorum p. 565, 9. 566, 6; 32. 567, 21. 575, 26. neque videtur dubitari posse quin loci veterum scriptorum ab eodem Rufino, qui praecepta eorum suis versibus comprehenderat, collecti et una cum illis editi fuerint, sicut versibus priori commentario subscriptis indicatum est. sed cum duos commentarios Rufinus scripsisset, alterum, quo versus esse in fabulis comicorum poetarum ostenderet et adscriptis plurimorum grammaticorum testimoniis comprobaret, alterum, quo Ciceronis aliorumque praecepta de numero oratorio componeret, hi duo commentarii postea ita coniuncti sunt, ut una prioris commentarii inscriptio relinqueretur, in initio autem alterius commentarii versus Rufini ex diversis locis collecti ponerentur. nam neque certo ordine in hoc loco illi versus collocati neque inter se apte conexi sunt, sed ad illustrandos locos Ciceronis, quorum maxima pars deinde subiecta est, conscripti fuerunt. quare quo ordine Rufinus haec quae testimoniis veterum scriptorum a se collectis interposuit conscripserit, dici nequit. ac ne illud quidem constat, num omnia quae ille collegerat vel ipse addiderat servata sint. in quo memorabile est illud, quod sub finem commentarii de metris comicorum poetarum nomina scriptorum viginti et trium, qui mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dixerunt, scripta sunt. in quibus cum nomina scriptorum, quorum testimonia antea posita erant, numero quindecim legantur, restant octo, quorum testimonia vel ab ipso Rufino vel ab eo qui postea eius commentarium excerpsit, omissa sunt.

Antiochiensem fuisse Rufinum inscriptione commentarii, quae in libris manu scriptis legitur, memoriae proditum est; neque ulla eius mentio praeterea apud quemquam extat. sed commentarium de metris comicorum poetarum Priscianus de metris Terentianis scribens usurpavisse videtur, siquidem is et de versibus prologorum et primarum scaenarum p. 421, 12 sqq. eodem modo disputavit atque Rufinus p. 558, 8, et eosdem Terentiani versus, quibus Rufinus p. 560, 9 usus erat, posuit p. 419, 16. ex scriptoribus autem, quos ipse Rufinus appellavit, nullus, de cuius quidem aetate constat, recentior est, quam grammatici quarti saeculi, Charisius, Diomedes, Donatus, Victorinus et is qui his paulo inferior fuit, Servius p. 573, 26 citatus. neque multo post hos ipsum Rufinum vixisse veri simile est. Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litt. v. II p. 307 in prima parte quinti saeculi eius aetatem collocavit.

COMMENTARIVM

RVFINI V. C. GRAMMATICI ANTIOCHENSIS

IN METRA TERENTIANA

p. 2705 P. p. 378 G.

Euanthius in commentario Terentii de fabula [hoc est de comoedia] sic dicit, 'Concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro'. et postea sic, 'Veteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius * iambici versus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio vincuntur resolutione huius metri, quantum potest, comminuti ad imaginem prosae orationis.'

---

4 Euanthius *de trag. et com. p. LV ed. Westerhov.* 6 et postea sic *ib. p. LVI*

A codex Parisinus 7496
B codex Parisinus 7501
b corrector codicis B
R codex Vaticanus bibliothecae Reginae Christinae 733
ς lectio vulgata veterum editionum, e quibus adhibitae sunt hae, editio princeps a. 1470 (Ven.), Ascensiana a. 1516 (Asc.), Aldina a. 1527 (Ald.), Putschii.

Codicum AB integra scriptura, codicis R in commentario de metris poetarum comicorum item integra scriptura exhibita est. ex veteribus editionibus ea quae maxime memorabilia videbantur adscripta sunt. pauca adnotata sunt e codice Parisino 7498 (P), Reginensi 1709, Vossiano 33. 4, Einsiedlensi 338, Tegernseensi 375

COMENTARIUM RUFINI U D (RUFINI UIRI DISSERTISSIMI *P*) GRAMATICI ANTIOCHENSIS IN METRA TERENTIANA *ARP* COMMENTARIUM RUFINI U D GRAM ANTHIOCENSIS IN METRA TERENTIANA INCIPIT *B* Commentarium Rufini de metris comicis incipit *Ven.* Commentarium Rufini V. D. grammatici Antiochensis in metra Terentiana *Asc. Ald.* vir clarissimus *dicitur Rufinus infra p. 565, 9 et 575, 26*

4 Euanthus (i *superscr.*) *A* Euantius *P* hoc est de comoedia *ABR Ald.* hoc est comoedia *Ven. Asc. verba a posteriore grammatico, ut videtur, adscripta defendit Dziatzko mus. Rhen. v. XXV (a. 1870) p. 439* 6 etsi usi ipsi quoque in (in *om. Ald.*) metris neglegentius iambici ς etsi ipsi quoque in metris negligentius egerunt iambici *edita exemplaria Euanthii* et (si *superscr.*) ipsi *B*

Asper in commentario Terentii sic, 'Hosce versus agere coepisset,

itane patris ais adventum veritum hinc abiisse ad domum;

et deinceps qui secuntur quadrati.' |

Diomedes sic, 'Septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale,

quid inmerentibus noces, quid invides amicis?

similis in Terentio versus est,

nam si remittent quippiam Philumenae dolores;

et in Plauto saepius tales reperiuntur'.

Varro de lingua latina ad Marcellum sic, 'Quare in huiusce modi locis poni oportet notam I transversam inter syllabas, frequentius ad extremum ‖ versum senarium et similes, si pro longa brevem habebunt extremam, ut in hoc,

amicus summus meus et popularis Geta.'

Charisius sic, 'Septenarium versum fieri dicit Varro hoc modo, | cum ad iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale,

quid inmerentibus noces, quid invides amicis?

similis in Terentio versus est,

nam si remittent quippiam Philumenae dolores;

et in Plauto saepius tales reperiuntur'.

Bassus ad Neronem de iambico sic dicit, 'Iambicus autem, cum pedes etiam dactylici generis adsumat, desinit iambicus videri, nisi percussione ita moderaveris, ut, cum pedem supplodes, iambum ferias; ideoque illa loca percussionis non recipiunt alium quam iambum et ei parem tribrachyn, aut alterius exhibuerint metri speciem. quod dico exemplo faciam illustrius. est in Eunucho Terentii statim in prima pagina hic versus trimetrus,

---

5 Diomedes sic *p. 556, 14 Diom. 515, 3* 7 quid inmerentibus *Caes. Bass. 266, 10* 16 Charisius sic *p. 556, 14*

---

2 itane] *Terent. Phorm. II 2, 1* patris ς paris *ABR* -abiisse *P* abisse *A*ς abisse[i] *B* habiisse *R* ad domum *ABRP* domum ς admodum *Terentius* 4 quae sequuntur ς 6 ad iambum ς 8 similis] similiter *ABR*ς 9 nam] *Terent. Hecyr. III 2, 14* remittant ς 10 saepe ς 12 I transuersam *ARb* in transuersum *B*ς 13 habebant *R* extremam *om.* ς 15 amicus] *Terent. Phorm. I 1, 1* 17 ad iambum ς additur et fit tale — 21 reperiuntur *AR* additur ut praefatum est *B*ς 22 Bassus] bassius *AB*ς basius *R* de iambico ς de iambo *ABR* iambus[ic] *priore loco R* 23 iambicus uideri ς iambus uideri *ABR* 24 supplodis ς, *an* supplodas? iambicum ferias *ABR*ς 25 quam iambum ς quam iambicum *ABR* parem] parum *R* tribrachum *corr.* — im *A* tribrachim *R* 26 aut si alterius ς speciem quod[&] *A* 27 Terentii] terent *in litura b* in praesenti ς

exclusit, revocat, redeam? non, si me obsecret.

hunc incipe ferire, videberis heroum habere inter manus: ad summam paucis syllabis in postremo mutatis totus erit herous,

exclusit, revocat, redeam? non, si mea fiat.

ponam dubium secundo loco pedem, quo propius accedam,

heros Atrides caelitum testor fidem'.

Varro in septimo 'Clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium

an haec iam obliti sunt Phryges?

non numquam ab his initium fit, ut apud Caecilium

dei boni, quid hoc? ‖

apud Terentium

discrucior animi'.

Idem Varro in eodem septimo de lingua latina ad Marcellum sic dicit, 'At in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet comicus quadratus, ut *est* hic,

heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeo'.

Trimetros versus iambicos Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum M. Tullius senarios dicit [et nominat]. Quintilianus et trimetros et senarios nominavit, et Flavius Caper in artibus suis trimetros versus iambicos Terentii senarios appellavit.

De metris Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum Victorinus sic dicit, 'Quantum autem ad metrum comicum spectat, ut paululum evagemur, scio plurimos adfirmare Terentianas vel maxime fa-

---

6 heros *Caes. Bass. 256, 21* 22 De metris Terentii *Mar. Victor. 78, 19*

---

1 exclusit] *Terent. Eunuch. I 1, 4* 2 hunc — 4 fiat *om.* ς 3 syllabicis *B* 5 quo propius *R* quo proprius *A* quo propitius *B* propius ς 6 atrides *b*ς acrides *ABR* 7 Uarro in septimo *A* Uarro in UII ς *codex Reginensis 1709* Uarro UII *BRP.* Varro in IIII *coniecit Iahnius Bericht. d. saechs. Ges. d. Wiss. v. II* (*a. 1850*) *p. 114, quod probavit Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 47 et 64. Rufini testimonium defendit Ritschelius mus. Rhen. v. VI* (*a. 1848*) *p. 524. immo ipse grammaticus de numero erravisse videtur* 9 haec iam] haec iam haec, *sed deleto posteriore loco* haec *A* phryges *AR* phyres *B* Bruges *Ritschelius quaest. Varron. p. 34* 11 dei boni *ARb Asc.* de . . *B* dii boni *Ven.* di boni *Ald.*, *quod in trochaicos numeros redegit Ribbeckius com. lat. rel. p. 78 ed. sec. de clausula erravisse Rufinum vel potius Varronem coniecerat Hermannus elem. doctr. metr. p. 181 epit. doctr. metr. p. 70 ed. sec.* 13 discrucior] *Terent. Adelph. IIII 4, 1* 14 in eodem septimo *A* in eodem UII *BR* in eodem libro VII ς 15 at *AP codex Reginensis 1709* aut *B*ς *et ut videtur R* fiet *Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 202,* fiat *ABR*ς 16 est *om. ABR*ς 17 heri] *Terent. Eunuch. III 4, 1* aliquod *AB* aliquid *R* quo imus *R* pyreo *R* piraeeo ς 18 terenti *AR* plauti ac ceterorum *B* 19 et tragicorum *om.* ς senarios *om. B*ς: *cf. Cic. Orat. 55, 184. 56, 189* et trimetros et senarios *A Asc.* et trimetros senarios *B* etiam trimetros senarios ς: et senarios — in artibus suis trimetros *om. R. cf. Quintil. VIIII 4, 75* trimetrum et senarium promisce dicere licet 22 plauti ac ceterorum *B* 23 metrum] uersum ς

bulas metrum ac disciplinam graecarum comoediarum non custodisse, id est quas Menander Philemon Diphilus et ceteri ediderunt. nostri enim in modulandis rhythmis seu metris veteris comoediae scriptores sequi maluerunt, id est Eupolin Cratinum Aristophanem. prologos itaque et primarum scaenarum | actus trimetris comprehenderunt, deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt, qui appellantur quadrati. postea in sequentibus variaverunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est semipede adiecto vel integro pede iambo vel sesquipede. haec per medios actus varie; rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scaena, locaverunt. sed iidem quadrati legitimi, cum sedecim syllabis iuxta ius proprium constare debeant, plerumque inveniuntur ‖ viginti aut amplius syllabarum. hinc existimantur metrum non tenuisse nec sua lege composuisse. quod vero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem membra pro clausulis poni possunt et solent in canticis magis quam diverbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari, et praecipue apud Plautum et Naevium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris versuum colis ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis'.

Idem Victorinus in alio loco de iambo sic dicit, 'Improbatur autem apud tragicos versus ex omnibus iambis compositus. nam quo sit amplior et par tragicae dignitati, interponunt frequentius locis dumtaxat imparibus pedum dactylicorum moras et spondeum. similiter apud comicos laxius spatium datum est. nam et illi loca, quae propria iambo debentur, spondeis occupant dactyloque et anapaesto locis adaeque disparibus. ita dum cotidianum sermonem imitari nituntur, metra vitiant studio, non imperitia, quod frequentius apud nostros quam Graecos invenies. genera autem iambici metri sunt duo. nam ex his alia integra, alia clauda, quae scazonta seu choliamba vocant, inducuntur, quorum differentiam paenultima versus syllaba demonstrabit. nam si brevis contigerit, erit rectum et integrum iambicum ita,

---

19 Idem Victorinus *80, 27*

---

1 grecorum non custodisse id est menander *R* 8 integro] inaegro *AR* 9 actus] iactus *R* 10 sed idem *ABR* 12 hinc — 13 composuisse *om. R* existimantur ς aestimantur *AB* aestimatur *libri Victorini* 13 ad clausulas] aut clausulas *R* 14 id est minuscula *B*ς *et libri Victorini* id est ad minuscula *AR Asc.* totidem eorum membra *Victorinus* 15 pro] per *R* diverbiis *Ald.* deuerbiis *Ven. Asc.* deuerbis *ABR* 16 subsistunt *A* subsistit *corr.* — stunt *B* subsistant *R* 21 frequentius in locis *Victorinus* 22 apud comicos laxius spatium apud comicos datum est *AR* apud comicos laxius spatium versibus datum est *Victorinus* 23 illi loca *AR* illi loco *B* propria debentur iambo *B* proprie debentur iambis ς proprie iambo debentur *Asc.* 26 quod in frequentius *A* quam apud graecos *B*ς 27 ex his *B* ex is *R* ex iis *A* 28 seu *BR* sine *A* inducuntur] sunt ς

vigoris adde concitum celerem pedem;
sin vero longa, delumbe et claudum, ut est
novitate ductus, non ut inscius legis.

le longa, quae paenultima reperitur, metrum corrumpit. huius repertor Hipponax: nam pro iambo ‖ inductus trochaeus contra legem trimetri iambici metrum innovavit, quod adaeque et ex spondeo contigit'. |

Versus Rufini grammatici de metris Terentii et Plauti et ceterorum.

Agnoscit metrum servatque Terentius artem.
nam prologos trimetro didicit componere versu
scaenarumque actus primos pede claudit eodem:

ut sunt hi versus prologi,

poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
id sibi negoti credidit solum dari:

primae scaenae similes,

vos istaec intro auferte, abite. Sosia,
adesdum, paucis te volo. dictum puta.
tetrametros sequitur, quem finxerat ille Boiscus:

quales sunt isti versus,

mirabar, hoc si sic abiret et eri semper lenitas.

qui sequitur dimetrus est, id est pedes simplices quattuor habet,

verebar quorsum evaderet.

alii tetrametri similes hi,

enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae.

[de iambo] trochaicum archilochium unde fieri dicunt metrum,

---

8 Agnoscit metrum — 23 neque socordiae *Priscian. de metr. Terent. 422, 22*

---

1 vigoris] *Terent. Maur. 2183* celer *Terentianus* 2 delumbe] debile *R*
in
3 nouitate inductus *R*: *Terent. Maur. 2403* non ut inscius *A* non ut scius *B* non ut ipsius *R* non est inscius ς 5 inductis trochaeis ς 6 et *om.* ς contingit ς

8 Agnouit ς. *in prima parte versuum Rufinus priorem locum Victorini antea citatum expressit. Boisci memoriam a Iuba petivit. de Archilochi et Hipponactis inventis Terentianum v. 2350 et 2371 secutus est* 9 uersu *B* uersus *corr.* uersu *A* uersus *R*

10 caenarumque *R* primos *R*ς primus *corr.* — os *B* primo *A* 11 ut sunt hi versus prologi *om.* ς 12 poeta] *Terent. Andr. prol. 1* 13 negoti ς negotii *ABR* dari Populo ut placerent quas fecisset fabulas Vos istaec ς *ex Prisciano p. 422, 25*

14 Primi sane similes *R* 15 uos istaec *BR* uos ista haec *A*: *Terent. Andr. I 1, 1* auferre *corr.* auferte *B* 17 tetrametro *corr.* — os *B* fixerat *A* 19 mirabor *corr.* — bar *B*: *Terent. Andr. I 2, 4* abiret et eri] abire ceteris *R* 20 quae sequitur dimetra est *R* qui post hunc sequitur dimeter est ς 21 quorsum] quorum *R* 22 item tetrametri similes hi de iambo Enimuero — socordiae Trochaicum ς simile *R* 23 enimvero] *Terent. Andr. I 3, 1* 25 de iambo *ex margine illatum esse videtur. nam parum probabile est pro inscriptione posita esse verba* de iambo — metrum. *an* de iambo trochaicum archilochium fieri dicunt metrum?

creticon Archilochus supra caput addit iambi:

quales sunt isti,

di boni, boni quid porto? sed ubi inveniam Pamphilum?
laetus est nescio quid. nihil est, nondum haec rescivit mala. ‖

De iambo hipponacteo.

Vltimus amphibrachys velocem claudit iambum,
aut bacchius erit finis discrimine nullo:
utitur Hipponax hoc metro maximus auctor:

quales sunt isti versus,

ne forte inprudens faciam quod nolit sciens cavebo,
nam si remittent quippiam Philumenae dolores.
legitimum interdum sub scaenis ponit iambum,

qualis est iste,

obsequium amicos, veritas odium parit. |
utitur his Plautus metris et mille poetae.

De pedibus quibus haec consistunt metra.

Dactylus aut spondeus inest vel cursor iambus,
aut anapaestus erit, positi discrimine nullo
partibus in quinis. nam post celer extat iambus,
pyrrichiusve citus finem concludere possit:

ut sunt hi tales,

exclusit, revocat, redeam? non, si me obsecret,
quod plerique omnes faciunt adulescentuli.

De nomine talium versuum sive metrorum.

Graecus apemphaenonta solet memorare poeta,
inmanifesta vocant haec carmina voce latina.
Hunc trimetron veteres Graii cognomine dicunt,
quod pedibus iunctis hunc scandere saepe solebant.

De choliambo.

Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit,

quales sunt isti,

---

18 Dactylus *p. 576, 2*

---

1 archilochos *B* 3 di boni] *Terent. Andr. II 2, 1. 3* 8 maximus] saepius ς 10 ne forte] *Terent. Adelph. IIII 5, 77* uolim ς 11 nam] *Terent. Hecyr. III 2, 14* remittaut ς 14 obsequium] *Terent. Andr. I 1, 41* amicum amicos *R* 16 metra notabis ς. notabis *alia manu superscriptum est in R. de pedibus iambicorum versuum Rufinus alterum locum Victorini supra citatum secutus est. tribrachyn hoc loco omissum commemoravit Iuba infra p. 562, 14* 22 exclusit] *Terent. Eunuch. I 1, 4* 23 quod plerique] *Terent. Andr. I 1, 28* 25 apamphaenonta *AR* APAMPHEnonta *B*. *metra ἀπεμφαίνοντα Iuba auctore commemoravit Marius Victorinus p. 106, 17* 26 latini *ABR*ς 27 graii ς gra.i *B* gradi *AR* 29 de choliambo. S. ponitur autem scazon *R*

nec fonte labra prolui caballino,
nec in bicipiti somniasse Parnasso.

De metris comicis.

Tetrametros trimetrosque capit comoedia versus.
tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus.
creticon Archilochus trimetro superaddidit ingens.
amphibrachyn trimetro Hipponax supponit iambo.
fulserat hac Plautus pulcherque Terentius arte. ||

Terentianus de iambis fabularum sic dicit,

Culpatur autem versus in tragoediis
et rarus intrat ex iambis omnibus,
ut ille, contra qui secundo et talibus
spondeon aut quem comparem receperit.
sed qui pedestres fabulas socco premunt,
ut quae locuntur sumpta de vita putes,
vitiant iambum tractibus spondiacis
et in secundo et ceteris aeque locis,
fidemque fictis dum procurant fabulis,
in metra peccant arte, non inscitia,
ne sint sonora verba consuetudinis,
paulumque rursus a solutis differant. |
magis ista nostri: nam fere Graecis tenax
cura est iambi vel novellis comicis
vel qui in vetusta praecluent comoedia.
Aristophanis ingens emicat sollertia,
qui saepe metris multiformibus novus
Archilochon arte est aemulatus musica.

Sisenna in commentario Poenuli Plautinae fabulae sic, 'Halonium

9 Terentianus *v. 2228 Priscian. de metr. Terent. 419, 16*

1 nec fonte] *Pers. prol. 1* 5 ferunt *R* 14 sed qui *bς* sed quid *ABR* 15 putantes *B* 16 spondiacis *R* spondaicis *A* spondaicis *corr.* spondeacis *B* 17 et in caeteris, *sed deleto* in *A* 19 inscitia *R* inscientia *corr.* inscitia *B* insciatia *corr.* inscitia *A* 21 paululumque *corr.* paulumque *B* a solutis differant *ς* a solutis litteris *ABR et adscripto in marg.* l'differant *codex Vossianus 33. 4* 22 mage ista *Putschius* fere] ferre *R* 24 praeclu ... *corr.* praecluent *B* praelucent *ς* 25 aristophanes *B* 26 nouus *ABR Asc. Ald.* nouis *Ven. et Terentianus* 27 arte *ς* arce *ABR* aemulat sisenne in commentario *R* 28 Sisenna *ABς* Scaurus *in litura codex Vossianus 33. 4, in quo olim* Sisenna *scriptum erat. transpositio, ut videtur, in B indicata est his signis,* ÷ Sisenna in commentario — metri causa ÷ Scaurus — syllabas ÷ Sisenna in rudente, *et similiter in codice Parisino 7498 ita,* ※ Sisenna in comentario — metri causa ※ scaurus — syllabas. Sisenna penuli *AB* halonium *BR* adonium *corr.* halonium *A.* Alonim] alon Poeni dicunt deum, et producendam syllabam metri gratia exigit iambus *coniecit Ritschelius parerg. Plaut. p. 378 coll. Plaut. Poen. V 1, 1*

Poeni dicunt deum, et producenda syllaba metri gratia, *sicut* exigit iambus'. in Pseudulo sic, 'Malai διαίρεσις metri causa'. Scaurus in eadem fabula sic, 'Nunc iam: iam divisit in duas syllabas *metri causa*'. Sisenna in Rudente sic, 'Fuit extendit primam syllabam metri gratia'. et postea sic, 'Habiliore metro usus est, ut solet in mulierum oratione'. postea sic, 'Latronem producit metri causa'. ‖ in Amphitrione sic, 'His quattuor generibus quintum accedit de genere versuum qui non sunt unius modi'. in Captivis sic, 'Hic ornatu s litteram metri causa amisit'. in Aulularia sic, 'Haec scaena anapaestico metro est. sed concisa sunt, ut non intellegas'.

Iuba in libro quarto sic dicit, 'Iamborum itaque exempla, quae maxime frequentata sunt, subdidi,

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ,
Ξάνθη παλαιῇ γρηὶ πολλῇσιν φίλῃ,

---

1 sicut *om. ABR*ς exigit] egit *R* iambum *Asc.* 2 in pseudulo (in pseudolo *R*) sic Malai ΔΙΑΙΡΕϹΙϹ (.diai. ΡΕϹΙϹ *A*) metri causa *ABR Asc.* Scaurus in commentario Plauti in Pseudulo sic dicit *Ven.* Scaurus in commentario Plauti in Pseudulo dicit. Malai διαίρεσις metri causa *Ald.* malai, *quod in Pseudulo nunc non legitur, ex prologo fabulae, cuius duo versus in Ambrosiano codice relicti sunt, petitum esse coniecit Ritschelius l. c. p. 375* 3 nunc iam — 4 et postea sic *om. R.* nunciam *quattuor locis Pseuduli, I 1, 116 I 5, 82 I 5, 133 I 5, 144, legi adnotavit Ritschelius p. 376* metri causa *om. AB Asc., add.* ς 4 extente primā syllabā (syllabam *B*) metri gratia *AB* extente primam syllabam metri gratia *Asc.* extrita prima syllaba metri causa *Ven.* extente prima syllaba metri causa *Ald.* extenta prima syllaba metri causa *Ritschelius p. 378. fortasse* extendite. *adnotationem Sisennae ad versum Rud. IIII 4, 61, quem ille sic scriptum repperisset,* haec Athenis parva fuit virgo surpta, dic mihi, *pertinere indicavit G. Hermannus apud Ritschelium p. 379* 5 habiliore *AB* habiliorem *R* muliere *corr.* — rū *B* 6 latronem *in Rudente non legitur. e Curcul. IIII 3, 16, ubi* latronum *pro* lenonum *scripsit Dousa, petitum esse coniecit Ritschelius p. 381* in amphitrione sic *ABR* Idem Sisenna in Amphitryone sic ς 7 unius modi *ARb* huius modi *B* 8 in captiuis sio *ABR* Idem Sisenna in Captiuis sic ς hic ornatu. s. litteram *A* hic ornatus litī *B* hicornatur. S. litteram *R: Plaut. Capt. II 3, 87. V 3, 20. cf. Ritschel. parerg. Plaut. p. 383* in aulularia sic *ABR* Idem Sisenna in Aulularia sic ς. *Sisennae adnotationem ad scenam Aululariae IIII 9 rettulit Hermannus elem. doctr. metr. p. 411* 9 concisa] conuersa ς

11 itaque *BR* utique *corr.* itaque *A* maxime *om.* ς 13 *πάτερ* — 562, 3 *βούλομαι*] ΠΕΤΕΡΑΥΚΑΜΒΑΠΟΒΟΙΛΟΜΑΙ *et superscriptum* deest graecum *A. pro hoc adhibitus est codex Parisinus 7498 (P). duos versus primos ediderunt Ascensius et Aldus, reliquos quattuor ex Scaligeri libro, ut videtur, addidit Putschius* ΠΑΤΕΡΑΥΚΑΝΒΑ *R: Mar. Victor. p. 170, 5 Plot. p. 518, 5 Archiloch. fr. 92 ed. Bergk.*

14 *Δαναός*] *Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ Strabo l. V. p. 221 Nauck trag. graec. fragm. p. 340* 15 ΞΑΝΘΗΡΑΛΑΙΝΙΡΗΠΟΛΑΝϹΙΝΦΙΛΗ *R* ΞΑΝΘΝΠΑΛΛΙΗΓΡΗΠΟΛΛΗϹΙΝΦΙΛΝ *P* ΞΑΝΕΝΠΑΛΛΙΗΓΡΝΠΟΜΕϹ *reliquis usque ad 562, 3 βούλομαι omissis B. 'Archilochi vel Anacreontis videtur versus' Bergkius poet. lyr. p. 1325 ed. tert. Ξάνθη proprium nomen mulieris scripsit Meinekius fragm. com. graec. v. IV p. 684* *πολλοῖσιν Bergkius*

οἶδ' ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους,
ἱμάτιον ἐφόρει μαλακὸν ἐρίων Σικελικῶν,
τὸ δὲ προσκεφάλαιόν φησιν ἅμα σοὶ βούλομαι.
videre non vult Caelium Panaetius,
misera marino quae timida in litore,
vallis per imas amne labens caerulo,
armiger in Ida pede vago litora petens,
caerula nec aliter liquida superans malaciae,
* * *
παρὰ σοφοῦ μάθε κλύων ὅσα τις ἂν καταμάθοι,
rape faces, cape puer, sopor abit, cane melos'.

In alio loco sic, 'Iambicum metrum non ex solis iambis conscribitur, sed quinque suscipit pedes, id est iambum tribrachyn anapaestum dactylum et spondeum, hoc est iambum et spondeum et solutiones eorum, | scilicet ex iambi solutione tribrachyn ‖ (nam si sequentem longam syllabam in duas breves dividas, fiet de iambo tribrachys), spondei autem solutiones duas, dactylum et anapaestum. nam si prior syllaba spondei solvatur in duas breves, fiet anapaestus; si vero secunda, dactylus fiet. unde intellegi datur iambica metra de iambo et spondeo fieri et de eorum solutionibus'.

De choliambo sic, 'Est autem proceritatis eiusdem versus qui unius pedis differentia nomen amittit. nam quod sexto loco, qui locus par est,

17 unde intellegi — 18 solutionibus *Mar. Victor. 80, 5*

1 ΟΙƏΥΠΟΓλΡΝΜΩΝ *P* ΟΙcΥΠΟCΓλΡΝΜΩΝ *R* *οἶδ' ὑπὸ γὰρ ὑμῶν Putschius: Aristoph. Nub. 213* *καί*] ΚЄ *RP* 2 ΙΝλΤΙΟΝЄΦΟΡЄΙΝλΛλΚΟΝ *R*. *Aristophanis versum esse coniecit Meinekius. 'fortasse Philemonis ἐν Σικελικῷ' ten Brink Iubae fragm. p. 19* 3 ΤΟΔЄΡΩCΚЄΦλΛλΙΟΝΦЄCΙΝλΝλCΟΙΒΘΥΛΟΝλΙ *R* 4 caelium *R* caelum *A* celium *B* coelum *Asc. Ald.* ut puto caelum *Ven.* panaetius *AR* penetius *B Asc.* Panetius *Ald.* paneus *Ven.* 5 timida (timido *R*) in litore *ABR* timidam litore *Ven.* tumida in littore *Asc. Ald.* tumida littore *Putschius* tumidula litore *ten Brink l. c. p. 20* 6 vallis] *Serv. de cent. metr. p. 458, 7* 7 armiger in unda pede vago litora petit, coerula nec aliter superat itaque et malaciam *ten Brink* in Ida *AB* mida *R* unda *Ven.* huda *Asc. Ald.* 8 caerula non aliter superans liquida (liqua ς) malitiae *ABRς*, *ubi* liquida malaciae *edidit Putschius*, liquida Salmaciae *coniecit Salmasius apud Gaisfordium p. 614. numeros ad exemplum graeci versus restitui. deinde lacunam, qua latinus versus ad exemplum graecum τὸ δὲ προσκεφάλαιον sqq. fictus excidit, indicavi. sequuntur duo versus, quibus solutiones creticorum probantur* 9 ΠλCΟΦΟΥΜλΘЄΚΛΙΩΝΟCλΤΙCλΝΚλΤλΜλΘΟΙ rapae *A* ΠλΡλCΟΦΟΙΜλΘЄΚΛΥΟΝΟCλΤΙCλΝΚλΤλΜλΘЄΙCΤλΡЄ *B* ΠλΡλCΟΦΟΥΜλΘЄΚλΥΩΝΟCλΤΙCλΝΚλΤλΝλΘΟ.irape *R* *παρὰ σοφοῦ μαθε κλυων* (*μεμάθηκ' ἐγών Ald.*) *οσα τις αν Καταναθοι* Rape *Asc. Ald.* 10 fauces *corr.* faces *A* melos *Putschius* melis *ABRς* 11 describitur *B* 14 ex iambo (*corr.* — bi) solutione *B* ex iambi solutionē *A* et iambi solutionem *R* 15 diuidas *AB* diuides *R* soluas ς 17 fiet anapaestus ς fiat anapaestus *AB* fit aunpestus *R* secunda *om. R* dacilus fiat *ABR* fiet dactylus ς unde et intellegi datur *A* 19 DE CHOLIAMBO SIC *BR* DE CHOLIAMBIS *A* proceritas ς

non iambus, sed spondeus vel trochaeus accipitur et a longa syllaba incipit, claudum carmen facit et choliambus nominatur, ut est

ὦ Κλαζομένιοι Βούπαλος κατέκτεινεν,
ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω,
o quae tenerulae comparis tenes crinem,
sudes in ista Veia latent fossa.

quod autem binis pedibus et non singulis scanditur, vetus institutum est. quippe Herodotus, antiquus historiae auctor, cum de heroo diceret versu, quem singulis partiri pedibus moris est, ita dixit, *καί σφιν ἡ Πυθίη ἀφικομένοισιν χρῇ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε,*

ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρέ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

unde apparet heroum singulis pedibus scandi etiam apud veteres solitum. iambum autem binis *scandi* idem ait, cum de Archilocho Pario referret, qui Gygae fabulam optime complexus est, ita, *Γύγης, τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς ἐπεμνήσθη ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ.* ‖ meminit autem versus eius Herodotus, quem applicui,

οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει.

et hactenus de acatalecto trimetro dictum'.

---

3 *ὦ — ἥκω*] ΩΚΛAΖΘΜΕΝΙΟΙΒΟΥΠA *reliquis omissis et superscr.* deest graecum *A*. *pro hoc adhibitus est codex Parisinus 7498 (P). duos Hipponactis versus Iuba auctore exhibet Plotius p. 522, 19* ΚΛAΖΟΝΕΝΙΟΙ *R* *Βούπαλος om. R* ΚAΤΕΚΤΕΙΝΕΝ *PR* ΚAΤΕΚΤΕΥΝΕΝ *B*. *κάθηνις legisse videtur Plotius* 4 AΚΟΥCAΤΙΠΠΟΝAΚΤΟCΟΙΤAΡAΜΗΚΩ *R* AΚAΥCAΤΠΠΟΝAΚΤΟCΟΥΓAΡAΜΝΚΩ *P* ΚΟΥCAΤΙΠΠΟΝAΚΤΟCΟΥΤAΡAΝΗΚΩ *B* 6 ueia *R* uia *et in marg.* ueia *A* uia *B* 9 ΚAΙCΦΙΝΗΠΙΘΥΝAΦΙΚΟΝΝΥCΙΝΧΡΕΗΕΝΕΞAΝΕΤΡΩΤΟΝΩΤA∂ΕAAAΟΤAΝΗΝΙΟΝΟCΒACΙAΕΥCΕΝΕΛΟΙCΓΕΝΟΙΤΟΚAΙΝΟΤΘAΥ∂ΕΠΟ∂AΒΡΕΠΟΛΥΙΗΦΙ∂AΠAΡΕCΝΟΝΦΕΥΓΕΙΝAΙΕ∂ΕΝΕΝΕΙΝAΙΗ∂AΙ∂ΕΙCΕAΙΚAΚΟCΕΙΝAΙ *R* ΚAΙCΦΙΝΗΠΙΘΥΝA.ΦΥ.ΚA *superscr.* deest graecum *A* ΚΛΙCΦΙΝΗΤΙΘΥΠΙΝΑΦΙΚΟΜΝΙCΙΝ *B* *καὶ σφὶν ἡπίθυνα φήσω ἄλυσιν Ald. Herodoti verba cum versibus oraculi ediderat Ascensius. duos autem Herodoti locos I 47 ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε, οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμόν sqq. et I 55 ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, ἀλλ' ὅταν ἡμίονος sqq. Iuba coniunxit.* 14 uetus *B* ueter̄ *b* 15 iambum autem binis idem ait *B* iambum autem binis id enim ait *AR Asc.* iambicum autem binis id autem ait *ς* de archilo *R* refert *ς* 16 *fortasse* complexus esset ΓΥΝΗCΤΟΥΚAΙΑΡΧΙΛΘCΟΠΛΡΙΟCΚAΤAΤΟΝAΥΤΟΝΧΡΟΝΟΝΓΕΓΟΝΟCΕΠΕΝΝΕCΗΝΙAΛΙΒΩΤΡΙΝΕΡΩ *R* ΓΙΓΟCΚAΙΤΟΥΛΡΧΙΛΟΧΟΠAΡΙΟCΚAΤAΤΟΝAΥΤΟΝΧΡΟΝΟΝΓΕΓΟΝΟCCΗΠΕΜΝΗCΕΝΙAΜΒΟΡΙΜΕΤΡΟ *B* ΓΙΓΗCΤΟΥΚAΙAΡΧΙΛΟΧΟCΟΠA *superscr.* deest graecum *A* *γιγνεθον καὶ ἀρχιλοχος παριος κατα τὸν αὐτὸν χρονὸν γεγονωσε πεμηεσεν ἰαμβῳ τριμετρω Asc. γίγνεσθον καὶ ἀρχίλοκος πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς, ἐπήνεσεν ἰάμβῳ τριμέτρω Ald. γίγεω αὐτοῦ καὶ ἀρχίλοχος πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς ὑπέμνησεν ἰάμβῳ τριμέτρῳ Pulschius: Herod. I 12* 19 ΩΝΟΙΤAΡΓΥΡΕΟΥΤΟΥΠΟAΙΧΡΥCΟΥΝΕΛΕΙ *R* ΩΛCΕΙΤAΡΓΥΡΕΟΥΤΟΥΠΟΛΙΧΡΙCΟΥΜΕΛΕΙ *B* ΩΜΟΙΤAΡΓΥΡΕΟΥ *superscr.* deest graecum *A* *ὦ μοι τ' ἀργυρέου τοῦ πολυχρύσου μέλει Asc. Ald. ὦ μήτε γίγεω πολυχρύσου μέλει Pulschius* 20 acatalecto *AR* catalecto *B* catalectico *ς*

De octametro boiscio idem sic dicit, 'Octametrum catalecticum, quod appellatur boiscion,

Βοίσκος ἀπὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον, Φοίβῳ τίθησι δῶρον,
Boiscus is de Cyzico, novi repertor carminis:
nam primus octonopedem versum deo dicavit'.

Firmianus ad Probum de metris comoediarum sic dicit, 'Nam quod de metris comoediarum requisisti, et ego scio plurimos existimare Terentianas vel maxime fabulas metrum non habere comoediae graecae, id est Menandri Philemonos Diphili et ceterorum, quae trimetris versibus constat. nostri enim | veteris comoediae scriptores in modulandis fabulis sequi maluerunt, Eupolin Cratinum Aristophanem. prologos igitur et primarum scaenarum actiones trimetris comprehenderunt, deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt, qui appellantur quadrati. in consequentibus deinceps variaverunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est vel semipede adiecto vel integro pede iambo vel sesquipede. haec per medios actus varie; rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scaena. sed iidem quadrati, cum sedecim syllabis constare debeant, tamen plerumque fiunt viginti aut amplius syllabarum.' hinc putantur metro carere nec lege ulla contineri'.

---

1 De octametro *Mar. Victor. 82, 25* 7 Nam quod — 20 contineri *Mar. Victor. 78, 19 supra p. 556, 23*

---

1 idem *ARς* item *B* 2 Boiscium (Boiscum *Ald.*) *βοίσκος ὁ ἀποκυζικοῦ — δῶρον Asc. Ald.* boiscion ΒΟΙCΚΟCΟΑΠΟΚΥΖΙΚΟΥΠΑΝΤΟCΓΡΑΦΕΙCΠΟΙΗΜΑΤΟC ΤΟΝΟΚΤΑΠΟΥΝΕΥΡΩΝCΤΙΧΟΝΦΟΙΒΩΤΙΘΗCΙΔΩΡΟΝ *R* boiscion ΚΟCΟΛΠΟ-ΚΙΖΙΚΟΥΠΑΝΤΟCΦΡΑΦΕΙCΠΟΙΗΜΑΤΟCΤΟΝΟΚΤΛΠΟΥΝΕΙΡΩΝCΤΙΧΟΝΦΟΙΒΟ ΤΙΘΗCΙΔΩΡΟΝ *B* boiscicon ΒΟΙCΚΟC.ΟΔΩΡΟΝ *A* 3 *παντός] καινοῦ ten Brink p. 29* 4 *δωρεάν et supra* 1 octametrum acatalectum *Scaligero auctore ten Brink, corruptam latini versus scripturam* dicaverat *secutus. catalecticum versum definivit Marius Victorinus p. 83, 1* 5 is de *AR Asc. Ald.* iste *B Ven.* 6 octano pede uersum *AR* uersum octono pede *Bς* uersum octonum pedum *Putschius* octonum pedum uersum *ten Brink* deo dicauit *ς* deo dedicauit cauerat *R* deo di . . . . . cauerat *sex fere litteris deletis B* deo dicauit i cauerat *corr. ut videtur* deo dicant cauerat *et in marg.* dicando cauerat *codex Vossianus 33. 4* deo dicauerat *A Asc. Putschius*
quod
7 nam de metris comoediarum quod requisisti *A* nam quod de metris cenoediarum requiritas *R* 8 terentianus *R* 10 et ceterorum *om. Bς* qui trimetris uersibus constant *ABRς* 11 ueteris *BR* ueteres *corr.* — is *A* ueteres *ς* in emodulandis, *sed deleta e littera A* 12 maluerunt id est Eupolin *supra p. 557, 4* aristophanem prologos — 20 contineri *AR Asc. Ald.* aristophanem ut praefatum est *B Ven. Putschius* 15 deinceps] rufinus dicebat penultimo acuto accentu *superscriptum est in A: cf. infra p. 569, 8* 18 in secunda scaena locaverunt *supra p. 557, 10.* collocauerunt *in margine post* scaena *adscriptum est in codice Vossiano 33. 4* sed idem *AR* 20 contineri feliciter (similiter in alio *superscriptum est in A*) Mensuram *AR*

Mensuram esse in fabulis [hoc est metron] Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi, Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Caesius Bassus, Terentianus, Caecilius ‖ Vindex, Cinna, Sisenna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sosipater Charisius, Helenius, Asper, Fl. Caper, Arruntius, Probus, Plinius, Euanthius, Sacerdos qui et Donatus, Iuba.

Haec ego Rufinus collegi mente benigna
discipulisque dedi munera pulchra libens.

Versus Rufini V. C. litteratoris de compositione et de metris oratorum.

Musigenae numeros vates et metra secuntur,
orator numeros: haec illi maxima virtus,
ne vagus errando laudandam nesciat artem.
Rhetoras Ausonios et Graios dactylus armat.
dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus
spondeusque gravis numeroque † aptissime paean,
temporibusque pares, quamvis et syllaba crescat.
continuos fugito multos — fit versus — eosdem.
Optimus orator sequitur ratione poetas:
cognatus virtute sua metrumque recusans
hic quoque vult numeris voces frenare vagantes.

Item sic,

Doctus Aristoteles paeanem laudat utrumque:
a longa incipiens primordia pulchra locabit,

---

16 temporibusque *p. 576, 4*

---

1 hoc est metron *postea adscripta esse vidit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litt. v. II p. 330* plauti ac ceterorum *B* 3 caecilius (cecilius *B*) uindex cinna sisenna *ABR Asc.* Caelius Sisenna *Ven.* Caecilius Vindex, Sisenna Cinna *Ald. Caesellium Vindicem dici adnotaverunt Osannus l. c. et Ritschelius pareg. Plaut. p. 360. de nomine tamen errare potuit grammaticus. Cinnae nomen delevit Ritschelius* 4 Helenius *Ritschelius* helenus *ABR*ϛ 5 fl. caper *ABR* Flauianus Caper ϛ Flauius Caper *Asc. Putschius* arruntius *ABR* Aruntius ϛ euanthius *A* euantius (n *supra*) *B* euatius *R* Sacerdos qui et Donatus *Asc. Ald. codex Vossianus 33.* 4 sacerdos qui et domatus *AB* sacerdos et donatus *R* Sacerdos quod etiam docuit Donatus *Ven.* Sacerdos, qui et Plotius, Donatus *Ritschelius. probabilius videtur Sacerdotis librum a non nullis nomine Donati inscriptum fuisse. commentarium Donati de pedibus oratoriis et de structuris usurpavit Rufinus p. 577, 1. Donati et Sacerdotis libros coniunxerat Cassiodorus de orthogr. p. 2275, de gramm. p. 2323* 10 Musigenae sqq.] *Cic. de orat. III 44, 175. Orat. 57, 191. cf. p. 572, 24* 15 paean *A* peon *B. fortasse* aptus quoque paean. *praeterea creticus et trochaeus, qui infra p. 566, 22 commemorantur, omissi sunt* 17 figito *et in marg.* fugito *A*

'aspicere' ut verbum est, contrarius ille supremus.
Tullius hunc laudat, cui sit paenultima longa:
'esse' trochaeus adest, 'videatur' tertius ille,
quem paeana vocat Musis devota vetustas:
hic membris numerus melior, cui tertia longa.

Versus Rufini V. C. litteratoris de numeris et pedibus oratorum.

Rhetoricas pulchre structuras dochmius ornat:
principium bacchius erit, concludet iambus. ‖
aut vice mutata nomen mutabitur uni:
primus iambus erit, tum finem creticus explet.
prima brevis longaeque duae, brevis, ultima longa;
exemplumque artis dabitur 'res publica' vobis,
quam Cicero casu genetivo ponere gaudet. |
hoc pede composito laudatur fama pedestris.
ut docet Ausonius orator Tullius ingens,
omnibus iste locis numerum pes efficit aptum:
longa brevem sequitur, longam brevis, addite longam,
syllaba prima brevis, tum syllaba longa secunda,
tertia longa, brevis quarta productaque quinta:
Tullius orator, ceu multi, dochmion ornat.

Idem sic,

Creticus atque trochaeus erit, qui claudere possunt,
aut spondeus inest nullo discrimine finis.
aut vice mutata nomen mutabitur illis,
principioque trochaeon habes, in fine molossum.
aut finis bacchius erit, brevis ultima claudet:
longa sit anne brevis, nullum discrimen habetur,
ut solet in metris doctus conponere vates.
aut Asiae numerus pulcher, bis fine trochaeus:
sed magis erigitur spondeo clausula fortis.
hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.

Item versus Rufini.

Spondeo narrare solent tibi rhetores acta,

22 Creticus *p. 576, 1*

3 *Aristotelis sententiam rhetor. III 8 Rufinus a Cicerone de orat. III 47, 183 petivit: cf. p. 569, 5. 'structuram Tullio peculiarem'* esse videatur *ex loco Probi infra p. 577, 8 citato recepit* 5 numerus melior] melior nostris ς 7 Rhetoricas sqq.] *Cic. Orat. 64, 218: cf. p. 577, 10* 10 cum finem ς 12 uobis *AB* nobis ς 14 hoc pede] *Terent. Maur. v. 1439* optimus pes et melodis et pedestri gloriae: *cf. 575, 4* 17 additę *AB* adiice ς adice *codex Vindobonensis 2521* 18 cum syllaba ς 21 idem sic *A* item sic *B*ς. *cf. Cic. Orat. 63, 212 sqq.* 22 erit] erunt *codex Vindobonensis 2521* 24 aut vice — illis *om.* ς 26 aut finis] at finis *AB*ς 29 aut adsit numeris pulcher ς 33 Spondeo] *Cic. Orat. 61, 207*

quod gravis et tardus res gestas mentibus adfert:
dactylicis certant pedibus, quia currere possunt.
dicimus egregios Theopompi more labores,
et vitam insignem laudamus Isocratis arte:
hic stilus historiis, hic laudibus aptior haeret.

De ambitu sive circuitu, quem Graeci περίοδον dicunt, sic,

Dicere Musa iubet, me dicere iussit Apollo,
circuitum orator quot membris reddere debet: ‖
vos, Phoebi comites, animis haec condite vestris
et memorem doctis componite mentibus artem.
non unum natura dedit nos ferre laborem,
legibus alternis quae pulchras iunxerat artes:
quattuor e membris plenum formare videmus
rhetora circuitum; sic ambitus ille vocatur.
quattuor hexametris hunc versibus aspicis aequum.

De genere iudiciali, περὶ τοῦ δικανικοῦ.

Iudiciis paeana refert tibi Tullius aptum. |

De genere deliberativo, περὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ.

Siquis rem dubiam deliberet, armat iambus:
dactylus his causis tibi dicitur aptus utrisque.

De Theophrasto idem Rufinus metro sapphico sic,

Rhetoras pulchros Theophrastus ornat
membra dispergens bona dithyrambi
fusa per partes: anapaestus ista
floret in arte.
longior fluxit numerus per artem,
quem dedit nobis anapaestus ille:
hinc pedes claros loca dithyrambi
rhetores aptant.

Cicero de numeris oratoriis sic dicit, 'Insistit autem ambitus modis pluribus', e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus: explanandum est enim, quod iam ab aliis eidem pedes aliis vocabulis nomi-

30 Cicero de numeris oratoriis *Cic. Orat. 64, 212*

2 quia *A* qui *Bς* quia *et superscriptum* qui *codex Einsiedlensis Orellii* 6 quem *Bς* quam *A Asc.* 7 Dicere] *Cic. Orat. 66, 222* 10 memores ς 15 quattuor exametris *AB* quattuor ex metris ς: *cf. Cic. Orat. 66, 222* e quattuor igitur quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio 16 ΠΕΡΙ ΤΟΥΔΕΚΑΝΙΚΟΝ *B* ΠΕΡΙΔΕΚΑΝΙΚΟΥ *A* 22 Rhetoras] *Cic. de orat. III 48, 184* pulchras *A* theophrastos *codex Einsiedlensis Orellii et fortasse A* teophrastos *B* 23 membra *Bς* metra *A* dithirambi *Bς* dithirambis *A* 24 per partes *Capperronnerius* per artes *ABς* ista *Asc.* ita *AB* idem ς 26 per artem *Ald.* per artes *AB Ven.* 31 maxima *B* 32 duo chorei extremi sunt ς chori *B*

nantur. sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem. cadit autem per se ipse ille praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis'. ‖

Quintilianus in arte de numeris et structura Demosthenis sic dicit, 'Nam † quo fit, ut Demosthenis severa videatur compositio *τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις*, et illa quae ab uno, quod sciam, Bruto minus probatur, ceteris placet, *κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ*'. idem in alio sic, 'Talia sunt Demosthenis *πᾶσι καὶ πάσαις* et *πᾶσιν ὑμῖν*, et totum paene principium'. in alio sic, 'Est et dochmius, qui fit ex bacchio et iambo vel ex iambo et cretico, stabilis in clausulis et severus: spondeus quoque, quo plurimum est Demosthenes usus'.

Diomedes sic dicit in II libro artis suae, 'Igitur spondeus e duabus syllabis longis aptus est clausulis, qualibus maxime Demosthenes utitur, *πᾶσι καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν*. habet enim graves sonos finemque sensus et clausulae firmas sedes constituit, ut 'rei publicae causa' et 'arma sumpsi' et 'esse pro nobis'. gravior est autem longa syllaba praecedente quam brevi: aliter enim sonat 'arma sumpsi', aliter 'esse pro nobis'.

Cicero ad Herennium in arte sic, '*Ὑπέρβατον*. huius modi transiectio, quae rem non reddit obscuram, multum poterit ad continuationes, de quibus ante dictum est; in quibus oportet verba sicuti ad poeticum exstruere numerum, ut perfecte et perpolitissime possint esse absolutae'.

De structuris, id est de numeris, | sive de continuatione sive de compositione Cicero sic dicit, 'Longissima est igitur complexio verborum, quae volvi uno spiritu potest; sed hic naturae modus est, artis alius. ‖ nam cum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed sunt insignes percussiones eorum

---

4 Quintilianus in arte *Quintil. VIIII 4, 63* 7 idem in alio sic *Quintil. VIIII 4, 73* 9 in alio sic *Quintil. VIIII 4, 97* 12 Diomedes sic dicit *Diom. 469, 3* 19 Cicero ad Herennium *rhet. ad Herenn. IIII 32, 44* 24 Cicero sic dicit *Cic. de orat. III 47, 182*

---

5 nam eo fit ut Demosthenis ς, namque eo fit ut cum Demosthenis *apud Quintilianum edidit Halmius* ΤΟΙϹΘΕΟΥϹ *B* ΤΟΥ^c^Θ *A: Dem. de cor. § 1* 6 illa quae *Asc.* illa quod *ABς* 7 ΚⲁΝΜΗΠⲰ ΒⲁΛΛΗ ΜΝΔΕ ΤΟΞΕΥΝ *P* ΚⲁΝΜΗΠⲰΒⲁΛΗΜΗΔΕΤΟΧΕΙΝ *A* ΚⲁΝⲁΝΤⲰΒⲁⲁΛΕΛϹΕΔΕΤΟΞΗΙΗ *B: Dem. Phil. III § 17* 8 et *πᾶσιν*] et ΠⲁΛΙΝ *AP* et ΠⲁⲁΙΝ *B* *καὶ πᾶσιν Asc. Ald.* 9 in alia *A* 11 quo *om. A, add. Bς* demosthenis *B* 14 *πᾶσιν ὑμῖν*] ΠⲁΛΙΝΥΜΙΝ *P* ΠⲁΛΥΝΥΜΙΝ *A* ΠⲁΛΙΝΙΑϹΙΝ *B* sonos *Ab* somnos *B* sōnos *in margine A* 19 sic *περὶ ὑπερβάτου* huiuscemodi *Ald.* huiusmodi *B codex Einsiedlensis* huiuscemodi *corr.* huiusmodi *A* 20 reddit *Ab* reddet *B* poterit] proderit *Ald.* continuationes *Ab* contionationes *B* 21 in quibus *Capperonnerius* de quibus *ABς* 26 cum numeri sint plures ς frequenter ς 27 ipsam ipsi, *sed deleto* ipsam *A* orationem sermonemque *A Asc.* orationem sermonem *B* orationem et sermonem ς percussiones *Ab* percursiones *B*

numerorum et minuti pedes. quare primum ad heroum nos [dactylici et anapaesti et spondei] pedem invitat, in quo inpune progredi licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus, nec plane in versum aut in similitudinem versus incidimus, 'altae sunt geminae quibus'. hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. probatur autem ab eodem illo maxime paean, qui est duplex: nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut haec verba, 'desinite, incipite, comprimite', aut a brevibus deinceps tribus extrema producta atque longa, sicut illa sunt, 'domuerant, sonipedes'. atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeane, posteriore finire. est autem paean hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa,

quid petam praesidi aut exequar? quove nunc.

a quo numero exorsus est Fannius, 'si, Quirites, minas illius'. hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari'.

Postea in eodem tertio libro de Oratore sic dicit, 'Sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est, quae tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. neque vos paean aut herous ille conturbet: ‖ ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut sententiae verbis finiantur eorumque verborum iunctio nascatur a proceris *numeris* ac liberis, maxime heroo aut paeane priore aut cretico, sed varie distincteque considat: notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. et si primi et postremi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne | circuitus ipse verborum sit aut brevior quam aures expectant, aut longior quam vires atque anima patiatur. clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio iudicatur. nam versus aeque prima et media et extrema pars

---

16 Postea in eodem *Cic. de or. III 49, 190*

---

1 dactylici (dactyli *Cic.*) et anapaesti et spondei *apud Ciceronem delevit Madvigius* 3 in uersum *A Asc. Ald.* in uersus *B Ven.* in similitudine uersus *A* in similitudinem uersum *Asc.* 4 altae] aliae *AB*ς *ad* geminae *adscriptum in marg.* Gemmae *A* 6 ille *corr.* illo *B* 7 comprimite ς comprime *A* cūprime *B* 8 deinceps] nos deinceps antepenultimo acuto accentu dicimus *in marg. A: cf. p. 564, 15* 9 domuerunt ς illi ς illo *AB* philosopho] nos philosopho dicimus antepenultimo acuto *in marg. A* 11 quod acrius ς 13 quid] *Enn. Andromach. fr. 9 ed. Ribb.* 14 minas *Ab* manus *B* 15 clausulis his aptiorem ς terminari *Capperonnerius* terminare *AB*ς 17 ipsa membra *b*ς ipsa membris *AB* 20 sententię uerbis finiatur *B* 21 numeris *om. AB*ς, *ex Cicerone add. Capperonnerius* 22 aut cretico *om.* ς 23 conquiescendo sed uarie distincteque et si *B* primi ac postremi ς 25 expectent *Cicero* 27 in his *B*ς in iis *A Asc.* 28 iudicatur *B* indicatur *corr.* indicatur *A* uideatur *Ven.* iudicatur *Asc. Ald.*

adtenditur, qui debilitatur, in quacumque est parte titubatum: in oratione autem pauci prima cernunt, postrema plerique, *quae* quoniam apparent et intelleguntur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur aut aurium satietate. duo enim aut tres fere sunt extremi servandi et notandi pedes, si modo non breviora et praecisa erunt superiora, quos aut choreos aut heroos aut alternos esse oportebit, aut in paeane illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur qui audient fastidio similitudinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere videamur.'

Postea sic, 'Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt, sic, siquid in nostra oratione claudicat, sentit; sed poetae non ignoscit, nobis concedit: taciti tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt.' ‖

Idem M. Cicero in Oratore de pedibus et numeris incisorum, id est *κομμάτων*, et membrorum, id est *κώλων*, et ambituum sive circuituum, id est *περιόδων*, sic dicit, 'Apud Graecos quidem iam anni prope CCCC sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus.'

Postea sic, 'Quod si aures tam inhumanas tamque agrestis habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas. omitto Isocraten discipulosque eius, Ephorum et Naucraten, quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimique ipsi oratores esse debebant. sed [si] quis hominum doctior, acutior, quis in rebus vel inveniundis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati adversatus infensius? is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. eius auditor Theodectes, in primis, ut Aristoteles saepe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem sentit et praecipit; Theophrastus vero isdem de rebus etiam accuratius. quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab iis praecepta nesciunt.'

In alio loco sic dicit, 'Fluit omnino | numerus a primo tum incitatius

---

10 Postea sic *Cic. de or. III 51, 198* 14 Idem M. Cicero in Oratore *51, 171* 18 Postea sic *Cic. Orat. 51, 172* 29 In alio loco *Cic. Orat. 63, 212*

---

1 est parte titubatum *AB* parte titubatum est ς 2 quae *om. ABς, ex Cicerone add. Capperonnerius* 5 praecisa erunt *A* praecisę (*corr.* — sa *b*) sunt *B* 6 posteriore *AB* superiore ς 8 ii *Aς* hi *B* fastidium *B* 10 peccatum *Abς* preceptum *B* 15 ambituum siue circuituum *Ab* ambitum siue circuitum *B* 16 anni quadringenti sunt prope ς 17 agnouimus (co) *A* 18 ne ς nec *AB* 21 locupletissimeque *B* locupletissimi summi *Ciceronis libri* debeant ς sed quis hominum doctior quis acutior *Ald.* sed quis omnium doctior, quis acutior *Cicero* 23 aduersatus *Capperonnerius* aduersus *ABς* est adversatus *Cicero* 24 uersuum *A* 26 isdem de rebus *codex Einsiedlensis* iisdem de rebus *B* eisdem de rebus ς iis de rebus *A* 27 ferat *Ab* fer . . *B* 28 nesciant ς 29 incitatus (i) *B* incitatus *Aς* incitus *codex Einsiedlensis*

brevitate pedum, tum proceritate tardius. cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem.'

In alio loco sic dicit, 'Cur de perfugis nostris copias conparant contra nos?' prima sunt illa duo, quae commata Graeci vocant, nos incisa dicimus; deinde tertium colon illi, nos membrum: sequitur non longa, ex duobus enim versibus, id est membris, perfecta comprehensio est et in spondeos cadit. et Crassus quidem sic || plerumque dicebat, idque ipse genus dicendi maxime probo. sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me 'domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas'. haec incise dicta sunt quattuor, at membratim quae secuntur duo, 'incurristi amens in columnas, in alienis insanisti'. deinde omnia tamquam crepidine quadam conprehensione longiore sustinentur, 'depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti'. dichoreo finitum, at spondeis proximum illud: nam his, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas faciet ipsa liberiores pedes. saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utrisque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius. incisim autem et membratim tracta oratio in veris causis plurimum valet, maximeque iis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nos in Corneliana secunda 'o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda'; membratim adhuc, dein caesim 'diximus'; rursus membratim 'testes dare volumus'. extrema sequitur conprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior, 'quem, quaeso, nostrum fefellit ita vos esse facturos?' nec ullum genus dicendi est aut melius aut fortius, binis aut ternis ferire verbis, non numquam singulis, paulo alias pluribus, inter quae variis clausulis se interponit raro numerosa conprehensio.' ||

Idem Cicero de Theophrasto sic dicit, 'Namque ego illud adsentior

---

3 In alio loco *Cic. Orat. 66, 223* 28 Idem Cicero *Cic. de orat. III 48, 184*

---

1 tardus *Ald.* 4 sunt illa duo prima ς 5 deinde tertium *A* (s. dicendum) 6 est *post* comprehensio *om. Ald.* 7 ipsum ς 8 efferuntur — 11 membratim *om. B, in marg. add. b.* efferunt *b* offerunt ς 9 domus] *Cic. p. Scaur.* § *45* 10 egebas] agebas *A* incisę sunt dictę quattuor *b* 11 at membratim *Ald.* aut membratim *Ab Asc.* autem membratim *Ven.* 12 in alienis insanisti *AB Asc.* alienas insanisti *Ven.* in alienos insanus insanisti *Ald.* 13 largiore ς 15 finitū at spondeis *A* finitum aut spondeis *B Ven. Asc.* finitur at spondeis *Ald.* nam his *AB*ς nam in iis *ex Cicerone* (aut) *Capperonnerius* 17 pars pedis ς 18 incisi *A* tractata *Ald.* 19 cum arguas *A* cum aut gratias (arguas *b*) *B* 21 deinde caesim *Ald.* et incisim *Ven. Asc.* 23 qua] quia *corr.* qua *A* quia *B* quem quaeso nostrum fefellit *ex Cicerone Ald.* quem quasi nostrum refellit *AB* quem quasi numerum refellit *Ven. Asc.* 28 idem (item *B*) cicero de theophrasto sic dicit *AB Asc.* item sic dicit *Ven.* idem sic dicit de Teophr. *Ald.*

Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam mòdo, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. etenim, sicut ille suspicatur * post anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit, inde ille licentior et | divitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa.'

Idem Cicero in Bruto sic dicit, 'Extitit igitur iam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates, cuius domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo meo iudicio est postea consecutus. is et ipse scripsit multa praeclare et docuit alios, et cum cetera melius quam superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeret, modum tamen et numerum quendam oportere servari. ante hunc enim verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat, aut, si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam: quae forsitan laus sit, verum tamen natura magis tum casuque non numquam, *quam* aut ratione aliqua aut ulla observatione fiebat'.

Flavius Sosipater Charisius de numeris sic dicit, 'Bacchiacum metrum est tale,

bacchare, laetare praesente Frontone.

hoc mihi videtur ad prosam convenire. et sane multis pedibus in oratione utimur, licet stulti putent liberum a vinculis pedum sermonem prosae esse debere.' ||

Cicero de numeris sic dicit, 'Versus enim illi veteres in hac soluta oratione propemodum, hoc est numeros quosdam, nobis esse adhibendos putaverunt.' postea sic, 'Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa, quem ad modum scribit discipulus eius Naucrates, numeris adstringeret. namque haec duo musici, qui erant quondam item poetae, machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum, ut et verborum numero et

6 Idem Cicero in Bruto *8, 32* 18 Flavius Sosipater Charisius *Diom. 513, 29*
24 Cicero de numeris *Cic. de orat. III 44, 173*

3 sicut ille suspicatur, ex istis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus *Cicero. eadem Rufino restituit Capperonnerius* quidem *corr.* quidam *A* quidem *Bς* 4 membra aut pedes *A* 6 exitit *Bς* existit *A* 8 patauit *B* 10 postea *ex Cicerone Pithoeus* poeta *ABς* 11 melius quam superiores *Ald.* melius ē quam superior *AB Ven.* 16 magis tũ *B* magistrũ *A* magis tunc *ς* quam aut ratione *ex Ciceronis libris Halmius* aut ratione *codex Tegernseensis* haud ratione *ABς* 17 obsecratione *B* 18 Fl. Sosipater *Putschius* flu sosipater *AB Ven. Asc.* Ful. Sosipater *Ald.* Flauius Sosipater *Capperonnerius* bacchiacum *codex Einsiedlensis Ven.* bacchiatum *B* baochatum *A* bacchium *Asc.* bacchicum *Ald.* 19 tale est *ς* 21 mihi *om. ς* 24 de numeris *Aς* de numero *B* 25 esse adhibendos *Bς* adhibendos esse *A* 29 haec duo *bς* hae duo *AB* item] iidem *ex Cicerone Capperonnerius* 30 ut et *A codex Einsiedlensis* et ut *Bς*

vocum modo et delectatione vincerent aurium satietatem. haec igitur duo, vocis dico moderationem et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati possit, [et] a poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. in quo illud est vel maximum, quod versus | in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est, et tamen eam coniunctionem sic uti versum numerose cadere et quadrare et perfici volumus. neque est ex multis rebus, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat.'

Idem Cicero in alio loco sic dicit, 'Nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus: numero maxime videbantur antea et versu; nunc apud oratores iam ipse numerus concrebruit. quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu (nam id quidem vitium orationis est) numerus vocatur, qui graece ῥυθμός dicitur. itaque video visum esse non nullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis ‖ verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum, apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis.'

Victorinus de compositione sic dicit, 'Creticum, qui est ex longa et brevi et longa, si sequatur spondeus vel trochaeus, bonam compositionem facere dicunt, 'quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?': duo extremi pedes sunt creticus et spondeus.' idem multa dicit.

De compositione et numeris et pedibus oratoriis, ut Cicero dicit, isti scripserunt apud Graecos, Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius, Theophrastus, Hieronymus; latine de numeris hi, Cicero, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus, Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Victor, Servius.

Item Cicero de numeris et de compositione sic dicit, 'Nam qui Iso-

---

8 Idem Cicero in alio loco *Cic. Orat. 20, 66*   28 Item Cicero *Orat. 52, 174*

---

1 haec igitur duo *Ab* hę igitur duos *B*   3 possit et a poetica *AB* posset et a poetica *Ven. Asc.* posset a poetica *Ald.*   5 uersum ς uersuum *A* uorsuum *B*   6 quadrate ς   est] enim *corr.* est *A*   8 dicit *om. B, add. A*   9 illud quod ipsi differrent *Asc. Ald.* illis quod ipsi orbe differrent ς   differrent *B* differant *A*   10 iam ipse *B*ς etiam ipse *A*   11 quicquid enim est quod ς   12 est rithmos numerus uocatur qui grece rithmos dicitur *A* est rithmos numerus uocatur inter grecos et latinos PYΘMOC *B* est numerus vocatur qui graece dicitur ῥυθμός *Ald.*   13 Platonis *om. A, add. B*ς

17 sermonis *Ab* formis *B*   18 est *om.* ς   20 quo usque] *Cic. in Catil. I 1*

21 *post* multa dicit *quaedam excidisse videntur. nam reliqua,* de compositione *sqq., ad Ciceronis testimonium potius quam ad Victorini pertinent. Victorini verba unde petita sint non constat. nomina Graecorum scriptorum Cicerone auctore appellata ex Oratore collecta sunt*   22 et de pedibus, *sed deleto* de *A*   23 euphorus *B*   24 theudectes *A*

26 Victor *om.* ς   27 Item Cicero — 574, 17 temperavit *in A iterum scripta sunt infra p. 577, 20, unde adscripta est discrepantia iteratae scripturae A**   Cicero in oratore de numeris et pedibus et de compositione *A**   dicit *om. AB, add. A**   socraten *A*B, corr.* isocraten *A*

craten maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. cum enim videret oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati. quod ab his vere quadam ex parte, non totum dicitur. nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps | inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis extant scripta numerose. nam, ut paulo ante dixi, paria paribus adiuncta et similiter definita, itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, si id non agas, ‖ cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed iis est usus intemperantius. id autem est genus, ut ante dictum est, ex tribus partibus collocationis alterum. eorum uterque Isocraten aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. est enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et iis festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur, quas Isocrates, cum tamen audisset adulescens etiam in Thessalia senem iam Gorgiam, moderatius temperavit.'

In alio loco sic, 'Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo; adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe etiam tertium. ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo, qui habet tres breves, trochaeus, sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus: numquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. sed iidem hi tres pedes male concluduntur, siquis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus: nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert. quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, videt parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. ‖ iam paean, quod plures habet syllabas, numerus a quibusdam, non pes existimatur.' idem Cicero in

18 in alio loco sic *Cic. Orat. 64, 216*

2 solitis *B* 4 uteremur cum] uteretur tum ς 5 quadam] quidem ς 6 neminem *om. ABς, add. A** isocrate *A** isocratē *AB* Isocratem ς 9 itemque *A utroque loco,* item *Bς* relata *Capperonnerius*, perlata *A utroque loco et B* prolata ς contraria quae *A** contrariaquae *A* contraria quaeque *Bς* 9 si] etiamsi *Cicero* 10 primus *om.* ς 11 iis est usus *A** iis usus est *A* his est usus *Bς* 12 alterum eorum *AB* alterorum *A** aetate praecurrit *A utroque loco*, praecurrit aetate *B* 13 ut ille eos ς 20 aut par est choreo *Ald.* 21 trochaeus *in libris Ciceronis omissum seclusit Gaisfordius*, *post* choreo *transposuerunt editores Ciceronis* sed *om. Ven.* 25 sed idem *B* hi *om.* ς, in *Asc.* concludunt *Cicero* 26 cum *om. Bς, add. A* 29 aptiorem *Cicero* artiorem *AB* arctiorem ς uidit *Cicero* 30 quam longa sit] breuis an longa sit ς 31 quibusdam] quibus *B*

dialogis de re publica multa dicit, referens Asianos oratores ditrochaeo clausulas terminare.

Terentianus de cretico, hoc est de amphimacro pede, sic dicit,

optimus pes et melodis et pedestri gloriae.
plurimum orantis decebit, quando paene in ultimo
obtinet sedem beatam, terminet si clausulam |
dactylus spondeus imam, nec trochaeum respuo:
bacchios utrosque fugito, nec refellas tribrachyn:
nam solet longam trochaeus solvere in duas breves;
unde et appellant trochaeum, quem vocamus tribrachyn.
plenius tractatur istud arte prosa rhetorum.

Pompeius Messalinus de numeris et pedibus oratorum sic dicit, 'Cicero spondeum incisis idoneum putat, quia, ut ait, paucitatem pedum gravitate sua et tarditate compensat; dochmium aptum quovis loco esse, dum semel ponatur, quoniam continuatus numerum asperum efficiat; dichoreum quoque praeclare cadere: sed palmam de omnibus cretico tribuit.' idem de Sallustiana compositione sive de numero et structura sic dicit, 'Nunc, si videtur, Sallustianae periodi numeros inspiciamus: 'res popu' dactylus, 'li Romani Marco' tres spondei, 'Lepido' anapaestus, 'Quinto Catulo' spondeus et anapaestus, 'consulibus' paeon primus, 'ac deinde' dichoreus sive ditrochaeus, 'militi' dactylus, 'aet domi' creticus, 'gestas' spondeus, 'composui' choriambus ex longa et brevi et brevi et longa'.

Cicero de compositione Demosthenis sic dicit, ‖ 'Quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.'

Versus Rufini V. C. de numeris et pedibus oratorum.

---

3 Terentianus *v. 1439* 23 Cicero de compositione Demosthenis *Orat. 70, 234*

---

4 optumus *A* pedestri *Ald. Terentianus* pedestris *AB Ven. Asc.: cf. supra p. 566, 14* hoc pede composito laudatur fama pedestris 5 orantis *Ab* ornatis *B* orantes ς pene in ultimo *Ald.* paenultimo *AB Ven. Asc.* 8 bacchicos *et* repellas *Terentianus* 10 appellant *Ab* appellat *B* 11 arte prosa *A Asc. Ald.* arte prosas *B* prosa *Ven.* arte et prosa *Putschius* 12 mesa^{l}mus *B* 13 spondeum] *Cic. Orat. 64, 216* quia ut ait *AB* qui ut ait *Asc. Ald.* qui aut *Ven.* 14 dochmium] *Cic. Orat. 64, 218* aptum *Ab* autem *B* aptum dicit ς esse] est *B* 15 continuatus *A* continuitas *B*ς ditrochaeum ς: *Cic. Orat. 63, 213* 16 sed *om.* ς cretico] *Cic. Orat. 64, 215. 218* idest (*corr.* idē) de salustiana *B* item de salustina *A* 17 de *posteriore loco om. B*ς 18 uidetur *A* uideatur *B Asc. Ald.* Sallustianae periodi] Sallustius in I historiarum *Priscianus l. XV p. 64, 18 et p. 73, 11. Sall. hist. fragm. I 1* 21 aet] ac *corr.* a& *adscripta in margine adnotatione* a synalipham patitur nam creticus ex longa et breui et longa constat *A*, ac *corr.* ae *B* ae et *codex Einsiedlensis* ae ς. militiae et domi, *ut est apud Priscianum, non* militia et domi *legisse videtur Messalinus* 22 et brevi et longa] ac breui et longa *A* et breui ac longa *B* 25 feruntur *corr.* ferrentur *B* feruntur *A*

Creticus aut spondeus erit paeanve supremus,
dactylus atque trochaeus adest vel cursor iambus,
partibus in cunctis qui ponitur ante supremum,
temporibusve pares hos omnes reddere possunt,
solvere seu longas malis, ut syllaba crescat.
rhetoricis Asiae placuit bis fine trochaeus.
principia et medium et finem tibi dochmius ornat.

Cicero de incisis et membris et de circuitu sic, 'O Marce Druse, patrem appello', haec quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim, 'tu dicere solebas sacram esse rem publicam', haec item membra ternis; post ambitus, 'quicumque violasset, ab omnibus esse ei poenas persolutas', dichoreus; nihil enim ad rem, extrema | illa longa sit an brevis: deinde 'patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit': hoc dichoreo tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset. quaero, nonne id numerus effecerit. verborum ordinem inmuta, fac sic, 'comprobavit filii temeritas': iam nihil erit, etsi 'temeritas' ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat'.

Idem Cicero postea sic dicit, 'Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba || longior, qui commodissime putatur in solutam orationem inligari, cum sit duplex. nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, quem optime cadere censent veteres; ego non plane reicio, sed alios antepono. ne spondeus quidem est funditus repudiandus, etsi, quod est e longis *duabus*, hebetior videtur et tardior. habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate compensat.'

---

1 Creticus *p. 566, 22* 2 dactylus — supremum *p. 559, 17* 4 temporibusve — crescat *p. 565, 16* 8 Cicero de incisis *Orat. 63, 213* 19 Idem Cicero *Orat. 64, 215*

---

1 Creticus *sqq.*] *Cic. Orat. 64, 215* paeanue *A* peonue *B* 6 rhetoricis] *Cic. Orat. 63, 212* 7 principia] *Cic. Orat. 63, 218* 9 patrem ς parem *AB* apello *A* appelle *B* duo binis pedibus *ex Cicerone Halmius* duobus in his pedibus *AB*ς incisi *B* 10 esse *seclusit Halmius* 12 enim *om. A, add. B*ς 13 patris ς paris *AB* 14 fili *corr.* filii *B* hoc dichoreus *B* 15 nonne] num ne ς 16 inmuta fac sit *B* (correxit immuta) immuut fac sic *A* 20 cadunt ς et *ante* creticus *om.* ς 21 paean *A* peon *B* par est *B et ut videtur A* par ς quam commodissime *ex Cicerone Capperonnerius* 24 est totidem *corr.* e totidem *A* optime *B* optime *corr.* optume *A* 25 reiicio *A* nam spondeus est quidem funditus ς 26 duabus *om. AB*ς, *ex Cicerone add. Halmius* hebetior] abiectior *Ven.*

Donatus de structuris et pedibus oratoriis [numerorum] sic dicit, 'Cicero in exornatione sententiae clausulaque ponenda modo ditrochaeum probat pedem, modo paeana primum aptum incipientibus, modo paeana quartum finientibus congruum, modo dochmium ex brevi et duabus longis et brevi et longa, cuius exemplum posuit 'amicos tenes', modo amphimacrum pedem. et rursus | modo dactylicum numerum, modo anapaesticum, modo dithyrambicum laudat.'

Probus de numeris oratoriis sic dicit, 'Trochaeus et paeon tertius faciet illam structuram Tullio peculiarem, 'esse videatur.'

Cicero de numeris et pedibus oratoriis sic, 'Iam paean, quod plures habet syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodecten, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam || cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, hoc est 'amicos tenes,' quovis loco aptus est.'

Idem Cicero de pedibus et structuris sic dicit, 'Iambus enim frequentissimus est in iis, quae demisso atque humili sermone dicuntur, paean autem in amplioribus, in utroque dactylus. itaque in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi.'

Idem Cicero ad Herennium in arte rhetorica de membro, id est περὶ κώλου, sic dicit, 'Membrum orationis appellatur res breviter absoluta sine

---

8 Probus *cathol. 42, 10* 10 Cicero de numeris *Orat. 64, 218* 17 Idem Cicero de pedibus *Orat. 58, 196* 21 Idem Cicero ad Herennium *rhetor. ad Herenn. IIII 19, 26*

---

1 Donatus — dicit *om. Ven. Donati verba in arte grammatica non leguntur, sed commentarium de structuris Donati nomine inscriptum habuit Rufinus* oratoris *Asc. Ald. fortasse* de structuris, hoc est de numeris et pedibus oratoriis 2 Cicero] *Orat. 63, 212 sqq.* exhortatione *Ven.* exordinatione *Ald.* 3 paeana quartum] peona quartam *B* 4 congruam *corr.* — uum *B* et *primo loco om. B* 5 exempla ς 6 et rursus] *Cic. de orat. III 48, 185* modo dactylicum numerum (modo dactylū *corr. ut videtur* — li *A*) modo anapaesticum modo dithyrambicum *AB codex Einsiedlensis* modo dactylum modo anapaestum modo dithyrambum ς 8 Probus *om. B, add. Ab* oratoriis *om. B* 10 paean *A* peon *B* 11 non pes in habetur nominatur (s. habetur nominatur) est quidem *B* non pes. Est quidem *A* non pes habetur. nominatus est quidem ς. non pes nominatur est quidem *superscripto* habetur *in archetypo fuisse videtur* 12 Aristotelem et Theophrastum ς 14 illi *om.* ς quo] qui *B* 15 hoc est] ut est hoc *Cicero* 17 Idem *B* Item *A* dicit *om. B, add. A* 18 paean *A* peon *B* 20 miscendi *Ab* huiuscemodi *B* temperandi ITEM CICERO AD HERENNIUM. *B Ven.* temperandi. ITEM CICERO IN ORATORE DE NUMERIS ET PEDIBUS ET DE COMPOSITIONE SIC DICIT. Nam qui socraten — moderatius temperauit. CICERO AD HERENNIUM *repetitis iis quae supra p. 573, 28—574, 17 scripta erant A,* temperandi. Cicero ad Herennium *Asc. Ald.* 22 membrum *Capperonnerius* membra *AB*ς appellat res breuiter absolutas sine totius demonstratione sententiae ς

totius sententiae demonstratione, quae denuo alio membro orationis excipitur, hoc pacto, 'et inimico proderas', id est unum, quod appellamus membrum: deinde hoc excipiatur oportet altero, 'et amicum laedebas'. ex duobus membris haec exornatio potest constare; sed commodissima et absolutissima est, quae ex tribus constat hoc pacto, 'et inimico proderas et amicum laedebas et tibi non consulebas': item 'nec rei publicae consuluisti nec amicis profuisti nec inimicis restisti.'

---

1 excipitur] excipiatur *Ald.* 4 exornatione *B* commodissima *Ab* commodissime *B* 8 restitisti EXPLICIT *B* restituisti EXPLICIT *A*

MALLI THEODORI

LIBER

DE METRIS

Mallii Theodori librum primus edidit I. F. Heusingerus, cuius duae sunt editiones, altera e codice Guelferbytano, in quo librum antea nondum editum invenerat, facta Guelferbyti a. 1755, altera lectionibus duorum codicum Parisinorum, quos Ruhnkenio auctore Musgravius excusserat, aucta et amplioribus ipsius Heusingeri et Ruhnkenii adnotationibus instructa Lugduni Batavorum a. 1766. posteriorem editionem una cum adnotationibus editorum Gaisfordius in scriptoribus latinis rei metricae repetivit.

Manu scripti autem codices, quibus Heusingerus usus est, sunt hi, Wolfenbuttelanus sive Guelferbytanus inter Weissenburgenses 86 nono saeculo scriptus, de quo gramm. latin. v. V p. 83 dixi, Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, quem ib. p. XLI accuratius descripsi, Parisinus 4841, in quo post Bedae libros de metris et de schematibus hic Mallii liber undecimo saeculo scriptus est, sed initio mutilatus, *uides ut alta stet niue candidus* p. 591, 4 — *existiment. finit manli theodori de metris.* hunc Heusingerus primum Parisinum, alterum 7530 secundum dixit. praeter hos codices autem alios, qui quidem totum librum continent, novi quattuor, Bambergensem H. D. IV. 15 saec. X, Sangallensem 876 saec. IX, Sangallensem 878 saec. X, Monacensem 22307 olim Windbergensem 107 saec. XI. partes libri vel excerpta scripta vidi in his. codex Berolinensis 66. 4 olim Santenianus saec. VIII p. 231, *incipit de metris malli theodori Metrum dactilicum* sqq. p. 589, 20 sola dactylica metra integra, de reliquis pauca excerpta continet: cf. gramm. lat. v. IV p. XXXII. in codice Sangermanensi 1094 saec. X ante librum Plotii de metris, de quo supra dixi, pars libri Mallii inde a capite de metris octo p. 588, 21 non addito nomine auctoris scripta est f. 148—150, *sunt igitur metrorum genera — existiment.* eadem in codice bibliothecae universitatis Bononiensis saec. XI praescripto titulo *manli theodori de metris* legi mihi indicavit Detlefsenus. in codice Reginensi 1586 saec. XI eadem scripta sunt f. 69—72 *INTELLECT' MURETAC SCOTTI Sunt igitur metrorum genera — existiment:* sequitur Iuliani tractatus de metris, *Quod sunt genera metrorum — deus affert.* in alio Reginensi codice 251 saec. XI Servii libro de centum metris subiecta sunt haec f. 84—87, *Ab omnibus metris penitus repudiandi pedes — alium quemlibet uersum*

subicere possumus. finit excerptum metrorum de libro mallii theodori (p. 589, 7—600, 20). in codice Vrbinate 1157 saec. XV post eundem Servii libellum descriptio metrorum Mallii legitur, *Mallii theodori de metris incipit feliciter. Metrum dactilicum exametrum inuentum* sqq. excerpta codicis Vaticani 1491 saec. XV indicavi gramm. lat. v. V p. 526.

Ex his igitur libris primum locum et antiquitate et bonitate scripturae haud dubie tenet Parisinus 7530, secundum ab hoc Wolfenbuttelanus, qui quamvis ex bono exemplari descriptus sit et multa rectius scripta exhibeat quam Parisinus, tamen propter neglegentiam librarii plurimis vitiis corruptus est. vetus autem eius scriptura alia manu eaque ipsa quoque antiqua non adhibito meliore libro, sed arbitrio correctoris saepe mutata est. reliquos codices, quorum mihi copia facta erat, plerumque Parisini codicis scripturam sequi cognovi. nam Bambergensis, quem Antonius Linsmayerus diligentissime in meum usum excusserat, ita cum illo consentit, ut aut ex hoc ipso aut ex alio prorsus simili eum descriptum esse appareat. Sangermanensis autem, ex quo quaedam olim a me exscripta habui, et alter Parisinus, quem Heusingerus adhibuit, cum inter se accurate consentiant, tum antiquissimi Parisini scripturam fere praebent, et siquid novi, quod in illo non legitur, adferunt, id potius interpolandi studio, quod hi libri experti sunt, quam diversitati originis tribuendum esse certum est. neque magis ex aliis codicibus quidquam, quod ad antiquiorem huius libri memoriam pertineat, peti poterit. sunt enim omnes ex uno archetypo eoque, siquid ex erroribus quibusdam librariorum et ex discrepantia scripturae conicere licet, Scotticis quae dicuntur litteris scripto ducti. eius autem scriptura, plurimis illa quidem vitiis, quae deinde ad omnia apographa propagata sunt, depravata, duobus libris quos dixi ita repraesentatur, ut nihil novi ab aliis accedere possit.

Eiusdem generis codice usus est Beda, qui in libro de metris pauca ex hoc Mallii libro excerpta recepit et ipsum nominatim appellavit p. 2379. nam quod de trochaico tetrametro simplice ib. eadem scripsit, quae apud Mallium p. 595, 1 de duplice tetrametro leguntur, ipsius neglegentiae tribui potest. sed Iulianus Toletanus, qui eadem fere aetate, qua Beda fuit, de arte grammatica scripsit (cf. gramm. lat. v. V p. 313), non nullis locis plura quam nunc habemus legit. is enim in iis quae de octo metris disseruit p. 48—57 ed. Rom. praeter uberiorem hexametri expositionem e libello Victorini de hexametro versu receptam reliqua fere omnia a Mallio, quamvis non nominato auctore, petivit.*) in iis igitur metra anapaestica,

*) Ad Iuliani librum ea quoque pertinent, quae Sinnerus catal. cod. mss. Bernens. v. I p. 430 e codice Bernensi 207 de inventione hexametri exscripsit, et quae ex eodem codice Santenius in commentario in Terentianum Maurum passim protulit, p. 286 et p. 290 de pentametro, p. 353 de versu saturnio. alia artis grammaticae excerpta, quae ipsa quoque Iuliani sunt, ex eodem codice posuit Hagenus anecd. Bernens. p. CCIV.

choriambica, antispastica, ionica a maiore paucis versuum generibus, quae in codicibus omissa sunt, aucta exhibuit. nam novum genus phalaeciorum p. 590, 21 et alia quaedam genera versuum, quae ille cum exemplis recentiorum poetarum adscripsit, non a Mallio acceperat. denique ii qui post Bedam et Iulianum de metris scripserunt saepius Mallii libro usi sunt, e quorum numero quosdam commemoravi de gramm. quibusd. inf. aet. p. 16 sqq. sed eorum nemo meliores codices, quam quibus nunc utimur, habuit. ceterum cum haec quae in codicibus Mallii omissa, sed in excerptis Iuliani servata esse dixi, sicut aliae quaedam manifestae lacunae recte tribuantur neglegentiae veteris librarii, tum alia indicia satis certa sunt, quibus consilio et studio grammaticorum quaedam praetermissa vel in compendium redacta esse appareat, in primis omissae p. 588 pedum definitiones. nam sicut in iis codicibus, quos nunc habemus, saepe partes libri vel excerpta scripta sunt, ita ne in archetypo quidem, ex quo reliquos codices ductos esse dixi, omnia quae Mallius scripserat posita fuerunt.

Auctores quos in exponendis metris secutus est Mallius duos appellavit, Terentianum p. 594, 15. 595, 10, cuius versus praeterea adscripsit p. 592. 593. 594, et Iubam p. 595, 13. 598, 22. maxime autem Iubae doctrina videtur usus esse. nam et octo metra principalia, quibus ea quae alii confusa et permixta collocassent a se comprehensa esse praedicat p. 600, 24, ab hoc petivit et de antispasto p. 598, 17 eam doctrinam, quam Marius Victorinus p. 88, 4 Iubae tribuit, secutus est. ea quoque, quae de infinita metrorum varietate et de novorum inveniendorum facultate scripta sunt p. 592, 24 et p. 601 et similiter apud Marium Victorinum p. 173, 19, a Iuba petita esse probabile est. denique ab eo haud dubie versum Sereni p. 590, 8 et alios quosdam versus, quos sine nomine poetarum posuit, recepit. cum illius autem praeceptis in primis quattuor metris non nulla, quae apud Terentianum invenerat, coniunxit. nam his solis Terentiani memoria continetur, et aliter de his atque de quattuor sequentibus tractatum esse apparet.

De ipso scriptore probabilis, non certa tamen opinio est, Flavium Mallium Theodorum, eum qui a. 399 consul fuit, de quo consulatu carmen Claudiani scriptum est, hunc librum scripsisse. quam sententiam primus pronuntavit C. Barthius in commentario ad carmen Claudiani p. 236 ed. Hanov. et p. 65 ed. Francof., qui memoriam libri tum nondum editi Bedae debebat; deinde paucis verbis ex praefatione libri e libro manu scripto Gevartii adpositis Albertus Rubenius in dissertatione de vita Fl. Mallii Theodori Vltraiecti a. 1694 primum edita p. 86 ed. Lips. doctrinam autem Mallii consulis Claudianus de Mall. cons. v. 62 sqq. laudibus extulit, et Augustinus ad eundem, ut videtur, librum de vita beata scripsit et eius studia laudavit de ordine I 11 et retract. I 2. et grammatica quidem eius studia neuter commemoravit; sed genus dicendi a ratione eorum qui de arte scripserunt satis diversum viro a scholarum usu remoto haud indignum neque ab illa aetate alienum est.

In nova editione scripturam duorum codicum, Parisini (P) et Wolfenbuttelani (A), omissa quidem orthographia vocabulorum integram exhibui; in Wolfenbuttelano tamen ea quae altera manu addita erant, quorum nulla auctoritas est, praetermisi. praecipuam autem fidem Parisino codici habui. neque enim recte Heusingerus, propterea quod olim Wolfenbuttelanum solum habuerat, hunc potissimum in altera editione secutus est. codicum scripturae emendationes Heusingeri, qui plurima partim in textu, partim in adnotationibus recte correxerat (H), non nullas etiam, quas ille a Grunero acceperat, adieci. praeterea ex libris Bedae et Iuliani, quorum loci in margine indicati sunt, ea quae memorabilia esse videbantur adscripsi.

MALLI THEODORI

DE METRIS

p. 525—527 G.

PRAEFATIO

Dubitare neminem arbitror, Theodore fili, quin ratio | metrica suavitatis causa reperta sit, videlicet ut ea quae excellentibus sententiis ac verbis dicerentur carminis etiam certa modulatio dulciora auribus redderet. ex quo id effectum est, ut innumerabilis quaedam metrorum multitudo ab his introduceretur, qui in poetica scribendi facultate et ingenio et studio et doctrina principes extiterunt, quod, quid in poemate quasi mollius ac blandius, quid asperius ac durius esset, suas ipsi aures consulebant hisque ita obtemperabant, ut in conformandis suis carminibus artem cum delectatione coniungerent. qui si solum syllabarum naturam ac modum temporum sibi consectandum putassent, obsoleta permulta atque absurda peperissent. | sed cum prudentissimi quique audientis delectamentum metricae artis esse originem ac fontem viderent, aurium voluptatem ab his metris, quae ipsi conderent, divellendam non existimarunt, quorum apud omnes huiusce artis studiosos excellit auctoritas. siqua autem apud poetas lyricos

---

P codex Parisinus 7530
A codex Wolfenbuttelanus Weissenburgensis 86
H emendationes I. F. Heusingeri
Ex codice Bambergensi H. D IV 15 et ex codice Sangermanensi 1094 pauca adscripta sunt

1 INCIP̄ MALLI THEODORI DE METRIS. Dubitare *P* INCP̄T MALLI THEODORI. De metris dubitare *A* 4 theodori *P* theudori *A*. Theodore *ex libro Gevartii edidit Rubenius de vita Fl. Mallii Theodori p. 86 ed. Lips.* quin ratio *H* quin ratione *P* qui In od ratione *A* 7 quadam *P* 8 introducerentur *P* 10 esset *H* esse *PA* 11 conformandis *H* confirmandis *PA* suis *om. P* cum dilectationem *A* 12 qui si *A* diuisi *P* 13 sibi *A* ubi *P* obsoleta *H* absoleta *PA* absurde *P* 14 perissent *A (teste Heusingero)* sed cum *vel* at cum *H* et cum *PA* prudentissime *A* audientes *P* 15 artes *A* uiderent *H* niderint *PA* voluptatem *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40*, uoluntatem *PA* 16 deuellendam *PA* existimarunt *H* existimarent *PA* 17 studiosos *om. A, add. P*

aut tragicos quispiam reppererit, in quibus certa pedum conlocatione neglecta sola temporum ratio considerata sit, meminerit ea, sicut apud doctissimos quosque scriptum invenimus, non metra, sed | rhythmos appellari oportere. scribimus igitur ita de metris, ut ab his rhythmos procul removeamus, atque in his omnino nullum sit, in quo non pedum defixa ratio cum dulcedine adsociata atque permixta sit. ac primum quidem nobis ipsa metrorum genera conlocanda sunt, tunc de eorum partibus disserendum. * quoniam sermo progredi ad explanandam metrorum disciplinam atque legem non poterit, nisi eorum primordia, id est syllabarum ac pedum rationem, aperiamus.

DE SYLLABA

Est igitur syllaba litterarum inter se congregatarum apta conplexio. usu autem inveteratum est ut etiam nulla litterarum congregatione facta solas per se eas quae vocales nominantur | syllabas esse dicamus. syllabis vero conficiuntur pedes, quae prima quasi metra appellare possumus. syllaba pes et mensura constat, quae graece metron dicitur. sunt autem [syllabae partim longae, partim breves, partim communes.] a producta longam syllabam facit, ut ales, a correpta brevem, ut amor: e producta longam syllabam facit, ut emi, e correpta brevem, ut emo: i producta longam, ut Ilium, i correpta brevem, ut iter: o producta longam, ut omen, o correpta brevem, ut origo: u producta longam, ut unus, u correpta brevem, ut utinam. ut autem solae per se vocales productae longas, correptae breves syllabas faciunt, ita etiam cum his iunctae consonantes aut longas aut breves syllabas secundum legem taque usum pronuntiationis informant. iunguntur vero inter se binae vocales, quas Graeci diphthongos vocant, ae oe au eu ei [ii], quae syllabae semper longae sunt. adsociantur ita-

---

1 conlocatione *Ruhnkenius* conlatione *PA* 2 neclecta *P* 3 sed arithmos *P* 4 appellare oporteret *A* ab his arithmos *P* ab his rithmum *A*. *fortasse* ab his rhythmon 5 nullus sit *A* 6 primo *P* 8 *ante* quoniam *omissa sunt quaedam, quibus, antequam de metrorum generibus et eorum partibus dissereret, de syllabis et pedibus sibi dicendum esse Mallius dixerat.* quoniam vero sermo — aperiamus, nunc dicamus de syllaba *coniecit Heusingerus* metrorum disciplinam *A cod. Bamb.* metram disciplinam *ut videtur P* 10 syllabarum *H* syllabam *A* syllabae *P* 13 nullam *A* factam *A* 17 partem longae partim (*corr.* — em) breuis partem communis *A* 18 a correpta brevis est ut amor e productum longam syllabam facit ut emi e correptum breuem ut emo i productum longum est ut ilium i correptum breuis est ut iter o productum longum (longum *om. A*) est ut omen o correptum breuis (breuis *om. A*) est ut origo u productum longum (longum *om. A*) est ut unus u correptum breuem (breuem *om. A*) ut utinam *PA* 22 longas] longa si *A* 25 bine uocalis *A* diphthongos *H* dipthongas *P* diptongon *A* 26 *neque* ii *latinam diphthongon dicere potuit Mallius, neque graecam diphthongon* yi, *de qua Terentianus v. 415 sqq. dixit, quinque latinis additam esse probabile est. itaque* ii *seclusi* itaquae *A*. *fortasse* adsociantur autem quaedam sic

que sic inter se vocales litterae, id est i et u, ut prior littera vim teneat consonantis, ut Iuno video, quarum | syllabarum ea condicio est, ut interdum longae sint, interdum breves. id enim ratio sermonis latini et pronuntiandi forma expetit.

Positione autem longae syllabae fiunt, si correpta vocalis habeat in eadem syllaba ultimam litteram consonantem, eademque littera excipiatur a consonante consequenti, ut arma. fit etiam positione longa syllaba, cum ipsa per se ex vocali et duabus consonantibus constat, ut est. quod si praecedentem brevem syllabam, quam una vocalis facit, sequentur duae consonantes, fit syllaba positione longa, ut agros. item fit postione longa, si vocalis in duplicem desinit litteram, ut 'nox erat', aut si praemissa vocalis praecedat duplicem graecam, ut Mezentius. interdum autem brevis syllaba, qua pars orationis terminatur, pro longa ponitur, ut

omnia vincit amor, et nos cedamus amori. |

quod genus syllabae inter longas vel omnino refugiendum vel parcissime usurpandum est, quamvis et apud Vergilium non rarissimum, apud Homerum vero frequentissimum reperiatur. communis vero syllaba fit, cum productam vocalem sequitur vocalis, ut 'te Corydon, o Alexi'; item cum duas vocales inter se coniunctas consequitur vocalis, ut 'insulae Ionio in magno'. positam etiam communem apud Vergilium videmus eam syllabam, quae in c litteram desinit *ita*, ut eam vocalis consequatur. nam cum dicit 'hoc erat', longam eam syllabam constituit, quae in c desinit; cum autem dicit 'solus hic', brevem eandem syllabam conlocat. est etiam communis syllaba, cum praecedens in vocalem desinit, sequens autem syllaba ita habet duas consonantes, ut prior sit muta et sequens liquida, ut 'vasto Cyclopis in antro'. atque haec quidem de syllabis satis *sit* dixisse. nunc pedum distinctionem et varietatem persequamur.

---

14 Quod genus — 17 reperiatur *Beda p. 2354*

---

3 ut interdum breues interdum longae sint *A* 4 formam *A* norma *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40* 6 excipiantur *P* 7 fit etiam *H* fit autem *PA* 8 duobus *A* consistat *A* 9 quam *et* facit *om. P, add. A* 10 agros] ac res *P* hac res *A*. Acrisius *coniecit Heusingerus coll. Verg. Aen. VII 372. cf. Terentian. 1025* subieotis aeque fiet, cum dicimus 'agros', *Bed. p. 2352* 11 nox erat] *Verg. Aen. III 147. IIII 522. VIII 26* 12 ut *om. P* 14 omnia] *Verg. bucol. 10, 69* uicit *PA* et] ut *A* 17 communi *P* 18 producta *P* te] *Verg. bucol. 2, 65* 19 vocalis] uocales *A* insulae] *Verg. Aen. III 211* 20 positam *bis scriptum est in A* uideamus *P* 21 ita *om. PA* consequatur *A* sequatur *P* 22 hoc erat] *Verg. Aen. II 664* 23 solus] *Verg. Aen. IIII 22* 26 vasto] *Verg. Aen. III 617. deinde excidit exemplum correptae in v.* Cyclops *primae syllabae* cyclopes *corr.* — is *A* 27 sit *om. PA* persequamur *P* consequamur *A*

DE PEDIBVS

* * *

Pentasyllabos etiam quidam et hexasyllabos pedes, quos Graeci syzygias vocant, faciendos crediderunt, quorum nobis superflua et inanis opera repudianda est, cum eorum etiam pedum, quos supra enumeravimus, conplures ab omni metrica | disciplina alieni sint. ex his enim pedibus, qui ex brevibus aut ex longis syllabis ita conficiuntur, ut in his brevitatis et longitudinis varietas nulla sit, nisi ex longis et brevibus syllabis temperati adiungantur pedes, metrum omnino effici non potest. nam cum ars musica, quae est in omni vocis sono moderationis ac suavitatis inventrix, metricae quoque rationis princeps ac magistra sit; eadem vero ita nervos testudini adiunxerit, ut eorum alii acutum, alii gravem sonum redderent, eandemque vocum distinctionem tibiarum foraminibus | aptaverit, videlicet quod canendi dulcedo sine hac varietate existere nulla possit: is, qui ex his pedibus, qui solas in se breves aut solas longas syllabas habebunt, effici posse metrum existimabit, ab omni musica doctrina transversus fertur et devius. at vero ex viginti et octo pedum numero, quot supra declaravimus, qui metris utiles sint ut appareat, ipsa primum metrorum genera quae sint, demonstrandum nobis est; post qui metris aut conveniant aut ab his discrepent, explicandum. |

DE METRIS OCTO

Sunt igitur metrorum genera haec, dactylicum, iambicum, trochaicum, anapaesticum, choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore, ionicum a minore. siquid ergo praeter haec, quod non ad certam pedum legem, sed ad temporum rationem modumque referatur, vel scribet quispiam vel ab alio scriptum leget, id non metrum, sed rhythmon esse sciat, hisque ex-

---

21 sunt igitur — 25 esse sciat *Iuliani collatio de ratione metrorum p. 48 ed. Rom.*

---

2 Pentasyllabus etiam quidam et hexasyllabus *A*. *lacunam, in qua expositio pedum disyllaborum trisyllaborum quadrisyllaborum omissa est, indicavi* quos] quod *P* 3 faciendo *P* 4 supra *H* saepe *PA* enumerabimus *P* conplures] quam plures *PA* 5 disciplinam *A* enim] autem *PA* 6 conficiantur *P* in *om. A* 8 adiunguntur *P* musicam *A* 9 moderationis] modulationis *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40* 10 eandem *P* testudinis *A* 11 alii grauem sonum *P* grauem aliis honum *corr. al. m.* alii grauem sonum *A* eademque — aptaverit *censor ed. Heusing.* 12 aptauerint *PA* 14 inter breues *PA* inter se breues *H* 15 existimabit *cod. Bamb.* existimauit *P* existimauit ut *A* 16 aut uero *A* quod supra *PA* declarabimus *P* 17 metri utiles sint *P* metris utile sint *A* appareant *P* 20 DE METRIS UIII *A* DE METRIS *P* 22 anapestum *A* 23 siquis praeter haec quod non ad certam pedum legem (non accepta pedum lege *ed. Rom.*), sed ad temporum rationem modumque referatur vel scribit quidpiam vel ab alio scriptum legerit, id non metrum, sed rhythmum esse existimet *Iulianus p. 48* 24 scribit *P* scribi *A* 25 sed arithmon *P*

ceptis metris octo, quae sunt a nobis enumerata, nullum aliud, etiamsi a quoquam certi ac definiti pedes attribuantur, aut eam quae sit digna carmine suavitatem habiturum *aut* omnino metrum esse dicendum. quod cum ita sit, de ipsis iam pedibus a nobis disserendum est, ut *quibus* nullus omnino ad aliquod metrum pateat accessus, qui interdum admittantur, qui sua | vi atque natura metrorum rationem expleant, palam omnibus perspiciendum constituamus. sunt igitur penitus repudiandi longeque removendi *ex disyllabis pyrrichius;* ex trisyllabis molossus, *tribrachys,* amphibrachys, amphimacrus, *bacchius,* palimbacchius; ex quadrisyllabis proceleumaticus, dispondius, diiambus, ditrochaeus, paeones omnesque epitriti. ex quo apparet octo his metris, de quibus est dictum, novem pedes ita attributos, ut eorum praecipue inter se coniunctione unius cuiusque metri vis contineatur. qui quidem pedes hi sunt, spondius, iambus, trochaeus, [pyrrichius] dactylus, anapaestus, choriambus, antispastus, ionicus a maiore, ionicus a minore. amphimacrus et bacchius rarissime, tribrachys vero aliquanto frequentius, sed precarium magis quam necessarium in metris locum obtinent. sed quoniam de syllabis ac pedibus abunde dictum est, ad ipsam metrorum demonstrationem distinctionemque veniamus. |

DE METRO DACTYLICO

Metrum dactylicum hexametrum inventum primitus ab Orpheo Critias adserit, Democritus a Musaeo, Persinus a Lino, permulti ab Homero, qui profecto, cum heroum facta carmine suo explicare vellet, metri huius, quod ceteris omnibus longe pulchrius celsiusque est, aut repertor aut certe adprobator fuit. constat autem metrum dactylicum hexametrum heroicum ex dactylo et spondio vel trochaeo, ita ut recipiat spondium locis omnibus, dactylum locis omnibus praeter ultimum, trochaeum vero loco tantum ultimo. huius exemplum

---

19 DE METRO DACTYLICO *Iulian. 49* 23 quod ceteris — 27 ultimo *Beda 2365*

---

2 certi ac definiti *H* certi aut definiti *PA* dignā carmine *P* dignam carminis *A* 3 aut *ante* omnino *om. PA, add. H* 4 ut quibus nullus omnino ad aliquod metrum pateat accessus qui interdum *H* ut nullus omnino ad aliquod (ad aliquo *P*) metrum pateat accessus quibus interdum *PA* 6 sua vi] suauia *A* 7 perspiciendum *Ruhnkenius* prespiciendum *PA* respiciendum *cod. Bamb.* remouendi ex trisyllabis molossus amphybrachys amphimacrus palimbachius ex quatrisyllabis *PA*. *ex pedibus viginti et octo in metris novem probatos esse voluit Mallius. itaque cum undeviginti pedes, qui improbarentur, hoc loco ponendi essent, ex disyllabis pyrrichius, ex trisyllabis tribrachys et bacchius addendi erant, e quibus pyrrichius non recte in libris infra 14 positus est* 16 aliquanto *H* aliquando *PA* frequentior *P* 17 optinet *P* de syllabas *P* ,est *om. A* 18 distinctionemque] distinctionem distinctionemque *corr. ul. m.* distinctionem subdistinctionemque *A* 20 orfeo *A* opheo *P* 21 museo *PA* persius *cod. Sangerm. et Iulianus p. 49* 22 heroum *H* eorum *PA* 25 spondeum locis omnibus praeter quintum nisi poetica licentia syllabam addere uoluerit *cod. Sangerm.* spondeum locis omnibus praeter quintum *Beda p. 2365* 27 huius exem-

arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris.

Metrum dactylicum pentametrum recipit pedes hos, spondium | loco primo et secundo, dactylum locis omnibus, catalecton in medio et in fine. huius exemplum

ingentes actus carmina nostra canent.

Metrum aliud dactylicum pentametrum recipit pedes hos, dactylum sive spondium loco primo et secundo, catalecton in medio, deinde duos dactylos sine catalecto, ut est illud Sereni,

et nihil est quod amem Flaminia minus.

Metrum dactylicum asclepiadium habet primum spondium, secundo *loco* dactylum et catalecton, deinceps duos dactylos. huius exemplum

laudamus vario musica carmine. |

hoc metrum a superiore eo distat, quod in illo est facultas primum et secundum pedem dactylum sive spondium conlocandi, in asclepiadio autem certa lex haec est, ut primo loco spondius, secundo dactylus, deinde catalecton, post duo dactyli conlocentur.

Metrum dactylicum aeolicum recipit pedes hos, spondium sive iambum sive trochaeum loco primo, deinde duos dactylos, post spondium sive trochaeum. huius exemplum

ampla condere moenia coepit.

Metrum dactylicum phalaecium hendecasyllabum constat ex spondio et dactylo et tribus trochaeis. huius exemplum

---

2 Metrum dactylicum pentametrum *Beda 2365*   21 Metrum dactylicum phalaecium *Beda 2376*

---

plum. De atramento noueris lector in uersibus cunctos (punctos *cod. Bamb.*) non causa sensus sed scansionis esse positos *P* huius exemplum. De atramento noueris lector non causa sensuum punctos adnotitos (*l.* adpositos) sed pedum designationem lustratus (*corr. al. m.* — os. *immo* designationem inlustratam *voluit*) *A*. *puncta, quibus pedes versuum distinctos esse librarii adnotaverunt, non constanter in utroque codice posita sunt*

1 arma] *Verg. Aen. I 1*   5 canunt *Iulianus p. 51*   6 alium *A*   dactylum] dactilicum *P*   7 deinde] iude *PA*   8 catalecto] catalecton *P*   9 flaminia minus *P et Iulianus p. 52*, flamiamuni *A* (flammiamuni *teste Heusingero*)   10 metrum dactylicum pentametrum asclepiadium *Mallius scripsisse videtur, et similiter in reliquis metris, quae pentametra esse voluit. deinde metrum aeolicum potius ad tetrametra referendum erat*   secundo dactilicum *P* secundo dactilo *A*   12 ludamus *coniecit Heusingerus. in P al. m. in margine adscripta legi haec*, |corū me|tis incli|ta gaudia, *hoc est* sanctorum meritis inclita gaudia; *quo exemplo Iulianus p. 52 usus est*   15 lex est haec *A*   16 *post* conlocentur *in P al. m. superscripta sunt haec*, in quo post tres uersus solet seuis (*leg.* semis *Heusingerus*) heroicus id est spondeus et duo dactyli poni. *similiter Iulianus glyconei et pherecratei definitione huc translata.* Isti metro qualia metra deseruiunt? Pherecratium et glyconium. Pherecratium ex quibus pedibus constat? Ex spondeo et dactylo, ita ut in fine trochaeum aut spondeum habeat. Da eius exemplum. Grato Pyrrha sub antro. Glyconium quales pedes recipit? Spondeum et duos dactylos. Da eius exemplum. Victorum genus optimum   21 phaleucium

fulgens divitiis et ore clarus.

Metrum dactylicum alcaicum hendecasyllabum constat ex iambo et bacchio et duobus dactylis. huius exemplum

vides ut alta stet nive candidum.

Horatius tamen primo loco etiam spondium praeposuit, ut est illud eiusdem,

odi profanum vulgus et arceo.

Metrum dactylicum sapphicum hendecasyllabum constat ex | trochaeo et spondio *et* dactylo et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio, ut est apud Horatium

iam satis terris nivis atque dirae.

huic autem metro post tres versus additur† chimis heroici versus, ut est apud eundem Horatium

terruit urbem.

Metrum dactylicum pentametrum recipit eosdem pedes, quos hexametrum heroicum. huius exemplum

fronde virere nova, quod seminat arbor.

Metrum dactylicum tetrametrum constat ex dactylo et spondio sive trochaeo, ita ut eadem loca obtineant hi pedes, quae in heroico hexametro docuimus. huius exemplum |

aut Ephesum bimarisve Corinthi.

Metrum aliud dactylicum tetrametrum constat ex duobus dactylis et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio. huius exemplum

omnia caelitus ampla sumes.

Metrum dactylicum trimetrum constat ex duobus dactylis et spondio sive trochaeo. huius exemplum

quod sua seminat arbor.

---

8 Metrum dactylicum sapphicum *Beda 2377*

---

endecasyllabarum *P* faleucium fudecasyllabarum *A*. Quid sequitur? Dactylicum phalaecium hendecasyllabum. Quales pedes recipit? Spondeum, dactylum et tres trochaeos. Da eius exemplum. 'Fulgens divitiis et ore clarus'. Fit alio modo? Fit per spondeum, dactylum, catalecton et dactylum, ita ut in fine spondium aut trochaeum habeat. Da eius exemplum. 'Squalent arva soli pulvere multo'. Phaleucia metra quis invenit? Phaleucius quidam ea scripsit *Iulianus p. 53*

2 endecasyllabarum *A* 4 vides] *Hor. carm. I 9, 1* candidum *Iulianus p. 53*, candidus *PA* 7 odi] *Hor. carm. III 1, 1* 9 et *ante* dactylo *om. PA* 11 iam] *Hor. carm. I 2, 1* terri *P* 12 versus *om. P* chimis] semis *vel* comma *codices Bedae p. 2377*. Isti metro quale metrum deservit? Adonium, quod dicitur semiheroicum *Iulianus p. 53*. finis *vel* tome *scripsisse videtur Mallius, qui* dactylicum finem *eundem versum dixit p. 597, 13. 20* 15 Quale metrum sequitur? Dactylicum pentametrum heroicum *Iulianus* 17 fronde] *Verg. Aen. VI 206* fronde virere nova quod non sua seminat arbor 19 quae] quos *PA* 21 aut Ephesum] *Hor. carm. I 7, 2* corinthe *P* 22 alium *A* 25 ex duobus — trochaeo] ex dactilo et duobus troceis et spondio *A*

Metrum dactylicum trimetrum constat ex dactylo et duobus trochaeis sive ex dactylo et trochaeo et spondio. huius exemplum

tu genus hoc memento.

Metrum dactylicum trimetrum pherecratium constat ex spondio et dactylo *et spondio* sive trochaeo, ut est apud Horatium

grato Pyrra sub antro.

Metrum dactylicum trimetrum glyconium constat ex spondio et duobus dactylis, ut est apud Horatium

sic te diva potens Cypri.

Metrum dactylicum *dimetrum,* quo saepe est usa Sappho, constat ex dactylo et spondio sive trochaeo. huius exemplum

unde Latinum
post genus ortum |
altaque magnae
moenia Romae.

Metrum dactylicum heptametrum constat ex duobus dactylis *et* spondio et dactylo et tribus trochaeis, ut est apud Horatium

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

Effici posse alias etiam metri dactylici varietates non clam nobis est, ita ut fiant versus aliqui productiores aut iidem pedes aliter inter se coniuncti. sed nos ea persecuti sumus, quae essent et auditu iucundissima et apud poetas graecos et latinos quam maxime celebrata; quibus profecto te esse ceterosque, qui suum studium ad hanc rem adplicabunt, contentos oportebit, cum quantamvis subtilitatem ingenii et scribendi adsiduitatem atque instantiam explere facile possit metrorum tanta diversitas, cumque ea in re in qua * reperiendae novitatis possit aut dulcius alicuius.

---

2 et *ante* trochaeo *om. A* et spondio *om. P* 3 tu genus] *Terentian. 2537* 5 et spondio *om. PA, add. H* 6 grato] *Hor. carm. I 5, 3* pnrra *A* 7 lyconium *P* liconinm *A* 9 si te *PA: Hor. carm. I 3, 1* 10 dimetrum *om. PA* quo] quę *P* 12 unde] *Terentian. 2173* 16 Quod sequitur metrum? Dactylicum heptametrum, quod dicitur archilochium ithyphallicum *Iulianus p. 53* et *ante* spondio *om. PA* 18 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* et fauoni] etea.uon *A* 19 uarietatis *A* 20 productioris *A* aut idem *PA* 21 iuncti *A* 22 quam quam maxime *A* 23 contemptos *PA* 24 cum quantauis subtilitate ingenii et scribendi assiduitate explere facile atque instantia (re *add. Bamb.*) possit *P et cod. Bamb.* cum quantauis suptilitate ingeuii et scribendi adsiduetate explere facile atque inistantia res possit *A* cum quantauis subtilitate ingenii et scribendi assiduitate expleri facile atque instaurari possit *cod. Sangerm.* cum quantamvis subtilitatem ingenii et scribendi assiduitatem explere facile atque instaurare possit *H*. *an* cum quantavis subtilitate ingenii et scribendi adsiduitate atque instantia expleri haud facile possit?

25 cumque ea in re numquam finis esse possit reperiendae novitatis aut dulcedinis alicuius *coniecit Heusingerus coll. p. 601. rectius lacuna quam indicavi ita fere expleri poterit,* cumque ea in re, in qua tanta varietas sit, finis constitui non possit reperiendae novitatis aut dulcedinis alicuius

DE METRO IAMBICO

Metro autem dactylico heroico metri iambici hexametri proxima definitio visa est. altero enim producuntur acies, | ubi proelia conseruntur, altero clarorum hominum vita atque fortuna scenam personat. atque idcirco utriusque conexio in earum rerum, quae sunt maximae, expressione ac declaratione versatur. recipit vero metrum iambicum hexametrum pedes hos, iambum locis omnibus, tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, spondium, dactylum et anapaestum locis tantum inparibus, pyrrichium loco tantum ultimo. huius exemplum

ibis liburnis inter alta navium.

Metrum iambicum senarium colobon constat ex pedibus superius | conprehensis, et pro sexto pede una tantum syllaba ponitur, ut est apud Horatium

trahuntque siccas machinae carinas.

Metrum iambicum pentametrum recipit pedes omnes superius conprehensos. huius exemplum

virtute recte vita degitur.

Metrum iambicum pentametrum colobon recipit supra dictos pedes omnes, et pro quinto pede una tantum syllaba ponitur. huius exemplum

merulae quod os sonat vetustae.

Metrum iambicum tetrametrum recipit supra dictos pedes omnes. huius exemplum

merulae quod os vetustius.

Metrum iambicum tetrametrum colobon, quod anacreonticum dicitur, recipit supra dictos pedes omnes, et pro quarto pede una tantum syllaba ponitur. quod maxime fit sonorum, si primus pes anapaestus ponatur, post duo iambi, deinde syllaba. huius exemplum

Triviae rotetur ignis,
volucrique Phoebus axi
rutilum pererret orbem.

---

1 DE METRO IAMBICO *Iulian. 54* 6 recipit — 9 ultimo *Beda 2378* 21 Metrum iambicum tetrametrum *Beda 2378* 24 Metrum iambicum tetrametrum colobon *Beda 2379*

---

3 visa] uira *corr.* uera *A* 4 scenam *Ruhnkenius* scena *PA* 5 contexio *A* contextio *H* 7 praeter nouissimum *cod. Bamb. et Beda p. 2378,* praeter nouissimo *PA* 10 ibis] *Hor. epod. 1, 1* 11 colobon *Ruhnkenius* colophon *PA* 14 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 15 pentrametrum *P* tetrametrum *A* 18 colophon *PA* 21 metrum iambicum tetrametrum] recipit hoc metrum aliquotiens, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, dactylum et anapaestum locis tantum inparibus *Beda p. 2379* 24 colophon *PA* 26 sonosum *P* sonerum *A* 27 duos *A* 28 Triviae] *Terentian. 2863* 30 perorret *P*

Metrum iambicum trimetrum recipit supra dictos pedes omnes. huius exemplum

quod os vetustius.

Metrum iambicum saturnium habet iambicum tetrametrum colobon et tres trochaeos. huius exemplum

merulae quod os vetustae mane dulce cantat.

Metrum iambicum hipponacteum recipit pedes sex lege | superius conprehensa, et additur ei in fine pes bacchius. *huius exemplum*

ibis liburnis inter alta navium recurrens.

Est etiam alterum metrum iambicum hipponacteum, quod a nobis conprobatur, in quo sextus pes spondius ponitur. huius exemplum

hic non iambum reddidit pedem sextum.

Haec de iambico metro dixisse satis sit. sciendum sane ipsius iambi eam vim esse, ut, quamvis aliorum pedum adiumenta acceperit, ipse tamen per se versus non indecenter explere possit, ut est illud Terentiani,

adesto, iambe praepes et tui tenax.

quod quidem etiam dactylus in heroico hexametro efficeret, nisi versus conclusio aut spondium aut trochaeum desideraret. iambi vero usus in carmine ita est varius ac multiplex, ut se et alte attollat et quam aptissime ad cotidianum loquendi morem accedat, et ita in severis tristibusque versetur, ut etiam in mollibus ac remissis ei sit loci plurimum; hoc siquidem cum alii tragoediarum scriptores tum praecipue Sophocles | atque Euripides, in quantum his est libitum, cothurnum extulerunt, et in Lycambam Archilochus exarsit, et Menander atque Aristophanes omnem humanae vitae imitationem persecuti sunt, et conplures lyrici suas cantilenas suaque ludicra contexuerunt.

DE METRO TROCHAICO

Iambico autem metro trochaicum metrum, quamvis et spondium et anapaestum et dactylum recipiat, ut iambicum, eo tamen est contrarium, quod in iambico supra dicti pedes locis tantum inparibus, in trochaico

27 DE METRO TROCHAICO *Iulian. 55*

4 colophon *PA* 5 tres troceus *A* 7 sex *H* ex *PA* 8 huius exemplum *om. PA* 12 hic] *Terentian. 2401* reddit *PA* 13 iambi eam uim *H* iambicam uim *PA* 16 adesto] *Terentian. 2182* prepes et tui texax *P* prepes et tui texat *A* 17 dactilos in eroico *A* dactilus eroico *P* eflicere *A* 18 conclusione *PA* 19 se et quam aptissime attollat et alte ad *PA* et quam altissime attollat et apte ad *H* et quam altissime attollat et aeque *Grunerus* 20 more *A* 21 ac remissis ei sit loci plurimum *H* ac remissis sit locis plurimum *P* ac remisisse locis plurimum *A* ac remissis ei loci sit plurimum *Santenius in Terentian. p. 324* 22 traguediarum scriptoris *A* 23 hie est *PA* hoc est *vel* his est *H* 24 lycanban *P* licaban *A*. Lycambam *ex Terentiani versu 2457 recepit Mallius* aristofanis *A* 25 cum plures *A* 29 ut] aut *A*

autem non nisi paribus conlocari licet. trochaeus vero in hoc metro, quod ex eo nomen accepit, locis omnibus, tribrachys locis omnibus praeter septimum ponitur. trochaicum autem metrum a poetis graecis et latinis frequentatur [ponitur], quod etiam solus trochaeus ita efficere potest, ut citato et minuto quodam cursu feratur. huius exemplum

pastor ille saepe mane dulce carmen insonat. |

sed liberioribus atque solutioribus numeris et ad res explicandas adcommodatioribus trochaicus versus est, in quo inparem locum trochaeus, parem vero, in quantum necesse est, spondius occupat, ut est illud Terentiani,

n u l l a v o x h u m a n a c o n s t a t a b s q u e s e p t e m l i t t e r i s.

fit etiam trochaicum metrum ita, ut in eo adsiduum tribrachys obtineat locum, ut est illud apud Iubam,

qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat.

sed offendit aures sine ulla syllabae longae interiectione brevium syllabarum prolixa coniunctio. nobis autem propositum est a metrica disciplina procul omnia repellere, quae ab auditorum delectatione discrepent, quamvis ea pedum | rationem recipiant. atque idcirco in hoc metro et tribrachys et dactylus et anapaestus non nisi quam parcissime et consultis prius auribus admittendi sunt. quod etiam in iambico metro servari videmus: nam tametsi omnibus inparibus eius metri locis tribrachyn aut anapaestum aut dactylum conlocandi facultas est, rara tamen eorum fit admixtio. neque ulla vel in iambico vel in trochaico metro iambo aut trochaeo quam cum spondio aut aptior aut frequentior potest esse coniunctio.

---

1 troceos uero *A* 2 praeter VIIum *cod. Sangerm.* praeter septimo *PA* 3 autem *om. A* 4 frequenter ponitur *corrector codicis A* frequentatum ponitur *cod. Sangerm.* ponitur *seclusit Heusingerus.* frequentissime ponitur *legisse videtur Beda p. 2379,* metrum trochaicum tetrametrum *(h. e. quattuor trochaei)*, quod a poetis graecis et latinis frequentissime ponitur, recipit trochaeum locis omnibus, spondeum omnibus praeter tertium. *Mallius autem de trochaico metro plura, quam quae nunc in libris et in excerptis Iuliani restant de octametro, quod ille dicebat, scripserat* potest incitato *PA* potest ut incitato *H* 7 solutioribus *Ruhnkenius* absolutioribus *PA* 8 trocaicos uersus *A* locus *A* 11 nulla] *Terentian. 1300* costat *P* 12 fit etiam *H* fieri etiam *PA* 13 iubam] iuliam *A* 14 qualis] *Mar. Victor. p. 85, 11 fragm. Bob. de versibus p. 518 ed. Vind.* qualis *Iulianus p. 55,* quales *PA* celerius *A* pennis *cod. Sangerm. et Iulianus* 15 offendet *P* interiectione brevium syllabarum prolixa coniunctio *H* interiectione et breuium syllabarum prolixa (proxima *P*) coniunctione *PA* 17 ab auditorum *H* ad auditorum *A* ad aditorum *P* 18 quamvis ea pedum rationem recipiant *H* quamuis (quam *P*) ea pedum ratione recipiant *PA* quam ea petum rationem recipiant *cod. Bamb.* quamuis ea pedum ratio recipiat *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40* in hoc] ab hoc *PA. an* ad hoc metrum? 20 servari videmus *Ruhnkenius* seruare uidemus *P* seruare uidebimus *A* seruare debemus *H* 22 rara] rata *A*

DE METRO ANAPAESTICO

In anapaestico autem metro nullum pedem ita congruere ut spondium videmus. nam quamvis etiam dactylum in hoc metro a quibusdam Graecis positum inveniamus, eo tamen adhibito confragosius quiddam resonat et durius. itaque tametsi dactylus atque anapaestus sunt temporibus pares, id tamen aurium sensus, cui est maxime parendum, efflagitat, ut, quem ad modum intromitti in metrum dactylicum, ne eius suavitatem corrumpat, anapaestus non potest, ita metrum anapaesticum, | ne eius gratia minuatur, dactylo inhospitale sit. adcommodatissimus vero spondio in hoc metro locus primus est. ceteri itaque omnes pedes anapaesti; ita tamen, ut pro ultimo pede, sicut in trochaico metro, una tantum syllaba constituatur. primum autem metrum anapaesticum, ut dactylicum, ab hexametro ordimur. huius exemplum

alte superemicat Aetna poloque propinquat.

ex omnibus autem anapaestis pulcher ac sonorus hic versus est,

nivibus superemicat Aetna poloque propinquat. |

ex eo autem versu dactylico hexametro, quem quinque dactyli et spondius vel trochaeus efficiunt, adempta syllaba prima fit anapaesticum hexametrum colobon. huius exemplum

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

remota syllaba prima fit versus huius modi,

tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

Versus pentameter anapaesticus colobos fit ita,

tuba terribilis procul aere canoro.

Item tetrameter anapaesticus colobos fit ita,

sonuit procul aere canoro.

Item trimeter anapaesticus colobos fit ita,

procul aere canoro.

---

1 DE METRO ANAPAESTICO *Iulian. 55*

---

2 in *ante* anapaestico *delendum esse coniecit Heusingerus* 3 dactylicum *P* 4 quidam *A* 6 et flagitat *A* 8 anapaestus *om. P* 9 inhospitale sit *H* inhospitalis erit *PA* hospitale erit *cod. Sangerm.* 10 itaque] atque *PA* 11 syllabam *A* 12 primo *PA* ut] aut *P* ab exametro ordimur *cod. Sangerm.* ab exametro metro ordimus *PA* 14 ethna *PA*. *pentametrum huic versui subiectum legit Iulianus p. 55,* Alte superemicat Aethna poloque propinquat. Quid sequitur? Anapaesticum pentametrum colophon, ubi pro quinto pede una tantum syllaba ponenda est. exemplum 'superemicat Aethna poloque propinquat'. item tetrametrum colophon 'vivum simul ac moribundum'. item dimetrum colophon, 'Crucis almae Fero signum, Fuge daemon'. Quod sequitur metrum? Anapaesticum, ubi omnes suos pedes habet. Da eius exemplum. 'Nivibus superemicat Aethna poloque propinquat'. 15 ex omnibus autem anapaestis pulcher ac sonorus fit versus hoc modo, Nivibus *H* anapaesticus *PA* sonorus *cod. Sangerm.* sonorosus *PA* 16 nivibus] hoc nuuibus *PA* ethna *PA* 17 spondio *P* 18 efficit *PA* exametron *A* 19 colophon *PA* 20 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 23 colobos] colophon *PA, item* 25. 27 26 sonitum *Iulianus*

DE METRO CHORIAMBICO

Atque haec quidem quattuor metra, quae supra exposuimus, id est dactylicum, iambicum, trochaicum et anapaesticum, ex disyllabis et trisyllabis pedibus efficiuntur, prout unius cuiusque | metri ea quae a nobis explanata est ratio declarat. reliqua vero quattuor metra, id est choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore, ionicum a minore, quamvis quadrisyllabis pedibus ex parte plurima contexantur, ut tamen eorum finis non iniucundus sit, prope paucarum syllabarum pedum opem expetunt. nam ut eum quem ab exordio proposuimus ordinem docendi persequamur, metrum choriambicum apte efficitur ex tribus choriambis *et* dactylo et spondio sive trochaeo, ut est illud,

celsus equo Phoenicia veste nitens ibat Arion.

tribus enim choriambis nisi dactylicus finis adiceretur, nihil in his esset dulce et canorum. fit hoc metrum etiam | ex duobus choriambis et dactylo spondio sive trochaeo sequente. huius exemplum

Phoenicia veste nitens ibat Arion.

ex uno etiam choriambo et dactylo et spondio sive trochaeo fit hoc metrum ita,

veste nitens ibat Arion.

non solum autem dactylico fine, sed etiam duplice iambico colobo metrum choriambicum concludi recte potest in hunc modum,

celsus equo Phoenicia veste nitens repente fulsit.

quae conclusio iambica non modo post tres choriambos, sed post duos etiam et post unum non indecenter adiungi potest.

DE METRO ANTISPASTICO

Metrum antispasticum, ita ut choriambicum, suavitatis in se nihil haberet, nisi aut dactylico aut iambico fine terminaretur. post tres igitur

1 DE METRO CHORIAMBICO *Iulian. 56* 25 DE METRO ANTISPASTICO *Iulian. 57*

3 et trisyllabis *om. A* 4 prout] pro *P* 5 coriambico anapasticum *A* 7 pedibus *om. A, add. P* 8 non iocundus *A* prope omnes pauciorum syllabarum pedum opem expetunt *Santenius in Terent. Maur. p. 324* paucarum *bis scriptum est in A* pedum] pedibus *PA* expetunt *A* expedunt *P* expediunt *cod. Bamb.* 9 ut eum quem] utrumque *A* dicendi *PA* 10 apte] abae *A* et *ante* dactylo *om. PA* 12 fenicia *P* finicia *A* 15 dactylo spondio *H* dactilo uel spondio *PA* 16 fenicia *PA* 20 dactilico finem sed etiam duplicem *A*. duplice *delendum esse coniecit Heusingerus coll. p. 598, 9* fine etiam iambici metri quod colobon dicitur. *fortasse* triplice *scripserat Mallius pro eo quod* trimetrum *dicere consuevit in versibus non coniunctis cum diverso metro.* Quod sequitur metrum? Choriambicum, quod non dactylico fine, sed iambico duplice colophon finitur. Da eius exemplum. 'Celsus equo Phoenicea veste nitens repente fulsit'. item 'Phoenicea veste nitens repente fulsit'. Da eius exemplum. 'Veste nitens repente fulsit' *Iulianus p. 56* 20 colophon *PA* 21 concluderet xepotens *A*, *unde* concludere recte poteris *coniecit Heusingerus* 22 fenicia *P* finicia *A* 23 coriambus *P* 26 ut] et *A*

antispastos dactylus ac deinde spondius sive trochaeus adhibetur. huius exemplum

rapit tela, volans ecce, gerens arma Troius heros.

quod metrum fit etiam ex duobus antispastis et dactylo et spondio sive trochaeo, ut hoc est,

rapit tela volans ecce Troius heros.

ex uno enim antispasto et dactylo et spondio sive trochaeo fit ita,

volans ecce Troius heros. |

fine etiam iambici metri, quod colobon dicitur, non absurde hoc metrum concluditur hoc modo,

rapit tela volans ecce gerens arma ruitque laetus.

fit etiam hoc metrum ex duobus antispastis et duobus iambis et syllaba hoc modo,

volans ecce gerens arma ruitque laetus.

ex uno etiam antispasto et duobus iambis et syllaba fit hoc modo,

gerens arma ruitque laetus.

sciendum sane, cum antispastus pes constet *. pro primo autem si aut iambus aut pyrrichius aut spondius aut trochaeus poneretur, huius metri excellentior et latior usus esset.

DE METRO IONICO MAIORE

Metrum ionicum a maiore constat ex ionicis maioribus duobus et spondio sive trochaeo, ut est illud apud Iubam,

---

20 DE METRO IONICO *Iulian. 56*

---

1 autispastis *A* 3 rapit] *ex duobus versibus Vergilii Aen. VIII 111* raptoque volat telo obvius ipse *et 530* sed Troius heros adgnovit sonitum *exemplum fictum esse coniecit Wentzelius symb. crit. in histor. script. rei metr. lat. (Vratislaviae a. 1858) p. 67* 4 et *ante* dactylo *om. A* 6 uolens *P* 9 fine etiam *A* fit etiam *P* colophon *PA* 11 rapit tela — 15 hoc modo *om. P* 12 fit etiam — 14 laetus *om. PA. apud Iulianum de antispastico metro scripta sunt haec p. 57,* Quale metrum sequitur? Antispasticum. Quales pedes recipit? Tres suos antispastos, ita ut dactylico fine concludatur, ut choriambicum. Da eius exemplum. 'Rapit tela volans ecce gerens arma Troius heros'. Quod sequitur? Quod constat ex duobus antispastis dactylico fine conclusum. Da eius exemplum. * 'Rapit tela volans ecce gerens arma ruitque laetus'. Quod sequitur? Quod constat ex duobus antispastis iambico fine. Da eius exemplum. 'Volans ecce gerens arma ruitque laetus' 15 etiam *H* enim *A*

17 *'fortasse scripserat auctor* cum antispastus pes duobus pedibus, iambo et trochaeo, constet. *paullo post verba* aut iambus *supervacanea videntur' Heusingerus. immo plura etiam exciderunt, quibus, cum antispastus pes constet ex iambo et trochaeo, pro utroque pede pedes supra scriptos poni posse dictum erat* 18 his metris excellentior *P* his metri huius excellentior *cod. Sangerm.* his metri huiusce lucentior *A* his metris huiusce licentior *coniecit Heusingerus* 20 De metro ionico maiore. Quale metrum sequitur? Ionicum maius. Ex quibus pedibus constat? Ex tribus ionicis maioribus et dactylo, ita ut spondeum aut trochaeum habeat in fine. Da eius exemplum. 'Tunc insolita sic puer aethra ruit aequor in altum'. item duobus ionicis ma-

ipsa est Chios, ipsa est Samothrace.

Metrum ionicum a maiore constat ex tribus ionicis maioribus, dactylo et spondio *sequente* sive trochaeo. huius exemplum

tunc insolita sic puer aethra ruit aequor in altum.

fit etiam hoc metrum ex duobus ionicis maioribus dactylo et spondio sequente sive trochaeo. huius exemplum

tunc sic puer aethra ruit aequor in altum.

ex uno etiam ionico maiore dactylo et spondio sequente sive trochaeo fit hoc metrum ita,

aethra ruit aequor in altum.

Metrum ionicum a maiore aliud constat ex tribus ionicis maioribus et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio. huius exemplum

sumam bona, magnis fruar, altum ferar, at modeste.

ex duobus etiam ionicis maioribus et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio fit hoc metrum ita,

magnis fruar, altum ferar, at modeste.

ex uno etiam ionico maiore et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio fit hoc metrum ita,

altum ferar, at modeste.

DE METRO IONICO MINORE

Cum vero metrum et choriambicum et antispasticum et ionicum a maiore, sicut ostendimus, ita propriis contexantur pedibus, ut, nisi conclusionem aliunde accipiant, inelegans atque horridum sit, solum ex his metris, quae quadrisyllabos recipiunt pedes, ionicum a minore suo se pede ita explet, ut additamentum non requirat aliorum. fit enim ex quattuor ionicis minoribus ita,

---

ioribus cum dactylico fine concluso, 'tunc insolita sic puer aequor in altum'. item ex uno ionico maiore cum fine dactylico, 'aethra ruit aequor in altum'. Quod sequitur? Ionicum maius. Quales pedes recipit? Tres maiores ionicos, in fine habens trochaeos duos. Da eius exemplum. 'Summum bonum magis fruar, altum ferar, ut modeste'. item 'magis fruar, altum ferar, ut modeste'. item 'altum ferar, ut modeste' *Iulianus p. 56* 21 *rectius erat* metrum ionicum a maiore trimetrum *et deinde* 599, 2 metrum ionicum a maiore aliud 22 siue *P* uel *A* iuliam *A*

1 samotrache *PA* 3 sequente *om. PA* 5 ionicis a maioribus *P* 6 sequentes *P* huius exemplum sumum (summum *P*) bonum magis fruar altum ferar ut modeste ex uno (exeunt *A*) etiam ionico maiore et (de *add. P*) duobus *PA*. tunc — 12 exemplum *et* 14 ex duobus — 16 modeste *addidi ex Iuliani excerptis.* '*adscripserat Mallius hic versum aliquem hoc pedum numero,* tunc sic puer aethra ruit aequor in altum. *sequebatur novi metri declaratio, in hunc fere modum,* ex tribus ionicis maioribus etiam et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio fit ita, 'sumam bona, magnis fruar, altum ferar, at modeste'. *praeterea, nisi fallor, designaverat metrum, cuius hoc esse potuit exemplum,* magnis fruar, altum ferar, at modeste' *Heusingerus* 19 ut modestae *PA* 20 METRO *om. A* 21 antispasticum *H* anapesticum *PA* 24 quatrisyllabis *A* 25 ut dictamentum *A*

vocat omnes, bona iustis sua semper deus adfert.

huic metro neque spondius neque dactylus neque trochaeus extrinsecus adiungitur. paenultimi enim pedis postrema syllaba et ultimi priores duae dactylum resonant, posteriores vero duae spondium vel trochaeum; eaque de causa hoc metrum suavitatem, | quam habet ipsum in sese, non deposcit aliunde. fit autem metrum hoc ex tribus etiam ionicis minoribus. huius exemplum

bona iustis sua semper deus adfert.

ex duobus quoque ionicis minoribus hoc metrum fit ita,

bona iustis deus adfert.

alios huic metro pedes idcirco quidam interserendos crediderunt, ut copiam et facultatem etiam augerent. sed nihil in his, quod aures blande accipere possint, invenimus; atque ideo longe melius commodiusque censemus, ut metrum ionicum a minore eo, quo supra exposuimus modo, unius pedis ingeminatione expleatur, neque alius quisquam pes sequatur, quo adsociato non modo ei externa suavitas adquirenda, sed propria amittenda sit.

Diversa vero inter se metra posse coniungi lyricorum poetarum permulta et graeca et latina scripta declarant. itaque dactylico subiungere et dactylicum et iambicum et alia licet. iambico quoque versu eundem in modum etiam iambicum et alium quemlibet versum subicere possumus; idque eadem ratione per omnia metra usurpare possumus, | ita ut diversorum inter se metrorum sit apta et decora coniunctio.

De arte ergo metrica nihil desiderari a quoquam scias, servata a nobis docendi ratione perspicua, ut ea, quae alii, qui eadem de re scripserunt, confusa et permixta conlocaverant, nos octo tantum generibus, quibus exceptis nullum inveniri metrum possit, conprehenderemus, quaeque etiam ex uno quoque genere species emanarent ac profluerent, ostenderemus, easque non in inmensum extenderemus, neque novitatis aut cupiditatis potius quam suavitatis iudicio duceremur. quo ita usi sumus, ut ea quae essent in carminibus dura atque aspera, quamvis a quibusdam poetis non essent repudiata, praetermitteremus. siqui tamen inveniuntur, qui | in isdem metrorum generibus ita rude atque inusitatum

---

2 huic] hic *P* extrinsecus *om. A* 3 pedes *A* 5 ipsum *H* ipse *PA* depascit *A* 11 alios hic *P* alius huic *A* 13 possunt *PA* 15 pes sequatur *H* persequatur *PA* 16 amittenda *H* admittenda *PA* 21 eadem rationem *A* 22 sit apta et] sita placet *A* 23 desiderari *H* desiderare *PA* 24 perspicua *Grunerus* prẹspicias *P* prespiciens *A* perficias *cod. Bamb.* *an* si servatam a nobis docendi rationem perspicias? eadem de re scripserunt *H* eadem docere scripserunt *PA*

25 confusa *A* perfusa *P* conlocaueriut *PA* 27 ex *Ruhnkenius* in *PA* species emanarent *H* specie emanarent *P* specie me manerent *A* 28 in *om. P* 29 duceremur *H* duceremus *PA* quo] quod *PA* 31 non esset *A* siqui tamen *A* si tamen *P* 32 in hisdem *P* in his *A* rude atque inusitatum *H et ut videtur cod. Sangerm.* sude atque inusitatu *A* dure atque inusitatum *P* dureatur inusitatum *cod. Bamb.* *an* abditum atque inusitatum?

aliquid excogitent, ut id et [cum] eodem pede legatur et cum aurium | delectatione consentiat, id abs te respui non oportebit. ea enim in re, quae ipsa per se infinita sit, novum aliquid reperiendi constitui finis non potest. te tamen ceterosque, qui se esse metricae disciplinae non ignaros volent, ea *esse* sententia conveniet, ut ex his quae a nobis declarata sunt metrorum rationem atque doctrinam abunde consecutos, etiam si nihil a quoquam adiciatur, existiment.

1 legat *PA* legatur *olim Heusingerus.* ut id et eundem pedem legat *idem postea coniecit* 2 abs te *A* apte *P* oportebat *A* 4 te] et *A* se esse] secesse *P* 5 esse *posteriore loco om. PA* ut] et *P* 6 ratione *A* etiam nihil *A* 7 extiment *A* FINIT LIBER MALLI THEODORI DE METRIS LEGE QUI CUPIS FELICITER *P* FINIT LIB̄ MALLI THEODORI DE METRIS DŌ GRATIAS AMEN *A*

FRAGMENTA ET EXCERPTA
METRICA

I

Fragmenta de musica et de metris, quae olim Censorino adscripta ferebantur, desumpta sunt ex excerptis libri cuiusdam de disciplinis, quae post Censorini librum de die natali in libris manu scriptis leguntur. horum antiquissimus est Coloniensis, olim Darmstadiensis, septimo saeculo scriptus, quem descripsit Urlichsius in annalibus philologicis Eos v. II a.1866 p. 456 sqq. ab hoc proximus est Vaticanus decimo saeculo scriptus. quibus codicibus adhibitis Otto Iahn librum Censorini et subiectum ei fragmentum de disciplinis edidit Berolini a. 1845. deinde Fridericus Hultsch utroque codice denuo collato novam editionem cum lectionibus codicis Coloniensis et Vaticani accuratius, quam a Iahnio factum erat, indicatis paravit Lipsiae a. 1867. postremo Urlichsius mus. Rhen. v. XXII (a. 1868) p. 465 sqq. ex codice Coloniensi quaedam, quae ab illo etiam praetermissa vel minus accurate indicata erant, addidit. ex antiquioribus autem editoribus, qui una cum Censorini libro haec fragmenta olim ediderunt, primum Aldus Manutius in editione Veneta a. 1581 quaedam emendavit et praeter suas emendationes in margine multas coniecturas Ioannis Cauchii adscripsit. plura codice Coloniensi adhibito correxit Ludovicus Carrio, cuius editio Lutetiae a. 1583 prodiit, mox Lugduni a. 1593 repetita est, isque primus a Censorini libro fragmentum, quod antea cum illo confusum legebatur, separavit. ante Carrionem autem Nicolaus Loensis in observationum epiphyllidum libris emendationi fragmenti, quod valde corrupte in codicibus scriptum est, operam dederat; post eum Petrus Ioannes Nunnesius in adnotationibus ad illius editionem, quae cum ipso fragmento, sicut a Carrione editum erat, post Andreae Schotti observationes humanas a. 1615 editae sunt, de multis locis disputavit et quaedam vitia recte sanavit. Carrionis editionem deinde omnes, qui ante Iahnium Censorinum ediderunt, secuti sunt. ipse Iahnius autem plurima partim ex codicibus tum primum collatis partim coniectura cum sua tum Lachmanni, qui ei in eo opere adfuit, emendavit.

Me ut ea quae ad metricam artem pertinent ex hoc libello separatim ederem exemplum movit Putschii, qui eam partem quae est de metris ex Carrionis editione expressam inter latinos grammaticos recepit, quam editionem postea Gaisfordius in scriptoribus latinis rei metricae repetivit. itaque ne quid ex iis quae illi praeberent in nova editione desideraretur,

hanc partem ne nunc quidem omittendam putavi, et quoniam cum hac propter similitudinem argumenti coniuncta est ea quae praecedit de musica, eam quoque recepi. reliqua, quae ab initio libri de aliis disciplinis leguntur, propterea quod ea a grammatica et metrica arte aliena sunt, omisi. in adnotatione subiecta scripturam codicis Coloniensis ex editione Hultschii et supplementis Urlichsii repetitam exhibui, et hanc quidem una cum iis quae alia eaque ipsa quoque antiqua manu in pristina scriptura correcta sunt accuratius, quam in aliis grammaticorum libris facere consuevi, indicavi, ut dubitatio, quae de pluribus locis adhuc fuit, tolleretur. ex Vaticano codice autem, qui e Coloniensi tum, cum ille correctoris curam iam expertus erat, descriptus esse videtur*), pauca, in quibus ille a correcta codicis Coloniensis scriptura dissentit, si modo memorabilis esse videbatur discrepantia, adscripsi. denique vulgatam in prioribus editionibus lectionem, ex qua ea quae digna esse memoria visa sunt exhibui, dico eam quae ex Carrionis editione propagata est. nam antiquiorum editionum, quarum nullam ipse vidi, raro ratio habenda fuit.

De metris pauca quidem in hoc fragmento relicta sunt, eaque non solum plurimis vitiis corrupta, sed etiam neglegentius in compendium redacta. verum tamen in his quoque satis multa indicia veteris doctrinae, quam scriptor secutus erat, comparent. ex quo genere sunt haec, quod omissis metris principalibus genera versuum maxime frequentata posuit et quem ad modum ea ex hexametro heroico derivarentur ostendit p. 615, 1; 13. 616, 7, qua ratione Caesium Bassum usum esse scimus; quod antiquiorem morem secutus bacchium appellavit pedem ex duabus longis syllabis et una brevi constantem, contrarium huic ex una brevi et duabus longis palimbacchium, et quod pro trochaeo plerumque chorium, pro tribrachy brachysyllabum dixit; denique quod in appellationibus versuum graecis potius vocabulorum formis quam latinis usus est. nam *trimetros* vel *tri-*

*) Vaticanum codicem e Coloniensi descriptum esse contendit Urlichsius mus. Rhen. v. XXII p. 471, cuius sententiam probavit Schanzius spec. crit. ad Platon. et Censorin. Gottingae a. 1867 p. 1. auctoritatem libri adpositis exemplis emendatae scripturae, quae ille praebet, defendere studuit Luedeckius Goetting. gel. Anz. a. 1868 v. I p. 482 sqq. ego in ea parte quam edidi, de qua sola quaesivi, nihil in Vaticano codice scriptum inveni, quod non iure vel coniecturae librarii vel errori tribuendum esset. et in his quoque sunt de quibus dubitem, num recte scriptura codicis indicata sit. nomen autem Censorini, quod nunc in Coloniensi codice non legitur, cum extrema libri parte periisse videtur. nam hac ratione librarius etiam in rhetorum libris, qui in priore parte codicis scripti sunt, usus est, ut nomina auctorum non in initio librorum, sed in fine scriberet. ceterum quod de nomine auctoris erratum est, cum nomen Censorini a libro de die natali ad fragmenta alius libri, quae huic subiecta erant, transferretur, similis error est in Augustini libris de rhetorica et de dialectica, qui in Coloniensi codice cum tribus libris Chirii Fortunatiani de rhetorica ita coniuncti sunt, ut Augustini libro de rhetorica nomen subscriberetur Chirii Fortunatiani, eique liber de dialectica tamquam quartus eiusdem auctoris liber continuaretur: cf. Augustin. de dialect. ed. Crecelius Elberfeldae a. 1857 p. 3, rhetor. lat. ed. Halm p. 151.

metrus saepe dixit, non *trimeter; tetrametros* semel p. 613, 6; hexametros quoque semel p. 615, 13 et *hexametron*, ut videtur, p. 615, 1, contra *hexameter* p. 611, 24 et *pentameter* p. 612, 11. praeterea exempla versuum posuit ab antiquis poetis petita, in his tres versus Catulli, *phaselus iste quem videtis hospites, passer deliciae meae puellae, hunc lucum tibi dedico consecroque Priape*, quibus Caesius Bassus et Terentianus usi sunt, unum Tibulli, *dum meus adsiduo luceat igne focus*, quem ipsum quoque Caesius adhibuit. e reliquis exemplis nullum est recentius quam versus Lucani *bella per Emathios*, quem Marius Victorinus quoque posuit. atque etiam in his versibus, quos ipse grammaticus finxit, saepius ad exempla veterum poetarum se adplicavisse et illorum verba pro suis rationibus mutavisse videtur. quo factum est ut illi olim ab iis, qui primum fragmenta antiquissimorum poetarum, in primis tragicorum, composuerunt, pro versibus poetarum reciperentur. his argumentis satis constare puto ea quae in hoc fragmento scripta sunt a vetere quodam auctore, qui ante Iubam metricum fuit (nam hunc potissimum recentiores artis metricae scriptores secuti sunt), petita esse. iisdem fere causis Lachmannus ductus esse videtur, cum eum esse Caesium Bassum suspicaretur, sicut Iahnius praef. p. XIII indicavit. quis libellum, ex quo haec fragmenta desumpta sunt, scripserit non constat. quamquam enim a Censorino eius modi doctrina non aliena est, tamen credi nequit ab eodem auctore, qui librum de die natali scripserat, haec quae ex libello de disciplinis relicta sunt composita esse.

DE MVSICA

p. 85 ed. Iahn

Prior est musica inventione metrica. cum sint enim antiquissimi poetarum Homerus Hesiodus Pisander, hos ‖ secuti elegiarii Callinus Mimnermus Euenus, mox Archilochus et Simonides trimetrum iambicum *et* choriacum catalecticum tetrametron conposuerint, Archilochus etiam commata versibus adplicando variavit † ea potius per plurimas species, secuit

---

C codex Coloniensis

c eiusdem codicis corrector

Vat. codex Vaticanus 4929, ex quo pauca, in quibus a correcta scriptura codicis Coloniensis dissentit, adnotata sunt

ς lectio vulgata veterum editionum

3 elegiaci *Nicolaus Loensis epiphyll. X 1* gallinus minernus eunectus *C* Callimachus Mimnermus Euhemerus ς. *Callini et Eueni nomina restituerunt Nicolaus Loensis, Nunnesius, H. Valesius emend. IV 14 p. 116, Bentleius in Callim. p. 439 ed. Ern.* 4 mox archiloghus *C* trimetrum iambicum et choricon catalecticonque tetrametron composuerunt *Nunnesius* iambicium (*corr.* — cum) chorium *C* 5 conposuerint *C* conposuer̄ *Vat.* composuerunt ς archiloccum *C* commata ς commota *C*

6 variavit epodis: per plurimas species secuit Alcman numeros et imminuit: carmen hinc poeticae melicae: ac Telesilla *Hermannus epit. doctr. metr. p. 239 ed. sec.* variavit

Alcman numeros etiam minuit in carmen. hinc poetice melice *dicta*. Telesilla etiam Argiva minutiores edidit numeros. quae species cum iam displiceret et integra brevior videretur, magnitudine Pindari adserta est, qui liberos etiam numeros modis edidit. hos secuti musici Timotheus et Polyidos et Hyperides et Phillis et ‖ clarissimus cum peritia tum eloquentia Aristoxenus. modulati protinus cantus † nec tamen anno putes antiquiores cantus esse numeris, sed rusticos et inconditos; postque hos poetica valuit veluti legitima, musica licentior magisque modulata.

DE NOMINE RHYTHMI

Rhythmus creditur dictus a Rythmonio, Orphei filio et Idomenae nymphae Ismaricae, ut tradit Nicocrates libro ‖ quem conposuit de musice.

---

epodis per plurimas species, secuit Alcman numeros †etiam minuit in carmen: hinc poetice melice: Telesilla *edidit Iahnius*, *ubi* et imminuit carmen *coniecit Lachmannus*. variavit ac potius per plurimas species secuit, Alcman *etc. coniecit Urlichsius mus. Rhen. v. XXII (a. 1868) p. 475. epodorum inventio vix omitti poterat in Archilocho. reliqua ita potius scribenda videntur*, variavit et epodos per plurimas species inseruit (*vel* sociavit), Alcman numeros etiam minuit in carmine ea (ea *in ras.*) potius *C* epodos *Nunnesius* Eupolis ς Ibycus *H. Valesius emend. IV 14 p. 118*

1 Alcman ς alconan *C* numeros *c* numerus *C* numertis *Vat.* hinc poeticae melicae ἀΤΛΗC: illa *C* hinc poetriae melicae, at Telesilla ς, *ubi* poetice melice *coniecit Nunnesius. nomen Telesillae, pro quo olim editum erat* ἀτελὴς illa, *restituit Nicolaus Loensis apud Paulum Leopardum emend. III 16* 2 at Telesilla Argiva etiam minutiores edidit numeros *Urlichsius l. c. p. 476* 4 qui etiam libros innumeris modis edidit ς qui etiam liberis numeris modos edidit *Hermannus l. c.* qui liberos etiam numeros modis indidit *Lachmannus. fortasse* qui liberos etiam numeris modos edidit. *nam hoc voluit grammaticus, Pindarum rhythmos sine certa numerorum, h. e. metrorum, lege edidisse* liberos] libros *c* lib . . . . *C* et Polyidos *Scaliger apud Burmannum ad H. Vales. emend. IV 14 p. 118*, et pondos *C*. Hipponax *coniecerat Cauchius*, Terpandros *Nunnesius*, et Philoxenus *Nicolaus Loensis epiphyll. X 1*, et Connus *M. Schmidtius emend. fortuit. (Schneidniciae a. 1843) p. 18* 5 Hyperides] Hippoclides *vel* Erastocles *coniecit Nunnesius*, Melanippides *Nicolaus Loensis*, Hypertonides *M. Schmidtius l. c. et diatr. in dithyr. p. 258* Phyllis *Cauchius* follis *C.* Phrynis *coniecit Nicolaus Loensis*, Pollis *Scaliger l. c.* Phillis *rectius scribi quam* Phyllis *monuit Schneidewinus Goett. gel. Anz. a. 1844 v. II p. 1385* 6 nec tamen anno (annon *c*) putes *C* nec tamen non putes *Carrio.* nec tamen putes antiquiores cantus esse sine numeris, sed rusticis et inconditis *coniecit Urlichsius mus. Rhen. v. XXII (a. 1868) p. 476. fortasse* nec tamen in obscuro est antiquiores cantus esse numeris, sed rusticos et inconditos. 7 rusticos et inconditos ς rusticis et inconditos *C* rusticis et inconditis *Vat.* postq. hos *C* postquam hos *Vat.* post quos ς poetica *c* petica *C* 8 decentior *coniecit Cauchius*. musica licentior *uncis inclusit Hultschius*. postque hos in poetica valuit veluti legitima musica licentior magisque modulata *Urlichsius l. c.* 10 a rithmonio *C* filio *c* filo *C* Idomenae nymphae Ismaricae *Lobeckius Aglaoph. p. 326*, idnomen.|ae nymfae marice *C* 11 ut vero tradit Nicostratus libro, quem composuit de musica, a fratre Rhythmonii *Stiehlius Philol. v. X p. 170* nicocratis *C* Nicostratus ς de musice *vel* de Musaeo *Iahnius* de musio *C* de musico ς *Vat.*

fratrem Rhythmonii tradit Hymenaeum, Rhythmonii autem et Chloridis, Tiresiae filiae, Periclymenum et Perimedem, qui primus cecinerit res gestas heroum musicis cantibus.

DE MVSICA

Musica est peritia faciendorum et canendorum modorum. eius partes harmonica, organica, rhythmica, crusmatica. crusmata pulsus decori sine carmine vocantur; harmonia est consonantia; organica * rhythmos graece, modus dicitur latine, nominatus [versus] ab eo quod fluat ‖ seque ipse circumeat. modus autem est lex quaedam et ordo vocalium intervallorum et differentia vel, ut Aristoxenus finit, non utcumque conpositorum vocalium temporum intervallum. carmen est modus vocibus iunctus, cuius discrimina cantus, modus, motus. * tempus est syllabae spatium, huius elementum brevis syllaba. † divisio brevi alia longum a longo ut neutrius ratione est.

DE MODVLATIONE

Modulatio est modorum prudens dispositio; eius tres species, διάτονος, χρῶμα, ἁρμονία. species carminum tredecim. ex quibus primi sunt dorius, phrygius, lydius: his accesserunt gravissimus hypodorius, mox duo hypophrygii, gravior et acutior, deinde hypolydii totidem ‖ et perinde gravior et acutior, deinde dorius medius, tum phrygius gravis et alter excelsus, totidem lydii, gravis et acutus, tum mixolydii pari diversitate, postremus hypermixolydius acutissimus.

---

1 fratrem Rhythmonii — Perimedem *Iahnius* fratre rythmoni tradit hymene uarritonis autem (em *in ras.*) et coloridis tirisiae filiae periclemenum et peridemem *C* fratre Rhythmonii tradit Hymenae Varrithonis autem et Chloridis Tiresae filiae Periclymenum et Perimedem ς 2 cecinerit tres *C* 6 rhythmica *om.* ς decori *c* decore *C* 7 harmonia ς armonica *C* organi carytmos *C. lacunam, qua definitio organicae excidit, indicavit Iahnius.* harmonia est consonantia organica *coniunxerat Nunnesius* 8 motus dicitur Latine, nominatur vero ab eo *Iahnius. fortasse* modus dicitur latine, rhythmus nominatus ab eo. *nam ut* metra *latine* numeros, *ita* rhythmos modos *dicere grammaticus consuevit.* versus *autem pro rhythmo dici non potuit* latinae *C* nominatur uersus ς 9 vocalium intervallorum et differentium *Iahnius* 10 Aristoxenus] *elem. harm. I p. 18 ed. Meib., Mar. Victor. p. 43, 3* conpositum *C* 12 *lacuna, quam indicavit Hultschius, quaedam excidisse videntur, quibus rhythmum ad tempus pertinere dictum erat. ea autem quae sequuntur ad divisionem syllabarum pertinent, cum alia brevis, alia longa, alia neutrius rationis, h. e. communis, sit* 13 diuisio breuis alia longa alia et neutrius ratio est ς 16 διάτονος *Cauchius* ΔΙΑΞΟΝΟC *C*

17 primis dori ., frygio lydio *C* primis doriū frygiū lydiū *c* primi s̄ dorium frigium lydium *Vat.* prima (primae ς) sunt Dorium Phrygium Lydium ς *Iahnius* primi Dorius Phrygius Lydius *lacuna ante* ex quibus *indicata Hultschius* 18 gravissimus hypodorius *Hultschius* grauissimum hipodorium *C* gravissimum hypodorium ς *Iahnius, qui deinde masculinum genus neglegentiae scriptoris obliti v.* carmen *et de graeco τόνος sive τρόπος cogitantis tribuit* 20 deinde orius *C* 21 mixtolidi *C* 22 hyperamyxolydius (*medium* y *ex* i ~~*ut videtur*~~) *C*

Organum quondam habuit tres intentiones, gravem mediam et acutam: inde Musae quoque tres olim existimatae, Hypate, Mese, Nete. nunc in ampliore numero soni considerantur, ut sit proslambanomenos, hypate hypaton, deinde parypate hypaton, deinde lichanos hypaton, deinde hypate meson, deinde parypate meson, deinde lichanos meson, deinde trite synemmenon, nete synemmenon, paramese, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, trite hyperbolaeon.

Animadvertisse chordae sonantis suavitatem in arcu [sororis] Apollinem tradunt et intendisse protinus citharam, tum notasse quod adstrictiora fila nervorum in acumen excitarentur, gravibus responderent remissa, inde fecisse tres primos, de quibus supra dictum est: ‖ hanc excepisse intentionem Lycorum, quem quidam Apollinis filium tradunt et nymphae Parnasiae, *et* Chrysothemidi reliquisse: ab eo adiunctum modum qui synemmenos dicitur: hunc numerum auxisse Terpandrum adiectione diezeugmenu, qui primus a gravibus in acumen avertitur. deinde Timotheus addidit duos, paramesen et hyperbolaeon.

Initium modi dicitur diesis, dimidium semitonium, totum tonos. toni duo et dimidius diatessaron nominantur, tres et dimidius diapente, sex diapason.

Haec musicae summa sunt.

DE METRIS ID EST NVMERIS

Metra graece, latine numeri vocantur. numerus est aequalium pedum legitima ordinatio. huius pars integra pes, partes sunt pedum syllabae,

---

2 extimatae *C* hypate|.ese nete *C* hypaten mesen neten *c* nunc *c* nun *C* 3 proslambanomenus *C corr.* — nos *c* 4 paripate *C* lycanos hypaton deinde hypate deinde hypate meson (eson *c in ras.*) *C* 5 lycanos *C* trite syneumeno (*corr.* — on *c*) nete synenmenon *C* 6 paramese *c* parmese *C* diezeumenon *priore loco c* di.ze.menon *C* paranete *c* parnete *C* diezegmenon *C* 7 hyperboleon *C* 8 quas animaduertisse cum resonantia suauitatis ς animaduertisse chordae *Lachmannus* anim aduertis secundę *C* sonantis suauitatis *Vat.* in arcusoro|ris *C* in arcus sono *Urlichsius in annalibus philologicis Eos v. II (a. 1866) p. 460.* sororis *uncis inclusit Hultschius* 9 citharam tum *Cauchius* clytarantium *C* adstrictiora fila ς *Vat.* adstrictor afllia *C* 10 gravibus sonis *coniecit Iahnius* 11 fecisse tres ς *Vat.* fecissent tres *C* excepisse int (*deleto* int) intentionem *C* 12 Lycorum *Iahnius coll. Pausan. X 6, 3,* licorem *C* Linon ς 13 paramese (ame *in ras.*) crysothemidi *C.* Paramesae et Chrysothemidi *edidit Iahnius*, Parnasiae *restituit idem apud Hultschium.* Psamathes et Chrysothemidi *coniecerat Cuperus apotheos. Hom. p. 32, vulgata olim scriptura* Linon *pro* Lycorum *inductus* ab eo *Cuperus* ab ea *C* synhenmenos *C* synenmenos *c* 14 diezeumenu *C* 16 paramesen *c* para.esen *C* hyperboleon *C* 17 hemitonium ς toni duo ς tonidium *C* 18 diatessaron (ss *in ras.*) *C* 22 Metrum graece, latine numerus uocatur ς latinae *C* 23 huius arsis et thesis partes sunt. pedum syllabae elementa, numeri modorum elementa, spatia syllabarum ac tempora ς huius (*vel* horum) arsis et thesis partes sunt. pedum syllabae, elementa numerorum; modorum elementa spatia syllabarum ac tempora *Nun-*

elementa numerorum. ‖ modorum elementa spatia syllabarum ac tempora. pedes conponuntur ex syllabis minimum binis, plurimum ternis; incipiunt temporibus binis, ad sena perveniunt: bisyllabi quattuor, trisyllabi octo: plures quam duodecim esse non possunt.

Pyrrichius ex duabus brevibus, | cuius exemplum Cato; iambus ex brevi et longa, cuius exemplum salus; chorius ex longa et brevi, *cuius exemplum* Roma; spondius ex duabus longis, cuius exemplum vates. duo igitur quantitate contrarii, spondius et pyrrichius, duorum alter, alter quattuor temporum; duo ordine, quorum uterque trinorum temporum, iambus et chorius. ita non plures quam quattuor pedes sunt nec esse possunt.

Trinarum syllabarum primus est dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, cuius exemplum Annibal; anapaestus contra *ex duabus brevibus et longa,* cuius exemplum Capaneus; amphibrachys ex brevi et longa et brevi, cuius exemplum avarus; brachysyllabus ex tribus brevibus, cuius exemplum Cicero; ei contrarius molossus ex tribus longis, cuius exemplum Maecenas. item tres quinum temporum, bacchius ex ‖ duabus longis et brevi, cuius exemplum Latona; huic ordine adversus palinbacchius ex brevi et duabus longis, ut Aquinas; creticus, *qui* et amphimacrus, ex longa et brevi et longa, ut sanitas. duos habent quantitate contrarios, brachysyllabon et molosson, quorum alter trium temporum est, alter sex; ordine tres in quaternis, tres in quinis temporibus.

DE LEGITIMIS NVMERIS

Primus est et legitimus maxime numerus hexameter heroicus. huius pedes aut dactyli sunt aut spondii: raro et in extremo versu reperietur trochaeus. eius exemplum

---

nesius huius pars integra pes, partes sunt pedum syllabae, syllabae elementa; numerorum incrementa spatia syllabarum ac tempora *coniecit Lachmannus coll. Mar. Victor. p. 43, 10* pes] per *C* syllaba' *C. fortasse* partes sunt pedum syllabae, pedes et syllabae elementa numerorum

1 numerorum *Vat.* numerum *C* 3 ad sena *Manutius* ad se *in fine versus C* ad sex *Carrio* 6 brevi, cuius exemplum Roma, spondius *Hultschius* breui roma.| pondius *C* breui roma spondius (ut superscr.) *c. fortasse eadem manu correctum esse videbatur Urlichsio* 9 duo ordine *C* duo in ordine *c* 10 pedes dissyllabi sunt ς 13 anapestus contra cuius exemplum capaneus *C* huic contrarius anapaestus ex duabus breuibus et longa, ut pietas ς 14 amphybracys *C* amphybrachus *c* 15 cuius *post* brevi *om. C, add. c* 16 ei contrarius *Manutius* et contrarius *C* ex tribus longis ς in tribus longis *C* 17 bracchius *C* 18 ordine *Santenius in Terent. Maur. p. 89,* ordin. *C* ordini *c* 19 et duabus ς ex duabus *C* et ex duabus *c* ut *ante* Aquinas *superscriptum eadem manu ut videtur C* qui *om. C, add. Iahnius* 20 duob. habet quantitate contrarios brachisyllabo et molosso *C* duobus ab quantitate contrariis bracchisyllabo et molosso *Vat.* duobus a quantitate contrariis brachysyllabo et molosso ς duo pedes habes quantitate contrarios, brachysyllabon et molosson *Iahnius* duos habes *etc. Hultschius* 21 alter sex ς *Vat.* alter ex *C*

avia Pieridum peragro loca nullius ante.

totus iste dactylicus fuit et habuit summum trochaeum. sed mixtus ex *dactylis et* spondiis hic erit,

Italiam fato profugus Laviniaque venit,

totus ex spondiis

cives Romani tunc facti sunt Campani.

hoc genus numeri paucissimarum duodecim syllabarum, plurimarum decem et octo: tempora recipit viginti quattuor, interim viginti tria: pedibus tribus tantum conficitur: ‖ formas recipit triginta duas, quas enumerare festinantibus longum est.

Pentameter elegiacus habet exemplum

dum meus adsiduus luceat igne focus.

recipit dactylum, spondium, anapaestos duos, in fine versus aliquando brachysyllabum: fit syllabarum | paucissimarum duodecim, plurimarum quattuordecim: tertium pedem spondium semper habet, quartum et quintum *anapaestos, sed quintum* aliquando brachysyllabum.

Trimetros iambicus latine senarius dicitur, cuius exemplum

phaselus iste quem videtis hospites.

duodecim syllabarum est: recipit aliquando praeter ceteros iambos in extremo pyrrichion. trimetros tragicus

pro veste pinnis membra textis contegit

et

aquilonis stridor gelidas molitur nives.

recipit in parte prima gressionis spondium et *eius* loco dactylum et anapaestum, et pro iambo chorium et tribrachyn: fit syllabarum paucissi-

---

1 avia] *Lucret. IIII 1. I 926* peragro *corr.* peragra *C* 2 trochaeum] . . . . um *corr.* trocheum *C.* *fortasse* chorium 3 dactylis et *om. C* 4 Italiam] *Verg. Aen. I 2* facto *corr.* fato *C* 6 cives] *in Ennii annalium libris incertis versum posuit Columna Enn. fragm. p. 143 ed. Hessel, in quinto annalium libro v. 174 Vahlenus Enn. poes. rel. p. 28, dubitans tamen an exemplum a grammatico fictum esset ib. p. XLVII* 7 plurimarum XVII *coniecit Iahnius. 'sed videtur ipse epitomator erravisse' Hultschius: cf. Victorin. de metr. p. 210, 13 sqq.* 8 interim viginti tribus tantum conficitur *Hultschius* interim] interdum *Putschius* uiginti tria ς uiginti tres *C* 9 recipit *coniecit Iahnius*, excipit *C* trigenta *C* 12 dum meus] *Tibull. I 1, 6* meuss *corr.* meus *C* assiduo ς adsiduus *et hic et infra p. 616, 15 habet C* 13 anapestos *c* anapestus *C* 14 brachysyllabum *Manutius* brachisyllabus *C* 16 anapaestos sed quintum *om. C in fine versus*, anapaestum quintum tamen *add. Cauchius* 17 iambicos *C* 18 phaselus ς *Vat.* fatalis *C: Catull. 4, 1*

20 trimetrus *C* 21 pro veste] *ex Accii Philocteta petitum esse versum vidit Scaliger coniect. in Varr. de l. l. p. 102: cf. Ribbeck trag. lat. fragm. p. 206 ed. sec., Acc. fragm. v. 540* contigit ς 23 aquilonis] Accius in Philocteta *schol. Veronens. in Verg. p. 99, 24 Nonius p. 346: cf. Ribbeck l. c. p. 209, Acc. fragm. v. 567*

24 et eius loco *Hultschius auctore Halmio* et loco *C* et alio loco *c*, *quamquam* alio *antiqua manu scriptum videbatur Urlichsio* dactylon et anapestum *C* 25 chorium seu tribrachyn *coniecit Santenius in Terent. Maur. p. 73, contra usum grammatici, qui*

marum XII, plurimarum XVII: recipit tempora plurima XXIIII, paucissima decem et octo. ‖ comicus trimetros solet magis in breves minui. trimetros hipponactius pedem novissimum adsumens spondium vel chorium talis est,

calentibusque lympha fontibus semper.

eosdem pedes quos reliqui trimetri praeter novissimum recipit.

Tetrametros, qui latine quadratus vocatur, choriacus talis est,

tela, famuli, tela propere *ferte:* sequitur me Thoas.

recipit eosdem pedes, pervenit ad septem et semipedem: summum pedem patitur aut creticum aut dactylum. octonarius iambus

proin demet abs te regimen Argos, dum est potestas consili.

septenarius

haec, bellicosus cui pater, mater cluet Minerva..

constat ex pedibus isdem. ionicus septenarius

ibant malaci viere Veneriam coronam.

ionicus *a* maiore

ille ictus retro reccidit in natem supinus. ‖

habet vitium in tertia syllaba. *a* minore

metuentis patruae verbera linguae.

---

chorium *dixit trochaeum, non tribrachyn. trochaeum autem pro iambo poni errori grammaticorum tribuendum est* tribrachyin *C*

1 plurimarum ς plurimū *C* recipit tempora plurima undeuiginti, paucissima tredecim ς XXIIII] quattuordecim *C: cf. Mar. Victor. p. 83, 17. definitio versus postulabat ut scriberetur* XXI 2 comicos *C* 5 reliqui ς *Vat.* reliquit *C* recipit et tetrametros *C. post* et *lacunam, qua computatio temporum versus hipponactei excidisset, indicavit Iahnius. sed eam computationem ipse grammaticus omisisse videtur*

7 tela] *Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 138 p. 255 ed. sec. ad Pacuvii Chrysen versum rettulerunt Naekius opusc. I p. 92 et Ribbeckius quaest. scen. (trag. Rom. fragm. ed. pr.) p. 284; ad eiusdem Duloresten Welckerus griech. Trag. v. III p. 1188* tela propere ferte, sequitur *L. Muellerus Iahrb. f. Philol. a. 1868 p. 433,* tela propere sequitur *C,* tela, propere tela, sequitur *Lipsius apud Scriverium collect. vet. trag. p. 180,* tela, tela propere, sequitur *Bothius fragm. trag. lat. p. 282* 8 pe.dem *C*

10 proin demet *Lachmannus* proinde et *C: Ribbeck trag. Rom. fragm. inc. v. 29 p. 238 ed. sec.* 11 consili *Lachmannus* consulendi *C* 12 septinarius *C* 13 haec bellicosus cui pater, mater cluet Minerua *Carrio* haec bellicosis cui mater pater cluet minerua *C* haec bellicosa, cui pater mater cluet, Minerva *Buechelerus apud Ribbeckium l. c. p. 240. septenarium iambicum ab arte tragicorum alienum esse monuerunt Kraussius mus. Rhen. v. VIII (a. 1853) p. 531 et L. Muellerus l. c.* 15 ibant] in Sota Enni *Varro de l. l. V 62: cf. Enn. poes. rel. ed. Vahlen p. 164* malaci viere *Varro l. c. et Festus p. 375,* mala oluere *C,* mala uiere ς. malacam viere *coniecit Scaliger coniect. in Varr. de l. l. p. 29* 16 ionicus a maiore *Hultschius* ionicus maiore *C* ionicus maior es *Vat.* ionicus maior est ς 17 ille ictu' retro reccidit *Lachmannus* ictus ille retrocidit *Santenius in Terent. Maur. p. 120* retro recidit *C* retrorecedit *Vat.* retrocecidit ς 18 a minore *Hultschius* minore *C* minor ς minor est *Iahnius*

19 metuentis] *Hor. carm. III 12, 1* patriae *C*

recipiunt pedes maxime pyrrichium et spondion et solent divisis syllabis longis plurium syllabarum pedes admittere. aristophanius anapaestus

axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhaesi.

recipit pedes quaternorum temporum omnis, inplet pedes VII et semipedem. anapaestus octonarius

Ore beato lumine volitans, qui per caelum candidus equitas.

recipit eosdem pedes praeter semipedem. aristobolius

quae tam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu inpulit?

is circuitus magis quam versus est: dactylum crebrum habet, rarum spondium. paeon duodenarius |

quis meum nominans nomen *aede* exciet? quis tumultu invocans
incolarum fidem?

et hic circuitus magis quam versus est. huic suberunt denarius ‖

†qui repens semipulsus onere gravi fores crepitu terrent.

recipiunt pedes creticos, chorios, spondios, iambos, brachysyllabos, anapaestos.

Vndecim syllabarum phalaecius

passer deliciae meae puellae.

recipit pedes spondium, dactylum, creticum, palinbacchium.

---

1 recipiunt *coniecit Iahnius*, percipiunt *C* spondion *coniecit Iahnius*, spondios *C* divisis *Iahnius* diuisi *C* 2 plurium ς plurimum *C* 3 axena] *Pacuvii Medo versum tribuit Welckerus griech. Trag. v. III p. 1211. in fragmentis incertarum fabularum et hunc et tres versus qui sequuntur posuerunt editores fragmentorum tragicorum poetarum: cf. Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 182 p. 262. rectius L. Muellerus l. c. versus anapaesticos et paeonicos a grammatico fictos esse censuit* per freta Colchos ς fer freta cholcos *C* 6 ore *C* Hore *Bothius fragm. trag. lat. p. 282*, Phoebe *Delrio syntagm. trag. lat. p. 188*, orte *Lachmanno auctore Iahnius*, clare *Buechelerus apud Ribbeckium l. c. coll. Cic. Arat. 180* 7 Archebulius *coniecit Nicolaus Loensis epiphyll. V 8, recte, ut videtur, quamquam octonarium anapaesticum alii non dixerunt archebulium, sed de variis versibus anapaesticis eo nomine usi sunt grammatici* 8 quae tam terribilis tua pectora turbat? terrificum sonitum intulit *Bothius fragm. trag. lat. p. 285*, quaedam terribilis tua pectora turbans terrifico sonitu inpulit *Iahnius*, quae tam terribili tua pectora turba et terrifico sonitu inpulit *coniecit Hultschius: cf. Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 96 p. 248* quae tam] quaedam *C* inpulit] intulit ς *Vat.* 9 is] his *C* 10 pēāū (*ut videtur*) *corr.* pēōn *C* duodenarios *C. duodenarium dixit grammaticus versum creticum octonarium duodecim pedibus disyllabis, trochaeo spondeo iambo, divisum* 11 quis] *Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 97 p. 249. 'videtur ex quodam choro ex Nyctegresia' Scaliger coniect. in Varr. de l. l. p. 84* nomen exciet, Quanuis tumultu inuocans *Scaliger l. c.* aede *om. C, add. Lachmannus* tu|multum *C* 13 huic suberit denarius ς *recte, ut videtur. nam exemplum versus paeonici quod sequitur ad decem pedes disyllabos et trisyllabos redegerat grammaticus. sed id quale fuerit, non constat.* qui repens sémisomnum, ónere pulsáns gravi Hás fores, strépitu terret? *vel* qui repens síc mias ónere pulsát gravi Mí fores? strépitu quis térret? *coniecit Ribbeckius l. c. ad Pacuvii Niptra et hunc versum et duos qui praecedunt rettulit idem quaest. scen. p. 287* 14 crepitu] strepitu ς 17 falecius *C* faleucius c 18 passer] *Catull. 2, 1*

Angelicus numerus *una* syllaba coartat hexametron, ut

Hectoris Andromachen Pyrrin conubia servas? *

Anacreontius

miseri invidi [vivimus] scientes.

recipit pyrrichium, chorium, spondium, brachysyllabum, anapaestum. primus est semper pyrrichius.

Numerus saturnius

magnum numerum triumphat hostibus devictis.

sunt qui hunc aristobolion vocant. recipit pedes spondium, iambum, pyrrichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapaestum.

Priapeum

hunc lucum tibi dedico consecroque Priape. ||

tertium pedem pro dactylo creticum habet; alioqui hexametros esset.

DE NVMERIS SIMPLICIBVS

Pyrrichius

rapite, agite, ruite celeripedes.

contrarius est huic et duodecasyllabos spondiazon,

olli crateris ex auratis hauserunt.

dactylus

pulverulenta putrem sonitu quatit ungula campum. |

amphibrachys non facit numerum. anapaestus

1 aggelicus numeratus syllabam coartat (t *ultima in ras.*) exametro *C* angelicus numeros et syllabam coarctat hexametro ς angelicus numerus syllabam coarctat hexametro *Naekius Choeril. p. 262.* angelicus minuatur syllaba, coartatur hexametros *vel* in hexametron *coniecit Hultschius* 2 Hectoris] *Verg. Aen. III 319* Andromache ς conu[bia serua]s (*litterae inclusae plane evanuerunt*) *C* conubia seruas *Vat.* conubia fers *Lachmannus. immo integro hexametro adscripto haec fere subiecisse videtur grammaticus*, detracta ultima syllaba fit angelicus, Hectoris Andromachen Pyrrin conubia fers 4 vivimus *delendum esse indicavit Iahnius. fortasse* miseri invidi inscientes 5 pyrri[chium chorium] spondium (*litterae inclusae plane evanuerunt*) *C* pyrrichium chorium spondium *Vat.* chorios *coniecit Iahnius.* brachysyllabum *et* anapaestum *ad hanc definitionem non pertinere, sed ad galliambum, adnotavit idem. in galliambo utriusque pedis mentionem fecit Caesius Bassus p. 262* 8 deuictis ς *Vat.* deuicti *C* 9 aristobolion *Hultschius* aristodolion *C*, aristolochion *ante Carrionem*, archebolion *Carrio*, archilocheon *Nicolaus Loensis epiphyll. V 8*, archilochium *Bentleius opusc. philol. p. 273. de nomine versus archebulei sic ut supra p. 614, 7 erravit grammaticus* pedem *C. eosdem pedes in saturnio versu posuit Marius Victorinus p. 140, 1* 11 Priapeius ς 12 hunc] *Catull.* (*18, 1*) *fragm. 2* locum *C* 13 alioqui *C* alioquin *c* 16 rapite] *cf. Atil. Fortun. p. 286, 11. in fragmentis tragicorum poetarum fab. incert. v. 218 versum posuit Ribbeckius p. 268 ed. sec. collatis Pacuvii versibus apud Marium Victorinum p. 77, 12* 17 spondiazon olli *Iahnius* pondiagon| . . . olli *C* (agon *in initio versus repetitum fuisse videbatur Urlichsio*), spondiacon olli *Vat.* spondaicus olli ς 18 olli] *Enn. annal. v. 604 ed. Vahl.* crateris *Cauchius et Nunnesius* craterib; (aterib; *in ras.*) *C* 20 pulverulenta] *Verg. Aen. VIII 596* quadrupedante putrem *etc.* 'campum *fortasse delendum vel scribendum* humum' *Iahnius* 21 amphibrachis *C corr.* — is *c*

agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidans.

creticus

horridi transeunt ad pedes ex equis.

palinbacchius

amicos ad hanc rem † si voles advoca.

bacchius non facit numerum. molossus idem est qui spondiazon.

Nunc quem ad modum a principali heroico plures numeri transfigurantur ostendam. ac primus trimetrus sit heroicus spondiazon,

cives Romani tunc facti sunt Campani: |

syllabam unam, quae est ante extremam, ex longa contraho, ut sit

cives Romani tunc facti sunt Apuli,

et esse coepit trimetros. * elegiacum transibit,

bella per Emathios.

rursus a pentametro ut conponam heroicum, sumo partem posteriorem,

dum meus adsiduus luceat igne focus,

et conpono,

luceat igne focus Troiae qui primus ab oris.

phalaecium numerum, qui est

altis flumina vallibus tumescunt,

insertis verbis facio heroicum,

altis flumina prodita vallibus inde tumescunt.

ionicus est

metuentis patruae verbera linguae:

adiciam trinis verbis singulas syllabas,

nunc metuentis nunc patruae nunc verbera linguae.

retro

Italiam fato profugus Laviniaque venit,

cui est simile

---

1 agilis — 5 amicos] *in fragmentis tragicorum poetarum fab. incert. v. 237 sqq. posuit Ribbeckius p. 271 ed. sec.* 3 ex equis ς et equis *C* 4 palinbachius c palinbrachius *C* 5 ad hanc rem, ut soles, advocato *coniecit Iahnius*, ad hanc rem volens advocabo *L. Muellerus Iahrb. f. Philol. a. 1868 p. 432*, ad hanc, si voles, advoca rem *Buechelerus apud Ribbeckium l. c.* 7 transfigurantur ς *Vat.* transfigurant *C* 8 sit] fit ς *Vat.* 9 cives] *cf. supra p. 612, 6* 11 apulii *C* appuli ς 12 trimetros *Iahnius* trimetron *C* in elegiacum transibit, bella per Emathios bella per Emathios *Nunnesius. lacunam indicavit Iahnius. Lucani versu Pharsal. I 1 in eadem re usus est Marius Victorinus p. 108, 8. similiter hic grammaticus elegiacum pentametrum ex hexametro fecisse videtur ita,* cives Romani bella per Emathios 14 a pentametro *Iahnius* ad pentametros *C* heroicos *C* 15 dum meus] *Tibull. I 1, 6* assiduo ς*: cf. p. 612, 12* 17 troiae (oi *in ras.*) *C* 19 altissima flumina *priore loco C* 23 metuentis] *Hor. carm. III 12, 2* 24 *post* adiciam *desinit codex Coloniensis fol. 262 extr. pro hoc in reliqua parte scriptura codicis Vaticani adnotata est* trinis verbis singulas syllabas *Iahnius* trinas uerbis singulis syllabas *Vat.* 25 metuentes *Vat.* 27 Italiam] *Verg. Aen. I 2* lauinaque *Vat.* lauiniaque *supra p. 612, 4 habet C*

patriam tum profugus †Lavinaque coepit. ||
aristophanius fit *ex* heroico:
arma virumque cano Troiae qui primus ab oris,
nunc arma virumque cano Troiae *nunc* qui nunc primus ab oris.
angelicum syllaba breviata heroicum esse monstravi; item priapeum, si syllabam surripias, fieri heroicum.

---

1 vinaque coepit *coniecit Iahnius*, regnaque cepit *Christius apud Hultschium* 2 ex *om. Vat.* 4 Troiae nunc qui nunc primus ab oris *coniecit Iahnius*, troiae qui primus ab oris nunc *Vat.*, nunc Troiae qui primus ab oris nunc *Halmio auctore Hultschius* 5 numerum angelicum ς acgelicum syllaba *in ras. Vat. cf. p. 615, 1* itam. *corr.* item *Vat.* 6 surripias] corripias *Santenius in Terent. Maur. p. 369, 'rectius priapeum et angelicum commutabimus' Iahnius*

II

Ex codice Vindobonensi 16, olim Bobiensi, octavo vel nono saeculo scripto in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 516 sqq. editum est fragmentum de versibus iambicis, trochaicis, dactylicis, anapaesticis. deinde ipse idem fragmentum magis emendatum, quam in Vindobonensi editione ferebatur, edidi in scriptione academica, ind. schol. in universitate Halensi per hiemem a. 1873 et 1874 habend., quam editionem hoc loco repetivi. in codice Bobiensi autem hoc fragmentum post brevem tractatum de accentibus, qui editus est anal. gramm. Vind. p. 142, scriptum est ita, f. 49 et 50 *De uersibus incipit. Metrum — spondiu cantur. Incipit praefatio Prisciani de laude Anastasii imperatoris:* sēquitur in eadem pagina carmen Prisciani de laude Anastasii: cf. catalog. cod. philolog. latin. bibl. Palat. Vindobon. p. 219. adscripsi haec, ut intellegeretur ea quae ab initio et in fine fragmenti desunt non defectu Bobiensis codicis periisse, sed a librario scripta non esse. apparet enim haec quae de quattuor metris relicta sunt ex ampliore commentario de metris principalibus excerpta esse. et cum verba grammatici in codice pluribus locis vehementer corrupta sint, non constat, quid ipse grammaticus, qui haec excerpta composuit, omiserit vel perturbaverit, quid neglegentiae librarii, qui illa descripsit, tribuendum sit. sed ex his vitiis non nulla collatis quibusdam locis Marii Victorini et Atilii Fortunatiani, qui cum Bobiensi fragmento consentiunt, facile corrigi poterant et a Vindobonensi editore recte correcta erant; ex reliquis vero quaedam ita depravata sunt, ut certo emendari omnino nequeant.

Maximam partem eorum quae in hoc fragmento scripta sunt cur ex Iubae libris descripta esse putem, in scriptione supra indicata exposui, postquam breviter de ea re dixerat Wentzelius symb. crit. ad hist. script.

rei metr. lat. p. 25. gravissima autem eius rei argumenta sunt haec. primum in exemplis metrorum a grammatico adscriptis duo versus leguntur, quibus Iubam usum esse certis testimoniis constat, alter de trochaico tetrametro catalectico positus, *qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat*, alter de dactylico penthemimerico cum proceleusmatico iuncto, *siqua flagella iugas, ita iuga*. priorem enim versum Mallius Theodorus, quem multa non adscripto nomine ex Iubae libris petivisse supra p. 583 dixi, nominato auctore posuit p. 595, 13. posterior autem versus, quem ex Faliscis carminibus ita scriptum exhibuit Terentianus Maurus v. 2001. *quando flagella iugas, ita iuga*, cum hoc loco paulum mutatus sit, eandem mutationem in principio versus adhibuit Iuba apud Priscianum de metris Terent. p. 420, 24 sqq., ubi post illius disputationem de iambico trimetro leguntur haec, *idem in octavo 'qui ergo confuderunt et multiformiter coniugaverunt hoc genus versuum, omnibus in locis indifferenter trochaeos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt, et est haec quoque vitiosa confusio, ut Siqua flagella iugabis, ante putare decet, Ne resoluta et vidua ulmis et ornis Agri discidium dare Nysia rura queant'*. iam vero exemplum tetrametri trochaici catalectici, quod Iubae tribuit Mallius Theodorus, etiam apud Marium Victorinum p. 85, 11 legitur et praeter hoc aliud exemplum eiusdem tetrametri trochaici, *tale quale vere primo sibilat teres donax* p. 85, 1 et exemplum tetrametri trochaici brachycatalecti *arma qui capit subinde Martiumque tergum* p. 84, 24, quae in iisdem versibus Bobiensis grammaticus usurpavit. illud autem, quod de tetrametro trochaico hypercatalecto posuit, quamvis in codice corruptum sit, tamen simile fuit ei quod apud Marium Victorinum legitur p. 62, 19 et 103, 9, *tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido*. unde sequitur non solum hos versus, quos ex eodem fonte duo grammatici receperunt, sed etiam reliquos, qui in fragmento Bobiensi pro exemplis trochaici tetrametri positi sunt, siquidem una omnium origo est, Iubae tribuendos esse. et quoniam in eo versu describendo Marius Victorinus ita cum hoc grammatico consentit, ut quaedam plane iisdem verbis scripta sint, hic quoque consensus haud dubie ex eodem fonte repetendus est. deinde quod de trimetro trochaico scriptum est p. 621, 14 *quod acephalum iambicum appellatur*, etiamsi proprium Iubae non fuit, sed commune plurimorum praeceptum, tamen illo auctore refertur in fragmento Parisino de metro iambico p. 631, 1, *plerumque etiam aut acephalos faciunt eosdem iambos aut hypercatalectos, quae res metrum hoc, id est iambicum, in trochaicum convertat necesse est*. denique de omni trochaici metri expositione ea quae apud Atilium Fortunatianum p. 287, 16 sqq. leguntur, quamvis illa multo brevius comprehensa et in compendium redacta sint, tamen et ratione disputandi et adscriptis versuum exemplis ita cum Bobiensi grammatico consentiunt, ut eodem auctore utrumque usum esse appareat. in dactylico autem metro, ubi grammaticus Bobiensis versum

a Terentiano petitum et a Iuba mutatum posuit, huic addita est eadem pedis proceleusmatici definitio p. 624, 1, quam de metro proceleusmatico posuit Marius Victorinus p. 98, 17, *quod constat ex duobus pyrrichiis, id est quattuor brevibus*. deinde metri elegiaci expositio cum disputatione Atilii Fortunatiani de eodem metro p. 291, 6 sqq. fere consentit. de differentia autem metri dactylici et heroici quae praecipiuntur p. 623, 2, accuratius ab Atilio Fortunatiano p. 283, 27 et a Mario Victorino p. 70, 20 sqq. exposita sunt. quare ea omnia, quae de trochaico et de dactylico metro ex eodem fonte petita leguntur apud Bobiensem grammaticum et apud Marium Victorinum et Atilium Fortunatianum, ad Iubam auctorem satis probabiliter referuntur.

Non minus certum est hanc versuum unius cuiusque metri enumerationem, quae a monometro ad longissimos cuiusque generis versus producitur, ab eodem auctore profectam esse. nam de iambico quidem metro fragmentum Parisinum p. 630, 2 adposito grammatici nomine hanc rationem testatur, et octametrum Boiscium ab eo propter hanc rem in exemplo positum Rufinus p. 564, 1 et Marius Victorinus p. 87, 25 servaverunt. sed de dactylico quoque metro et de choriambico idem constat Marii Victorini testimoniis p. 74, 29 et 87, 25: nam certum esse puto a Iuba haec eum recepisse. et in quattuor metris, in quibus maxime illius auctoritatem Victorinus secutus esse videtur, antispastico, duobus ionicis, paeonico, eadem ratio apud eum deprehenditur. praeterea Iubam cum graecis exemplis ab Heliodoro receptis latina composuisse scimus; quae ratio et in tribus fragmentis apud Rufinum p. 561. 563. 564 conspicitur et eo auctore apud Atilium Fortunatianum relicta est saepius. graeca autem exempla, etiamsi nunc in Bobiensi fragmento non leguntur, tamen a grammatico olim scripta, sed a librario omissa esse certis indiciis apparet p. 621, 6 *ut est apud Euripidem*, p. 622, 12; 14 *ut est apud Cratinum*, p. 622, 26 *Alcmanos*. postremo in genere dicendi et in vocabulis artis apud grammaticum Bobiensem pauca inveniuntur, quae ex Iubae disciplina certis argumentis repeti possint. sed ut minus certa vel minus gravia omittam, ad illum referre non dubito haec quae de pedibus versuum praecepta sunt, solutiones pedum admitti vel pedes ex solutione fieri p. 621, 9. 622, 4; 15. 624, 24, certis versuum locis pedes brevi finitos, aliis locis pedes indifferenter poni p. 621, 4. 624, 5; 23. nam hoc dicendi genere Iuba usus est apud Rufinum p. 562, 12 de iambico metro, *quinque suscipit pedes, id est iambum tribrachyn anapaestum dactylum et spondeum, hoc est iambum et spondeum et solutiones eorum, scilicet ex iambi solutione tribrachyn, — spondei autem solutiones duas, dactylum et anapaestum. — unde intellegi datur iambica metra de iambo et spondeo fieri et de eorum solutionibus;* ib. p. 563, 1 de choliambi pede sexto *a longa syllaba incipit;* apud Priscianum de metr. Terent. p. 420, 7 *ideo in secundo et quarto et sexto loco non recipit nisi a brevi incipientes;* ib. p. 421, 2

omnibus in locis indifferenter trochaeos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt; in fragmento Parisino p. 630, 5 *omnes quos diximus indifferenter suscipit pedes*, — 16 *nec non solutiones ita crebras ponunt, ut plerumque decem breves et amplius sequentes deprehendas.*

Ex eodem codice, ex quo fragmentum de quattuor generibus versuum editum est, desumpta sunt tria fragmenta, de finalibus syllabis, de structuris, de metro phalaecio asclepiadeo glyconeo pherecrateo alcaico sapphico, quae in analectis grammaticis Vindobonensibus edita sunt p. 503, 506, 515. in codice haec eo ordine quem dixi post brevem tractatum de differentiis scripta sunt f. 69 et 70. fragmenti de structuris pars prima etiam in codice Parisino 7530 f. 35 legitur: cf. gramm. lat. v. IV praef. p. XLI. hoc quoque Vindobonenses editores usi sunt. ego in his, sicut in fragmento de versibus, scripturam Bobiensis libri ex Vindobonensi editione repetivi, omissis tamen levioribus quibusdam discrepantiis, quae potius ad rationem pronuntiandi vel scribendi quam ad diversitatem lectionis pertinent.

DE VERSIBVS

DE IAMBICO

p. 516 ed. Vind.

Tetrametrum catalecticum, ut est apud Aristophanen, quod † parhoetiacum dicitur ab eo, quod traus † scabiam chori id genus carminis canere soleant, ut

videtis infantem Iovis Tirynthium tenellum.

Pentametrum hypercatalectum, quod chaeremonion appellatur a Chaeremone tragico,

caeli serena qui regat et aureos currus calentibus quadrigis.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
v editio Vindobonensis

1 DE VERSIBVS INCIPIT Metrum catalecticum *B*. *de tetrametro iambico catalectico, quod aristophanium vel comicum vel hipponactium metrici dixerunt, dici vidit H. Wentzelius in scriptione gratulatoria gymnasii Oppoliensis a. 1854 edita p. 7. in reliquis corruptam codicis scripturam, cuius certa emendatio parata non erat, retinui.* parodicum dicitur ab eo, quod traus scenae viam chori id genus carminis canere soleant *coniecit Wentzelius l. c., ut* parodicus *diceretur versus propter frequentem in parodis chori usum, coll. Aristoph. vesp. 230 et schol. in Aristoph. vesp. 270*
4 scabiem *corr.* scabiam *B*. caveam *scribere voluisse videtur librarius* chorii *B* 6 uidi infantem iouis titynthum sigillum *B*. *correxit Wentzelius l. c.* 7 ipercatalecticum *B* ceremonion (h *superscr.*) *B* 8 tralico *corr.* tragico *B* 9 regit *corr.* regat *B* regunt *v*. *retinui codicis scripturam, quae ita defendi potest, ut pentametro in dimetrum acatalectum et trimetrum hypercatalectum diviso in fine prioris partis brevem syllabam pro longa admiserit grammaticus. de Sole dictum esse versum docet exemplum trimetri trochaici catalectici. cf. schol. Hephaest. p. 150, 23 ed. Westph. ὑπερκατάληκτον δὲ (πεντάμετρον ἰαμβικόν) οὐκ ἔστιν, ὅπου καὶ αὐτὸ τὸ ἀκατάληκτον σπανιώτατόν ἐστι.* calentibus *v* galentibus *B*

DE TROCHAICO

Trochaicum metrum e quinque pedibus constat, trochaeo, spondio, tribrachy, anapaesto, dactylo. ex his in inparibus locis non nisi *hi qui* brevi finiuntur, in paribus universi indifferenter ponuntur.

Monometrum hypercatalectum, quod penthemimeres sive pancration appellatur, ut est apud Euripiden,

ter peribimus.

Dimetrum brachycatalectum, quod ithyphallicum appellatur. accipit autem tres trochaeos et non numquam solutione trochaei tribrachyn, ut est

fontium sorores.

solutio autem fit, quotiens pro una longa syllaba duae breves ponuntur. |

Dimetrum catalecticum, quod lecythion et euripidion vocatur, ut

Martium canunt tubae.

Trimetrum catalecticum, quod acephalum *iambicum* appellatur archilochium,

Sol superna qui regis parens deus.

acephalum autem iambicum nominatur, quia, si praeponas unam syllabam, fit iambicum trimetrum acatalectum, ut est

o Sol superna qui regis parens deus.

---

1 DE TROCHAICO *Atil. Fort. 287, 16*

---

3 non nisi hi qui brevibus *Atilius Fortunatianus p. 287, 20,* non nisi in breui *B* 5 panchration *B: cf. Serv. de cent. metr. p. 459, 9* 6 eurypideu *B. Euripidis versum, sicut reliqua graecorum poetarum exempla, quae olim adscripta erant, grammaticus omisit* 7 ter fer uidimus *B.* '*pro* fer, *quod in ipso cod. tribus punctis superimpositis improbatur, legendum fortassis iterum* ter' *editor Vindobonensis* 9 solutionem *corr.* solutione *B* 12 Dimetrum *v* Metrum *B* catalectum *B* lecythion et euripidion *v* lecton et eurypidion *B* 13 Martium *v* cartium '*tribus punctis superpositis improbatum*' *B* canunt *Atilius Fortunatianus p. 287, 26,* canit *B* 14 catalectum *B* iambicum *om. B, add. v coll. Hephaest. p. 20, 12 ed. Westph.* *τρίμετρον δὲ καταληκτικόν, οἷόν ἐστι τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου, ὃ τινες ἀκέφαλον ἰαμβικὸν καλοῦσι* 16 Sol superna qui regis parens deus *Atilius Fortunatianus p. 287, 28* sole uperno (*corr.* sol superne) qui negas pares deos *B* 17 acefalium *B* 18 catalecticum *B* 19 o sol superne qui recte pares deos. Tetrametrum brachicatalectum quod si de solo trochaeo constet fit commune ut monicormaiore arma qui capis subinde martiumque eratistitit et solutione pedum tetrametrum catalecticum quod archium et epicharitium aequatum eo quod IIII metris constet dicitur cuius inuentor a quibusdam homerus dicitur (*corr.* traditur) tale quale (*corr.* quare) uere primo sibilat eeres donax quae scabri latus trage ualicta litoris uado Tragicum quod plures spondios habeat o parens antiqua nostrae gentis argiuum deous decus cumomicum quod praecipue damylos ela anapestos admittat ut est apud cratinum super aquosis fontibus ipsase per omnia enim loca scaticum inertum trochaeus derat ales tecycis satyricum quod complures habeat solutiones et tribrachin pedū est eo apud cratinum qualis aquila ita celeribus rapida pennis (*corr.* pinnis) transuolant *B. scripturam Marii Victorini p. 84, 21 sqq. expressit editor Vindobonensis*

Tetrametrum brachycatalectum, quod, si de solis trochaeis constet, fit commune metro ionico a maiore, ut

arma qui capit subinde Martiumque tergum.

per omnia enim loca sotadicum metrum trochaeum admittit et solutiones eius.

Tetrametrum catalecticum, quod archilochium et epicharmium et quadratum, eo quod quattuor metris constet, dicitur, cuius inventor a quibusdam Homerus traditur,

tale quale vere primo sibilat teres donax
*quae scabri latus trage ualicta litoris uado:

tragicum, quod plures spondios habeat,

o parens antiqua nostrae gentis, Argivum decus:

comicum, quod praecipue dactylos et anapaestos admittat, ut est apud Cratinum,

super aquosis fontibus ipsa sederat ales Ceycis:

satyricum, quod complures habeat solutiones | et tribrachyn pedem *frequenter admittat*, ut est item apud Cratinum,

qualis aquila cita celeribus rapida pinnis transvolat.

est praeterea et claudum tetrametrum trochaicum catalecticum, quod hipponactium nominatur: accipit enim pro trochaeo spondium ante novissimam syllabam loco impari,

o parens, o prisca nostrae gentis ara Romanae.

dividitur autem tetrametrum trochaicum catalecticum *in dimetrum acatalectum* et dimetrum catalecticum, ut est

ictibus secare membra,
corpus omne rumpere.

Tetrametrum hypercatalectum † aicmanos,

saevus aliger Cupido nos calore sirio gerit.

---

1 Tetrametrum brachycatalectum — 17 transvolat *Mar. Victor. 84, 21*

---

4 per omnia enim loca sotadicum metrum trochaeum, *quae in B alieno loco scripta sunt, huc revocavi.* trochaeum admittit et solutiones eius *recepi a Mario Victorino, quamquam scribi poterat* trochaeis subsistit et solutione eorum 6 quadratum *coniecit editor Vindobonensis coll. Atil. Fortun. p. 288, 4* 9 *lacuna, quam indicavi, excidit enumeratio quattuor generum tetrametri, archilochii tragici comici satyrici, cum definitione archilochii, quod ex omnibus trochaeis constat. nam eius generis exemplum continetur iis quae deinde corrupte in codice scripta sunt. trochaicus autem versus, qualis desideratur, ita fere restitui poterat,* quae rapit ligustra grata lecta litoris vado

11 o parens] *in fragmentis tragicorum incertis posuit Ribbeckius trag. Rom. fragm. p. 248 ed. sec.* 17 qualis] ut est illud apud Iubam, qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat *Mallius Theodorus p. 595, 13* 19 ipponactiuum *B* 21 parens] paoens *B* ara] *fortasse* alma 22 diuic autem tetrametrum trochaicum catalecticum et dimetrum catalectum ut est *B* 26 aicmanos alites cupidines calore cirio gerunt *B* alites cupidines calore Sirio gerunt *v.* ut est illud Alcmanis *adposito versu Alcmanis scripsisse videtur Iuba, cuius excerpta grammaticus posuit.* aliger Cupido *recepi ex versu, qui est apud Marium Victorinum p. 62, 19 et 103, 9* tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido

DE DACTYLICO

Dactylicum metrum constat dactylo et spondio. sed quod dactylo solo constat, dactylicum nominatur; quod dactylo et spondio, quamvis et ipsum dactylicum sit et constet frequenter dactylis solis et in fine trochaeo sive spondio, tamen heroum dicitur et recipit hos duos pedes. quod heroum appellatum est, quod isto carmine heroas potissimum vetustissimi auctores cecinisse traduntur.

Dimetrum acatalectum, quod hymenaicum appellatur.

Octametrum catalecticum, quo usus est Stesichorus in Sicilia,

audiat haec nostri mela carminis et tunc per tua rura volabit. |

Hexametrum heroum,

conticuere omnes intentique ora tenebant.

huius species sunt iunctis per vices spondio et dactylo [compositis] XXXII. sunt praeterea heroi versus, quibus et Homerus et Theocritus facile usi sunt, qui bucolici dicuntur, quorum caesura non penthemimeres nec hephthemimeres, id est in secundo et dimidio vel tertio et dimidio pede, sed in quarto, et finita quidem parte orationis, non, ut in illis, syllaba sequenti parti caesurae ex priore iuncta. huius exemplum est

dic age, dic mihi, † bove Liburnica qui colis arva.

Dactylicum hexametrum, quod alcaicum nominatur et est variati generis in initiis: spondio,

inferretque deos Latio genus unde Latinum,

trochaeo,

Nisus Aeolia chlamyda capit integit alte,

iambo,

ama populeas medium super aethera frondes,

pyrrichio,

quasi me celeres fugiunt prope litora cervi.

Est et hoc carmen dactylicum, quod ex dactylico penthemimeri et proceleumatico pede compositum est,

siqua flagella iugas, ita iuga.

---

2 sed] et *B* 8 hymenaicum *v* hymenicum *B: cf. Serv. de cent. metr. p. 460, 16* 9 octametrum] *cf. Mar. Victor. p. 74, 29* tesichorus *B* 10 tu peruida rura *B* (no) tunc pervia rura *v* 12 conticuere] *Verg. Aen. II 1* 13 *fortasse* huius species sunt mutuas (*vel* alternas) per vices spondio et dactylo compositis XXXII: *cf. Mar. Victor. p. 72, 17* 17 illis] aliis *B* 18 iuncta] reuicta *B* 20 alcaicum] aeolicum *v* 21 'generis *in cod. lineola subducitur' editor Vindobonensis. fortasse* variatis initiis spondion *B* 22 inferretque] *Verg. Aen. I 6* 24 chlamyde *B* alte] alta *B* 29 ex dactylo pentemimeri *B* 31 siqua flagei iugasit iuga *B*, quando flagella iugas, ita iuga *Terentianus v. 2001*, siqua flagella iugabis, ante putare decet *Iuba apud Priscianum de metr. Terent. p. 421, 5. Septimio Sereno versum tribuunt Marius Victorinus p. 122, 15,* ut est illud apud Septimium Serenum, Quando flagella

proceleumaticus autem pes est, qui a duobus pyrrichiis, *id est* quattuor brevibus, constat.

Elegeum autem est, quod alternatim habeat heroum et pentametrum versum. elegeum metrum constat dactylo *et* spondio, ita tamen, ut prima pars [in sequenti versu caesurae] indifferenter utrumque pedem recipiat, altera vero non nisi dactylum. porro autem utraque constare debebit duobus pedibus et dimidio, id est syllaba, unde et penthemimeres a quibusdam nominatur, quandoquidem sit penthemimeres pars caesi versus, quae duos pedes et dimidium habeat, quasi *τῶν πέντε ἥμισυ*, ut est 'conticuere omnes'. quidam tamen volunt elegeum hoc modo dividi, ut post duos illos pedes indifferenter positos habeat spondium, adiuncta scilicet syllaba, quae de prima parte remanserat, | ad posteriorum pedum initialem syllabam, et praeterea anapaestos duos. est ergo exemplum huiusce versus tale,

invida formosas oderat illa boves,

qui versus heroo subiungitur sic,

Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,
invida formosas oderat illa boves.

elegeum autem dici traditum est, quod eo carmine nostri maiores defunctos suos lamentasse dicuntur, unde et elegeum nominatum est, velut ab elegis. huic et Archilochus auctor est.

DE ANAPAESTICO

Anapaesticum metrum constat anapaesto et spondio indifferenter et solutione anapaesti, proceleumatico pede et dactylo.

Monometrum acatalectum,

lux alma deum.

Dimetrum brachycatalectum,

super ardua fertur equis.

---

3 Elegeum *Atil. Fortun. 291, 7*

---

ligas, ita liga, Vitis et ulmus uti simul eant, *et Servius in Verg. Aen. IIII 291* sane quando, do brevis est naturaliter:- sic Serenus, Quando flagella ligas, ita liga. *sed ii quoque Iubam, qui versum a Terentiano acceptum vario modo mutabat, secuti esse videntur*

1 id est *om. B: cf. Mar. Victor. p. 98, 17* 3 aelegeum *priore loco B* 4 metrum] iterum *B* et *om. B* 5 in sequenti versu caesurae *ex margine illata esse videntur, quamquam scribi poterat* insequente versus caesura. *nam* elegeum metrum *de solo pentametro nunc dicit grammaticus* 6 constare] constabit *corr.* constare *B* 8 quae] qui *B* 9 *τῶν πέντε ἥμισυ v* tou pente hemys *B* 10 aelegeum *B* 14 huiusque uetustate inuida formonsas *B* 17 passife *B: Ovid. art. am. I 295* 18 formonsas *B* 19 aelegaeum *B* 20 aelegeum *B* ab aelegis *B* 22 DE ANAPAESTICO *om. B* 23 indifferenti *B* 28 super ardua fertur equis *Marius Victorinus p. 76, 15,* super ardua fecit sequit *B*

p. 590 V.

Ab hoc metri genere distat versus, qui prosodiacus nominatur et est varius, quod in principio non anapaestum, sed iambum pedem aut spondium accipiat et duobus sequentibus anapaestis terminetur, ut est iambo

quis inter aves melicas,

spondio

cantu *

DE FINALIBVS SYLLABIS

p. 503. 501 ed. Vind.

Omnis nominativus cuiuslibet generis latinus syllabas extremas in numero singulari breves habet, exceptis as es os, ut aetas facies custos nepos, et exceptis duabus consonantibus, ut sons, et una duplici x, ut fax, et aliis *monosyllabis,* ut lar et lac, et exceptis his quae us terminantur, ut tellus iuventus senectus palus virtus tus mus servitus et similibus, quae in genetivo singulari crescunt paenultimis manentibus longis. genetivus, si in vocales exit, longus est, ut huius regni, huius Musae; si in consonantes, brevis, ut huius fortis. nam in quarta declinatione semper producitur, ut huius fluctus. dativus longus est, ut docto Musae agili: accusativus brevis est, ut Musam doctum hostem flumen decus. vocativus brevis in omni consonante finitus; in vocali longus sola i, ut o Virgili, in graecis correptus, ut o Tibri. ablativus et septimus in omnibus vocalibus longus, ut ab hac Musa, ab hoc docto, ab hoc agili, ab hoc versu: e media est, tunc longa, quando vocalis sola in fine est, ut ab hac facie, tum brevis, quando cum consonante est, ut ab hac muliere, exceptis tribus nominibus, quae producuntur, fame re spe. pluralis nominativus tam in vocalibus quam in consonantibus excepto neutro genere longus est, ut docti doctae fortes. genetivus eiusdem numeri semper brevis est, ut doctorum doctarum felicium fructuum. dativus et ablativus, si is terminantur, longi sunt; si bus, breves. accusativus et vocativus eiusdem numeri regulam nominativi sui sequuntur. |

Pronominum ratio eadem fere est, quamvis articularia quae in c desinunt longa sunt, ut hic haec hoc. et in secunda persona nominativus et vocativus longi sunt, ut tu, et in illis, quae nominativo * nam has, hos

---

1 prosodiacus *v* prosodatus *B* et est varius] emanum *B: cf. supra p. 623, 20* 3 terminetur *v* terminatur *B* 5 spondiu *B: 'post h. v. cod. habet* cantur. *desideratur exemplum: graecum habes apud Hephaestionem p. 85 Gaisf. αὐτὰ δὲ συ Καλλιόπα' editor Vindobonensis.* spondia cantus *legitur in catalogo cod. Vindob. p. 219*

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

v editio Vindobonensis

7 DE FINALIBVS SYLLABIS *om. B,* Incertus de syllabarum quantitate *v* 10 duplici] duplii *B* 11 monosyllabis *om. B* 19 correptus] corr̄ *B* 31 *lacunas post* nominativo *et post* noxam *indicavit editor Vindobonensis. reliqua, quae excerpendi studio mutilata vel perturbato verborum ordine corrupta sunt, sic ut in codice scripta sunt dedi*

et his semper longae sunt. ipsius, unius et totius et producuntur et corripiuntur, ut 'ipsius Anchisae' et 'di capiti ipsius', 'unius ob iram' et 'unius ob noxam' * carent accusativum et vocativum longum habent, te me se; et illorum pronominum dativi contra rationem breves inveniuntur, quos poetae medios habent, mihi tibi sibi.

Cuiuslibet verbi prima persona ultimam syllabam brevem habet, ut lego legor, curro, luctor, tueor, exceptis monosyllabis, sto do flo no. tamen omnia verba apud Vergilium producuntur praeter scio et nescio, ut 'nunc scio quid sit amor' et 'nescio quis teneros o. m. f. a.' in secunda persona coniugationem sequimur. si primae coniugationis vel secundae aut quartae fuerit verbum, secunda persona longam ultimam habet, ut amas doces munis; in tertia brevis est. nam et es et potes aeque breves sunt, ut 'quisquis es armatus' et 'tu potes Aenean m. s. G.' tertia persona in omni coniugatione brevis est semper. secunda ergo persona indicativi modi imperativum simul producit in prima, secunda, quarta, in tertia corripit, ut amas ama, doces doce, munis muni, legis lege. sunt verba quae primas personas in praesenti longas habent, in praeterito perfecto breves, ut pono posui, caedo cecidi, cogo coegi et similia. item sunt verba in prima persona correpta, in participiis producta, ut moveor motus, cado casurus. item inveniuntur in prima persona producta, in participiis correpta, ut itur productum est, iturus correptum. sunt item verba quae primas personas correptas habent et praeterito perfecto producuntur, ut fugio fugi, facio feci, lavo lavi, moveo movi et similia.

Participia in declinatione ultimarum syllabarum hanc rationem habent, quam et nomina.

Adverbia, quae consonantibus terminantur, ultimas breves habent, ut divinitus, humanitus, sollicitius, nobiliter, exceptis his, illic, istic, huc, illuc, istuc: vocalibus terminata producta sunt, ut docte, exceptis his, quae aut comparatione carent aut non recte | comparantur, ut bene, male, rite, saepe, inpune, facile, difficile, quippe, temere, repente, ubi, quasi, ibi.

Sunt syllabae quae in primis sonum longum demonstrant et breves sunt, ut prohibitus, profanus, professus, profudit, disertus, diremptus, direxit. item e contrario quae sunt longae, putantur breves, ut obicio, subicio. Diana communis syllaba, ut 'exercet Diana choros' et 'novus iste Dianae'. ita nos has breves habemus. haec licentia poetarum est. |

---

1 longae] longa *v* 2 ipsius] *Verg. Aen. V 535* di] *Verg. Aen. VIII 484* unius ob iram] *Verg. Aen. I 251* 3 unius ob noxam] *Verg. Aen. I 41* 7 lego gor *B* 9 nunc scio] *Verg. bucol. 8, 43* nescio] *Verg. bucol. 3, 103* 13 quisquis] *Verg. Aen. VI 388* tu potes] *Verg. Aen. X 81* 19 in participis producunt *B* 30 male magne rite *B* 33 profersus *corr.* professus *B* 34 item a contrario *B* 35 exercet] *Verg. Aen. I 499* 36 novus] *Verg. Aen. XI 537*

DE STRVCTVRIS

Quattuordecim tibi structurarum praecepta transmisi, ex quibus velut gubernaculum compositionum teneres. hinc enim reliquas aut per ampliationem aut per solutionem nasci, si animadverteris, comprobabis. ex trochaeo et palimbacchio, ut doctus orator. ex trochaeo et molosso, ut sacra maiestas. ex trochaeo et paeone tertio, ut poena capitalis. ex trochaeo et paeone primo, ut fracta navicula. ex trochaeo et ionico maiore, ut vita felicior. ex tribrachi et palimbacchio, ut timidus auditor. ex tribrachi et molosso, ut misera libertas. ex spondeo et bacchio, ut fulmen tonantis. ex dactylo et ditrochaeo, ut Romulus amputavit. ex anapaesto et ditrochaeo, ut oculus virginalis. ex amphimacro et ditrochaeo, ut optime cantitastis. ex dactylo et antispasto, ut dedecus amicorum. ex anapaesto et antispasto, ut cupidus voluptatum. ex amphimacro et antispasto ut impetus retardavit. |

Hae XIIII clausulae possunt et ita esse, ex trochaeo et molosso, ut fortis Aeneas. ex trochaeo et antibacchio, ut doctus orator. ex trochaeo et paeone III, ut templa revocavit. ex trochaeo et ionico minori, ut fata repararint. ex trochaeo et ionico maiori, ut arva Iunonia. ex tribrachi et molosso, ut revocat insanos. ex tribrachi et palimbacchio, ut reparat orator. ex tribrachi et ionico maiori, ut numerat impendia. ex spondeo et amphibrachy, ut mentes nocentum. ex spondeo et amphibrachy, ut calcans amicum. ex quattuor longis, quarum media brevis est, ut felicitates. ex amphibrachy et ditrochaeo, ut insulam comparavit. ex dactylo et ditrochaeo, ut optimus imperator. ex dactylo et epitrito II, ut arbiter imperandi.

Sed et has, quas memoravi clausulas, si acrius advertas, in duarum generalium numerum reputabis, ex trochaeo et molosso, tribrachi et ditrochaeo. Vale.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
P codex Parisinus 7530, qui primam partem structurarum 2 — 14 *continet*

1 DE STRVCTVRIS *om. B, add. P* 2 tibi *om. P, add. B* structurarum *P* instructurarum (temporum) *B* 3 teneris *P* 4 per solutionem nasci si animaduerteris *B* per solutionem nam acrius si animaduerteris *P* 8 ut timidus auditor *om. P, add. B* 9 molosso ut facere consuerunt ut misera libertas *P* 11 oculos uirginales *corr.* oculus uirginalis *B* 12 cantitastis *B* cantauistis *P* 13 ex anapesto et antispasto ut nouitas retardauit (26) sed has quas memoraui clausulas si acriter aduertas in duarum generalium numerum portabis *reliquis omissis P* 14 retardauit explicit feliciter *B* 17 minori] maiuo *corr.* miuo *B* 21 amphibrachy] amfibrā *priore loco B. eandem structuram cum duobus exemplis posuit grammaticus* 22 quattuor] quinque *B.* ex quinque syllabis quarum tertia brevis est *coniecit editor Vindobonensis* 27 reportabis *corr.* reputabis *B*

Clausulae his placentes temporibus huius modi esse noscuntur, ex trochaeo et antibacchio, ut templa deiecit. ex trochaeo et paeone III, ut corpus animavit. tertia [clausula], si quemcumque pedem ditrochaeus terminet [finem], ut accepit cantilenam. [feliciter]

Hi pedes, quotiens trochaeus locum paenultimum tenet, sunt congrui structuris, molossus, ut natus Aeneas; ionicus minor, ut ipse Diomedes; ionicus maior, ut ipse Iunonius; choriambus, ut ite canticuli; paeon primus, ut iste legitimus. | quotiens vero pes praecedit, qui mediam brevem habet, id est amphimacros, dactylus, tribrachys, hi [ergo] subiciendi sunt, ditrochaeus, ut sidera iudicabant, antispastus, ut Helena maritalis, † carina repercussa. quotiens autem spondeus praecedit, bacchius postponendus, ut fulmen tonanti [vel molossum et amphibrachyn, invadit tonantem, ut addas syllabam: nam metrum est. quidam metrici hoc metro scribunt, fulmen tonantis]. hae sunt optimae structurae, quae ex trochaeo et molosso constant, quem molossum praeposito trochaeo ita solvis * aut ipsum trochaeum solvas in tribrachyn, ut naturae tribuit.

Si autem volueris ampliationem facere, praeponis istis pedibus quinarum syllabarum quosvis alios in elocutione, qui quidem non quaeruntur, si longi sunt aut breves (hoc etenim tantum requiretur, paenultimus et ultimus, non antepaenultimus et superiores), excepta hac structura, quae quinque breves habet et est barbarismus Afer, vel ex longis Hispanus [quos debeamus in fine clausularum observare]; vel ne sint III longae aut IIII breves, ne monosyllaba pars orationis terminet, ne sint III trochaei, ne sit versus heroici principium vel finis, et ne sint duae breves, tres longae et tres dactyli. clausulae non solum pleno sensu debent fieri, verum et in commatibus singulis et divisae et plenae fiunt. sane in oratore ait Tullius hoc esse vitandum.

quinque breves, totidem longas triplicemque trochaeum
heroicique caput finemque cavete, diserti.

initium versus, ut puta 'vota Minerva iuvat', penthemimeres est; finem, 'vera potestas'.

Optimae structurae hae sunt duae, ex trochaeo et molosso, ut laetus Aeneas, item ex trochaeo et paeone tertio, ut poena capitalis.

Sed *ut* brevissime, ait Probus, de structuris delectantibus doceamus,

---

3 tertia si [clausula] *B* 6 ut aeneas [natus] *B* 10 carina] *fortasse* consonat *vel* Taenaro 12 vel molossum — 14 fulmen tonantis *antiquiori commentario postea addita esse videntur*. 15 *lacuna, quam indicavi, exemplum molossi soluti excidit* 20 quae] quia *corr.* quae *B* 22 quos debeamus in finem *B* quot debeamus in fine *v. seclusi verba ex margine inlata* 23 ne monosyllā pars orationis terminetur *B* ne monosyllabo pars orationis terminetur *v* 26 fiunt] fiant *B* 28 longas *v* longae *B* 34 ut *om. B, add. v ex Probo* Probus] *cathol. p. 43, 7: cf. Sacerd. p. 495, 23*

observantes, ne aut versum heroici metri faciamus aut in natura longam syllabam paenultimo verbo terminato trisyllabo finiamus, ceteris paene omnibus auditores possumus delectare. est autem structura verborum compositio dicta a struendo, id est componendo, | unde structores *compositores* alicuius rei dicti. hae quamvis in omni oratione servari debeant, tamen maxime in verbis duobus, novissimo et paenultimo, sunt delectabiliter componendae.

DE METRIS

p. 515 ed. Vind.

Metrum phalaecium pedibus his constat, spondeo, dactylo et tribus trochaeis.

Metrum asclepiadeum [dodecasyllabum] his pedibus constat, spondeo, duobus choriambis et pyrrichio sive iambo, quia ultima indifferenter accipitur.

Metrum glyconium his pedibus constat, spondeo, choriambo, pyrrichio sive iambo.

Metrum pherecratium *constat* spondeo, choriambo et syllaba.

Metrum alcaicum constat penthemimeri iambica et duobus dactylis. item sequentes versus sive hypercatalectus iambicus sive pindaricus, qui est logaoedicus. constat hypercatalectus iambicus inparibus spondiis, paribus iambis. pindaricus constat duobus dactylis et duobus iambis.

Metrum sapphicum constat paeone II, choriambo, bacchio sive amphibrachi. quartus versus dactylo et spondio, qui vocatur adonius.

---

1 observantes] observandum est *Probus* in naturam longam *B* 2 finiamus *Probus* faciamus *B* 3 est autem] *Prob. cathol. p. 40, 31: cf. Sacerd. p. 493, 2* 4 compositores *om. B, add. v ex Probo* 5 hae quamvis in omni oratione servari debeant *v ex Probo* haec quamuis in omni ratione seruari debeat *B* 6 nouissimis *corr.* — mo *B*

B codex Bobiensis nunc Vindobonensis 16
v editio Vindobonensis

8 DE METRIS *om. B*, de nonnullis metrorum generibus *v* 11 dodecasyllabum *v* decasyllabum *'inter lin. ab ead. m.' B* 12 sive iambo *v* siue diambo *B* 16 constat *om. B*, *add. v* 17 pentimimere *B* 19 logaidicus *B* 21 paeone] epitrito *v*

III

In codice Parisino 7530 octavo saeculo scripto inter duos Servii libros de centum metris et de metris Horatii duo fragmenta leguntur de structuris et de iambico metro f. 35 *De structuris. XIIII structurarum praecepta — portabis. De iambico metro. Iambicum metrum — per-*

mittunt: cf. gramm. lat. v. IV praef. p. XLI. ex his fragmentum de structuris supra inter excerpta Bobiensia editum est. fragmentum de iambico metro analectorum grammaticorum editores Vindobonenses ediderunt p. 521. mihi in utroque fragmento apographum a Theodoro Mommseno factum paratum erat, ex quo pauca, quae in Vindobonensi editione non recte edita erant, correxi.

Iuba auctore se usum esse in initio commentarii grammaticus professus est. sed reliquam quoque partem ex eodem fonte ductam esse cum per se probabile sit, tum certo confirmant excerpta Iubae apud Rufinum p. 562 et quae eodem auctore Marius Victorinus p. 80, 1 de iambico metro scripsit. nam in his et de quinque pedibus, quos iambicum metrum suscipit, et de legibus iambicorum versuum apud comicos poetas corruptis eadem praecipiuntur.

Addidi fragmentum de rhythmo et metro ex eodem codice f. 27, cuius maxima pars ex Augustini de musica libro quinto excepta est.

DE IAMBICO METRO

p. 521 ed. Vind.

Iambicum metrum a monometro hypercatalecto usque in octametrum acatalectum Iuba teste procedit. recipit autem pedes quinque, iambum, tribrachyn, spondium, dactylum, anapaestum. sed locis inparibus, id est primo, tertio, quinto et deinceps, omnes quos diximus indifferenter suscipit pedes; locis vero paribus, id est secundo, quarto, sexto et deinceps, tantum tres, iambum, tribrachyn et anapaestum. et hoc omnes fere, qui diligenter iambico usi sunt, custodiverunt. sed latini comici, dum satis student communibus fabulis et gestiunt comoedias ad sermonem vitae vocare, corruperunt leges iambi. nam primum secundo et quarto et sexto, id est paribus locis, non illis tribus tantum pedibus utuntur, sed omnibus quinque. nec illud etiam servant, ut vel quadam varietate in ipsis pedibus utantur, sed quoniam recipit, ut diximus, spondium, plerumque omnes spondios faciunt; quoniam anapaestum, plerumque omnes anapaestos, atque eadem de ceteris servant. quin etiam contenti sunt plerumque unum tantum locum in toto versu pedi legitimo reservare, nec non solutiones ita crebras ponunt, ut plerumque decem breves et amplius sequentes

---

P codex Parisinus 7530
v editio Vindobonensis

3 acatalectum] *immo* catalecticum. *nam hoc posuit Iuba apud Rufinum p. 2712 et eodem auctore Marius Victorinus p. 82, 25* Iuba *v* iuua *P* 4 tribrachym *constanter P* 9 et gestiunt *v* e gestiunt *P* 10 *fortasse* nam plerumque secundo sexto et paribus *P* 12 servant *v* reseruant *P* 13 utantur *v* utuntur *P* sed quoniam] et quoniam *P*, et quum *edidit Vindobonensis editor* 14 faciunt *v* facit *P* quoniam *P*, quum *edidit Vindobonensis editor* 17 amplius se sequentes *P*

deprehendas. plerumque etiam aut acephalos faciunt eosdem iambos aut hypercatalectos, quae res metrum hoc, id est iambicum, in trochaicum convertat necesse est. nam sive unam syllabam demas ab initio, sive unam addas de iambo, trochaicum facis. quae res dedit eis occasionem, ut *in* iambicis metris etiam legibus trochaicorum uterentur. igitur propter has causas sciendum est in comoediam plerumque incidere et dactylica metra propter dactylum, et anapaestica propter anapaestum, et spondiaca propter spondium, et quae de tribrachi fiunt, nec non, ut diximus, propter acephalos vel hypercatalectos versus etiam trochaica. nec illud servant Latini, ut trimetros tantum versus efficiant. nam crescunt a trimetris usque in octametros, id est faciunt versus de sedecim pedibus, ultra numquam, nec iterum minorem sex pedibus versum esse permittunt.

DE RHYTHMO

Dicimus rhythmum esse, ubi tantum legitimi pedes sunt et nullo modo certo fine; metrum esse, ubi pedes legitimi certo fine coercentur. rursus quoniam eorum metrorum, quae certo fine clauduntur, alia sunt in quibus non habetur ratio divisionis circa medium, alia sunt in quibus habetur, est haec differentia notanda vocabulis. quapropter illud, ubi non habetur haec ratio, rhythmi *genus* metrum proprie vocatum est; hoc autem, ubi habetur, versus nominatur. unde apparet quoniam non est versus ex eo appellatus, ut non nulli putant, quod a certo fine ad eius caput reditur: nam hoc illi cum eis etiam metris, quae versus non sunt, apparet esse commune. sed magis formasse a contrario nomen invenitur, *ut*, quem ad modum grammatici deponens verbum appellaverunt, quod r litteram non deponat, [sed] ita quod duobus membris confit, quorum neutrum in alterius loco salva lege numerorum constituitur, [et] quia verti non potest, versus vocetur. quod ut manifestius fiat, subiciamus exempla. 'arma virumque cano', ecce una pars versus: 'Troiae qui primus ab oris', ecce altera. verte ordinem et pronuntia 'Troiae qui primus ab oris arma

---

16 rursus — 20 versus nominatur *Augustin. de mus. VI* 20 unde apparet — 26 versus vocatur *Augustin. de mus. V 3*

---

4 in *om. P. add. v* 5 uterentur *v* utentur *P* 6 *fortasse* in comoedia 8 de tribrachi fiunt *P*, de tribrachi sunt *edidit Vindobonensis editor* 11 ultra numquam] nec quisquam ulterius postea *Marius Victorinus p. 83, 22* 12 minorem *v* minore in *P*

P codex Parisinus 7530

13 DE RHYTHMO *om. P* 15 coerto fine *secundo loco P* 17 non habentur *P* 19 genus *om. P, add. Augustinus* 20 uersū nominatur *P* versum nominaverunt *Augustinus* 23 ut *om. P, add. Augustinus* 27 arma] *Verg. Aen. I 1*

virumque cano': vides quia hae partes in tantum differunt, ut alii pedes metri esse cernantur. quia ergo divisiones istae omnimodis a se invicem dissident et metrum ex eis rursum non fit heroicum, ab hac causa versus dicitur *κατ' ἀντίφρασιν*, quod reverti non possit. si autem tales divisiones sint, quales in illo metro sunt,

cornua velatarum vertimus antemnarum,

et vertere poteris iterum, ut est

vertimus antemnarum cornua velatarum,

quia sibi praepostero ordine copulari possunt, nihilo minus metrum faciunt heroicum. tales compositiones versus omnino appellari non [proprie] possunt, nisi abusive, sed tantum metra vocantur. haec etiam in reliquis metrorum generibus fieri similiter dicimus.

---

3 dissidunt *P* heroicus *P* 4 *κατ' ἀντίφρασιν*] antiphrasin *P*
6 cornua] *Verg. Aen. III 549: cf. Augustin. de mus. V 3* 9 copularis possunt *P*

IV

In codice Berolinensi 66, olim Santeniano, octavo saeculo scripto varii commentarii metrici leguntur, quos breviter indicavi gramm. lat. v. IV praef. p. XXXIII. ex his edidi duos de hexametro dactylico et trimetro iambico et de speciebus hexametri, qui post excerpta Mallii Theodori scripti sunt p. 235—239, *De heroo et triametro — sulphura explicit.* alia excerpta, quae his ex aliqua parte similia sunt, praebuit codex Sangallensis 876 nono saeculo scriptus post Servii librum de finalibus syllabis p. 137—144, *De scansione heroyci uersus — qui procul negotio finit.* haec me rogante Eduardus Woelfflinus descripsit. Berolinensem codicem ipse descripseram.

Plurima autem, quae ex veterum grammaticorum doctrina ad excerpta utriusque codicis propagata sunt, ex libris Marii Victorini, quibus grammatici inferioris aetatis vulgo uti non consueverunt, recepta sunt. de speciebus hexametri heroici exemplum, quod apud Victorinum de metr. p. 211, 22 legitur, per triginta duas species variatum uterque grammaticus posuit. versus Margitae Homerici, quos ex Berolinensi codice olim ediderat Lindemannus Lyra v. I p. 82, postea etiam apud Atilium Fortunatianum p. 287, 5 inventi sunt. denique de scansione heroici versus grammaticus Sangallensis eundem auctorem atque is qui explanationes in Donatum scripsit p. 522, 14 sqq. secutus est.

DE HEROO HEXAMETRO

Hoc creditur ab Apolline inventum vel ab eius sacerdote Phemonoe, et heroum idcirco appellatum, quod Homerus tali metro res gestas heroum scripsit. dactylicum autem idcirco dici arbitrantur, quia generis huius duos pedes recipit, et ex his iustus constat herous. hexametrum quoque non nulli propterea dici existimant, quia sex pedibus ingreditur, quos metra eodem modo Graeci nominant, quo et illa quibus metimur, cum et trimodia sit iusta mensura et modius et hemina nihilo minus et cyathus, exigua trimodiae portio, similique ratione decempeda et pes et digitus. sic et totus versus metron et singuli pedes, per quos eum metimur, metra nominantur. item quem ad modum et vas, quo metimur triticum, modius appellatur, et quod illo mensi sumus triticum modius, similiter et pes, quo verba metimur, et ipsa verba, quae conpleverunt pedem, metra nominantur.

Huic hexametro dactylico trimetrus iambicus iungitur, quem latine senarium nominamus, id est hexametron. sex enim pedes iambicos habet, quem ad modum herous sex habet dactylicos pedes. trimetrus autem vocatur a Graecis, quia tribus percussionibus feritur. de qua re ingens quaestio est, quid ita, cum sex pedes habeat et herous et iambicus, hic ter, at ille sexies feriatur. quam quaestionem necesse est ut in praesentia differamus. festino enim demonstrare, quid ita et heroum et iambicum versum antiqui Apollini adsignaverint paresque esse crediderint, cum sint non tantum alio inter se genere sed etiam dispari ratione conpositi. nam ferunt Apollinem obsidentem Delphos draconem depugnantem sagittis acutis adiutum exhortatione hominum et incolentium illa nemora nympharum his fere verbis, ἰὴ παιών. haec dissyllaba verba producta ter singula faciunt spondeis sex heroum versum, et rursum eadem [et] correptis prioribus utriusque verbi syllabis faciunt iambicum senarium. ideoque dicitur Homerus in Margite suo miscuisse hos versus tamquam pares [Ὁμήρου],

5 hexametrum — 11 nominantur *Mar. Vict. 51, 19* 14 Huic hexametro — 17 feritur *Mar. Victor. 79, 8* 27 ideoque — pares *Mar. Victor. 79, 11*

B codex Berolinensis 66, olim Santenianus

1 DE HEROO ETRIAMETRO *B* 2 phemone *B*. *Phemonoen commemoraverunt Atilius Fortunatianus p. 284, 7 et Audax bis de metro et de syllabis* 6 ingrediatur *Marius Victorinus* 8 iusta] certa *Marius Victorinus* et emina nihilhominus et cyatus *B* 11 queadmodum *B* 14 iungitur] comparatur *Marius Victorinus* 21 appollini *B* sint (non) tantum *B* 23 appollinem *B* sagittis agutis adiuntum exortatione *B* 27 uerbis *B* 28 in margarite *B* tamquam parens ΟΜΗΡΟΥ-ΗΑΘΕΠCΕΙCΚΟΑΟΦ|ΩΝΑΤΕΡΩΝΚΑΙΘΕΙΟCΑΟΙΑΟCΜΟΥ|CΑΩΝΘΕΡΠΩΝΚΑΙΕRΝΒ ΟΑΟΥΑΠΟΜΩΝΟC|ΦΙΑΙCΕΧΩΝΕΗΧΕΡCΙΝΕΥΦΘΟΝΤΟΝΑΥΡΗΝ *B*. *Margitae versus leguntur apud Atilium Fortunatianum p. 286, 5*

ἦλθέ τις εἰς Κολοφῶνα γέρων καὶ θεῖος ἀοιδός,
Μουσάων θεράπων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
φίλης ἔχων ἐν χερσὶν εὔφθογγον λύρην.

quod exemplum posuissem, si in animo esset latinum librum graecis conplere versibus, cum praesertim hoc cognoscere volentibus liceat Homeri legere Margiten. igitur cum constet esse quandam his versibus inter se germanitatem, probabimus omnia metra ex his profluere fontibus et *ad* haec referri veluti capita, neque aliam esse originem metrorum in tam immensa varietate.

DE SPECIEBVS HEXAMETRI HEROICI

Hexametrus heroicus constat pedibus dactylicis, spondeo et dactylo, quibus inter se varie conlocatis efficit duas et triginta species. incipit autem a XII syllabis et pervenit ad XVII syllabas. genus unum est XII syllabarum ex omnibus spondeis, tamquam

introducuntur legati Minturnenses.

volo tamen uno versu species tam varias ostendere, ut sine errore varietas intellegatur. quotiens autem dactylus accedit, totiens adnascitur syllaba. adiecto dactylo uno fit versus XIII syllabarum, cuius versus species sunt quinque: primo loco dactylus,

litore ducuntur legati Minturnenses;

secundo loco,

intro prosiliunt legati Minturnenses;

tertio loco,

introducuntur trabeati Minturnenses;

quarto loco,

introducuntur per litora Minturnenses;

quinto loco,

---

6 igitur — 9 varietate *Mar. Victor. 79, 26* 11 Hexametrus — 14 Minturnenses *Victorin. de metr. 210, 13. 211, 18* 12 incipit — XVII syllabas *Mar. Victor. 72, 12* 16 quotiens — syllaba *Mar. Victor. 72, 15*

---

6 margariten *B* 7 ad *om. B in fine versus, add. Marius Victorinus* 8 metrorum in tam immensa varietate *Marius Victorinus* metrorum . . tam inmensam uarietatem *B* 11 Dactylus ergo exameter eroycus constat pedibus dactylo spondeo et trocheo sed trocheum interdum in fine recipit et eius loco uenit spondius his ergo pedibus inter se uarie conlocatis efficit triginta duas species incipit autem a duodecim syllabis — 636, 23 tenditque fuitque *codex Sangallensis 876* 15 introducuntur] *Ennii annalibus vulgo tributus est versus ex Victorin. de metr. p. 211, 22. rectius grammatico, qui hoc exemplo species hexametri demonstrare volebat, tribuetur* 16 uarietas *cod. Sang.* uariatas *B* 18 adiecto ergo dactylo *cod. Sang.*

introducuntur legati Massilienses.

XIIII syllabarum dactylicus habet species decem, accidunt dactyli duo. quarum prima habet dactylos primum et secundum,

litore praetereunt legati Minturnenses;

secunda habet dactylos primum et tertium,

litore ducuntur subituri Minturnenses;

tertia habet dactylos primum et quartum,

litore ducuntur per compita Minturnenses;

quarta habet dactylos primum et quintum,

litore ducuntur legati Massilienses;

quinta habet dactylos secundum et tertium,

intro prosiliunt trabeati Minturnenses;

sexta habet secundum et quartum,

intro prosiliunt per litora Minturnenses;

septima habet secundum et quintum,

intro prosiliunt legati Massilienses;

octava habet tertium et quartum,

introducuntur sine lumine Minturnenses;

nona habet tertium et quintum,

introducuntur superati Massilienses;

decima habet quartum et quintum,

introducuntur per litora Massilienses.

XV syllabarum herous dactylos habet tres. huius species sunt decem:

dactylus loco primo secundo et tertio,

aequore prosiliunt trabeati Minturnenses;

dactylus loco primo secundo et quarto,

aequore prosiliunt per litora Minturnenses,

dactylus loco primo secundo et quinto,

aequore prosiliunt legati Massilienses;

dactylus loco primo tertio et quarto,

litore ducuntur sine lumine Minturnenses;

dactylus loco primo tertio et quinto,

litore ducuntur sine causa Massilienses;

dactylus loco primo quarto et quinto,

litore ducuntur per flumina Massilienses;

dactylus loco secundo tertio et quarto,

primi transiliunt sua litora Minturnenses;

dactylus loco secundo tertio et quinto,

primi transiliunt animosi Massilienses;

dactylus loco secundo quarto et quinto,

primi prosiliunt per litora Massilienses;

dactylus loco tertio quarto et quinto,

introducuntur sine lumine Massilienses.

XVI syllabarum herous recipit quattuor dactylos, species habet quinque: dactylus loco primo secundo tertio et quarto,

interea repetunt sua litora Minturnenses;

dactylus loco primo secundo tertio et quinto,

interea veniunt animosi Massilienses;

dactylus loco primo secundo quarto et quinto,

interea redeunt per litora Massilienses;

dactylus loco primo tertio quarto et quinto,

interea laudant sua litora Massilienses;

dactylus loco secundo tertio quarto et quinto,

longe prospiciunt sua litora Massilienses.

XVII syllabarum herous habet dactylos quinque: huius species una est,

interea repetunt sua litora Massilienses.

Non ignoro autem heroum versum trochaeo pede solere finiri. sed quoniam locum alium non habet, quam in ultimo versu, scire oportet eum non proprium esse dactylici metri ideoque in ultima parte eius incedere posse, quia nihil interest, longa an brevi syllaba versus finiatur, cum finiti versus mora, etiamsi brevem sortita est syllabam, adiectione vacui temporis faciat illam longae parem. huius versus haec exempla erunt,

[Attica palla tegit socerum, toga picta parentem]
posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
siqua fata sinant, iam tum tenditque fovitque,

ut intellegi possit per continuos versus hoc in Vergilii carmine accidisse, nec contextum tamen laeserit. non ignoro autem apud Homerum XII pedes simplices in herois versibus inveniri et apud Ennium; apud Virgilium quoque, ut non audeam dicere omnis, plerosque adfirmare possum.

Vitia sunt heroi metri versuum sex. acephalus, qui non solum tunc dicitur, cum caput deest, sed *etiam* cum *in* capite aliquid superest. cui deest, tale invenitur, quale Horatius hoc ipsum vitium reprehendens posuit,

acephalus primus, quorum hic quem dicimus ipse est:

---

2 dactilos *B* 13 massillienses | Erous ut diximus uersus trocheo finiri solet. sed locum non habet nisi in ultima. oportet eum non esse dactilici metri probrium. ideoque in ultima parte eius incedere posse quia nihil interest breui an longa syllaba uersus finiatur cum illa in depositione uersus mora etiamsi breuem sortita est litteram adiectione tamen uacui temporis et longe parem huiusmodi versus exempla Attica palla tegit socerum, toga picta parentem. Post capita coluisse samo cis illius arma. Hic currus fuit hoc regnum dea gentibus esse. Si qua fata sint iam tum tenditque fuitque *cod. Sang.*

14 finiri secundum alium *B* 17 posse] possit *B* breuis *B* 20 Attica — parentem *om. B* 21 posthabita] *Verg. Aen. I 15 sqq.* 24 accidisse] a.ccessisse *vel* d — ersisse *B* 25 lesserit *B* 28 accephalus *B* 29 secum capite *B* 30 oratius *B*. *unde petitum sit exemplum versus acephali, quod grammaticus Horatio tribuit, non constat* 31 accephalus *B*

nam prior est tribrachys.

at ille cui superest talis est, si fingas,

ad moenia respiciens quae iam infelicis Elissae.

lagarus, id est laxus, ille versus, qui in medio iambum vel alium non congruentem huic metro pedem habet, ut est hoc,

congredior fert sacra pater et concipe foedus.

etenim pes medius, qui facit 'ter et', iambus est. hypermetrum dicimus, qui in fine superfluam syllabam habet, ut est hoc,

aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

spondiazon est qui ex pluribus spondeis *constat* vel qui quinto loco spondeum habet, quod est vitiosum, ut est ille,

aut leves ocreas lento ducunt argento.

colurus est sive colobus, cum versus quasi prosa oratione decurrit, ut est hoc,

aut spumas miscent argenti vivaque sulphura.

DE SCANSIONE HEROICI VERSVS

Heroicus versus fit dactylo pede, spondio et trochaeo. dactylus pes constat syllabis tribus, longa et duabus brevibus. syllaba longa duo tempora habet; brevis autem unum habet tempus. ergo dactylus pes habet tempora quattuor, quanta habet *et* spondius, qui duas syllabas *longas* habet. itaque nihil interest, quem ex ipsis quo loco ponas, sive dactylum sive spondeum, quoniam aequali numero tenent temporum positionem. dactylus dictus est a mensura digiti, eo quod pars digiti quae iuncta est articulo longa sit, aliae duae breves sint in media parte vel in capite digiti. trochaeus semper in fine ponitur et dactylus quinto loco. quotiens autem quinto loco spondius ponitur, versus spondiadeus dicitur, ut hic versus est,

constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

sexto autem loco trochaeus ponitur aut spondeus. illi autem, id est dactylus et spondius, varie ponuntur, quem ad modum versus exegerit. saepe

---

16 DE SCANSIONE HEROICI VERSVS *Serg. explan. in Don. 522, 14*

---

3 ad moenia] *Verg. Aen. V 3* 4 la.garus *B* 6 congredior] *Verg. Aen. XII 13* fer *Vergilius* 7 iambicus *B* 8 in finem *B* 9 aut dulcis] *Verg. georg. I 295* uulgano dequoquit *B* 10 constat *om. B* 12 aut lebes *B: Verg. Aen. VII 634* 13 colurus] colorus *B* 15 aut spumant miscent *B: Verg. georg. III 449. cf. Victorin. de metr. p. 212, 21*

S codex Sangallensis 876

16 DE SCANSIONE HEROYCI UERSUS ET SPECIE EORUM *S* 20 et *om. S* longas *om. S* 22 positione *S* 24 sint] sunt *S* in mediam partem *S* 28 constitit] *Verg. Aen. II 68* 30 versus] cursus *S* exigerit *S*

quinque dactyli et unus spondius faciunt versum, ut est hic versus, qui dactylicus dicitur,

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

saepe sex spondii faciunt heroicum, ut hic

Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.

Caesurae heroici versus sunt quinque, penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, cata tetarton trochaeon, bucolice. sed ex his penthemimeres prior fit, deinde hephthemimeres: reliquae si non sint, nihil interest. penthemimeres est syllaba catalectica quae post duos pedes conplet partem orationis. simili modo hephthemimeres est syllaba quae post tertium pedem partem orationis conplet, ut hic, '*arma virumque cano Troiae*'.

Quid est herous? ipse est et hexameter sex, ut diximus, pedibus constans, cuius exemplum superius posuimus.

Pentameter versus isdem fit pedibus et syllaba catalectica. ponuntur enim duo pedes aut spondii aut dactyli et una syllaba longa, quae conplet partem orationis, deinde duo dactyli et syllaba in fine, quae dicitur semipes. quae est autem in medio et quae *est* in fine, faciunt unum pedem, et erunt quinque, et est hic versus qui elegiacus dicitur, ut Ovidius

laeta triumphanti de summo mater Olympo
plaudet et adpositas spargit in ore rosas.

* * *

DE IAMBICO TRIMETRO

Recipit iambicus trimeter et tribrachum, sui generis pedem, *et* ex dactylico genere dactylum, spondium et anapaestum, qui omnes quaterna occupant tempora. ex quo evenit ut, cum tot pedes admittat, innumerabiles figuras efficiat, quas in heroo versu monstravimus, ubi docuimus quam varietatem efficiat permutatio. illud autem demonstrandum est, quem ad modum hos, quos nominavi, recipiat pedes et quibus eos fere locis sine detrimento suae proprietatis *admittat.* spondius,

ibis liburnis inter alta navium.

dactylus,

---

3 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 5 Amekion dircafus inactaeoraciuntko *S: Verg. bucol. 2, 24* 6 pintemimeres eptymimeres tritos [cata] trocheon et thetratebucolicen *S: cf. Serg. explan. in Don. p. 523, 12* 18 est *posteriore loco om. S* 19 et est] ut est *S* 20 laeta] *Ovid. amor. I 2, 39* 21 plaudet] plade *S* rosas | Dactylus ergo exameter — tenditque fuitque | Recipit iambicus trimeter *S. interposita est expositio de speciebus heroici versus, quam e codice Berolinensi edidi supra p. 634* 23 sui generis] cuiq; generis *S* et *ante* ex *om. S* 25 amittat *S* 29 sine [ue] detrimento [tro] siue proprietatis SPONDIUS *S* 30 ibis] *Hor. epod. 1, 1*

aut amite levi rara tendet retia:

habet hic primum dactylum, tertium et quintum spondios, ceteros iambos, ultimum pariambum, qui et pyrrichius vocatur. anapaestus,

pavidumque leporem et advenam laqueo *gruem:*

habet hic primum anapaestum, secundum pro iambo tribrachim, tertium iambum, quartum iambum, quintum anapaestum, ultimum iambum. tribrachys,

quid ais epidia tibi facilior erit amor:

habet hic primum et secundum et tertium et quartum et quintum tribrachim, ultimum iambum. hic versus tragoediis aptus est, si secundum et quartum pedem non alios feceris quam iambos. nam ultimum facias necesse est eum qui appellatur tribrachys.

DE PENTAMETRO

Hic sine ulla dubitatione heroi hexametri suboles est, quem invenisse dicitur Callinus Ephesius. sed alii, ut Victorinus, putant esse Archilochum, qui cum epodos excogitaverit alios breviores, alios longiores, ab hoc scilicet coepit detrahens unum pedem, ut illi subiceret hunc, qui nascitur ex heroo hexametro, clausulam habentem semipedem, veluti 'primus inire viam'. in hac particula heroi hexametri dactyli duo sunt et semipes, qui repetiti pentametrum faciunt sic,

primus inire viam *primus inire viam.*

huius versus sunt quattuor species: una, cum duo dactyli antecedunt, spondius intervenit, subsecuntur anapaesti duo, ut est hic,

scribere versiculos scribere versiculos;

altera, cum praecedit spondius, iungitur dactylus, intervenit spondius, secuntur anapaesti duo, ut est illud,

urbs antiqua fuit, quam tenuere Phryges;

tertia, cum tres sunt spondii, anapaesti duo, ut est

aut inlaudatos nolit adire focos;

---

8 quid ais *Mar. Victor. 79, 18*

---

1 aut amitę leuir atendet retia *S: Hor. epod. 2, 33* 4 pavidumque] *Hor. epod. 2, 35: cf. Atil. Fortun. p. 287, 15* gruem *om. S* 10 tragoedis *S. tragici versus descriptionem corrupit epitomator cf. Mar. Victor. p. 80, 7* 14 eroy exametris subolis est *S* 15 camius effesius. Sed alii ut ore meius putant esse arciocum *S: cf. Mar. Victorin. p. 104, 9. 107, 10* 16 breviores *Marius Victorinus* breues *S* 17 illi *Marius Victorinus* alii *S* 18 hexametro] metro *S* 19 qui repetit pintametrum qui faciunt sic primus inire uiam huius *S* 22 unum *S* 24 scribere] *Hor. epod. 11, 2* 27 urbs] *Verg. Aen. I 12* urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni 29 aut inlaudatos] *Verg. georg. 3, 5* aut inlaudati nescit Busiridis aras

quarta, cum primus est dactylus, secuntur duo spondii, cludunt anapaesti duo, veluti

barbara sacratos nescit adire focos.

hae sunt species pentametri, quae habent pedes spondium, dactylum et anapaestum. duo primi variantur, id est dactylus et spondius; medius utique spondius est, quartus anapaestus, quintus vel anapaestus vel tribrachys. sed, ut iam diximus de syllaba versum finiente, longa sit an brevis nihil interest, quoniam metrum in ea non vacillat. huius exemplum

Tiphys et Automedon dicar amoris ego.

hic quoque versus a duodecim *syllabis* usque ad quattuordecim crescit, cuius incrementi causa duo dactyli sunt.

DE EPODO OCTOSYLLABO

Duobus ergo metris inminuta syllaba conpositis Archilochus tertium fecit epodon ex iambico *trimetro* detracta parte tertia, qualis est

beatus ille qui procul

et ille par huic apud Horatium,

subire Maecenas tuo.

his enim si adieceris 'Simonides', erunt trimetri sic,

beatus ille qui procul Simonides,
beatus ille qui procul negotio,
subire Maecenas tuo negotio,
subire Maecenas tuo Simonides.

facit autem versum iambicum Simonides ter dictus et negotio ter repetitum sic,

Simonides Simonides Simonides,
negotio negotio negotio;

et ut facit Vergilius in quodam iambico epigrammate

thalassio thalassio thalassio,

quod vocabulum bis dictum facit huic epodo parem.

Et haec quidem metra per detractionem fecit Archilochus, illud autem per adiectionem. nam praeposuit iambico trimetro pedem creticum, qui

---

9 Tiphys *Mar. Victor. 109, 18* 12 DE EPODO OCTOSYLLABO *Mar. Victor. 137, 8* 30 Et haec — 641, 6 negotio *Mar. Victor. 133, 34*

---

4 haec sunt *S* habet *S* 7 ut dixerim (iam) *S: cf. Mar. Victor. p. 109, 16* 9 Thiphis et autem edonois aramoris ego *S* 10 syllabis *om. S* 13 Duobus ergo metris] *hoc est* trimetro acephalo *et* trimetro colobo, *de quibus Marius Victorinus ante epodum octosyllabum dixit p. 135, 30 sqq.* Archilochius Tertium facit *S* 14 trimetro *om. S* 15 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 17 subire] *Hor. epod. 1, 4* 23 negotium ter petitum *S* 25 Simonides *et* negotio *et deinde* 28 talassio *bis, non ter scriptum est in S* 28 thalassio] *Verg. catal. 4, 9* 29 partem *S* 30 facit *S*

constat ex longa et brevi et longa, id est ex trochaeo et semipede longo, cuius exemplum facit tetrametrum, quem nos quadratum vocamus, non quia quattuor pedes habeat, sed quia feritur quater, ut in trimetro demonstravimus, quem a numero percussionum Graeci trimetron appellant. versus talis est,

Socrates beatus ille qui procul negotio.

4 trimetuu *S* 6 negotio FINIT *S*

V

Ex codice Wolfenbuttelano, olim Weissenburgensi 86, nono saeculo scripto Heusingerus post Mallium Theodorum p. 71 sqq. excerpta quaedam metrica edidit, quae in eo codice post Pompeii commentarium in Donatum scripta sunt: cf. gramm. lat. v. V p. 84. illius editionem Gaisfordius script. lat. rei metr. p. 567 sqq. repetivit. ego ex his recepi Iulii Severi expositionem de pedibus et brevem tractatum de caesuris. nam ea quae praeterea in codice post libellum Iulii Severi et subiecta ei nomina artis grammaticae scripta sunt, de accentu et de divisione pedum et de metris (*incpt caesurae uersuum Accentus est anima uerborum — sunt igitur aequi decem dupli uero sex triplus unus sescupli septem epitriti quattuor fiunt XXUIII:* sequitur tractatus de caesuris, quem edidi: *De metris Metra sunt uerborum spatia — in fine tantum trochaeum explicit*), ex variis locis Isidori collecta sunt. codicem cum Heusingeri editione ipse contuli.

De Iulio Severo, cuius nomine libellus de pedibus inscribitur, nihil memoriae proditum est. tractatus de caesuris similis est ei qui post libellum de finalibus editus est supra p. 240.

DE PEDIBVS EXPOSTIO IVLII SEVERI

p. 567 G.

De spondeo. Spondeus anapaesto iunctus facit antibacchum et iambum – – ⏑, ⏑ –. spondeus dactylo iunctus facit molossum et pyrrichium – – –, ⏑ ⏑. spondeus amphibrachi iunctus facit antibacchum et trochaeum – – ⏑, – ⏑. spondeus amphimacro iunctus facit molossum et iambum – – –, ⏑ –. spondeus bacchio iunctus facit antibacchum et spondeum – – ⏑, – –. spondeus antibaccho iunctus facit molossum et trochaeum – – –, – ⏑.

De iambo. Iambus tribrachi iunctus facit amphibrachyn et pyrrichium

A codex Wolfenbuttelanus Weissenburgensis 86
9 tribrachi] tribacin *A*

⏑ – ⏑, ⏑ ⏑. iambus molosso iunctus facit bacchium et spondeum ⏑ – –, – –. iambus anapaesto iunctus facit amphibrachyn et iambum ⏑ – ⏑, ⏑ –. iambus dactylo iunctus facit bacchium et pyrrichium ⏑ – –, ⏑ ⏑. iambus amphibrachi iunctus facit amphibrachyn et trochaeum ⏑ – ⏑, – ⏑. iambus amphimacro iunctus facit bacchium et iambum ⏑ – –, ⏑ –. iambus bacchio iunctus facit amphibrachyn et spondeum ⏑ – ⏑, – –. | iambus antibaccho iunctus facit bacchium et trochaeum ⏑ – –, – ⏑.

De trochaeo. Trochaeus tribrachi iunctus facit dactylum et pyrrichium – ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. trochaeus molosso iunctus facit amphimacrum et spondeum – ⏑ –, – –. trochaeus anapaesto iunctus facit dactylum et iambum – ⏑ ⏑, ⏑ –. trochaeus dactylo iunctus facit amphimacrum et pyrrichium – ⏑ –, ⏑ ⏑. trochaeus amphibrachi iunctus facit dactylum et trochaeum – ⏑ ⏑, – ⏑. trochaeus amphimacro iunctus facit amphimacrum et iambum – ⏑ –, ⏑ –. trochaeus bacchio iunctus facit dactylum et spondeum – ⏑ ⏑, – –. trochaeus antibaccho iunctus facit amphimacrum et trochaeum – ⏑ –, – ⏑.

Item trisyllabi cum trisyllabis geminati faciunt sexaginta quattuor syzygias, pedes centum viginti octo, id est:

De tribrachi. Tribrachys tribrachi iunctus facit proceleumaticum et pyrrichium ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. tribrachys molosso iunctus facit paeonem quartum et spondeum ⏑ ⏑ ⏑ –, – –. tribrachys anapaesto iunctus facit proceleumaticum et iambum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ –. tribrachys dactylo iunctus facit paeonem quartum et pyrrichium ⏑ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑. tribrachys amphibrachi iunctus facit proceleumaticum et trochaeum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, – ⏑. tribrachys amphimacro iunctus facit paeonem quartum et iambum ⏑ ⏑ ⏑ –, ⏑ –. tribrachys bacchio iunctus facit proceleumaticum et spondeum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, – –. tribrachys antibaccho iunctus facit paeonem quartum et trochaeum ⏑ ⏑ ⏑ –, – ⏑. |

De molosso. Molossus tribrachi iunctus facit epitritum quartum et pyrrichium – – – ⏑, ⏑ ⏑. molossus molosso iunctus facit dispondeum et spondeum – – – –, – –. molossus anapaesto iunctus facit epitritum quartum et iambum – – – ⏑, ⏑ –. molossus dactylo iunctus facit dispondeum et pyrrichium – – – –, ⏑ ⏑. molossus amphibrachi iunctus facit epitritum quartum et trochaeum – – – ⏑, – ⏑. molossus amphimacro iunctus facit dispondeum et iambum – – – –, ⏑ –. molossus bacchio iunctus facit epitritum quartum et spondeum – – – ⏑, – –. molossus antibaccho iunctus facit dispondeum et trochaeum – – – –, – ⏑.

De anapaesto. Anapaestus tribrachi iunctus facit paeonem tertium

---

8 tribrachi] tribaçin *A*   11 dactylo] dactulum *A*   12 anfibracin *A*   13 amphimacrum] anfimacro *A*   19 De tribracin *et sic plerumque*, tribracin *et* anfibracin *pro* tribrachi *et* amphibrachi *A*   tribrachys] tribracin *constanter A*   20 paeonem] pionem *constanter A*   21 proceleumatico *A*   38 paeonem tertium *Heusingerus* pionem secundum *A*

et pyrrichium ⏑⏑–⏑, ⏑⏑. anapaestus molosso iunctus facit ionicum minorem et spondeum ⏑⏑––, ––. anapaestus anapaesto iunctus facit paeonem tertium et iambum ⏑⏑–⏑, ⏑–. anapaestus dactylo iunctus facit ionicum minorem et pyrrichium ⏑⏑––, ⏑⏑. anapaestus amphibrachi iunctus facit paeonem tertium et trochaeum ⏑⏑–⏑, –⏑. anapaestus amphimacro iunctus facit ionicum minorem et iambum ⏑⏑––, ⏑–. anapaestus bacchio iunctus facit paeonem tertium et spondeum ⏑⏑–⏑, ––. anapaestus antibaccho iunctus facit ionicum minorem et trochaeum ⏑⏑––, –⏑.

De dactylo. Dactylus tribrachi iunctus facit paeonem primum et pyrrichium –⏑⏑⏑, ⏑⏑. dactylus molosso iunctus facit choriambum et spondeum –⏑⏑–, ––. | dactylus anapaesto iunctus facit paeonem primum et iambum –⏑⏑⏑, ⏑–. dactylus dactylo iunctus facit choriambum et pyrrichium –⏑⏑–, ⏑⏑. dactylus amphibrachi iunctus facit paeonem primum et trochaeum –⏑⏑⏑, –⏑. dactylus amphimacro iunctus facit choriambum et iambum –⏑⏑–, ⏑–. dactylus bacchio iunctus facit paeonem primum et spondeum –⏑⏑⏑, ––. dactylus antibaccho iunctus facit choriambum et trochaeum –⏑⏑–, –⏑.

De amphibracho. Amphibrachys tribrachi iunctus facit paeonem secundum et pyrrichium ⏑–⏑⏑, ⏑⏑. amphibrachys molosso iunctus facit diiambum et spondeum ⏑–⏑–, ––. amphibrachys anapaesto iunctus facit paeonem secundum et iambum ⏑–⏑⏑, ⏑–. amphibrachys dactylo iunctus facit diiambum et pyrrichium ⏑–⏑–, ⏑⏑. amphibrachys amphibrachi iunctus facit paeonem secundum et trochaeum ⏑–⏑⏑, –⏑. amphibrachys amphimacro iunctus facit diiambum et iambum ⏑–⏑–, ⏑–. amphibrachys bacchio iunctus facit paeonem secundum et spondeum ⏑–⏑⏑, ––. amphibrachys antibaccho iunctus facit diiambum et trochaeum ⏑–⏑–, –⏑.

De amphimacro. Amphimacrus tribrachi iunctus facit ditrochaeum et pyrrichium –⏑–⏑, ⏑⏑. amphimacrus molosso iunctus facit epitritum secundum et spondeum –⏑––, ––. | amphimacrus anapaesto iunctus facit ditrochaeum et iambum –⏑–⏑, ⏑–. amphimacrus dactylo iunctus facit epitritum secundum et pyrrichium –⏑––, ⏑⏑. amphimacrus amphibrachi iunctus facit ditrochaeum et trochaeum –⏑–⏑, –⏑. amphimacrus amphimacro iunctus facit epitritum secundum et iambum –⏑––, ⏑–. amphimacrus bacchio iunctus facit ditrochaeum et spondeum –⏑–⏑, ––. amphimacrus antibaccho iunctus facit epitritum secundum et trochaeum –⏑––, –⏑.

De bacchio. Bacchius tribrachi iunctus facit antispastum et pyrrichium ⏑––⏑, ⏑⏑. bacchius molosso iunctus facit epitritum primum et spon-

19 De anfibraco Anfibracis, *itemque postea* anfibracis *A* 21 diambum *constanter A* 25 diiambum] diambo *A* 39 antibastum *constanter A*

deum ⏑ – – –, – –. bacchius anapaesto iunctus facit antispastum et iambum ⏑ – – ⏑, ⏑ –. bacchius dactylo iunctus facit epitritum primum et pyrrichium ⏑ – – –, ⏑ ⏑. bacchius amphibrachi iunctus facit antispastum et trochaeum ⏑ – – ⏑, – ⏑. bacchius amphimacro iunctus facit epitritum primum et iambum ⏑ – – –, ⏑ –. bacchius bacchio iunctus facit antispastum et spondeum ⏑ – – ⏑, – –. bacchius antibaccho iunctus facit epitritum primum et trochaeum ⏑ – – –, – ⏑.

De antibaccho. Antibacchus tribrachi iunctus facit ionicum maiorem et pyrrichium – – ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. antibacchus molosso iunctus facit epitritum tertium et spondeum – – ⏑ –, – –. antibacchus anapaesto iunctus facit ionicum maiorem et iambum – – ⏑ ⏑, ⏑ –. antibacchus dactylo iunctus facit epitritum tertium et pyrrichium – – ⏑ –, ⏑ ⏑. antibacchus amphibrachi iunctus facit ionicum maiorem et trochaeum – – ⏑ ⏑, – ⏑. | antibacchus amphimacro iunctus facit epitritum tertium et iambum – – ⏑ –, ⏑ –. antibacchus bacchio iunctus facit ionicum maiorem et spondeum – – ⏑ ⏑, – –. antibacchus antibaccho iunctus facit epitritum tertium et trochaeum – – ⏑ –, – ⏑.

Requirendum nobis est etiam, quo modo pedes sint dividendi. omnium pedum trina divisio est, excepto amphibrachi et epitrito. unius enim tripla divisio est, id est amphibrachys, quia quattuor tempora habet, in uno et tribus dividitur ⏑ | – ⏑ | | |; et ideo dicitur tripla, quia unus ad tres conparatus triplus est. epitritorum autem re vera epitrita divisio est, quia epitritus septem tempora habet, et dividitur in tribus et quattuor ⏑ – | | | – – | | | : quattuor enim in se tres [continet] habet et unum, qui trium tertia pars est. quos propter hoc Donatus excepit, quia in metris difficile poterunt inveniri.

Prima ergo divisio est disyllaborum, quae in aequis temporibus dividitur, quae etiam dactylica nuncupatur, id est pyrrichius, qui constat ex brevi et brevi, habet tempora duo, dividitur ita ⏑ | ⏑ |. spondeus, qui constat ex duabus longis, temporum quattuor, dividitur ita – | | – | |. dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, dividitur ita – | | ⏑ ⏑ | |. anapaestus, qui constat ex duabus brevibus et longa, habet tempora quattuor, dividitur ita ⏑ ⏑ | | – | |. dispondius, qui constat ex quattuor longis, habet tempora octo, dividitur ita – – | | | | – – | | | |. proceleumaticus, qui constat ex quattuor brevibus, habet tempora quattuor, dividitur ita ⏑ ⏑ | | ⏑ ⏑ | |. diiambus, qui constat ex duobus iambis, habens tempora sex, dividitur ita ⏑ – | | | ⏑ – | | |. ditrochaeus, qui constat ex duobus trochaeis, habet tempora sex, dividitur ita – ⏑ | | | – ⏑ | | |. choriambus, qui constat ex longa, duabus brevibus et longa, [id est] habet tempora sex,

8 maiorem] primum *A* 19 excepto anfibracin et epitritum *A* 20 id est anfibracin *A* 24 continet et habet *Heusingerus* 25 propter] pro *A* Donatus] *p. 370, 30* in metres *A* 27 disyllaborum *Heusingerus* dyssyllabarum *A* 30 diuidit ita *A* 36 diambus qui constat ex duabus iambis *A*

p. 572. 573 G.

dividitur ita – ⏑ | | | ⏑ – | | |. antispastus, qui constat ex brevi, duabus longis et brevi, habet tempora sex et dividitur ita ⏑ – | | | – ⏑ | | |.

Item secunda divisio est dupla, quae etiam iambica nuncupatur, id est trochaeus, qui constat ex longa et brevi, temporum trium, dividitur ita – | | ⏑ |. iambus, qui constat ex brevi et longa, temporum trium, dividitur ita ⏑ | – | |. molossus, qui constat ex tribus longis, temporum sex, dividitur ita – | | – – | | | |. tribrachys, qui constat ex tribus brevibus, temporum trium, dividitur ita ⏑ | ⏑ ⏑ | |. ionicus maior, qui constat ex duabus longis et duabus brevibus, temporum sex, dividitur ita – – | | | | ⏑ ⏑ | |. ionicus minor, qui constat ex *duabus* brevibus et duabus longis, id est temporum sex, dividitur ita ⏑ ⏑ | | – – | | | |.

Tertia divisio est, quae hemiolia sive paeonica nominatur, quotiens numerus ad numerum conparatus habet maior minorem numerum et medietatem eius, id est amphimacrus, qui constat ex longa, brevi et longa, temporum quinque, dividitur ita – ⏑ | | | – | |. bacchius ex brevi et duabus longis, temporum quinque, dividitur ita ⏑ – | | | – | |. antibacchus ex duabus longis et brevi, temporum quinque, dividitur ita – | | – ⏑ | | |. paeon primus ex longa prima et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita – ⏑ | | | ⏑ ⏑ | |. paeon secundus ex secunda longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ – | | | ⏑ ⏑ | |. paeon tertius ex tertia longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ ⏑ | | – ⏑ | | |. paeon quartus ex quarta longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ ⏑ ⏑ | | | – | |.

Conpleta est, sicut putamus, trina pedum divisio.

---

p. 580 G.

Caesurae versuum sunt quattuor, id est penthemimeres, hephthemimeres, tritos trochaeos, tetarte bucolicon. penthemimeres caesura fit, quotiens post duos pedes syllaba remanens partem terminat orationis. hephthemimeres caesura fit, quotiens post tres pedes remanens syllaba orationis partem [de]terminat. tritos trochaeos fit, quotiens in tertia regione pars orationis finitur cum dactylo. tetarte bucolicon fit, cum in quarta regione pars orationis cum fine sensus dactylo terminatur, his exemplis,

degeneres animos timor arguit, heu quibus ille,
nate, meae vires, mea magna potentia solus.

sed ex his quattuor caesuris duae primae ad legem scandendorum versuum sunt dicatae, ceterae vero duae posterorum technicorum iudicio sunt omissae.

---

10 duabus *priore loco om. A* 12 emiolica siue pionica *A*
25 titos trocheos *A*, *item* 28 31 degeres *A*: *Verg. Aen. IIII 13. ex quattuor caesurarum exemplis, quae grammaticus adscripsisset, duo relicta esse, prius bucolicae caesurae, alterum, quo penthemimeres probaretur, coniecit Heusingerus* 32 nate] *Verg. Aen. I 684* 34 posterorum] nostrorum *Muellerus de re metr. p. 190* tegnecorum *A*

VI

DE PEDIBVS

Vt fuga pyrrichius constat, spondeus ut aestas,
atque parens iambum designat, meta trochaeum.
tribrachus ut geminus, velut Aeneasque molossus,
dactylus inde subit hunc Maenalus atque notabit.
huic est oppositus Erato retinens anapaestus,
amphibrachumque carina notat; post amphimacrus stat,
quem retinet longa, brevis hinc et denuo longa.
bacchius inde subest, bene quem designat Achates,
atque palimbacchum tenet hinc natura notatum.
proceleumaticus ex quattuor est breviatus.
stant oratores dispondeum retinentes;
inde duos iambos in se tenet ipse diambus,
sic ditrochaeum duo; cunctipotens choriambum;
estque Saloninus antispasto decoratus.
hinc ionicus minor est, quem designat Diomedes;
maiorem ionicum Iunonius annotat illum.
tamquam legitimus est inde peon tibi primus,
unde sequens constet, hoc rite colonia monstret,
hinc flat certus tibi tertius, ut Menedemus,
stat vero quartus per tres primas breviatus.
stantque sacerdotes epitritum certificantes,
alter correptam monstratur habere secundam,
tertius est curtus in trita. sic epitritus
quartus finalem fert Fescenninus eandem.

V codex Vindobonensis 2521 saec. XI, ex quo editi sunt versus in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 470

DE PEDIBVS *om. V* 4 notabit] notaūm *V* notatum *editor Vindobonensis* 8 bachius *V* 9 palimbachium *V* 24 quartus — eandem *editor Vindobonensis* quartum — eundem *V*

INDEX SCRIPTORVM

INDEX RERVM ET VERBORVM

CORRIGENDA ET ADDENDA

8, 8 Iulius Caesar Vopiscus, qui et Strabo et Sesquiculus dictus est *conieci ind. lect. Hal. aest. 1874 p. IX coll. excerpt. Vat.*
9, 13 item bonae frugi quoque, nos, quamvis nullum nomen *sqq. ib. p. X*
17 scribimus *pro* scribamus *recte exc. Vat.*
11, 2 Eutychius] Eurytus *conieci l. c. coll. exc. Vat.*
13, 11 ut quum, si fuerit adverbium temporis, per q et u sive unum sive duo scribatis, ut qum vel quum primum et qum vel quum hoc facerem; at si fuerit praepositio, ut cum Gaio, cum Lucio, per c scribi debeat. *conieci l. c. p. XI*
22, 18 et breviter] *Verg. Aen. II 11*
26, 7 quia et tarditate *recte exc. Vat.*
26, 2 *l.* [ut eaedem
41, 17 *corr.* existimatur
47, 31 *corr.* existimantur
51, 19 hexametrum] *cf. fragm. Berol. 633, 5*
62, 19 tunc] *cf. p. 103, 9. fragm. Bob. 622, 27*
72, 12 incipit] *cf. fragm. Berol. 634, 12*
74, 31 hexametrum] *corr.* metrum
79, 7 DE IAMBICO METRO] *cf. fragm. Berol. 633, 14*
18 quid ais] *cf. fragm. Sangall. 639, 8*
84, 21 tetrametrum] *cf. fragm. Bob. 622, 1*
24 sub idem] *corr.* subinde
25 *corr.* trochaeum
86, 1 o cate] *Septimio Sereno tribuit Terentianus 1894*
96, 10 *l.* creticum
103, 9 tunc] *cf. p. 62, 19. fragm. Bob. 622, 27*
104, 12 excitavit] *corr.* excogitavit *coll. fragm. Sangall. 639, 16*
107, 5 considerantibus] *cf. fragm. Sangall. 639, 14*
109, 12 *l.* o fortunati: *cf. Verg. Aen. I 437*
18 Tiphys] *cf. fragm. Sangall. 640, 9*
116, 19 *not. l.* 117, 11 *pro* 117, 5
123, 5 *not. l.* 1811 *pro* 1801
133, 34 versus trimeter] *cf. fragm. Sangall. 640, 30*
136, 12 imitatus] *corr.* mutuatus
137, 8 ex trimetro] *cf. fragm. Sangall. 640, 12*
140, 1 *cf. [Censorin.] de metr. 615, 9*
152, 28 *l.* Pyrra)
159, 7 *corr.* instructione
189, 15 fractasque] *Verg. Aen. III 556*
201, 14 *corr.* qua adiecta verbo manifestior et planior oratio redditur
211, 18 hexameter] *cf. fragm. Berol. 634, 10*
263, 26 est acri salis] et sacris aris *coniecit Hauptius Herm. v. VIII p. 247*
285, 6 *l.* tetrametrum
287, 15 pavidumque] *Hor. epod. 2, 35*

LECTIONES CODICIS VATICANI 2725 IN EXCERPTIS MARII VICTORINI DE ORTHOGRAPHIA

p. 7, 35 Nunc res admonuit ut non absurdum uideretur

p. 8, 1 ut his anius luculus memmius et coetera his similia | 2 litteram *om.* | 3 scilicet *om.* | 4 idque erat] erat autem | ueteribus adhuc | 5 sono huius lrz. s. dicuntur ut ausus | 6 per duo ss scribebantur iuxta autem non imponebant cm deinde nec alcmenam dicebant nec tecmsam sed alcumenam inde alcumeo et alcumena tragoediae donec iulius caesar uopiscus et strabo qui et sesqueculus dictus est primus de tecmsa inscripsit tragoediam suam et in tragoedia (*corr.* [illegible]) | 11 idem] item | 12 in libro suo retulit quia quę ante | 13 et cum] quum | ponebant, *ut videtur* | 14 littera inciderant | scribebant Cn | 15 Magnus *om.* | cadamitatem pro calamitatem |

p. 9, 1 litteram non esse | 2 litteram | scribit | 3 optumus (*corr.* optimus) maxumus | 5 ut nos *om.* | 6 scripserunt quaedam *om.* | 7 natus *om.* | 10 qum dicatur | 13 nullus | bone fruges quęque nos bone frugi quia nullum | 15 per casus i litteras terminat tamen | 16 sed et nos | 17 per t (et r *in marg.*) scribimus | 18 et praesidium per d potius] praesidium q, potius per d | 19 hac et tenus et hoccedie et illum potius quam illo | 20 semol] semel | 21 et alcmeonem potius quam alcumeonem tecmesam potius quam tecumesam interposita u | 22 percutiat | in his sabbatis | 23 saccis] sams | macellus nullus pallas pallium | 24 sic per

p. 10, 1 lappa | uarrum | 2 duo ss | Cassium] cassum | duo tt attius uettius (*sic*) | 5 nominavi] memoravi | in libris eorum reperire possumus | 6 scribi] dici | 7 per se et non per sa sicut et | 9 perduci (*an* produci?) debet | 10 quot quotiens (*sic*) nūm significat per t scribendum erit non per d ut tot et quot sic et quotiens erit ad ut | 12 te *om.* | si erit — 25 per u *om.* |

p. 11, 1 scribere debemus | per y sicut exigit ratio potius per y | 2 Eutychius] herytus | 3 est *videtur esse in codice* | 6 u *om.* | habent | 7 nam i et y postea sunt ab illis repertae Sed i et o | 8 eos] illos | et item] i autem | 9 sonat | similiter cum i longam et breuem faceret syllabam exprimeret | 11 ov sic — Graecos ut *om.* | 13 graeca | ita et *om.* | 14 foederunt et ex legu qui etsi | 16 ponitur ut pro populos romanus ibi populus ubi piaculum ibi piacolon pro funus fonus |

p. 12, 3 coniunctum] circū | optinet uim | 5 eademque *corr.* eidemque | 8 cum graece — pro longa *om.* | 12 ζ autem | ψ *om.* | 13 ex quibus nostri ξ] quibus nostri ζ | 15 recisa *om.* | sic quod] sicq | 16 syllabam. *v.* nostri | 17 scribenda *om.* | et ipsi u *om.* | 18 lucetios mautios | 20 fungi] functi | 21 G autem — 13, 11 custodite ut *om.*

p. 13, 11 qum autem si fuerit | q et u *est in codice* | 12 ut qum uel quum uel quum primum quum facerem at si fuerit coniunctio per c ut cum gaio cum lucio (18) Quoddam | 18 attamen] at cum | loquutus sequutus *corr.* locutus secutus | 19 qumuis | 20 locuttis | et ideo *om.* | 21 quamvis] cum | 25 superponite c ne duae partes integrę esse uideantur. (15, 1) Vultus et uulua et similia per duo v scribenda sunt. (15, 15) Externum producte dici debet. (16, 4) Non nunquam nunquam nunquid quanquam unquam per n scribenda sunt. (18, 19) B F S P M V incipiente dictione precedentis praepositionis litteram mutant in m ut combit comfert compellit commemorat cōuellit et quotiens uerbum sequens ab l. r. n commutat eam a qua uox incipit sequens ut illic et corripit irruit. Perdit uero · n · litteram si sequens uerbum a uocali incipit ut coequat coemit coquit. (23, 14) Qui ferunt litterarum repertores · Repertores

p. 23, 15 e h i k l] G K L | u] X | 16 quasdam Palamedes a Palamede adiectas et alias a Symonide adiectas | 17 xxIII] uiginti trium | in comoedia — en illum *om.* | 22 inde (? *discrepantia scripturae non adnotata est*) | transtulerunt. (24, 3) Aduerbia uero cum n scribenda sunt ut totiens quotiens. (26, 7) Sorix uel (*vel* aut) saurix

p. 26, 7 quia et tarditati et | 9 est *post* noctis *om.* | quia] iam | 10 est *om.* | 11 id est calidum ut fornaces *om.* | 12 ut forcipes *om.* | forus] foris | 13 — i *ΛΕΝΟΙ.*